



JOH. JAC. MANGETI
BIBLIOTHECÆ
MEDICO-PRACTICÆ
LIBRI SEXTI,

De Morbis à Litera F incipientibus;
PARS ALTERA.

FEBRIS MALIGNA.

ARTICULI TERTII qui est de FEBRIBUS in
Specie. CLASSIS TERTIA,
Ubi de FEBRIBUS MALIGNIS.
Hanc Classem nobis absolvant Famigeratissimi Viri

ANTONIUS MENJOTIUS, THOMAS
WILLIS, THOMAS SYDENHAM,
HENRICUS SCRETA, DAVID
HAMILTON, & JOH. MARIA
LANCISIUS.

ANTONII MENJOTII
Consilarii & Medici in Gallis Regii,
FEBRIUM MALIGNARUM
Historia & Curatio.



LN morbis quatuor spec-
tanda veniunt, essentia,
magnitudo, motus &
mos. A morborum essen-
tiâ petuntur eorum dif-
ferentiæ, cum generi-
cæ, tum specificæ. Ma-
gnitudo gravitatem levi-
tatemve morbi includit.
Ratione motus dirimun-
tur morbi in Acutos,

qui laxis habenis ad terminum properantes, aut ci-
tam mortem, aut lætam victoriam afferunt; & Chro-
nicos, qui non grillatorio, sed testudineo gradu
suum emittuntur stadium, instar indicis horologii
cujus motus percipitur, non cum sit, sed cum fac-
Tom. II. Pars II.

tus est. Morbi demum à more dividuntur in cõdus
benignos, bene moratos, & κακοῦς malignos, ma-
lè moratos; quanquàm apud plerisque Veterum,
referente Galeno ἰσθμῶδες idem sonet quod κακοῦ-
δέσμων antiphrasticâ scilicet vel ironicâ appellatione;
quomodo gravissima quedam febris species nomina-
tur ἰσθμῶδες, ac autore Plinio, herba nihil habens in
se non mollissimum ἰσθμῶδες dicitur, & γλυκὴ fella
vocantur Græcis & ἰσθμῶδες difficillima respiratio,
nomine per sensum.

Vocabulum autem κακοῦς à rebus moralibus ad
Medicas translaticum est: nam quemadmodum dantur
homines ingenii perversi, & ab humanis moribus
degeneres; sic morbi incidunt nequissimæ ac perdi-
tæ indolis, & qui insolitis symptomatis à cæterorum
eiusdem speciei affectuum conditione alienissimi sunt;
verbi causâ, febris ardens non dicitur maligna,
quæ calore deurente; siti præsigni, lingue asperi-
tate, corporis dysphoriâ, jugibus vigiliis, reliquo-
rumque assuetorum symptomatum examine stipabi-
tur; sed si inausitata accidentis circumsteterint, ut
horrores inordinati, comata, leipothymizæ, pulsus
intermittens, virium prostratio ἀδύναμις aliisque si-
gna ἰσθμῶδες inferius declaranda, causam jam non
simplicem & ordinariam, sed malignam & insolentem
urgere indicium est.

Autor igitur definitionum Medicarum quæ Ga-
leni operibus inseruntur, novem ex Hippocrate
recensens morborum idess, morbum malignum ab
acuto, à periculoso, atque etiam ab exitiali ap-
tissimè sejunxit. Nam suffocanti catarrho, apoplexiæ,
tetano, aliisque innumeris passionibus malignis, di-
scrimine plenis malignitas ignota est, nempe vera
& propriè dicta; τὸ κακοῦς enim apud Hippocra-
tem laissimè interdum tunditur, nihilque aliud
est quàm potius exitiabile, aut saltem ærumno-
sum.

Qq

Non

Non videtur Galenus maligni morbi naturam sit rite explanasse: Nam lib. 3. de crisi bus, speciem, magnitudinem, motum & morem morbi sigillatim quidem considerat, sed malignum cum periculoso ibidem coniungit. Sic lib. 4. Meth. docet febres in biliosis corporibus inedia malignas reddi, id est aciores & vehementiores, ubi febris morem sumit pro eius magnitudine. Alii malignos morbos vocat qui periculum vite minantes, spem tamen salutis non abscedunt; quasi verò Maligni morbi promiscuè haberi debeant cum *ἀνδροβλάσις* per quos ambigentibus signis salutis & mortis, Medici *ἡσυχία* hærent inter dubiam spem & certum metum; cum nec omnes morbi accipites sint maligni, ut pleuritis, peripneumonia; nec omnes maligni sint accipites, ut elephantiasis, syphilis. Galenus denique morbos malignos nonnunquam appellat, qui præsidii decenter administrati morem non gerunt, quo sensu rebellantia ulcera nuncupantur maligna lib. 4. Method. At contra, topheam podagram nemo malignam dixerit, etsi nulla audiat remedia, & hydrops eustationi cedens, itorumque redivivus apud Hippocratem deploratus est, nequidem suspectus malignitatis; sicut ex adverso, nonnulli e malignis morbis sortem habent medicabilem.

Plerique morbum benignum exponunt, qui palam, malignum qui furtim grassatur: cum Galeno in definitionibus putatitius, qui potestate magnus gravisque est, *φύσις* autem, hoc est in specie, imbecillus, nec certa habens iudicationis tempora. Idque probant exemplo febrium que personate procedunt, & eminentia prohibere iucata, paulo post vero velut detracta larvâ, immanitatem suam inexpectatis symptomatis patetaciunt. Sed malignum morbum sæpe quidem, at non semper atque necessario dolose se gerere experientia comprobat: nam ut silentio prætereamus maleficos morbos, aspidis, exempli gratiâ, ac viperæ morfu illatos statim & aperte ferere, per multas febres male moratas quotidie observare est, non molliter ac insidiosè surgentes; sed prænature terrificæ depreciones symptomata, moxque ab ipsâ, ut sic dixerim, infantia *παύση* insistantes, præter ordinem cæterorum morborum, quorum initia, inquit Hippocrates, remissiora sunt atque teneriora.

Melius igitur morbi maligni à priori definiuntur, qui à venenata qualitate suam sortiuntur originem; unde etiam *ἡσυχία* indigitantur, metaphoricè à teris desumptâ, non simplici, sed virulento vulnere ludentibus. Nam autore Aretæo: *Ἰνfinite eorum quæ homini insunt, eandem habent speciem cum causis exterioribus: corruptentes succi ut extra, sic intra corpus reperiantur, nec desunt morbi pharmaci delictarii assimilati, quandoquidem per febres talia sæpenumero vomuntur, qualia assumptis venenis reici solent: quocirca haud immerito à quibusdam existimatum est in *ἡσυχία* Atheniensis, impura medicamina in Piræi putcos à Peloponnesiis fuisse coniecta: homines enim pestilentis morbi cum letalibus medicamentis similitudinem non callebant. Etac Aretæus. Sic anno Urbis condita 420. à matronis Romanis venenorum coctione pestis Romæ sortur concitata: & apud Hippocratem dantur succi corruptentes & totum & partem, & forinsecus & intrinsecus, & spontanei & non spontanei: succorumque *ἡσυχία* à laudate ac irigiditate, textu proxime superiore distinxerat. quoad caliditatem, inquitur, *ἡσυχία* & *ἡσυχία*, quoad frigiditatem *ἡσυχία* & *ἡσυχία*, quoad *ἡσυχία* *ἡσυχία* *ἡσυχία*. Vocat autem *ἡσυχία*, *ἡσυχία*, quod præ qualitatibus primis *ἡσυχία* existat ac potentissima.*

Ideoque falluntur qui eminentissimum cuiusvis qualitatis gradum veneni nomine donante, malignum morbum vocitant ab eximia ac extremâ putredine prognatum; hinc enim sequeretur febres flagrantissimas semper fore malignissimas, atque ad eò elementa ipsa esse venenata, quia supremis armata qualitatibus, ac proinde plausibilis multo ex effectis venenorum truculentis respondentibus licet conjicere venenum actu subesse, inexplicabili totius substantiæ dissidio *ἀνδροβλάσις*. Ipismet qualitatibus occultarum improbatos, qui tanquam ex abyssis natura nuper reverts nihil ignorare videri volunt, dum putredines deprehendunt foedissimas cordique proximas, non malignis, sed lentis duntaxat febribus confociatas, ut puris pulmonumque graveolentiam in empyemate inveteratò ac phthisi consummatâ; isti, inquam, Lyncei Philosophi fateri tamen adiguntur incomperum esse & gradum & modum deterimæ illius putredinis, que malignarum febrium, ut mordicis ac prætractè tuentur, una genitrix est.

Concludamus ergo febres malignas quæ febres à putredine, quæ malignas à veneno pendere. Mera etenim pu-

trudo, utur excellens fingatur atque sordida, febrem simpliciter putridam ac intra primarum qualitatum cancellos limitatam parit, quanquam insignem, nec raro exitiosam. Venenum quoque si efficax fuerit, absente putredine, jugulabit quidem, verum absque febre ut in hydrophobia ac peste *ἀνδροβλάσις*, de qua si fides derogeret oculatis Medicis inter recentiores celeberrimis, Hippocrates 3. Epid. & Galenus 9. simpl. advocandi sunt. Prout autem in febribus malignis putredo qualitati venenosa, qualitate venenosa putredini antecellit, ita symptomata exurgunt, aut propria febrium essentie accommodata, etsi severiora vel clementiora pro intensione vel remissione putredinis; aut velut in *ἡσυχία* *ἡσυχία* enormia pernitus atque monstruosa, quorum ratione febres malignæ rectè à posteriori definiti possunt, *quas severiora quam pro earum consuetudine comitantur accidentia*: indeque fit ut ad utrumque therapiam non modo alterantibus opus sit ac vacuantibus, ut in mere putridis; sed & cardiaca usurpentur ad cordis tutelam, & alexeteria, que abditâ antipatiâ venenatam qualitatem conterant.

Cum itaque ad *ἡσυχία* febrium malignarum, venenum unâ cum putredine concurrat, quaerit forte quispiam, utrum venenum sit parens prolesve putredinis? Respondemus primò venenum quandoque progreffi corruptis solummodo, non putrefactis humoribus: nam generatio unius est quidem semper corruptio; sed non necessario putrefactio alterius, ac corruptio latius patet quam putredo. Elementa siquidem in *ἡσυχία* *ἡσυχία*, (salem si detur talis, ut loquuntur, *Transflementio*) corrumpuntur, non putrescunt quia homogenea viventia intereunt sine putredine; nec mixta omnia inaninata in sui dissolutione putrefcere necesse est; sic alimenta in chylis, chyli in hæmatibus, sanguis in homocassis, necnon in feminis, lactisque elaboratione destruantur, & tamen putredinem propriè dictam minimè subeunt. Huc pertinet quorundam animalium metamorphosis, & plantarum seminumque *ἡσυχία*, ut dum Eruca in Chrysalidem seu Auricellam, hæcque in Papilionem transmutatur, ocyum in serpyllum convertitur, & triticum in lolium degenerat: nem corporum *ἡσυχία* ac in saltem transformatio. Nonnulli pariter apud Galenum verè quidem dixerunt acetum esse vinum mortuum; sive ut aiebat Scaliger *doni mentuori informe cadaver*, aut sicut Macrobius, *vinum calpatum*; vel ut *ἡσυχία*, *ἡσυχία*; sed falso sunt attributi vinum transfigurari in acetum, intermedia putredine; vinum enim putrefcendo non acescit, sed abit in vaporem; quod si, ut vulgò creditur, acetum nihil aliud est quam vinum putrefactum, Cur diutius asservatur quam vinum ipsum? Cur vappescit ac mucescit, si iam putricum? (quæcumque enim semel putrefacta sunt, haud magis queunt deinde computrescere, quam denuncta, iterum vitâ interfici.) Cur putredinem abigit? Cur defectam animam rehit? Præterea tellis est Aristoteles, in nive vetustiore quamvis nesci putredinis, vermes gigni, & quidem pias hircos ac rubidos iusta nivis colorem vetustate rubescens. Igitur ubi mixtum alteri mixto succedit, primum mixtum haud necessarie computrescit, sed est si contumpatur, hoc est desinat esse id quod erat ob novam mixturem, & novæ forme adventum, cui præcedens forma loco cedit; errantque qui mixti *ἡσυχία* non aliter perfici posse censent quam mediante putredine, que Aristoteli *Corruptio est domestici & naturalis caloris in unoquoque humido & extraria ambientis caliditate*. Nam plurimus ams modis mixti compagem dissit demonstrant præter allata exempla, res destillata quarum fit in sua principia analysis, remotâ omni putredine; necnon cadavera aromatis condita, aut in Tolosano Franciscanorum coemeterio inhumata, aut Arabie arenis suffocata, que *ἡσυχία* non putredinem patiuntur. Addamus res crematas absque putredine in elementa resolvi, hæcque calore divulla, iteratò quandoque coadunari ad novorum mixtorum etiam viventium compositionem, saltem si verum sit, ut Aristoteles Pliniusque tradiderunt, pyraustas in Cypri araris fornacibus nasci medio igne. Ex allatis ergo inferamus quemadmodum in animalibus, vegetabilibus & mineralibus, sic in homine eandem aut similem dispositionem adeptò, venenum gigni posse, nullâ interveniente putredine; itaut tamen venenum illud humores deinde putrefaciat, si modò febris nascitura est; sicuti externa reperiuntur venena que septica sunt, licet impurita.

Secundò, ad quaesitum dicimus, nonnunquam contrarium contingere, videlicet putredinem causam esse, non effectum.

effectum veneni, quomodo hysteriarum genitura patrescendo pestifera redditur, & febres per initia benignæ, a daucta putredine, venenatae qualitatis procreatrice, vertuntur in malignas: Nam, exempli gratiâ, vix ac ne vix quidem evenit ut ea sanguinis putredo veneni sit expers quæ fibras ejus siccissimas attingit, ob quarum putrilaginem sanguis vascularis admittitur ut cervorum damarumque cruor non coagulatur, vel quæ ipsius sero non patitur per se falso, ac idcirco *δυσήλη*: præsertim cum sanguis extra venas grumescens veneni vim acquirat, cordis deliquio, *αποφύξις*, totiusque refrigeratione conspicuam; ac Taurini sanguis venenorum decuria adscribitur, eoque epoto Pflamincticus Rex Ægyptiorum, necnon etiam Themistocles, ut quibusdam placuit, olim vitâ cessant.

Tertio arbitramur & venenum & putredinem foetissimam & à causis disjunctis interdum produci, alioquin inter utrumque, velut inrer causam & effectum, constans adesse proportio, cum tamen in febribus malignis venenum sæpe vegetissimum sit, ac putredo levior: & contra putredo ingens ac venenum exiguum. Sed ista forsitan videbuntur *δυσήλη*, immorantur pathologicis quæ ad nostram Spartam.

Quemadmodum vulnera venenata non aliter quàm simplicia vulnera, nempe vel incidendo, vel pungendo, &c. infliguntur: at venenositatem habent annexam quasi pro superposito: sic *τὸ κακόν* non componit *τὸ βίον* ut loquitur alicubi Hippocrates, novam febrem gentem, hoc est speciem ejus differentiam; sed est accidens atque proprietas febribus superaddita, nec ulli earum generi addita, itaut pro febrium malignarum diversitate varient symptomata singulis ipsarum speciebus propria, puta aut biliosa aut sanguinea signa eluceant; nam hæc duæ potissimum febres malignitatem solent inducere.

Verùm ex parte veneni quo instructa est putredo, multo major iterum animadvertitur, etiam in simili febri specie, symptomatum disparitas: istud enim non semper unum idemque est; sed nunc arsenicale, nunc viperinum, nunc napellinum aut potius analogum, nunc ex pluribus mixtum, nunc novellum & inauditum; unde nil mirum si febres malignæ sint *καλὴν φύσιν* ac multiplici facie sese offerant. Non inficiamur quidem in febribus ejusdem speciei, etsi malignitate destitutis, ab similia etiam coevis symptomata, juxta aliam atque aliam patientium corporum *ἀσθένειαν*, cum infinite sint individuorum circumstantiæ, ac, ut ait Hippocrates, *Corpus à corpore, natura à natura, & alimentum ab alimento differat*: item in uno eodemque febricitante in horas fieri symptomatum *μεταπτώσεις*, prout materia organo percita hanc illamve partem petit; aut prout in dubio nature & morbi conflictu, modo ad illius, modo ad hujus partes nutat victoria: unde signa mox ad salutem vel ad melius, mox ad mortem vel ad deterius inconstanter, apparent. Verùm ista symptomata non superant captum febrium à quibus pullulant, hæcque agitur de febribus malignis sub eadem differentia positis, quæ distinctis temporibus debacchantes, signa characteristica suæ perversitatis vix unquam similia exhibent propter discrepantiam veneni malignitatem constituentis, ut illi manifestum fiet qui omnes malignarum ac pestilentium febrium historias ab Antiquis ac Neotericis conscriptas invicem comparabit.

Ne mireris porro novum quandoque in humano sinu venenum procreari; etsi enim specierum perfectarum, & à Deo creaturarum numerus completus sit, nec possit naturaliter adaugeri, imperfectas tamen atque devias, ut monstra, noviter fieri, ac ut in motibus, sic in nature imperio inexcogitata patrarî *κακουργήματα* non repugnat. Quemadmodum rhythmî atque harmoniæ certâ constanti ratione, sed innumerabilia sunt vocis & fidium errata: ita res naturales ordinate sunt atque definite, præternaturales finem, terminumque nesciunt. Igitur non omnes morbi procurerunt tanquam à carceribus simul emissi; sed alternatim ac interjecto temporis spatio, impetum focerunt in homines, dumque alii exolestunt, alii novantur. *Non oportet*, inquit alicubi Avicenna, *ut negentur ægritudines quas non contigit videre in tempore quodam & regione quadam; Nam est quoque ægritudinum Epidemiarum ortus & occasus, & omnium rerum vicissitudo, non tantum in morbis humani generis, sed etiam brutorum.* Pro stabiliendâ hac veritate non commemorabimus morbos ab unâ terrarum plagâ ad alteram comportatos, ut Elephantiasin Pompeii Magni avo ex Ægypto ad Romanos ad-

Tom. II. Pars II.

vedam: Mentagram, quam Perusinus Eques Romanus, Tiberio dominante, ex Asia Romam adduxit: aut Veneream lucem quæ ex orbe Americano avorum memoriâ tranavit in Europam, sed in medium profertendæ sunt affectiones sero genitæ quas nulla gens, nulla ætas antea noverat. Harum plurima exempla celebravit Plutarchus in Symposiacis, ac imprimis refert ex Agatharchide, circa rubrum mare exiguis quosdam angues ægrorum furas & brachia exercitis capitibus peredisse, qui tacti rursus in carnem regrediebantur: quod morbi genus neque prius neque posterius contigisse ullus comperit; sic non ita pridem horridus capillitii morbus Plica dictus Poloniam primam vexavit; paucisque abhinc annis Anglicanos pueros male habet Rachitis; & quod ad nostram hoc institutum attinet, *ἀντισηπτις* erat Epæmetra illa pestilens quæ regnum Angliæ anno 1486. cepit pervagari, & à sudoribus ubertim & assidue proruptis sudor Anglicus appellabatur: imò famosam Atheniensium pestem nusquam antehac spectatam autot est Thucydides: *σὰν νέα σέβριον τῶν ἰσχυρῶν*.

At dicit aliquis: Annon venena per se sunt corpora naturalia quanquam homini bellum indixerint? Annon eorum nequitia virtus inest ad magnos usus? Annon curantur, solertique artificio evadunt in alexipharmaca? Annon denique multa uni animalium generi noxiosissima, alteri sunt amica, ceduntque in alimoniam?

Tanta in his rebus distantia differatque est, Ut quod aliis cibus est, aliis fiat acro venenum.

Quare ergo habentur inter naturæ *ἀσθενήματα*? Respondemus rem non esse de venenis externis quæ mixta sunt verè physica: at de internis, & quæ in hominum conduntur visceribus; ea enim nec medicinalia sunt unquam, nec cibalia; verùm perpetuò *φθασμένα*, neque idcirco generantur *ἐκ φύσεως* ex naturæ consilio, cum finis & bonum reciprocetur, sed *δὲ ἀνάγκης* propter necessitatem materie, ut pili sub alarum valle, asperitas vocis in puberibus, canities in senectute. Verùm è diverticulo ad viam.

Modo dicebamus *τὴν κακὴν φύσιν* per omnium febrium differentias vagari; febrium, inquam, sæpè sæpius continuarum; sed quandoque etiam (etsi aliter visum sit Galeno) intermittentium, quæ extra vasa nidulantur. Nam Hippocrates in constitutione pestilenti quam lib. 3. Epid. describit, febres mentorat & tertianas, & quartanas, & quotidianas quas nocturnas vocat, quod noctu invadant ac ne quis autemet febres istas fuisse continuas, mox continuarum meminit, ut à notatis intermittentibus distingueret. Autoritati assipulatur experientia, quæ constat intervallatas febres præsertimque tertianas & magis adhuc erraticas malignitatis characterissimo signatas in praxi non ita infrequenter obvias fieri. Ratio idem suadet; neque enim tanta semper est veneni *ἐσθήνη*, ut è fomite extra venas locato assidue cor laceat; sed suæ quæque & agendi & oriendi tempestates, permultis venenis fuerunt concessæ: sic materia venenata in manuum pedumque extremitatibus cumulata, non continuam, sed circuitibus discriminatam suscitât epilepsiam. Deinde cum venenum in febribus malignis non sit sincerum, sed humori putrido commixtum, & quandoque opus habeat externo motore, quo vis ejus consopita expergescat, quis dubitabit ad materie febrilis putredine ebullientis motum, venenum exacerbari, & pari pacto ad ejusdem quietem, illud consilicere? Sciendum autem febres malignas, etsi diuicidâ habeant *ἀσθενήματα* interstitia, intra septimam tamen periodum propter paroxysmorum sevitiem, vitæ filium sæpenuerò præcidere, ac idè esse excipiendas à generali Hippocratis placitò, febres periculò vacare, quacunque ratione intermiserint.

Post enucleatam causam malignæ febris conjunctam, causas quoque remotiores scrutemur & internas & externas.

Internæ sunt calidior humidiorque corporis temperies viscerum infarctus, humores enim intercluso cundi redendique commercio, instar aquæ desidis cundatione vitium capiunt: malè pervia secretorum effluviatorum spiramenta, si nempe *ἄνοια* & *ἐπιέντρον* febris succendatur; nam corpora densioris texture sunt *δυσήλη* à causis externis, *κακὰ δὲ* verò ab internis; rarioris, è diverso. Sed quoniam duæ potissimum febres malignitate vestiri assueverunt, causòdes & synochus: hinc fit ut inter causas internas primatem locum obtineant impuritas cholestica, & plethora, tam ad vasa quàm ad vires; in prioribus

Q 9 2 recens

re enim plethorâ spatii defectu motus sanguinis sistitur, unde ejus corruptela: in posteriora verò, cum universus sanguis à naturâ gubernari nequeat, pars derelicta putrescit. Nam sanguis calidus & humidus statim putret, ni multis perfundatur spiritibus, qui ignei sunt, ideoque putredinis ἀλεξήτρις: si igitur spiritus pauciores sint quàm ut redundantem sanguinis massam animent, hujus portionem spiritibus non illustratam brevi putrescere, extra dubium est.

Causæ procatarticae numerantur triplices, aër, alimenta, contagium. Ut à contage incipiamus, febres maligne crebrius contactu, sed nonnunquam quoque fomite, ac interdum etiam ad distans sparsio volarili spermate, pestis instar volgantur; procliviorque est inter consanguineos contagio, ob corporum similitudinem, per quam patiens agenti parum resistit.

Improbi cibi sunt quasi illicites ejusmodi febrium, ut panis è milio, panico, zea, similibusque frumentaceis confectus, atque etiam è tritico caeleste malum passio, rubiginem nempe aut carbunculationem: carnes morticinae, crudiores, recenter mactatae, aut vetustate ac situ marcidæ; quam ob rem in castris ac per annonæ caritatem febres serpunt mali moris: fructus omnes corruptelæ obnoxii ut horarii, potissimum si immaturi fuerint: aquæ lacustris, statarie ac putidæ potus; imò ab aqua quàm à cibis facilius agrotamus ex Aristotele; quod non modo in potu, sed & in cibis atque absentiis eâ utamur. Adde quòd animalia, terræ fructus, ac omnia quibus vescimur edulia, aquâ nutriantur.

Sed quia affectus communissimus causam postulat communissimam, aër profectò ejus usurâ nemo carere potest, & qui rectâ ac subito ad cerebrum & cordis sinus inspiratu permeat, necnon quoque à privatis partibus indeinenter perspirando allicitur, jus possidet singulare in febres malignas, præsertim cum ejus incommoda ad vim animalem ac vitalem, sicuti ciborum potuumque pravitates ad facultatem naturalem magis pertineant. Aër igitur quatuor modis ejusmodi febres promovet.

Primo propter intemperaturam, dum ventorum Meridionalium quorum feralis est hostilitas, tenetur dominatu. Pestilens siquidem aëris status, quem describit Hippocrates lib. 7. Epidem. erat *Austrinus, pluviosus, obscurus, mollis, silens à ventis, paucique Etesia disjunctim spiraverit.* Ità David Deum orabat ut præservaretur ab incurso ac Dæmonio meridiano, id est à ventis Meridionalibus, quorum (ut probabile est) ministerio, vindex Deus pestem immiserat. Et quandoquidem Australis tempestas duplex est, una quæ paucas vel nullas demittit pluvias, altera quæ largo imbre depluit; illa est magis πυρρός, hæc minorem noxam nocet, quòd & aëris & terrarum, aquarumque palustrium inquinamenta à pluvii compescantur atque abstergantur. Notandum autem quamvis ex decreto Hippo ratis *Siccitates in universum imbribus salubriori sint, minusque mortifera*, cælum tamen summe suam febrium male moratarum toxicum esse. Narrat Livius Romæ pestem olim obortam: *Quòd eo anno siccitate plurimum laboratum fuerit, neque caelesti modo aqua parvè descenderint; sed terra quoque ingentis humore egens, vix ut perennes annos sufficeret.* Ratio est quòd squaloribus nimis humores & valde incrassati plurimas obstructions ingenerent, & retorridi malignam pravitatem de facili concipiant, ut videre est in elephantiasi; item in cancro cui duplex insidet venenum, unum putrefactivum abominando fœtore plus satis sese promens, alterum corrosivum partium astantium populatione notissimum. Ut taceamus ab extremâ ariditate fruges uredine ac tabe affici, debitamque præpediri maturitatem,

--- tum sterile exurere Siviis agros,
Arabant terra, & viciam seges agræ negabat.

Secundò inimicatur aër, si dispariles forbeat terrarum aspirationes: Est enim aër quasi universi arca, per quam velut per cribrum aliorum corporum virtutes & vitia transfunduntur.

Tertio aër malignarum febrium fator est atque propagator, non modo immoderantiâ qualitatum, aut alienæ materiæ mixturâ, sed etiam substantiæ suæ putrilagine. Omnia namque, excepto igne, in putredinem delabuntur, ex doctrinâ Aristotelis; impurum autem & infimum quo circumvallamur aërem intellige, purus enim atque sublimior, tutus est à putrefactione; cum hæc mixtioni contrarietur, nec idcirco sit elementorum, sed mixtorum seu perfectorum, seu imperfectorum; quâ distinctione ab

ἐπιλογιστῶν vindicabitur Philosophus in problematis, aërem igni socians tanquam putredinis exortem. Ad aëris autem ut & aquæ putredinem immobilitas plurimum conducit, ubi aër nec appulsu alterius renovatur, nec ventis scopariis everritur, vel etiam dum tactu radiorum solarium seu ignis cujusdam expurgatorii non mundatur; unde laconica & domicilia hypogæa gravia sunt atque insalubria, & Thucydides inter Atheniensis pestilentiae causas jure recensuit, quòd plebs habitatorum defectu in tuguriis suffocantibus nec perfatis effluvo tempore degeret. *Ut profluens amnis*, inquit Cicero, *aut vix, aut nullo modo; conclusa autem aqua facile corrumpitur.* Sic salubrium ventorum flamine, aëris vitia diluuntur: angustia autem conclusus, non facile seipsum tutatur.

Demum aër haud solum imbuitur manifesta labe, at cæcâ etiam ratione venenatur; tuncque febris reverâ pestilens potius exoritur quàm simplex maligna: Non censemus autem integrum aërem, sed nonnullas duntaxat hujus particulas sparsim veneno pollui, alioquin vix ullus malum effugeret.

Itaque planum est aërem non tantum ut medium & quasi proxenetam, quatenus scilicet, vel contagiosa laborantium μίσηματα, vel tetros undecumque halitus gremio suo excipit, ad febrium malignarum generationem conferre; verum etiam ut causam, quatenus ipsemet vel intemperatus, vel putridus, vel venenosus efficitur. Liqueat præterea hunc aut suâ dyscrasiâ deleteriam qualitatem creare in humoribus dispositis, aut malignitatem nobis communicare, quam in se complectitur, aut delitescencia in corporibus nostris venenata semina in actum deducere.

De ejusmodi *δυσκρασία* loquitur Hippocrates, morbis quibusdam videelicet Epidemicis inesse scribens *τὸ ἐξ ἑσπέρης*; fidissimusque ejus interpretes Galenus, τὸ ἀεὶ ἕχοντος ἀεὶ ἕρος καὶ ἕρας appositè interpretatur, quam alio loco Hippocrates *ἐξ ἑσπέρης* dixerat: superstitiosam enim Geopilitatem non puduit *δυσκράσιος* elementorum, Deosque Genios nominabat quòd ex iis gignantur omnia. Hippocrates ipse, quæcunque alias sit ejus *ἀειδαμνία*, Terram numerat inter *θεοὺς δαιμόνιας*, Numina Averrunca; sed præ cæteris elementis Aër, fortassis propter invisibilitatem & ἀνεπιπέδον cæterasque mirandas vires, divinitatis particeps credebatur, ac Diogenes Apolloniatæ Deum vocare solitus erat; imò plerique Jovem appellaverè, ob fulgurationes & fulminationes, vel etiam quòd in mundi partitione, cælum (sub quo aër comprehenditur) Jovi in sortem ceciderit; adeo ut quemadmodum Neptunus pro mari, & Pluto pro inferis, sic Jupiter pro aëre accipiatur. Unde Galenus *ἐν τῷ ἀεὶ*, inquit, *temπεστάτες ἐξ ἀέρος*, & *Διὸς ὕψιστον* Theophrasto sunt aquæ caelestes, seu pluviae, & *ἡ ἑσπέρης* Græcis serenitatem significat; ità apud Horatium *Sub Jove frigido pro sub aëre*; & Lucretius *dias in luminis oras*, id est aërias; & iterum *sub divo splendor aquarum ponitur*, hoc est, sub aëre.

Nec est quod hic omittamus, si maligna febris communi aëris injuriæ suam originem debeat, nobiles magis percelli, utpote humidiores, delicatiores, & lacteâ ténerritudine præditos: si victus errori, agrestes ac plebeios crebrius impeti. Adde quòd horum aëres à pluribus incolantur, angustiores sint ac immundæ, ità ut velocissima detur contagio, obscurusque aër & quasi mucidus inibi spiretur, quanquam universi aëris regio insalubris non sit.

Præter contagium, alimenta & aërem, sunt qui insulcent funestas caelorum influentias, ob certos Astrorum ἀρχαίμοδος καὶ συναδροσμοίς, configurationes & conventus. Sed nanias istas Achilleis argumentis doctissimi Philosophi pridem confutarunt, quibus Astrologorum ἐκρηστραχέλων vulgus convictum, lite tamen non cedit. At demus sidera esse *ισόβλα*, nil istud ad Medicos qui posthabitis universalissimis, remotissimisque causis quæ sunt ἀπύχοι, emendabiles duntaxat dispiciunt, apud quos proinde aëris mutatio merito est pro omni Astrologiâ; præsertim cum ipsismet *ἐρατὰ ἄροισ* aër dicatur Astrorum pararius. Omnia profectò hic elementaria sunt, demendusque ex animo omnis cæli morbus.

Quæcunque porrò affuerint peregrinæ causæ, sciendum tamen earum vim clanguescere, nihil adminiculantibus inquilinis causis, ac deficiente ἀφαιρέσει, hoc est ut loqui,

loquitur Tertullianus, paraturâ subjecti febrem suscipi. Quemadmodum, ait Plutarchus, florum odore suapte natura evanidi admixto oleo quasi suffamine, retinentur; sic exterioribus causis humorum in corpore redundantia veluti substantiam suppeditat, secus facile dissipantur, sanguine puro & ad morbum ἀσθενῶς motum earum excipiente: unde in illius pestilentia vastitate, qua in bello Peloponnesiaco in primis ipsam Atheniensium civitatem internecino genere morbi depopulata est, Socrates parcendi moderandique rationibus dicitur & à voluptatum labo cavisse, & salubritatem corporis retinuisse, ut nequaquam fuerit communi omnium cladi obnoxius. Legitur cautissimi illius viri exemplo, maturè nec instar Phrygum feti sapere consultus est, & attentâ curiosaque vidus ratione ingruentium malorum tempestatem amoliri; ne παθηματι fiant μαθηματα, idemque nobis contingat atque Atheniensibus belligerandi vecordia pulsatis, qui ut exprobrabat Demeades apud Plutarchum, non nisi μελανοπλοϊμῶντες, pullis atque lugubribus vestibus induti, pacem decernebant.

Diagnos.

TRANSIAMUS ab ἀνπλασῶν ad ἀσθενῶν quæ respicit vel notas huic illivè febrium differentie proprias, vel signa sociam malignitatem testantia: prioribus prætermisissis, utpote ad singularum febrium historiam attentibus, posteriora persequamur, ac febrium malignarum, in quantum malignæ sunt, lineamenta depingamus. Incredibile dictû quàm numerosa symptomatum seges adolescat; ideoque præcipua, & magis familiaria præstringere satis erit.

Speculari oportet, inquit in prognostico Hippocrates, Φοβός, hoc est invasiones, vel ut loquitur 6. Epid. τρεῖς ἔσονται five modos morborum popularium, necnon quoque temporis constitutionem. Si quis igitur febricitet, ac febres malis moribus morate, passim in populo jactentur, simul cum circumfusi aëris morbida vi, conjectura ac opinio habetur de malignitate, quam sequentia signa, non jam topica probabilitate, sed apodicticâ certitudine indicabunt.

Περὶ τοῦ ἀσθενῶς faciās sibi planè dissimilis, cujus scilicet flos deformatur in colore, caractere & mole, idque primi morbi diebus, ac sine causâ evidente, putâ nullâ prægressâ vacuatione seu manifestâ, seu occultâ per labotes, maerores, vigilias, dolores aut in mediam: passionum enim ut animi, sic & corporis vestigia in facie propter raritatem atque laxitatem, primum & maxime imprimuntur. Istaque vultus necnon etiam reliqui corporis alteratio substantica & ἀνὸς ἀνεπίστατος, oritur non modo suis febris ardore atque nequitiâ irugi succis, ac ultimo membrorum alimento; sed adipibus etiam, carnibus, ac partibus ipsis foliis liquecentibus; illoque liquamine vel insensibiliter per habitum dispersito, vel sensibilibiter effluente per sudores, urinas, aut dejectiones febres namque malignæ sepiusculè sunt ἀσθενῶν καὶ εὐπρωκτικῶν: quòd si forsitan compactior corporis habitus fuerit, quàm ut liquamenta per ἀσθενῶν sudoremve emanare queant, vel si hæc crassiora fuerint, iis sub cute commorantibus, pro collapsu cum faciei, tum cæterarum partium, sunt, ut ait Galenus ἐκαστὸς ὑπερώδης κατὰ τὸ σπῆνδος repentina intumescentiâ hydropticum in modum; eoque sensu Hippocrates 1. Epid. ex mala colliquatione dixit natos esse hydropes.

ἀδυναμία καὶ ἄρα ἄλγος κατὰ γυμνῶν virium jactura mox à primo morbi insultu absque præviâ inanitione, iis nempe non modo materiæ copiâ oppressis, sed malignitate morbi resolutis. Venenum enim persæpe ita est presentaneum, ut puncto ferme temporis virtutem nostram demoliat, quam alioquin nonnisi ægritudinis progressu atteri consentaneum est.

Νύκτι κατὰ τὸ σπῆνδος propensio ad somnum, cum segnitie totius corporis, aut propter ἐξοχῶν putredinis à caliditate & humiditate plurimâ prognatæ; hinc enim eadem nascuntur in animalis facultate incommoda quæ Hippocrates 5. Aphor. adscribit θέρματι, seu fotui aquæ dulcis calidæ, nempe σαρκῶν ἐκδύλωσις, νεύρων ἀνεροσία, γυνῶν καὶ κωσις, carnis effeminatio, nervorum impotentia, & mentis torpor: vel qua Austro tribuit 3. Aphor. scilicet ἀκίνητον βεβηταρε, caliginem inducere, caput gravare, pigros & languidos reddere. Si enim à madoribus externis, quanto magis ab internis, cerebro cum suis propagibus

emollito, principatus animalis labascet?

Propter comitem hunc mentis stuporem delirium si exurgat, est plerumque ἀσθενῶς, quod tamen ex levi manuum gesticatione, excrementis citra sensum profusis, oculis fixis, trucidibus & cerebri sympathiâ rubentibus ac flammigerantibus detegitur:

Principio caput incensum fervore gerebant,

Et duplices oculos suffusa luce rubentes.

Lucret. lib. 6.

Atque ut superflue humiditates virtutem memorativam inter principes animæ potentias maximè debellant, sic per febres malignas illa potissimum occidit.

quosdam cepere obliviam verum

Cunctarum, neque se possent cognoscere ne ipsi.

ibid.

Ad cerebri symptomata pertinent etiam convulsiones, tremores, ac excruciantes capitis, potissimumqueincipitis & frontis dolores: quales astutantis cerebri verminationes febrem illam malignam & petechialem confectabantur, quæ anno 1666. Hungariam primò vastavit, indeque per Europam disseminata est, & à natali solo Hungaricæ nomen sibi adoptavit. Atque ut cerebrum valde gravatur per hæc febres, sic aures sunt magis confortes ejus offensivæ quàm reliqui sensus, sæpeque vel obfuscescunt, vel tinnunt: Auris enim ita vicina est cerebro & colligata, ut nihil propius esse possit; nam in cerebrum cavitas ejus definit, & à quinto pari nervos accipit, qui simul cum durâ membranâ in cavum auris explicantur.

Sed cor non minus quàm cerebrum malignitate febris vapulat, hinc anxii pressique cordis succussiones, quæ παλμοίς vocant: hinc leipopsychiæ, hinc dyspnœæ, hinc animæ insuavitates enascuntur.

Humores præterea τομυγῶν ac venesicâ tincturâ imprægnati, iniquis vasorum etiam majorum conceptaculis propter ζέσιν & ζύμασιν coærceri non sistent; sed è secundæ corporis regione, quæ diversorium est continuarum febrium, in primam & tertiam, ubi desinent venarum ostacula, utrinque regurgitant, & velut extrâ ripas diffuentes dira longè lateque movent symptomata: putâ in alvini partibus, quæ eò promptius plectuntur quod instar stibuli Augiæ sordibus nunquàm careant, nauseam, vomitum, singultum, cardialgiam, ventris meteorismum, sitim inexplebilem, ac vice versâ omnimodam aliquando sitis absentiam, eamque cum linguæ siccitate, sine tussi, sine virtutis superioris ἀδελφίᾳ, ita ut irrorantis catarrhi, aut mentis seu deliræ seu sepultæ absit suspicio; sed vel facultatis appetentis intermisionem, vel humidi putredinalis abundantiam consequatur; adjuvante interim humiditate aëris qui non modo perspiratu ad ventriculum pergit, sed cujus etiam inspirati tantilla portio subinde ad ipsum defertur, sicuti pariter aliquid potis in spiritali arteriam inter bibendum decrat; hinc fluminum viciniâ & ventorum Australium spiratu lenitur sitis; & contra, qui hiante ore dormiunt, sitim experiuntur, resiccato aëris appulso ventriculi ostio. Porò inter ventriculi symptomata notabilis est esculentorum omnium ἐσθλαγγίς & quidem tantus, ut nullis dapum lenociniis edendi proluibum sit revocabile, ac multi ἡ Σοκράτην mortem ex fame oppetitam cibari præulerint. Autor est Galenus eos ferè omnes è peste incolumes factos, qui animi fortitudine vim sibi inferentes cibum assumpserunt; sed plurimos maluisse inedia enecari quàm alimenta degustare.

Alvi quoque excrementa observatu digna sunt: nam interdum cadaverosa bilis, interdum sanguine διορρημῶν illuvies serosa deturbatur, interdum amborum mixturâ excretiones fiunt ὑδαρῶν; quandoque ab adipis, partiumque ipsarum liquatione faeces egeruntur oleosæ, læves & glutinosæ, hæcque nunc albæ à recenti pinguedine liquidatâ, nunc sublavæ & simul valde olidæ ab eadem pinguedine non modo liquefactâ, sed etiam putrescente; sicuti rancidus adeps flavescit perditâ aëreâ, quæ exalbescit, substantiâ; syntecticæ ejusmodi dejectiones semper exiguæ sunt, quòd liquamentum paulatim fiat, non aervatum, hæcque Hippocrates criminatus est. Malum ἦνεν, inquit, quòd ἐσθλαγγίς ἐσθλαγγίς, & alvium, & subpallium & læves. Aliquando etiam vivificatâ in vermes putredine, animantium copia exos & exanguis intestina perfluctuat, ac paulò post idem veneno trucidati avo

vel ore pelluntur. Nam si verè scripsit Seneca, animalia venenata non verminare, nisi postquam fulmine fuere percussa, id illis quadrat quæ à naturâ, non à morbo talia sunt.

In habitu verò corporis, dispersito undiquaque per membranofas nervofasque particulas serino vapore, crebri citantur rigores febribus continuis per se incongruentes, iique incerti ac erronei: sic Hippocrates in febre trita ophya observat rigores contigisse ἀπὸ τῶν, περιληνιμῶν, ἐλάττω, καὶ ἡχίω, *incompositi, errabundè, parvissimi & minimè*. Dolores etiam toto corpore sæviunt mobiles atque vagabundi; item artuum σπασμῶδες, ac lassitudines spontaneæ, *offibus*, ut ait Aristoteles, *quasi collis, compressis atque conquassatis*.

Sudores nonnunquam liberaliter funduntur, sanguine vi febris serescente.

Ossaque & artus

Perfundit toto proruptus corpore sudor.

Nonnunquam (φ) ἄριστ tantum seu subsudationes torulente cutem madefaciunt ob naturæ momentis languorem, nihilque promoventis: sudores quoque vel calidi sunt, vel frigidi, omnium pessimi ob caloris ἰσχυροῦ; vel universales, vel particulares, nempe capius, colli, thoracis: aliquando tenaces, pingues, pravè olentes, quia colliquativi.

Quomodo etiam è prunis accensis scintillæ emicant, ac è candente ferro stricture emittuntur, fervensque è sarragine oleum exilit; sic per febres malignas pustulæ tanquam ambustis gemmat universum corpus *σπυγγώδεις παρὰ τὸν ἄνθρωπον* febres cum phlyctænis *aspellu graves*; vel vice exanthematum ob venulastabo ac fanie refertas quæ circa cutem dehiscentes *ἐκχυμοῦται*, pupurascensibus maculis, violaceis, caruleis, viridibus, lividis aut nigris obferitur cutis, vermiculatam pellis Babylonicæ picturam repræsentans. Hæ febres vulgò purpuratæ cognominantur, & quia peculiarem optant disquisitionem, satis erit impræsentiarum commonefacere istas cutis maculas ac varietates, instante morte, interdum evanescere, quod calor nativus jam jam defecturus ad *ἐξάνθησιν* læscere suos refugiat, simulque sanguis exteriora deserat; sed statim à morte eadem in cute denuò efflorescere, inò aliquando nonnisi post obitum ejusmodi maculis cutem variegari, & quidem non operâ virtutis expultricis, quam in cadaveribus, absente animâ, vel momento superesse possibile non est; sed quòd tenuissima istarum macularum materia quæ vivo homine liberè transpirabat, post interitum sub cute detineatur; vel potius quòd in recenter defunctis ichores sanguinei qui nullâ vi retentrice amplius reguntur, unâ cum evaporante partium intimarum calore, inîus forâs moti sub cute densiore subsistant: quâ similiter ratione sanguis aut fanies per os, nares vel aures interdum in mortuis effunditur. Calorem autem vitalem illic è morte in corpore residuum non iam in visceribus extinguere, quàm evolare perspicuè declaratur exemplo eorum qui nondum è vitâ egressi ad tactum frigent, ob caliditatis revocationem ad præcordia: at vitâ functi mox incipiunt calefcere, propter expansionem caloris.

Parotides insuper in febribus malignis non rarò emergunt, ceu stolones atque *βλαστῆματα* malignitatis internæ, cerebro potissimum inustæ. Neque enim eadem est ratio ac febrium chronicarum per quas *πύρρον* quoque eructantur; sed ob humoris ad excretionem inîonei copiam & crassitiam, unde pro excretionem *δυσχέρων* à naturâ succenturiatur.

Totominus signis adjicienda quoque est hæmorrhagia sive profusa fuerit, sive tenuis valde & accisa, ut in varium stillicidio; sanguinem enim magnâ perniciæ a persum, si sit desperatæ coctionis, natura haud amplexatur, sed malitiæ suæ permittit, unde non tam actione naturæ propellitur forâs, quàm vi

propriâ, ac inslar transfugæ è seditiosa civitate venis elabatur, more venenorum, atræ bilis atque lumbricorum sponte terga dantium. Sed quod miremur, sanguis ille prolagus, ac plerumque etiam ille ipse qui scdâ venâ educitur, rutilus optimusque apparet: quòd venenosa qualitas sensum lateat, solisque patefeat facinoribus, sicut edulia veneno delibuta odoris, coloris, saporisque gratiam servant; vel quòd venenatæ putredinis focus altior sit, stricisque limitibus circumscriptus. Inter signa pestilentis constitutionis non omitt Hippocrates capius & mentis depilationes; inò febres malignæ pilos axillarum, prætoris ac pectinis interdum demetunt, atque etiam *ἀναφλεβίασιν*, id est superciliorum calvitiam, necnon *μαδάρσει* sive glabrietem palpebrarum accersunt, venenatâ materâ, ut in Elephantiacis, lue veneratâ pollutis, & à Salamandriâ serpente demorsis, pilorum radices arrodente. Deterima autem est, genarum præsertim, *τετραχίτις*, quod cilia cartilagineo earum limbo, qui *ταρξίς* dicitur, tanquàm sicciore solo infixa ægerimè d. suam: quomodo plantæ in petrosis locis nascentes difficulter extirpantur.

Quid demùm dicemus de urinis & pulsu? Illa quandoque interceptur, quandoque ægrè ducitur atque tortuosè, quandoque immoderatè fluit, sanguine liquefcente in serum, quod nec alvo, nec sudore exitum habens ad mictuales ductus convertitur. Insuper aut squosa urina redditur ac limpida, aut confusa, aut rubens, livida & nigra, aut oleaginosa propter partium *ἐκχυρῶν*, aut denique sanorum urinam referens, sive propter inconspicuum venenim, sive propter suum morbosum apparatus, aut ad primam corporis provinciam divergentis à vena porta irriguam, & quæ urinis minus quàm alvo solet expurgari; aut circa cor versantis, necdum derivati ad truncum venæ cavæ descendentes; per quem serum ab hepate ad renes distribuitur: quòd subollescisse videtur Hippocrates damnans *ὄσφις*, ubi semidoctum vulgus perperam læditat *ὄσφις*. Notandum autem urinarum infidelitatem haud esse malignis febribus propriam; sed interdum quoque licet rariùs post urinas diu coctas in simplici putridâ, interitum nullo errore consequi, licui suffragante experientia, sat superque vulgari à Fernelio præclarè annoiatum est; adeò ut obiter mirari lubeat Galenum scribentem tantam ab urina in acutis febribus vim esse, ut soli ipsi fidendum sit.

Pulsus aliquando humilis est, occultus, inæqualis, intercensens; aliquando celer, frequens, robustus; aliquando à seipso parum aut nihil motatus. Nam interdum propter caloris febrilis ac veneni vim strenuam atque perniciem, febris micat, mox ab ipsa *ὄσφις*, portentis que odiosa est terribilibus; interdum interpolis est fucosa, nec Medicis modò *ὄσφις*, sed ipsis quoque ægrotantibus, qui etiam mentis compotes, se perbelle degere affirmant, vel se mori quidem conqueruntur, sed quid sentiant mali, verbis exprimere nequeunt. Captiosi isti morbi quasi post siparium suas moventes tragedias, à Sabino apud Galenum latronibus apprimè comparantur, qui incautos viatores, sui que nimium securos ex insidiis opprimunt.

Cur autem pulsus persistet immutatus, alii aliud causantur. Quemadmodum Autor libri de flatibus scripsit sanguinem in rigoribus statuum admixtorum frigiditate terrefactum, universum corpus percurrere; sic existimant nonnulli in malignis febribus naturam, putredinis magnitudine perterritam, non audere morbum adoriri, eo que misso, corporis regimini velut in sanitate totam se dedere; inò ut intentatâ materiâ morbificâ, pulsus non alteretur, ut nec urina: quemadmodum in tumoribus quamdiu membrum humorum copia atque qualitate premitur, neque dolores, neque febres vigent.

gent; sed tùm demùm symptomata invalescunt, ubi natura certamen instituit cum morbo, ac *πρὸς τὴν φύσιν* aggreditur.

Verùm quia absurdum est naturam quæ, ut ait Galenus *ἡ φύσις οὐκ ἐστὶν οὐδὲν, ἀλλὰ κατὰ τὴν φύσιν ἀλλογῶς* cum consilio & libertate operari. Alus placeat hanc, non quia pavescant, sed quia veneni maleficio repente enervatam à pugnando abstinere. At si natura ad arteriarum pulsus in modulos certos, lege que metricas affatim habet roboris, quidni ad luctam cum morbo eadem sufficere? Deinde cur crescente jam ac surgente febre, viribusque magis labefactis, pulsus demum incipit, & à genuinà integritate deflectere?

Plerique ad qualitatem venenatam confugiant atque modò, non caliditate cor infectantem. At venenum istud purum non est, sed, ut demonstravimus, putredini sociatum.

Galenus docet debilitatà potentià pulsificà, auctoque ventilationis usu, pulsus fieri mediocres, exemplo hominis imbecilli hostem fugientis, quem fugiendi necessitas velocem reddit, imbecillitas tardum, ex qua velocitate atque tarditate, motus medius & moderatus confurgit. Contrà verò in febribus bene moratis quotidie observare licet facultatis infirmitatem, cum adauctà ventilationis necessitate, neque tamen pulsus esse sanis quàm simillimos; & reverà languida virtus pulsus necessariò accersit parvos & debiles, usufque incrementum crebros ac celeres.

Nos igitur fraudulentæ febrium malignarum, ac potissimum mendacis earum pulsus causam, partim à veneno, partim à putredine expiscandam esse judicamus. Venenum si minus activum fuerit, operibus & cuniculis rem gerit, donec viribus eundo acquisitis jam non clandestino, sed aperto Marte, & quasi passis vexillis prælietur. Putredo autem profunda ac sordida tantà eluxuriatur humiditate, ut obrutus febrilis calor non possit *ἐκλάμπειν*, quousque tandem evictà purilaginosa uligine, sopiti suscitentur ignes, denique clara incendia lucem: pariter ac natus puerorum calor superfluo humido suffocatus, non antè exsplendescit quàm hujus nimietatem pubertatis adventus moderaverit: nam ut siccitas est lima caloris, sic humiditas caliditatem retundit: hinc febres *ἄσπυραι*, sed maximum incendium præ se ferentes, ubi incipiunt *κακρορροπῆς* illicò *βληχρῶς* sunt atque *χλωροί*, omniaque symptomata à calore sobolescentia deserviunt, dum interim floret venenata qualitas, viresque suas exerit.

Hic tamen notandum est non semper contingere ut febrium malignarum calor, eò quò dictum est modò intepescat; sed hunc sæpenuerò in intertenuis reapse vigere, ac inibi tanquàm in cubili ferarum more *φωδῶς*, nec propter accensæ materie crassitiem, aliave impedimenta exspatiari, itaut externo prospectu *μη περιτῶς* illudat minusque luceat exterius quàm interius adurat, *πρὸς τὸν ἐσωτέριον, ἀλαμπῶς καὶ δελεῶς*, vocat Aretæus, ignem altè demersum obscurum & acrem; qui quidem calor quasi subterraneus ex slysmo, siti, linguà nigrà & siccà, ac respiratione anhelosà & quæ ore patulo obitur, satis innotescit; necnon quandoque ipsorummet ægrotorum de incendio interno querimonia, ne sindones quidem tolerantium; id in peste Atticà cecinit Lucretius, lib. 6.

*Nec nimio cuiquam posses ardore tueri
Corporis in summo, summam fervescere partem,
Sed potius tepidum manibus proponere tællum,
Intima pars homini verò flagrabat adesa,
Flagrabat stomacho flamma, ut fornacibus intus.*

Porro non requiritur ut omnia malignitatis symptomata superius celebrata agminatim ingruant;

fat est plerumque unum aut alterum è cuius veluti filo atque habitu, malitiosam, vaserrimam atque versipellem febrem, velut ex nævo hominem, aut ex ungue leonem agnosceret sagax & exercitatus Medicus, cui longo usu symptomatum malignorum nescio quod *ἄσπυρον*, ut ita loquar, *φύσις γρηγοροῦς* innotuit.

*Atque canes ut montivage persape serai
Naribus inveniant intellectas fronde quietes,
Cum semel insituerunt vestigia certa viai,
Sic aliud ex alio per te tuè ipse videre
Talibus in rebus poteris, cacasque latebras
Insinuare omnis, & vetum protrahere inde.*

Lucret. lib. 11.

Postremò ut ad dignotionem temperiei, ad justitiam in animalibus præter generalia testimonia, ratio præcipua habenda est actionis, quæ unicuique illorum speciei particulatim competit; putà ad *ἄσπερας* homo debet esse sapientissimus, leo fortissimus, ovis mitissima, canis fortissimus, simul & mitissimus: sic quoque præter universalia indicia malignitatis, hujus noxæ separatim attendendæ sunt; Exempli gratià, si æger febre ardente æstuans, in qua vigiliis perennare æquum est, *ὕπνῳ βαρῆζεται* serreo sopiatur somno, venenum erit narcoticum: si infans tumultuosior fuerit, quàm pro sorte febris ad solani maniaci naturam illud accedet: si sitis fatiget prægrandis, imparque sit febrilis calor, ac imprimis si situs illa fuerit *ἀρλιμῶς*, sive inexhausta, dispadum *ἰδίμῳ* æmulabitur, quorum venenum crassius instar carbonum fossilium affusà aquà vivificat, ignesque Græcos ac artificiales imitatur, caloris aded tenaces, ut in mediis aquis ardeant: si sanguis ore, naribus, alvo, utero, urinis, vasis hæmorrhoidalibus profusit, serpentis hæmorrhoi genium participabit, vel plantæ illius hæmagogæ apud Thraces Bithynicos nascentis, de quâ memorabilem historiam tradidit Galenus lib. de purgant. medicam. facul. Si febricitantis corpus attollat in tumorem, buprestem referet, cujus morfu hydrops suscitatur, Aretæo autore: & ita de aliis.

In genere cardo *ἄσπυρας* maximè vertitur in exadà symptomatum cum febre collatione, nimirum, an illa sint *ἀπὸ τοῦ* totoque celo distent à febris ingenio, vel saltem quoad gradum & intentionem sint febre superiora, aut ante debitum tempus insent, & quæ in vigore afflictae fas est, morbo coreva sint, atque ab ejus primordiis compareant; nam si desit analogia effectuum cum sua causà, aliquid maligni in hac latitare necessarium est.

Restat ut ponamus discrimina febrium simpliciter malignarum, quas nonnulli spurias pestilentes vocant, & verè pestilentium. Primò igitur illæ victis incurià, sæpius quàm aëris flagitio; hæc contrà aëris magis quàm diætæ crimine illabuntur. Secundò illæ minus traduces sunt, & contactu frequentius ac expeditius quàm relicto fomite, aut ad distans profeminantur; hæc sunt magis contagiosæ, ac præter *εὐνοφῶς φθοροποιῆς* per fomitem & ad remota ope *δοκίμῳ τὸν σπῆρα* facillimè diffunduntur: Nihil est tam volūcre quàm pestis, nihil facilis emissitur, nihil certius excipitur, latius dissipatur. Tertio illæ minus crudeliter ac sævè existunt: hæc immites ad summum ac horrendæ; præcipuè verò inguinum, axillarumque bubonibus notatissimæ sunt, protrusis ab hepate & corde in sua emunctoria insensibilissimis humoribus. Comites etiam eunt anthraces per cutem hic & illic erumpentes, quibus quasi accensis facibus, pestis intus recondita fulgurat, donec tandem fideret; cùm in febribus malignis, parotides bubonum,

bubonum, ethymata ac puncticulæ carbunculo-
rum loco sint. Denique distinguuntur & motu
& periculo; nam quemadmodum temporaria ve-
nena lentas trahunt moras, priusquam inserant;
sic malignæ febres propter veneni ac putredinis
ignaviam, longæ esse possunt, harumque mentio-
nem fecit Hippocrates lib. 3. Epid. & quamvis
sæpe sæpius sint de numero acutarum, non ta-
men festinantissime sua percurrunt tempora, dein-
de plures ab iis servantur quàm intereunt: pesti-
lentes autem incitatâ admodum rapiditate, cur-
sum suum peragunt, & potiorum maclant agro-
rum partem, imò populosissimas civitates colonias
exhauriunt.

----- quis funera sando
Exprimat, aut possit lacrymis equare labores?

Prognosis.

Pergamus jam ad prognosin. Celebris est A-
phorismus: *Morborum acutorum non omnino
certas esse prædictiones, neque salutis, neque mortis.*
Sed in febribus quarum acumini malignitas auc-
tariò jungitur, prælagium multò magis insidum
est: ægri enim quandoque vallati pernicialium
symptomatum phalange, & in quorum labiis
jam fatum oberrabat, imperatò defuncti, super-
stitesque evaserunt; interdum autem cum urinâ
laudabili, pulsa valido, pleno & æquali, alio-
rumque optimorum symptomatum cæterâ im-
provisò perierunt; itaut cautos, prudentesque
Medicos deceat, quia spec. e recti facile decipiuntur,
judicium suspendere, ne ante tempus trium-
phantes, cogantur *detriumphare* ut verbo Tertul-
iani utar; hic namque profanantur sanctiores
augurandi leges; sic testis est Galenus plurimos
quidem senes & pueros cum intermittente pul-
su à febribus liberatos, juvenem verò neminem:
nihilominus tamen juvenes non pauci cum ejus-
modi pulsu, febris malignæ periculum eluctati
sunt; sic alvi fluxus in morbi principio è re
fuit ægrotantis, rebellante licet Hippocratis de-
creto, *πὴν κελύματα τῆν τὴν βίανον μὴ κίονα ἔπι-
φαιέτω*, quòd nocua & adulterata materia ne-
queat nimium citò corpore exterminari. E con-
trario autem morbo jam provento ac lucente pep-
tasmo, oborta diarrhœa ægrum peremit, quan-
tumvis, judice Hippocrate, *Colliones celeritatem
eriseus, certamque sanitatem polliceantur.* Esti e-
nim putredo, coctionis beneficio emendata sit;
superest tamen altera, eaque perniciosior causa,
videlicet indomita, ac per moramentum altius
impressa principalibus membris malignitas, homi-
nem tollens è medio. Somno tranquillo atque
moderato ut nihil efficacius est ad virium refocil-
lationem & materiæ concoctionem, ità nihil cer-
tius ad salutis prædictionem; ille tamen nihil
opis affert febribus malignis, quin potius ipsas
exasperat ac novis auget symptomatis: spirituum
enim & nativi caloris excursionem coercendo si-
mul quoque concentrat venenatam cacochymiam,
hancque superare non valens, commovet saltem
atque exagitat: quâ de causâ in historiis Epide-
micis multi è somno deliri facti sunt ac cephalal-
gici: hinc Aphorismus, *In quo morbo somnus la-
borem facit, lethale.* Pronunciavit Hippocrates sur-
ditatem evanescere, superveniente alvi fluore. At
per hæc febres, alvo fluente haud rarenter ad-
venit surditas. Deinde quantumvis natura sit
ἡδύμορος, & Dea illa impare gaudeat numero,
attamen febres malignæ diebus paribus salutriter
desierunt, *ἡδὲ ἐν τέλει τῆν κελύματα ἔπιφαιέτω*,
ἔπιφαιέτω ὄνειδος, inquit Hippocrates. Nec est quòd

aliquis contendat has fuisse sanguineas, ac san-
guinem patibus diebus moveri: nam malignæ fe-
bres etiã è biliosarum classe, paribus diebus
tutò & sine recidiva solvi videntur, contra edic-
tum Legislatoris nostri *πὴν ἐν ἀσπῆσι κελύματα*,
ἔπιφαιέτω κῆν φιλύματα. Tandem stilla è naribus
etiã atque etiã à Præceptore infamata tanquàm
erectum de triumphatâ naturâ morbi trophæum,
supplet quandoque vicem legitimæ ac perfectæ
criseos, paucumque sit criticum, quòd malignus
succus more venenorum, modicus sit in quanti-
tate, multus in virtute: ità febrem Hungari-
cam cujus supra meminimus, sanguinis arteria-
lis ac purpurei subfluo judicatam fuisse, fama
est.

In tam lubricâ atque ambigiosâ eventus con-
jectatione quædam monenda sunt. Primò has fe-
bres in universum præcipites esse atque luctuosas,
est mindus quàm pestis. *Febres malignissimas, in-
quit senex nosser, & cum gravissimis signis con-
junctas, quarto die occidunt, aut etiã prius.* Sic
Crison ejusmodi febre correptus, secundo die e-
reptus est. Nam malignarum febrium venenum po-
tens est atque capitale, cui non ratione propter
vim ejus abstrusam, non etiã experimentis, quòd
sæpe numero novitium sit, nec usquam animad-
vertum, propriam antidotum quibus opponere,
generalibus alexipharmacis contenti, quæ utilia
quidem sunt, at non specifica atque *ἐπιφαιέτω*. Sed
in recenti præsertim earum grassaturâ, luduntur
Medicorum conatus, communia therapeutices theo-
remata sectantium, antequàm multorum ægrotum
detrimento sapuerint, & anormem sæpe febres is-
tas heteroclitias curandi modum adinvenirent. Stat
siquidem experiatâ, aliàs profuisse phleboto-
miam, aliàs eos omnes è viâ migrasse, quibus
secta est vena; & similiter purgationem seu *ἄνω*
seu *κάτω* præscriptam nunc fructuosam esse, nunc
damnosam; ità Hippocrates in pestilenti flum lib.
3. Epid. plerosque à cathartics multum offensos
fuisse narrat.

Secundò animadvertendum signa prognostica
non esse numeranda, sed ponderanda, uniusque
malignitiam plurimorum probitatem posse evinci;
sic in variolis atque morbillis unica pustula, præ-
cipue circa thoracem, nigra, livida aut violae-
cea, contra fidem cæterorum signorum salutem
spondentium, abunde est ad mortis præfagitionem:
sic dux tresve sanguinis denigrati è nari-
bus stillantis guttulæ, ceu atrati anteambulones,
exitum prænunciant; sæpe *exiguus mus augurium
tibi triste dabit.*

Tertio notandum febres malignas partium qua-
rundam intertrimento cum miseris ægris interdum
pacisci, aliosque luminibus cassos, alios auditu
spoliatos, alios mente captos, alios memoriã or-
batos supervivere, alios etiã artuum corruptione
mutilos; sic, à variolis ulcera Telephia non-
nunquam supersunt, à quibus ipsa quoque ossa
depalcantur; & Hippocrates in pestilenti consti-
tutione pluries à nobis citatâ, membrorum *ἐπιφαιέτω*
memoravit: item Thocydides in nobilissimâ
peste Atticâ, necnon Lucretius lib. 6. his verbis:

*Profluvium porrò qui tetri sanguinis acre
Exierat, tamen in nervos hinc morbus & artus
Ibat, & in partes genitales corporis ipsas.
Et graviter passim metuentes limina lethi
Vivebant, ferro privati parte virili:
Et manibus sine nonnulli pedibusque manebant:
In vitâ tamen, & perdebant lumina partium.*

Postremò observandum est quòd venenum seg-
niores

niores ciet turbas, eò res agrotantis deteriore loco sitas esse; quoniam furivã mansionem illud magis radicitur, firmioresque nanciscitur malignitatis, ut sic dicam, nervos: quamobrem si in therapiã februm purè acutarum fugiendã sunt diffusions & compendationes, quòd Medicina sit *ελαγχιση*; in curã malignarum promptissima celeritas etiam mora est, momentoque quolibet ocyus subveniendum, ne venenum neglectum humoribus ac partibus sese penitus infuset, inseratque, ac ut haberet in eã epistolã quæ circumfertur nomine Hippocratis ad Cratevam. *Ab omni arte aliena est procrastinatio, maxime verò à Medicinã in quã dilatio vita periculum affert; temporum autem opportunitates curationum sunt anima; earumque observatio, finis.* Itaque properemus ad curationem, hancque paucis absolvamus.

Therapia.

UT sagittæ aberrant, nec umbilicum contingunt, ubi collineatio fallit; sic temerè admittuntur remedia, nisi dexterã *εσοχη* indicationes prius desumantur: quod enim erant ius facientibus statux Mercuriales in bivis olim extructæ, quod nuculo in puppi sedenti clavus est, quod Architecto libella & linea, id medenti sunt indicationes. Hæ in curatione februm malignarum multiplices occurrunt, nempe plenitudo cacochymica atque venenata *κατακοιη* detrahenda; obstructions *εμφρακτοις* referendæ; calor extraneus *αδυνατοις* retinendus; venenositatis *αλιηθησεις* edomanda; natura demùm cardiacis munienda; quibus scopis satisfiet auxiliis haustis è triplice fonte, Chirurgico, Pharmaceutico, & Dietetico.

Itaque ad eluenda alvi supervacanea ac refrigerium viscerum, crebris clysmis, tanquam balneis quibusdam internis, detergentibus, refrigerantibus & emollientibus venter subducatur.

Venæsectio, eaque pro modulò virium metienda atque iteranda (secus summum jus, summa foret injuria) præsidium putetur *γενναϊστικη* καὶ *εὐπρωτη* generosissimum & maxime præstanteum, quod inter *αληθινωτη* ordine primum sit, ut dignitate præcipuum, nulli ætati nec infantili, nec senili negandum, renitente licet autoritate Veterum, quorum ævo *εὐ γαλαξυ* καὶ *εὐ σαργγανω*, in lacte & fœcio Medicina quodammodò versabatur. Nolimus itaque *αρχαϊκα* φερων, ac ratio ætatum duntaxat ineatur pro definiendã frequentia & copiã educendi sanguinis. Tundantur autem primum venæ superiores, ac postmodùm inferiores in suppressione solemnissimè effluvi menstrualis aut hæmorrhoidalis; vel ubi præter vacationem opus est *επιπαρει* humorum sursum excurrentium, ut in cephalalgicis, paraphoricis & cataphoricis symptomatis; quodque mirum, innumeris compertum est experimentis, ipsalmet prægnantes, potissimum mediis gestationis mensibus, saphenæ apertionem feliciter & sine abortu tolerasse.

Aspice igitur *αιμοφιλο* conspectis in cute papulis venæ sectionem superstitione abhorrentes. Nam ut silesmus naturam oneris parte levatam, majoribus ausis, adversus reliquias materiæ alicrius insurgere; certissimum est curaneas illas efflorescentias esse symptomáticas, atque *εσφομα* sive rejectanea sanguinis exæstantis, proindeque phlebotomiam expostulantis. At demus eas esse criticas, tamen sine dubio crisis erit *επιπαρει* summissa, & abscessus quasi dimidiatus,

Tom. II.

morboque impar, quem adjuvare æquum est, eundo semitam naturæ *αυτη η̄ η̄ωτι* *αλγτων* *εσφομα* *φρακτοις* *χοειων*; Atqui idem est motus exanthematicum & venæ sectionis, è centrò ad circumferentiam, è corporis penetrabilibus in ejus plantiam, tantùm absit ut apertã venã resistent succi ad cutem evocati, iterque relegant: Annon enim inanitis per venæsectionem artuum venis, sanguis è majoribus interioribusque vasis continuate quòdam illicò affluit, vacuum locum repleturus; quis igitur negare ausit à phlebotomia sanguinem ferri non foris intrò, sed intus foras? Unde etiam in inflammationibus internis, item in morore & timore improvisò vena statim ferienda est, ad sanguinis ac spirituum in visceribus collectorum explicationem; & quanquam post phlebotomiam somnus interdùm premit, ob dissipatos spiritus quos natura refarcire satagit, is tamen iure interdicitur, ne præsidium sua frustretur sine, nempe diffusionem sanguinis ab internis ad externa. Porro venæsectionem in febribus malignis minimè dissuadet color sanguinis extracti non rarò floridus; id namque contingit quòd focus putredinis profundus sit atque angustus, purã exiguum venæ cavæ spatium occupet, ut vel inde probatur, quòd repetitò sæpius sæpiusque hocce remedio *εσφομα*, ipsa quoque morbi scatebra tandem exhauriatur, sanguisque putridus effluit. Et quod sedulo notandum, motã febrili camarinã, allueverunt agrotantes animi defensione corripì, sed quæ Medicum in artis operibus exercitum ac detritum haud terrefacit, nec dimoveret ab inceptò. Attamen hic opus est cautione, nam tantò plenior manu sanguis extrahi debet, quantò putredo venenum superat; ac vice versã tantò parcius ille mittendus est, quantò venenum putredini præpoller; qua de causã liberaliorem phlebotomiam, quandoque nocentissimam fuisse dictavit experientia, itã ut peste febris expertè laborantes, pariter ac illi qui venenum ebiberunt, Medicos exportent sanguinis, ut itã dicam, abstentios.

Phlebotomiam excipiet catharsis, potissimum si affuerit ventris multa humorum feciditate saburrati *εσφομα*; quamvis nulla vel saltem adhuc obscura sese offerant pepasmi rudimenta, secus dum ulteriorem præsolamur costionem, æger interim à constante veneno persuspè suffocatur. Alii tamen anticipandæ purgationis aliam causam afferunt, videlicet humorem malignum in contrariam abiisse costioni dispositionem, nec modò hujus scum, sed potentiam quoque refugere, ac idcirco frustra expectari mitigationem humoris, quæ nulla futura est. At hi manifestò aberrant; nam verum est quidem in febre malignã lethali materiam haud solum incoctam esse, sed etiam incoctilem, propriãque culpã ac perverciã *εὐ φουρις* *κοσμον* gratiam & ornamentum naturæ nunquam tulcipere; sed in febre non lethali, foccos malignos à naturã utcumque coqui ac subigi indubitatum est, cum hujus victoria in humorum pepasmo posita sit, ac variolæ suppurent, imò carbunculi, bubonesque pestiferi, si res ægri prosperæ sunt ac secundæ, ad maturationem perducantur; neque etiam bubones venerei, naturæ coquentis imperium detrectent. Purgatio autem in hisce febribus non mochlica sit, sed blanda; &, si fas erit vulgò *βυρβαελω*, minorativa, quam *εσφομα* vocant Antiqui; ex tomariindis, pulpã filiquæ Egyptiacæ, folis orientalibus, rheo, syrups diarrhodon, ac è floribus mali Persicæ, manna Calabrinò ad expurgationem serosæ immunditiei

R. r

tici

tici per febres malignas uberrimè luxuriantis.

Præsente autem nausea, nec dejectoris sat proficuis, juxta *ἰσμήν* humoris, arte concitetur vomitus, quò non solum primæ, sed secundæ quoque & tertiæ corporis regionis impuritates emundentur. Nam si ventriculus juxta maris facultatem dat omnibus & ab omnibus accipit, ut legitur apud Hippocratem; si mediante jecore, universis corporis partibus copulatur, recipitque earum excrementa, juxta doctrinam Galeni; ac uno verbo, si totum corpus ac ventriculus *εὐμολοῦν*, quis non videt partes omnes etiam remotissimas ab humorum vexantium sarcinâ per ventriculum posse expediri; nec immeto observatum esse ab Aristotele ipsammet lassitudinem, etsi ejus materia per musculosum genus longissimè dispersa sit, vomendo sedari: præsertimque soporati ægri sumpto emetico evigilant, seu cataphora sympathica fuerit à plenis, fumantibusque præcordiis; seu idiopathica cerebro humorum multitudine inebriato: dùm enim lacinatur vomitorio ventriculus, cerebrum simul proritat, ac communi quassatu atque *ἐνυμμάξιν* humorum moles utrumque hoc viscus opprimens, excutitur; nam propter nervi sextæ *σὺζυγίας* progeniem ventriculo largiùs circumfusam, eximius est ventriculi ac cerebri consensus; sic vomunt phrenitici, vertiginosi & hemicranici, capite sciatis *χολημοσία* supervenit, & singultus sternutamento fugatur; hi que rationibus concinit experientia permultorum febricitantium qui in carum cæteris præsidii inexpugnabilem jam delapsi, ex ipsismet Orci faucibus, citatò vomitu, quasi virgulâ divinâ revocati sunt; itaùt huic veritati adversari, hominis sit planè inscientis, inexperti atque contentiosi: Undè etiam Hippocrates ad acuendam mentem, aquæ in cerebro dominatu, tardiozem vomitum suadet: quodque notatu dignum, ipsamet graviditas in mulieribus vomitum non dehortatur; hic siquidem nisi violentissimus sit, simulque deorsum humores moveantur, revellendo, abortum potius arceat quàm provocat; cùm utero gerentes etiam primis mensibus, quibus ob fetum adhuc tenellum religio est purgare Hippocrati, spontaneis nausea ac vomitibus citrà abortum quotidie divexentur; quin imò reliquo gestationis tempore, illæ meliùs habeant ac auspiciùs patiant.

Sed de vomitorii delectu inter viros gravissimos magno æstu disceptatur; aded indelebile malum est, inquit quondam Galenus, *eluique non potens citrà scdus ambitio, ac scabie quævis ad sanandum rebellis*. Alii enim stibium, ut artificiosè præparatum, tanquàm stygium traducunt remis velisque fugiendum; Alii verò ejus in vinò albò infusionem, sicut & pulverem, ceu augustissimum artis Phœbeæ Palladium venerantur, in quò spes inclinata recumbit. Hippocrates prociendo vomitu plurimùm utebatur Veratrò albò, quod Elleborum sine adjurò appellare consueverat. Sed cùm Elleborus albus venenatus sit, ac *πυρρὸς*, credibile est quamdam ejus correctionem Hippocrati fuisse cognitam. Utinam hæc temporum injuriâ non intercidisset, idem remedium lubentissimè usurparemus; Ut enim in bellò, sic in Medicinâ tritæ ac veteranæ copiæ novitiis ac recenter conscriptis præstantiores sunt, & medicamenta amicorum in modum haberi debent, è quibus novos non deget veteribus anteferre. Verùm cùm ista Ellebori castigatio posteris fuerit invisâ, non est cur tutissimum veratri Hippocratici *ἀνθεκιδούρον*, tot victoriis reportatis nobilitatum, fuisse An-

timonium repudiemus, tametsi nuperis temporibus adinventum: Et quandoquidem lis est de facto, si quandoque viris placeat eruditissimis qui tam aculeato ac pene dixerim, histrico eloquio in hocce remedium declamant, posito omni præjudicio, salutarem illius virtutem experiri; juxta illud Præceptoris *μηδὲν εἰρη, μηδὲν ἄσπερον* nihil temere, nec nisi benè subductâ ratione agendum, nihilque negligendum; confido fore ut Antimonium colant pro Sospitâ Medicinâ, nec ipsos pudeat præsidium à musteis Chymicis mutuari, cùm jussit Hippocrates nos etiam ab idiotis discere quæ conferunt ad curationem (*medicamenta enim homines non ex consilio, sed potius ex fortunâ inveniunt, neque artifices magis quàm plebeji*) imò non pauca remedia à brutis ipsis ars nostra mendicaverit; alioque loco idem Hippocrates dixerit Medicinæ principium & viam jam dudum patefactam esse, reliqua verò in posterum detectum iri; item scientiis & artes per additamenta fieri: pariterque à Galenò scriptum sit, materiæ facultates declarari experientiâ, ac per hanc auxiliorum copiam progressu temporis adaugeri: nihil enim, inquit Orator, *simul est inventum & perfectum*. Quòd si Antilibiani, *ἰσχυροτέρως*, ad opinionem conceptam semel atque adamatam tanquàm ad saxum velint adhærescere, tenentur saltem aliud nobis sufficere vomitorium Hippocratici Elleborismi *ἢ vomitorium*; vel cogitent apud se, annon ipsis jure tribui possit illud Galeni, *qui ejusmodi scdus sunt additi, non solum nihil nocent; sed ne discere quidem dignantur*.

Post sufficientem & alvinæ & venosæ plenitudinis depletionem, cucurbitulæ scarificatæ, scapulis, lumbis, ac internæ crurum regioni utiliter affiguntur, imò fortius revellunt, ac levioze virium delibatione quàm ipsa venæsectio: Nec infructuosa sunt quamplurima corniculæ cum tenuissimis cuticulæ incisuris, hic & illic aptata: *Quædam quoque remedia, & magis adhuc vesicantia, non solum interscapulio & pone aures, sed brachiis quoque & cruribus applicita, humores altiùs insidentes ad cutem evocant, hancque ut loquitur Aurelianus, papulare faciunt*.

Nec tantùm sensibiles evacuationes sunt instituendæ; sed insensibilis quoque per cuticulares meatus diffusio concilianda. In quem finem præter alexipharmaca & cardiaca remedia jam jam enumeranda, quorum pleraque conducunt ad *ἀλεξίφρον*, rareque faciunt lateramina cutis; laudatur Antimonium quod deposita vomitoria ac purgativa virtute, diaphoreticum evasit; vivi etiam catuli, pullive columbini per medium dissecti, aut vervecum recens mactatorum pulmones lienesve, detonso vertici, alis, inguinibus, carpis manuum, plantisque pedum merito apponuntur: Sunt qui bufones lecto subjiciant, ut venenum ægrotantis, propter similitudinem, ab istorum animalium veneno eliciatur, haud secus ac ignis partis ambustæ empyreuma prolestat. Alii in eandem scopum, tempora, axillas, carpos & inguina oleo scorpionum inungunt, atque etiam arsenicum præscribunt ad cordis regionem è collo pendulum.

Cæterùm vacuationi cùm patenti tùm latenti ita incumbendum, ut interim de alterantibus simus solliciti pro extinctione incendii febrilis: nam quemadmodum sublatâ portione aquæ bullantis, hæc non tepescit, sed venti frigidi afflatu, ac præsertim frigidæ affusione, fluctus ejus sternuntur atque confacefcunt; sic ad humores tumidos undantesque deprimentos atque tranquil-

quillandos, refrigerantia sæpenumerò plùs profunt quàm evacuantia. Talia verò eligantur quæ obstruatas vias unà recludant, ut radices fragariæ, graminis, dentis leonis, herbæ cichoraceæ, intybaceæ, endivia, cicerbita, buglossum, borrago, ac oxyriphyllum præ cæteris convenientissimum, propter aciditatem, sicut & oxalis præcipuè rotunda. Ut enim extrà corpus materiæ sulphuræ inflammabilitatem acida reprimunt; sic intrà corpus flammantem bilem frænant: id docet Hippocrates sect. 3. de diætâ acutorum, ubi ait acetum picrocholis magis conferre quàm melancholicis, quoniam in his atrum humorem fermentat atque multiplicat: in illis verò ab acetò πὶ πικρῷ ἀγλυκίῳ καὶ ἐκφλεγμῶντι καὶ μεταρρῆζοντι ἰσχυρῶς ἀπὸ αὐτοῦ, ἀπῆρα διαλύονται καὶ πτυοῦσιν, ἀπὸ αὐτοῦ ἰσχυρῶς ἐν σπλάγχνοις ἀττολλοῦνται. Neque autem per ἐκφλεγμῶντι οὕτως intelligit Hippocrates in pituitam verti; sed pituitæ qualitatibus ut frigiditate & crassitie donari, quo sensu in senibus bilis dicitur φλεγματώδης, idèdque reddi κατὰ φύσιν. Itaque ex plantis dictis, maximè ex acidis parentur decocta ad amplas doses quibus in gratiam ægrotantium, saccharum dissolvatur, sed in minimâ quantitate, quod saccharata omnia non minùs quàm mellita obstruant, ac bilefiant; saccharum enim amarificat longiore cocturâ, continetque sulphureos spiritus qui in tenebris affricu ignescerentur coruscant; undè etiam immoderato ejus usu, non minùs quàm forficarum putore, aut assumptis actu nimium calentibus, niveus dentium candor nigrescit. Prætermitto semina quatuor frigidâ majora communiter sic vocata, eò quod cucumeris semen, judice Hippocrate, hominibus quidem, sed urat propter pingue & oleosum: sicuti amygdala, docente eodem Hippocrate, quia carneæ nutriunt, sed sunt æstuosæ ratione pinguedinis. Hic quoque serum lactis è caprâ præfertim recenter factâ, suas meretur laudes, ac profectò nobiliores quàm ingrata apozemata atque nauseosa, ne dicam cum Hippocrate μισητὰ ποτήματα: Nec renuit ejusdem Hippocratis auctoritas, cui pisculum est lac propinare acutâ febre correptis. Lac namque è triplici coagmentatur substantiâ, butyrosâ, caseosâ & serosâ; butyrosâ, quoniam pinguis, proindèque conflagrabilis, auget ἐκπύρωσιν caloris nativi, in quâ febris natura consistit: caseosa quæ terrestris est atque crassa, obsepit vias, ac idcirco conjunctam fovet febris putridæ causam: at serosa ritè depurata refrigerando atque aperiendo & febris essentiam, & ejus causam oppugnat, potissimum si ἀγυριστικῶς hauriatur.

Neque solis ingestis, verùm adnotis etiam ψυκτικῶς ferventia viscera contemperentur; ut enim ἰσχυρῶς sic εὐπνοῦν τὸ σῶμα; paratur ergò foras abdominis repidus ex decoctione foliorum lactucæ, portulacæ, solani, violarum, florum nymphææ factâ in oxycrato, minimeque audiantur qui externa remedia flocci faciunt. Quemadmodum enim in prælio non gladius solum & gravioribus telis res geritur; sed funditorum etiam ac ferentiarum quædam opera, levissime armatura est; sic in militia Medicâ non tantum potentibus remediis, tanquàm armis deterioribus dimicandum, sed mitioribus quoque velitandum est.

Alexeteris postmodum & cardiaca in usum veniant; quoniam autem mixtæ plerumque sunt facultatis, & quæ veneni vim infringunt, simul quoque cordis virtutem tuentur; & pariter quæ cordi benefaciunt, venenositati contrariantur: idèd utrorumque conjunctam mentio faciendâ est.

Tom. II.

Hoc in loco non possumus non derisari impudentiam haud Agyrtarum modò, & parabolanorum; sed pudet dicere, Medicorum crypticorum, qui uni lucro inhiantes, illicitum monopolum in Rempublicam Medicam, secretis suis non verentur introducere. Conqueramur quoque de sumptuosis eorum officiiis qui magnifica ostentant remedia, ut ipsi apud imperitam plebem, αἰδύμῳ γένει αὐρικῶν, magni pendantur; verbi causâ, margaritas, sericum, lapidum quinque pretiosorum fragmenta, atque adeò, si Diis placet, aurum ipsum: item lapidem Bezoar qui malis infitorum artibus sæpè semper adulterinus est; & quamvis germanus suppeteret, vix majoris esset efficacis: Os de corde cervi, quidni & bovis? cujus cor osse quoque non caret: Cornu Monocerotis, id est quadrupedis fabulosis, nec uspiam visum; rectum enim illud ac procedum cornu tam curiosè in gazophylaciis asservatum, piscium quorundam maxillæ superiori adnascitur, ut Groenlandiæ navigatores nupè retulerunt. Hicque nonnullorum Medicorum futilitas redarguenda est, qui vim margaritarum ad dulcorandam, ut loquuntur, humorem feritatem extindè jactitant, quod acetum peractâ earum dissolutione dulcescat: parer enim silem, quo imbuatur dissolvens, margaritis uniri, ac liquorem reliqui quidem dulciorem; verùm margaritas liquefactas ab adiuncto sale adeò acres reddi, ut post præcipitationem accuratâ indigeant ablatione. Ponamus igitur succis ejusmodi dissolventibus ventriculum infici, ac post assumptarum margaritarum dissolutionem, præsertim esse in ventriculo alterum humorem respondentem oleo tartari quo ipsæ præcipitentur; sal profectò dissolventibus istis humoribus commixtus, misso, ut dici solet, menstruo, unionibus copulabitur, atque unà cum illis labetur in fundum ventriculi; sed inibi haud leviora quàm prius movebit incommoda, quippe qui servatâ pristina acrimoniâ sedem solummodò permutaverit. Ac quod imprimis notandum, tam alè decantata petrarum, uti aiunt, magisteria, quemadmodum extrà corpus à nullo amplius liquore etiam acerrimo solubilia sunt, ipsismet Chymicis magistrâ experientiâ id docentibus; ità haud dubiò intrà corpus à nullò humore utut acri denuò dissolvi queunt. Præterea devoratis ovorum putaminibus, vel ostreorum limacumque conchis, ac cæteris ejusdem gentilitatis corporibus, similis quoque effectus consequeretur. Tandem nihil ista omnia ad humores in venis longè à ventriculo commorantes. Quapropter concludamus expectendam esse candidis Medicis legem sumptuariam quæ medicamentorum, similiter ac convivorum & vestium luxum compescat; attamen media via tenenda est, nec minùs vitare convenit remedium sterilitatem quàm luxuriam, ne in Magistrorum Cnidiorum errorem labamur, quos reprehendit Hippocrates, quod paucis numero præsidis viuentis, Medicinam jejunam facerent ac pauperem: Quin potius Medicum ut in pervidendo morbo Argum esse expedit, sic in eodem propulsando Briateum, liceat uti hac metaphorâ: medicamenta enim, autore Herophilo apud Galenum, menus sunt Deorum, quidni & Medicorum qui ἰσθῆσαν elogio honellantur.

Igitur remediis quibus plùs vanitatis inest quàm veritatis valere jussis, optimum erit in febribus malignis cordis vim roborare, simulque veneni diritatem mollire, tinctura florum violarum, buglossi & borraginis in aquâ acetosâ,

R 2

102

scabiosæ, cardui benedicti, aut calendulæ cum spiritu vitrioli vel sulphuris extracta; item aqua stillatitia aut decocto radicis scorzonæræ Hispanicæ, admixto succo mali Punici, vel aqua rosacea; sed præcipue commendatur mali citri succus, cortex & semen è quo emulsionem poterunt concinnari: hic namque fructus est *καρπιόφραξ*, & corruptioni tam validè obstitit, ut à vestibus quibus interponitur, tineas abigat. Narratur ab Athenæo historia de duobus reis ad serpentum morsus damnatis, qui dum ad theatrum ducerentur, malum citrium singuli seceperunt à cauponâ quâdam obvâ eorum vicem dolente, moxque ab aspidibus commorati, nihil molestiæ senserunt, hæsitabundo ac attonito iudice: audito autem citrium ab ipsis comestum, postredie alteri rursum dari curavit, alteri denegari, amboque denuò deduci ad supplicium: hicque serpente percussos confestim perit, altero incoluni qui citrium esitaverat. Præterea crystallum minerale valentissimum est venenatae putredinis *ἀλίζμα*: nitrum enim extrâ corpus, figit frangitque venenum arsenici & auripigmenti, antimonii malignitas nitro corrigitur; venti frigidi sicci, quia nurosi stupefaciunt animalia venenosa: loci in quibus nitrum gignitur, ratò tentantur peste: ac pyrii pulveris virtus singularis ad purificandas aedes pestilentia infectas, nitro præsertim debetur, ejus compositionem ingredienti. Jureque Dioscorides in præfatione libri sexti, nitrum tritum & cum hydromelice sumptum celebrat tanquam generalem ferè venenorum domitorem, ac passim in eodem libro adversus cantharidas, mandragoram aliaque venena ipsum commendat. Quinetiam de nitri præparatione in lapidem prunellæ, superbitæ delinant nostri Chimiatri: Hippocrates namque jam olim meminit *νίτρον ἐστὶν* nitri torrefacti; ac Plinius autor est nitrum cum sulphure liquatum æqui in carbonibus, ac sulphuri concoctum in lapidem verti. Quod spectat ad officinales antidotos, probatissimæ sunt confectioes de hyacintho, & de cocco baphico, ut neque reprobari debent trochisci viperini, nisi obiter febris ardor.

Postremo notandum est per febres malè moratas, etiam in perennitate vigiliarum, nonnisi cum *νεύροληψία* seu accuratâ circumspectione ad narcotica deveniendum esse: hæc namque conclamatione frigore, vel potius tacitâ discordiâ (cum ne pleris quidem nivis aut glaciæ libræ talem effectum præstare valeant) nativum calorem vi morbi jam marcescentem facile extinguunt; tantum abest ut effluos spiritus erigant perditosque recreent. Proindeque hic locum dare tutius est Dioecles sententiæ, stupefacientium usum penitus improbantis: sæpè enim usu venit ut malignâ febre laborantes, narcoticis quanquam debitâ dosi sumptis, è pervigiliò repente in carum denervantur inexuperabilem, qui non veluti publicanus vitæ dimidium aufert (ut de somno naturali dicitur) sed tanquam sicarius integram vitam eripit.

Jam ad diætam. Docet in genere Hippocrates, agrotantes plüs lædi à victu sanorum, quam sanos à cibis brutorum; sed speciatim in febribus malignis, si in aliò quovis morbo, legitima vivendi ratio impensè servanda est, quæ nimirum non modò naturæ studeat, sed etiam cum morbo pugnet: Nam facilius est corpus secundum primas qualitates immutare per cibos & potus, qui & majori copiâ ingeruntur, & in humores ac partium substantiam transmutantur, quam

per medicamenta quæ & in minore assumuntur quantitate, & in corpore parùm morantur: Adde quòd natura medicamentum ut adversum respicit, alimenti autem benignitate capta, illud avidius amplectatur. Quâ de causâ Hygieone omnium Medicinæ partium antiquissima est, & Asclepiades, aliique præci Medici unam *Ἀσπιόφραξ* excolentes, *καρπιόφραξ* ablegabant, ac ipsemet Galenus victus rationem jactavit tanquam tutiorem ad medendum viam magisque compendiosam. Igitur nutriatur æger alimentis medicamentosis, nempe jurulentis è carne pulli ac vituli, quibus olera refrigerantia incocta fuerint, additâ agrestâ, aut succo aurantiorum. Rejiciantur carnum expressa ac tortiva jura, quoniam ferosa arque sitifera, ac multò magis juscula stillatitia, quæ omni nutritoria facultate exuuntur. Ab ovis etiam nuper editis ac fortibus, si fieri possit, febricitans abstineat; ovorum namque albore refrigerant quidem, sed vitellus calefacit ac vertitur in bilem, utpote è quò oleum satis copiosum arte exprimitur: cuius olei ope, terebinthinam aqueis liquoribus *ἄσπιόφραξ* dissolvit. Eò *πρωτόπυρον καὶ ἀδύπυρον* cibetur æger, quò vires imbecilliores fuerint, & febris malignitas intensior. Porus sit decoctum è ferragine, ut cum Aureliano loquar, hoc est rasurâ cornu cervi & eboris, vel pyrum, vel cum syrò ribes, oxyacanthæ, aut acerosi simplicis. Tandem abstinet odor omnis a que sordities quæ & calefacit, & perspirationi officit, & fatiore cor ac cerebrum inquinat: nec idcirco Medicis quibusdam scrupulosis atque inofficiosis assentiendum, qui linteorum mutationem tam severe agrotantibus prohibent. *Hæcenus ANTONIUS MENJOTIUS.*

THOMAS WILLIS

De febre malignâ & pestilentiâ in genere.

CAPUT I.

P Ræter febrem continuam, qualis suprà descripta fuit, quæque, ob principium aliquod sanguinis nimis evectum, & cæteris improporionatum, exoritur; datur altera hujus species, quæ propter sanguinem miasmate venenato tactum, idèdque varias coagulationes, & corruptiones subire habilem, concitatur: in quâ non solum spiritus, & sulphur, velut in febre putrida impetum faciunt, & sanguinem inmodicè effervere cogunt, verum insuper cruoris mixto statim dissolvitur, ejusque liquor in partes facessit; adeo que horrenda symptomata, cum manifestò vitæ periculò in hujusmodi affectu inducuntur. Sub hoc censu *febris maligna, pestilens, Pestem, variolas, & morbillos* comprehendimus: de quibus in præsentem agendum restat.

Morbi pestilentes adeò in tenebris grassantur, & ignorantiam ducunt originem, ut eorum causæ, & essentia sine recursum ad occultas qualitates raro explicentur. Unanimi omnium consensu, horum vires & potentia in materiâ venenatâ collocantur; quoniam ab effectu pestilenti, non secus ac ab epico venenò, vires subito prosterni, vitamque brevi prostratam cernimus. Idèdque pro explicandâ pestilentie naturâ, non abs re fuerit, primùm inquirere de venenò in genere, & quo ritu corpora nostra afficiat: dein ostendere, quale venenum in peste & morbu contagioso dispergatur; quibus præmissis de affectibus modò citatis speciatim

ciatim dicemus.

Veneri nomen meretur, quicquid in corpus nostrum impingens, temperiem, & actiones cujusvis partis, aut totius, occulto modo & vehementer laedit, spiritus profligat, aut eorum motus pervertit, liquorum mixtiones solvit, coagulationes, & corruptiones inducit, viscerum fermenta, & functiones destruit, adeoque subitò, & latenter vitæ periculum adducit. Eorum, quæ hoc modo nobis insidiantur, in rerum natura subest ingens copia, & proveniunt valde opimus: sæpe intus in corpore nostro gignuntur, exterius ab omni plaga è quovis terræ, aquæ, & æris tractu, abundè suppeditantur; è distinctis Mineralium, Vegetabilium, & Animalium familiis quotidie emergunt; adeoque alimentis, in d. medicinae nostræ sese immiscent, ut cum Plinio quaeramus, quod non sit fateri, an rerum natura largius mala, an remedia genuerit.

Sicut magna est venenorum varietas: ita quoad subjecta & ledendi modos, non minor est eorum diversitas: nam licet plurima venenata, tota substantia nobis perhibentur contraria, ut quodvis adorianur, & ferialis instar ignis, vi Caustica velut in cineres redigant, tamen ex his nonnulla, peculiari noxæ stimulo donata, plus uni parti, aut substantiæ nocent, quam alteri. Subjecta, quibus proximè, & immediatius, veneni labes insiguntur, duplicia assignamus: nimirum spiritus animales, seu, liquorum spirituosum, subtilem, in cerebro & nervosò genere scatentem; & sanguinem in vasis & corde fluxilem. Quando objectum alteri tantum, aut simul utrisque inproportionatum offertur, ut exindè liquorum, aut partium continentium crasis evertatur, quo functiones muniti vitæ & sensus obeundis necessitatibus inhi-beantur, idque letenter, ac velut improviso fiat, hujusmodi effectus veneno adscribimus.

Corpora nervosa, cum spiritu animali, hanc prorsus eodem modo à quibuslibet venenis impetuntur; modò enim cum stupore, modò spasmis, & motibus convulsivis, hisque diversi generis, & moris tentantur. Morsus Tarantulae choream infert; à torpedine per tridentem, aut retium funiculos, vis transmissa manum piscatoris stupefacit. Pastinacæ sylvestris radices, aut loli semina comesta, homines insanire faciunt: Opium, Mandragora, Hyoscyamus, & similia, somnum altum, & aliquando lethalem accersunt. Hæc, & pleraque alia sine insigni sanguinis perturbatione, aut noxa cordi illata, facultati, seu spiritui animali virus præcipuè imprimunt.

Sunt etiam toxica nonnulla, quæ massæ cr. oris malignitatem suam potissimum insinuant. Quare à phar-macis quibusdam ictericia flava, aut nigra, modò Elephantiasis, affectus leprosi, aut intumescentiæ totius corporis produciuntur. Vapores à cryptis subterraneis erumpentes, etiam à carbonibus recens accensis, non raro spiritus vitales suffocantes, unâ sanguinem congelant, ac in motu sistunt, quò minus in corde vitæ flamma perennetur. Quanta cruoris massæ à miasmate leprosi corruptio impertiatur è maculis, & exanthematis (quæ sunt velut sanguinis siderati stigmata) cuius perspicuum est.

Si noxa alterutri, scilicet cordis, aut cerebri regimini, primo insilicta sit levior, sine magnâ alterius offensâ plerumque absolvitur. Quare motus convulsivi, stupor, lethargus, melancholia, affectiones paralyticae, cum pulsu laudabili, & sine immodicâ sanguinis effervescentiâ non raro incipiunt, & deindè, si affectus non invalescat, sensim finiuntur, ac cessant. Alia profant venena, quæ sæpe cruorem depravant, ejusque mixtionem dissolvendo corruptum, interim ut functiones animales sartæ restæ perissent. Sin veneni fermentum sit fortius, & altiores radices egerit, statim ab uno in alterius provinciam virus dispergitur: cum

enim partes nervosæ succo virulento turgescunt, veneni portio cum latice nervoso, per vasa lymphatica in venas reduce, facillè in cruoris sinum convehitur, ejusque massam lue quâ tumet inquinat: etiam à sanguine veneno graviter tactò succus, quo irrigantur nervi, brevi labem contrahit: hinc rabiosi febricitant, & febre pestilenti correpti sæpissimè delirio, aut phrenitide tentantur. Super his considerare oportet, qualis sit alteratio, sive noxæ impressio, quæ spiritui animali, cum cerebro, & appendice nervosâ; qualis item quæ sanguini, cum corde, & vasis annexis, à veneno insiguntur: licet hic fieri modum planè ostendere, ac velut digito monstrare penes humani ingenii solertiam non sit; tamen ratiocinatione, & facta cum aliis effectibus comparatione, hujus rei notitiam aliqualem consequi poterimus.

Circâ prius observamus, quòd liquor ille subtilis, sive spiritus animales, quibus nervosa corpora insulantur, & quorum expansione sensus, & motus cecis procas actiones edunt, à tenuitate sub, & æquabili expansione facillè pervertuntur: cum enim nervi sint mollis texturæ, & spiritus, qui in iis scaent, substantiæ admodum subtilis, objecta quævis fortis, aut vehementia ferè nequeunt; quare cum aliquid violentum, aut inproportionatum ingruit, ab expansione, & excursu sub, sæpe in fugam, & retrocessum, & non raro in motuum anomalias, coguntur: quare subitæ animi passionis eos distrahunt, & in spasmos ac convulsiones adigunt: quando succus alibilis, quo reparantur, nimis acris, acidus aut austerus suppeditatur, modò paralytes, modò contracturas patiuntur: quòd si objectum aliquid magis incongruum (quale venenatum statuimus) offertur, cujus particulae tali sint ferocia prædicæ, aut ejusmodi configurationis, ut cum nervosò liquore impetuosè stervescant, subtiliorem, seu spirituosam ejus portionem huc illuc exagitent, aut prorsus abigant, atque reliquum liquorum aut vi stypticâ figant, aut ebullitione in motus inordinatos cogant; hinc cerebri & nervosarum partium malæ affectiones, scilicet modò convulsio, tremor, rigor, modò stupor, aut resolutiones, reliquaque gravioris noxæ symptomata oriuntur, recessè est. Quæ hoc ritu succam nervosam veneno insinuant, modò sunt crassiora, & solùm, quando in substantiâ valde corporea applicantur, noxam insigunt: modò sunt tenuia, & in vaporem aut halicum usque resoluta, è punctulò quòdam veneni fermentum per totum nervosum genus suffundunt. Virus interdum rei noxæ comestum primò in ventriculò tragediam inchoat: sæpius nudo contractu in superficie corporis miasma virulentum relinquit, quod facillè & citò fermento suo spiritus per totum dispersos contaminat. Labes extremitatibus nervorum, ubi vis, sive intus, sive extus insilicta, facillè eorundem ductu, latius dispergitur, illic pluribus ejusdem rami furculis in mali consensum adductis. Non raro levior rei venenatæ contactus è digito, aut membri cujusvis extremitate, statim cerebro susceptam communicat libem, indeque in totum corpus, & membra diffusissima retorquetur; hujus ratio est, quòd tum succi nervosè, tum miasmatis cujusdam venenati particulae sint ita agiles, & motus expediti, ut alterutra per totam alterius massam, citissimè, tanquam luminis radii, per medium diaphanum trajiciant.

2. Quoties sanguis è se venenatâ noxam contrahit, virus infixum est aut hebes. & minoris activitatis, quod non statim se prodit, nec in fera symptomata erumpit, donec à longò tempore cum tacitâ fermentatione maturetur, & prius totam sanguinis massam infecerit, uti observare licet in quibusdam venenis, quæ perhibentur ad dist. os, & non nisi post aliquot menses, aut annos occidere. Vel inspirata cruori toxica stimulo multò acutiore imbuuntur, ut ab eorum

contagio labes contracta in fera symptomata è vestigio erumpat, indeque sequatur modò febrilis effervescencia, cum vomitu, sicut & præcordiorum aestu, modò totius intumescencia, cutis discoloratio, sæpè exanthematum & bubonum eruptio, non rarò item re-
pentini virium prostratio, ita ut subita mors sine tumultu, & ferè insensata obrepit: ubi obiter notandum, si Spiritus cruoris ab hoste laessiti, ipsum aggredi, & pro victoriâ deterrere valeant, è conflictu hoc ebullitio febrilis in sanguine concitatur: in veneni particule, viribus longè potiores, Spiritus cruoris subito profligent, ac vitam extinguant, statim corrumpitur massa sanguinea, ut nec in vasis circulari, nec in corde ritè accendi possit.

Si inquiratur adhuc, quæ mutationes in substantiâ, aut consistentiâ suâ, sanguis veneno infectus subbeat, ut propterea vitæ sustentandæ minus idoneus reddatur? Respondeo in hunc modum; *venena* quædam *sanguinem fundunt*, ejusque ferocitatem nimis præcipitant, ut sunt *pharmaca*, quæ vel purgatione deleteria, aut urinæ profluvio, aut totius intumescencia, vel discoloratione, vel pustularum eruptione, plurimùm ferosi laticis secretionem faciunt; interea magna ebullitio cruoris massæ inducitur, qua Spiritus vitales valdè disperduntur, *Salis*, & *Sulphuris* particule à coctione nimia exaltantur, & sæpè assantur adeò, ut icteritia, aut flava, aut nigra inducatur.

Sunt alijs generis *venena* longè periculosiora, quæ *sanguinem congelant*, ejusque mixtionem destruendo corrumpunt; scilicet massæ sanguinæ primò *congelationem*, dein *putredinem* inducunt: cum enim Spiritus cruoris, à veneni contagio profligati, dissipantur, liquoris mixtio æquabilis solvitur: quare particule crassiores se mutuo implicant, & (miter lactis ab infuso coagulò, aut spontanea acescentiâ) invicem coagulantur: hinc cruor in vasis grumescit, ut minus promptè in eis circuletur: hujus portiones coagulatae interius in cordis sinus delatæ illic stagnare aptæ sunt, adeòque crebras syncopas & lipothymias pariunt: exterius advectæ, & inter circulandum in cute defixæ, modò uberius congestæ, per totum, nigredinis suffusionem inducunt, modò parvis dispersæ, maculas tantùm, aut vibicum instar stigmata purpurea, cæteraque malignitatis phænomena efficiunt. Sanguinis autem coagulatio ipsum ad putredinem, seu corruptionem citò disponit; uti videre est in sanguine extravasato, qui citò nigrescere, & putrere solet. Etenim Spiritu exhalato, in cruore residua Sulphuris, & Salis particule à se invicem discedere, & mixtionis vinculum dissolvere, undè putredo sequitur, incipiunt.

His ita præmissis de veneno in genere; Methodi ratio postulat, ut febrium, quæ omnino à miasmate venenato, & maligno, originem ducunt, tractatum aggrediar: cumque sub hoc titulo *pestu* facilè principatum obtinet, ab ejus consideratione incipiam, postea de febribus malignis, variolis, & morbillis ordine dicturus. Priusquam tamen ejus definitionem proposuero, breviter inquiram de veneno pestifero, cujus sit *indolis*, ac *naturæ*; undè etiam nascatur, & demùm quò pacto per *contagium* in alios propageretur.

Ad exprimendam pestis naturam solent Authores corpora quædam venenata eligere, & ab eorum nominibus *Elogia* terribili istius morbi conficere: quare in definitione pestis, virus Napellinum, Aconitale, & Arsenicale vulgò recensentur: quorum tamen vis lethifera cum in materiâ valdè crassâ consistat, & non nisi corporeò contactu sese exerat, luis pestilentialis essentiam non ritè imitatur; hæc enim in miasmate vaporosò, & spiritali fundatur: è quo effluvia quaquaversus diffusâ se adeò potenter explicant, ut ex minimò seminariò feracem mortis & exitii segetem citò propagent. Ob insignem ejus activitatem, veneni

velut quinta quædam essentia hoc miasma dici meretur: hujus particule valdè agiles, & subtiles, quævis penetrant corpora, & fermento suo inspirant: live enim per aërem dispersæ, vel in fomite quopiam reconditæ, corpori humano, leviter licet, & quasi per transfennam, impegerint, ipsum facile subeunt: Spiritus tum animales, tum cruoris, citò inficiunt, & exinde labem venenosam in membra omnia brevi suffundunt.

Cum halitus, seu vapor pestilentialis quempiam invasit, atque illud virus Spiritus animales, aut cruoris, aut etiam simul utrosque (quemadmodum superius dictum est de venenis) primò corrumpit: à subtili, & tenuiori horum substantia labes in materiam crassiorem citò derivatur: quippe totam sanguinis, aut succi nervosi massam, atque humores excrementitios ubivis scatentes brevi fermentat, indeque in partes solidas deducitur usque malum infigit. Si hæc *lues Spiritus animales* prius occupet, statim cerebro, nervosque generi, ac imprimis ventriculo noxa communicatur: humorem in hisce ghiscentem illicò venenat, ejus mixtionem solviti morum regularem pervertit, ipsamque teneriori partium contentium substantiæ omnino incongruam, & infesum reddit: inde max spasmi, & motus convulsivi, vomitus immanes, cardialgia, necnon phrenitis, delirium, aut vigiliæ pertinaces circa primum morbi insulsum concitantur: cum interea, labes nondùm per cruorem dispersa, ægri non febriçtant: nec pulsu inordinato, aut syncope, aut stigmatum apparentia arguentur: quæ tan en symptomata quamprimùm sanguis inficitur, postèa emergunt. Si quando *Spiritus cruoris* miasmate venenato, aut cum aëre inspirato, aut per poros attracto, primò occupantur, illicò per totam sanguinis massam ejus fermentum dissipatur: portiones infectæ statim ab inæquabili mixtione solvi, in partes secedere & coagulari incipiunt; eademque in cordis sinus delatæ, ibidem stagnare, adeòque syncopen, lipothymias, & non rarò subitam mortem inducere; exterius etiam advectæ atque circa cutim delixæ, bubones, esthymata, & cætera venenositatis stigmata inferre solent, interim ut satis animo consentiat ægroti, nec delirio, nec moribus convulsivis tententur. Quod si à causa fortiori simul *utriusque partibus* noxa infigatur, cum magis horrendo symptomatum apparatu, ac præsertim syncope, phrenitide una infestantibus morbi cursus peragetur.

Quod ad ortum ejus attinet; quando pestis in regione, aut terræ tractu primò exoritur, ejus duplex assignatur causa, scilicet *primaria* seu *metaphysica*, ætèra *secundaria*, sive *naturalis*, huic subordinata: hunc morbum, ubicunque grassaretur pro castigandis hominum sceleribus, primùm à Deo immissum ipsi agnoverunt Ethnici, adeòque pro extirpatione ejus, precibus, & piamentis, æquè ac medicamentis infusibatur. Quod verò ad causam naturalem spectat, variæ feruntur sententiæ Pestilentiam recens exortam volent nonnulli tantùm à celo & syderum influentiis derivari: contra, alii solummodo ab interna humorum corporis nostri putredine suscitari statuunt: hujus affectus causam isti nimis procul, atque hi debito propius deducere nituntur. Nos media incedamus via, & quod ratio suadet, & quod Authores quamplurimi asserunt, primum & præcipuum hujus veneni seminarium in aëre collocamus; quippe rationi consonum videtur, ab eodem fonte, quo vitæ communis pabulum, etiam necis haud minus diffusæ initia petantur: eadem nobis respirandi aëris, ac piscibus in aquâ degendi, incumbit necessitas: quare sicut piscium catervatim morientium, aquis veneno infectis, lues ascribitur; ita homines, sine causa manifesta, è clade epidemica occumbentes, nil præter aëris communiter inspirati labem interimere poterit.

Constat

Constat enim verò aer, quem pro vita docenda necessario inspiramus, halituum & vaporum congregate, qui perpetim à Terrâ exspirantur; quibus Salium & Sulphuris exhalationes commistæ corpusculorum atomorum, hic densam quasi nebulam constituunt: horum motus & perniciosissimus, & irrequietus, figuræ sunt multiplicis, & plurimum diversæ, quare alia continuo aliis occurrant, & juxta variss eorum configurationes, cum his coherant, & mutuo combinantur, ab illis abiguntur, & aufugiunt: hinc sympathiæ, & antipathiæ cujusque rationes potissimum dependent. A diversis hujusmodi atomorum agitationibus propè Terræ superficiem hic, aut ille tractus aeris diversas alterationes subit, quibus corpora imprimis viventia varie afficiuntur: quippe motus intestinus particularum cujusvis animalis à motu, & temperie particularum aeris plurimum dependet: hæc siquidem istas perpetim exagitant, consopitas exsuscitant, avolantium dispendia reparant, nitrositate suâ flammam vitalem exagitant, etque pabulum nitro-Sulphureum suppeditant, concinuis accessuum & recessuum vicibus accensam eventulant, & fulgines auferunt. Quamdiu pro motu, & configuratione in utriusque, spira contemperatio intercedit, vita & sanitas integris animalia fruuntur: sin verò corpuscula aëri innatantia sunt ejusmodi figuræ & potentia, ut spiritibus animalium inanis planè adferantur, horum à cæteris quibus colligantur elementis mixtiones solvunt, & motus pervertunt: hinc rerum Crases perduntur, vita profligatur, eaque vixdum extincta, corpora putredinem subeunt: hinc arborum aut segetum culmi syderatione percussi derepente emarcescunt, hinc inter pecora lues sæpenumerò grassatur, quæ simul totos interficit greges: propter hujusmodi causam pestilentia semina se primo exerunt, & humano generi internecionem intentant: nam sicuti venenata corpuscula, in terræ visceribus, aut ejus superficie concreta, mixta Arsenicalia, aut Aconitalia producunt, ita hæc in vaporem usque resoluta, & in aëre agglomerata auras perniciosas creant, è quibus morbi maligni & pestilentiales oriuntur: inquinamentum, quod hoc modo aërem contaminat, Diemerbrochius solertissimus hujus morbi explorator, contendit solummodò (velut *ἀνέδρασε αἰσὸν χρομαίνον*) ab iratâ Dei dextrâ immediate demitti: verum hoc esset absque necessitatis prætextu multiplicare (ne dicam entia, sed) miracula, & in quâlibet peste novæ substantiæ creationem asserere: cum interim materiæ venenatæ in hanc rem satis idoneæ copiam in terræ visceribus delitescere, mineralium, ac vegetabilium virulenta producta, quæ quotidie emergunt, nobisque (uti pestis) tota natura adversa, planè testentur. Etenim corpuscula, quæ, materia terrestri obvoluta, mixta venenata in telluris gremio constituunt, eadem in vaporem resoluta non minus noxia futura sunt, & assatum pestiferum aëri cui obversantur imprimunt: quare pace tanti viri dixerim, non improbabile videri, quòd quæ aliqui auræ tractui pestilentiaæ seminarium primò affigunt, sicut Salium, ac Sulphurum efferatorum, ac è terræ visceribus (divino instigante nutu) exspiratorum venenata effluvia; quæ modò ex specubus & cavernis, prius diu inclusa, sensim exhalantur: modò ob terræ motus, aut hiatus confertim erumpunt; cujusmodi item à militum castris squalore imundis, à cadaveribus insepultis, vel à locis cæno stagnanti & fetido obris passim exspirantur: corpuscula verò hoc modo exhalata longa putredine miras *διπλασιάζουσι*, & *αυξητικὰ* adsciscunt, ut propterea sint aliis quibuscunque incongrua, & heterogenea; adeoque in aërem suscepta ipsum (velut liquoris massam) fermentent, ac à naturâ salubri, & benignâ, in perniciosam, & terram pervertant.

Malignam auræ pestilentis tincturam corpora quædam facilius, alia non ita promptè suscipiunt. Quibus ex malâ victûs ratione ingens subest Cacochymia, quique ob plethoram habent sanguinem sulphure concremabili refertum, his venenata auræ levior afflatus virus pestilentialis infligit, præsertim si metus, & tristitia accedant, quæ levissima contagii spicula, velut *καυδία* quadam, intrus convehunt, & ad cor deducunt. E contra, qui viscera habent munda, & sanguinis massam benè temperatam, quique animo forti, & intrepido præditi sunt, luem hanc non ita facillè recipiunt, & aliquando receptam denudè exterminant.

Haerens de pestilentia ortu, & divulgatione, juxta primos sui fontes, indeque deductam aëris infectâ scaturiginem; restat dicendum de propagatione ejus per contagium, quatenus, velut ex traduce, ab aliis subindè ad alios deriverit.

Per Contagium, intelligimus vim istam, sive actionem, qua affectus quispiam residens in uno corpore sui similem excitat in alio. Cum verò hoc accidat vel immediate per contactum, ut si aliquis in eodem lecto cum altero peste correpto accumbens, eandem morbum contrahat; vel mediate, & ad cistans, ut si ab urâ domo in alias remotas labem transferri contigerit, aut etiam si quempiam post aliquot dies, aut menses, forsitan annos, vestem, aut suppellectilem à domo infectâ petitam contrectantem statim pestis adoriatur. Ideò ut contagii natura, & diversi ejus modî planè innotescant, expendamus primò, quid sit illud, quod ab infecto corpore dimanat secundò, quomodo se habeat per transitus sui medium; tertio, quo ritu affectum sui similem in alio corpore progignat.

I. Quòd ab unoquoque corpore, fixioris licet naturæ, atomorum effluvia constanter avolant, & excurrunt, quæ circumcirca velut nebulam, seu halonem constituunt, & instar lanuginis in pomò Persicò, quasi vestiunt; adeò receptum est inter seniores Philosophos, ut nihil magis. Quòd verò plus activis aliis quid constet particulis, eò corpuscula insignioris virtutis, & energie à se dimittit. Hinc quæ ab Electricis de edunt effluvia, valent alia corpora loco movere: à Sulphureis emanationes procedunt, quæ totam viciniam odoribus replent. Cum itaque venenum pestilentialis, uti superius dictum, in minimâ licet mole, sit maximæ efficacis, & operationis, hinc ubicunque deligitur, à corporibus ipso imbutis emanationes quædam procedunt necesse est, quæ ejusdem veneni, & malignitatis indolem referant, & quasquaversus pro activitatis suæ sphaera diffundant. Quum verò hæc corpuscula, quæ pestilentiaæ contagium retinent, quum ab uno manarunt corpore, non statim excipiuntur ab alio, inquiremus quomodo se habeant respectu transitus sui per medium.

Ubi statim occurrit eorum ab aliis plerisque discrimen, siquidem effluvia, quæ passim evaporant, corporis à quo dimanant indolem non diu retinent, quin aut tenuis evanescunt in auras, aut aliis corporibus in pacis, isdem assimilantur; quæ verò à miasmate pestilentiali decedunt particulae non facillè ab aëre, aut ab aliò corpore absorbentur, adeò ut prorsus dispercant; verum inter varias atomorum confusiones, & aliorum corporum allisiones, sese illibatas servant. Etenim hoc virus indomitum ferè, & ab aliis insuperabile usque idem persistat, & minima licet consistet atomorum congerie, non statim evanescit, quin fermento suo proxima imbuat corpuscula, adeoque sibi novas adsciscit copias, & vires acquirit eundo: undè in fomite quovis diu delitescit, atque post longum tempus, cum idoneo subjecto impegerit, sese exerit, & veneni sui labem alteri impertiens, pestilentiaæ morbum prius explodi visum de novo resuscitat, & ex minimo licet seminariò lethale

virus longè latèque spargit.

Etenim Pests adeò certissima prodit contagii sui signa, ut nonnulli Authores contendant, eam solummodo hâc ratione inter mortales superesse, & nupiam de novò ortam esse, quin à fomite tantùm conservati, & ab inâ regione sibi in aliam deferri. Referunt Historiæ hujus semina in veste aut stragulis per plures annos sopita jacuisse, ab iisdem postea commotis emicuisse, & pestilentiam morbum de novo succrescentem cum ingenti hominum strage concitasse. Cùm, ratione fomitis, pestis hoc modo ad distans propagatur, quæ in miasmate superfant venenata corpuscula, commota statim exiliunt, & virus suum quaquaversus velut irradiatione quadam explicant: si quæ humano corpori impingunt, Spiritus statimprehendunt, eorumque vehiculo intus convehuntur, a que dein facili negotio sanguinem, & humores quoscunque in vasis confluos, fermento suo inficiunt, iisque brevi coagulationes & putredinem inducunt. Atque ad hunc modum per subtilissima effluvia fit morbi pestilentialis velut transmigratio quædam, non secus ac cùm furculus ab arbore quâdam abscissus, atque ad tempus sepultus, & postea alteri trunco insertus, ex minimâ licet gemmula, valet arborem ejusdem speciei & naturæ producere.

CAPUT II. De Peste.

H Actenus edisseruimus de venenò in genere, item de pestilentia, ejus exortu, & per contagium propagatione: restat modò, ut pestis descriptionem, ejusque naturam, juxta accidentia, & symptomata maximè notatu digna explicemus: dein quæ ad therapiam ejus spectant nonnulla subiungentur.

Pestis in hunc modum describi potest, quod sit morbus epidemicus, contagiosus, humano generi summè infestus, ex miasmate venenatò, ab aere primùm susceptò, dein per contagium propagatò, ortum ducens; qui, occultè & latentè homines aggressus, spirituum extinctiones, cruoris coagulationes, ipsius & partium solidarum syderationes & vapores infert, eumque apparentia exanthematum, bubonum, aut anthracum, necnon aliorum symptomatum horrendo apparatu, ægros in vitæ periculum adducit.

Licet pestis sit unicum morbi genus, ejusque differentia specificæ, aut essentielles minime reperiantur; tamen propter accidentia diversimoda, quæ ipsi superveniunt, ejus diversitates & anomalie quædam observantur, quæ typum morbi nonnihil variant, etiam speciem non immutent. Etenim primò hic affectus quandoque est universalior, ut per plures simul vicus & urbes passim grassetur: interdum verò angustioribus terminis circumscriptus, tantùm uni regioni seu terræ tractui minatur. Secundò, pestis aliquandò simplex & aliis affectibus impermixta advenit, quare clam & velut ex insidiis, ferè sine febre, aut symptomatum vehementia, internecionem secretam ægris adducit. Quandoque cùm symptomatum aliorumque morborum Iliade complicatur, ut cum tumultu & crebris inter naturam & morbum velitationibus res geratur. Tertio, malignitatis gradus insignis discrimen constituit; est enim pestis quibusdam locis & temporibus longè mitior, ut decumbentium plurimi evadant; quandoque summè exitialis est, ut plurimi correpti intereant, & ex centum ægris vix unus convalescat.

Quoniam verò hic morbus sagittas suas abscondit, & improvise homines adortus eos repente interimit, idè danda erit opera, ut signis quibusdam, velut postis exubiis, clandestinum hunc hostem adventantem dignoscamus, licet à longinquo venientem

prospicere non valeamus. Plurima occurrunt signa, quæ pestilentiam brevi adfuturam prænuunciant: nimirum si annus temperamentum non terret, verùm immodicos & valdè intempetivos habeat caloris aut frigoris, siccitatis aut squaloris, excessus: si morbilli, aut variolæ in magnâ copiâ passim grassantur, si phlegmones, aut Bubones febres regnantes comitantur. Insuper solent Astrologi ex syderum aspectibus, aut cometarum apparentiis pestem imminetentem prædicere, verùm hoc potius inanis conjectura, quàm certa præscientia appellari debet. Ex fame præcedente certissimum pestis secutoræ præsagium desumitur, ut in adagio sic *μετὰ λιπὸναις*. Etenim simili anni constitutio, quæ plerumque ob segetes siccitatis anno-næ caritatem advocat, apta est, & pestem producere: etiam mala victus ratio, quæ uruntur famelicis, quæ vis insalubria sine delectu comedentes, ad labem faciliùs suscipiendam eorum corpora disponit. Quin etiam terræ motus, cryptæque, & cavernæ effluente solo recens apertæ, propter malignæ, & venenatæ auræ eruptiones, pestilentiam non rarò initia dedere. Enimverò sicut magnâ opus est diligentia pestem imminetentem velut è specula prospicere, ita non minoris erit solertia eandem recens exortam, & prima intentantem spicula, animadvertere: sæpè enim solliciti nimis, & febres vulgares, si forsitan in mortem definant, pro hâc lue perhorrescimus; ac interdum nimis securi, pestilentiam ratione symptomatum febris communis amulam contemnentem, pericula nostra non nisi serò deprehendimus: quare ad pleniorum hujus morbi notitiam, signa ejus, & symptomata cùm communia, tum pathognomica, subjiciemus, eorumque causas, rationes & modos fiendi obiter describemus.

Præter signa superius tradita, quæ *εὐδαίμων* quædam à priori, pestis adventuræ suspensionem incutiunt, dantur alia, quorum *εὐδαίμων* ejus præsentiam in corpore ægrotante planè indicat: ex his quædam pesti cum febre putrida communia, quædam huic affectui sunt magis propria. Etenim pestilentia impressio sanguinis effervescentiam sæpissimè concitat, & febrem ita crebro adjunctam habet, ut à nonnullis in definitione pestis, loco generis, habeatur febris: quare ob sanguinis ebullitionem, & noxam visceribus illatam, itatim incallescunt cum lassitudine spontaneâ, sitis, præcordiorum æstus, vomitus sæpè immanes, cardialgia, intestinorum tormina, linguæ scabrities, aut nigredo, dolor capitis, vigilie, phrenitis, cordis palpitatio, syncope; & subita virium prostratio sequuntur: hujusmodi symptomatis licet febres vulgares sæpissimè stentur, tamen si eodem tempore in vicinia pestis increbescat, & ejusdem metus animis hominum infederit, hinc major hujus mali suspicio incurritur; potissimum verò quia, regnante pestilentia, cæteri quivis morbi propriam relinquunt indolem, & in ipsam migrant: quare si affectibus modò citatis accedat ejusdem ægritudinis in plures communicatio, & funerum frequentia, ut prorsus valdè lethalis usque per contagium latius serpat; & si præterea Bubones, Carbunculi, Exanthemata, aut alia his pestiferæ stigmata appareant, res extrâ dubium ponitur, & non minori fiducia hinc pestilentiam denuntiamus, quam cùm ædes per tabulata erumpente igne flagrantes cernimus, incendium proclamamus. Quoniam autem bubonum, anthracum, aliorumque symptomatum (quorum superius, ubi de febribus putridis dictum est, meminimus) hic mentio facta est: restat, ut eorum causas, & modos fiendi breviter perstringamus: sunt autem hæc, Carbunculus, Bubo, Exanthemata, Ecthy-mata & Pustula maligna.

Super his in communi asserimus, quòd sint omnia sanguinis & sacci nervosi veneno pestifero tactorum, & per partes in circuitu coagulatorum, & putredine variè

variè affectorum, producta; siquidem spiritus, in utroque liquore, præsertim in sanguine residui, non citius malignæ luis afflatu profligantur, quin liquori residuo, non secus, ac lacti aciescenti, aut succo acido peruso, coagulatio inducitur: quare portiones ejus, veneno gravibus tactæ, citò grumescunt, & instar sanguinis extravasati cum nigredine corruptionem patiuntur; undè statim in vasis, & corde, sanguinis reliqui motum præpediunt, ipsamque ratione fermenti sui plus coagulant: quidquid vero congelatione in grumos contrevit, nisi statim foras eicitur, cruoris circuitum inhibendo, brevi mortem accerit; atque extus ad ambitum corporis protrusum inter angulos vasorum anfractus in motu sistitur; & vel spiritu prorsus destitutum, velut siccatione percussum, *virescens* sua vibices, & stigmata nigra, aut purpurea producit: aut propter Sal, & Sulphur, à fermento pestilentiali exaltata, & novas res affectantia, in tumores varii generis concrevit.

Carbunculus, sive *Anthrax*, est tumor igneus cum pustulis circum se accerimis, & ardentissimis, doloreque acuto ægros infestans; qui variis in locis indiscriminatim emergens minime suppuratur, verum jarius in ambitum serpens carnem exurit, ejusque corruptæ tandem lobos excutit, & ulcus cavum velut Escharotico inustum relinquit.

Anthrax generatio videtur ad hunc modum fieri; cum in sanguinem sua natura retortidum miasmata venenata impingunt, portiones ejus congelatae in superficie corporis defiguntur; ibidemque loci, quia sanguinis motus paulum impeditur, tumor primò exiguus inducitur; qui postea, fermento maligno se statim latius explicante, sensim adæctus, in viciniam serpit: suppuratio minime succedit, quoniam materia extravasata, & stagnans, haud leni calore coquitur, & digeritur, verum ob particulas Sulphuris effertur unà cum Sale effectò in tumoribus hisce congestas, & propter stagnationem à mixtione statim exsolutas, adustio excitatur, veluti si cauterium esset parti affixum: carni velut Eschara obducta exesatum frusta, & lobi decidunt, quia venenum corrosivum musculis impactum, non tantum superficie tenus, verum ipsos transversim per totam substantiam corrodit: quare priusquam tota absumitur caro, membranarum quibus involvuntur exesis, frustum aliquod à reliquo velut abscissum decidit. Carbunculus sæpe unus, sæpe plures oriuntur: interdum solitarii sunt, aliquando Bubonem habent comitem.

Bubo pestilens in locis tantum adenosus profilit; in cuius molem non tantum sanguis à veneno congelatus, & per arterias advectus, verum & succus nervosus illic congestus, & in venas relegendus, cedit. Quoniam hic tumor ex succis minus retortidis, & in parte frigidiore contingit, idè suppurationis particeps est. Etenim materia sensim congesta, cum (spiritu vitali ob stagnationem deciduo) sanguinis ferream amiserit, è particulis Salis, & Sulphuris exaltati, & in tumore cohibitis, diuturnà concoctione in pus convertitur. Quod verò in adenibus tantum hi tumores contingunt, ratio est, non quòd destinatione quòdam naturæ morbi fomes ad has partes defertur, sed cum miasmatis virulenti particulae ubique passim in cruore, & loco nervolo scatent, illic promptius, velut in communi foco, aggeruntur, ubi & sanguis ad Arteriolearum extrema delatus, difficulter, & non ita promptè suscipitur, ac refertur à venis; & unà succus alibilis, à nervis in venas referendus, deponitur: horum utrumque circa Adenes fieri experientia, & nuperis Anatomicorum observationibus liquidò constat: quare cum in his partibus utriusque humores, contagii pestilentis feminibus referti, simul convenerint, propter virulentiam ab utrisque hic depositam, malignitatis velut nidus conflatur.

Exanthemata, elthymata, necnon maculæ purpureæ, respectu veneno sitatis sunt ejusdem farinae cum tumoribus modò descriptis: verum in his virulentia productæ in minori consistunt mole, cum majori tamen periculo, ob veneni semina magis dispersa: cruoris coagulati portiones exiliores in cute defixa, phænomena hæc minora constituunt: quare ex his nonnulla in papulas aucta suppurantur: alia propter sanguinis corrupti *virescens* quandam, sive siccationem, in vibices, & maculas purpureas concrevit.

Licet pellis, ob perniciem ægris, & secreto, & valdè celeriter intentam, prognostico vix locum, aut tempus cedat: cumque ob occultos nocendi modos hic morbus nihil non suspectum in se contineat; tamen crebra observatione constat, in hujus decursu nonnulla apparere signa è quibus salutem, aut mortem augurari solemus. Res plena timoris est, si lues citò in epidemiam transferit, & violentos fecerit insultus, si hæmorrhagia, aut sudor tantum exiguus in morbi principio succedat: si urina sit crassa, & turbulenta, pulsus inæqualis, & debilis; si convulsio, aut phrenesis statim sequantur; si vomitus, aut dejectiones sine livida, nigra, aut summe fetentes, & *Exanthemata* prius rubra postea livorem contrahant, si carbunculi sint plures, si Bubones prius exumescences dispereant, si vires subito depreciantur, facies sit horrida, aut livescat; si cum rigore extremorum adhuc viscerum æstus, præsertim si in corpore valdè cacochymio, aut tempestate insalubri, hæc aut eorum pleraque eveniant. E contra, bono esse animo jubentur ægri si pestilentia stans sit levior, & minus exitialis: si in corpore sanò, & robustò, cum animi fortitudine morbus contingat; si remedia tempestivè adhibeantur, priusquam morbus totam occupavit sanguinis massam. Item si cum virium constantia pulsus robore, & æqualitate, Bubonum suppuratione, & largâ puris profusione, cumque symptomatum horrendorum absentia morbi decursus persgatur: interim quanquam hic omnia bona sperare liceat, tamen securos esse non conceditur, quia nonnunquam cum laudabili signorum apparentia clam vitæ struuntur insidiae, & tanquam à reconciliato hoste gravissima patimur qui ferocientis minas evasisse videbamur.

Circà plurimarum ægritudinum curationes porissimum opus naturæ committitur, cujus necessitati obstetricatur *largè*, atque Medici officium, & scientia præcipue in his versantur, ut idoneas huic laboranti suppeditas ferendi occasiones præstoleatur, verum pestis hoc peculiare habet, quòd ejus curatio minime sit naturæ relinquenda, quin omni modo conscripris ab arte remediis occurrendum. Nec de magis opportuno, & quasi molliore tempore solliciti sumus, verum citissimè comparentur medicamina, atque nullis non horis, & tantum non minutis, eis insistamus. Quia tamen, regnante pestilentia, non minori opus est cura, ut contagium procul arceatur, quam ut lues impressa sanetur; idè Medico duplex incumbit pensum, nimirum ut maligni hujus morbi *prophylaxi*, æque ac curationi prospiciat. De utrisque methodum conscribere esset opus plenum tædii, & crambes ab Antihoribus millies coctam apponere; quare hic præcipuas quasdam indicationes, earumque rationes tantum obiter perstringamus, ad alia festinantes.

Cautiones *prophylactica* vel respiciunt Rempublicam, & ad Magistratum pertinent; vel privatas personas, quibus docetur, quid singulis hominibus, quando pestis timetur, sit agendum.

Cura publica tempore pestis præcipue in his consistit, ut cultus divinus ritè observetur, ut omnes putredinis fomites reseindantur, sordes sterquilinis, & foetida quævis è locis amoveantur, & contagii quævis occasio diligentissimè evitetur, commercia cum locis infectis prohibeantur; & ut vitæ ratio salubris à civi-

à civibus constanter observetur. In quam rem fructuum, aliorumque insalubrium usus interdicitur: pauperes, quibus haud suppetit alimentorum copia, aut delectus, sumptibus publicis nutriantur: si pestilentia etiamnum grassari inceperit, venenata vis aëris, quantum fieri potest, corrigatur, quod sulphureorum crebra accensione optimè procurabitur: infecti à sanis separentur, ab eorum cadaveribus, aut supellectile recedatur; denique Medici, & ministri in sanorum usus, & ægotantium necessitates habiles, & idonei comparentur.

Ratio prophylaxeos privatæ solet his tribus concludi, scilicet *Dietâ, Pharmaciâ, & Chirurgiâ*. Dietâ respicit sex res non-naturales, inter quas majoris momenti sunt *aër, & animi passiones*: quoad reliqua, sufficit Hippocratis præceptum, scilicet *labor, cibus, potus, somnus, Venus, omnia sint mediocriter*. Aër pestilens vel evitetur, migrando in alium locum; vel castigetur sulphureis rite accensis, vel inter respirandum curetur per suffumigia, & odorata, prope nares crebro gestata. Quoad animi passiones, metus, & tristitia, pestilentia grassante, velut altera pestis sunt; his enim venenati contagii semina, quæ in superficie corporis velut in extrema vorticis ora collocantur, cum impetu quoddam incus rapiuntur, & cordi traduntur: quare hilaris, & confidentis esse animi, exquisitissime præstat Antidoto. Plures cognovi, qui (& verbis Helmontii dicere solebant) *vino & confidentia fortificando Archaum*, nec aliis præterea Alexipharmacis usi, inter infectos sine contagii noxâ versabantur: & è contrâ, quidam terrore perculsi, cum procul ab omni contagio degent, pestilentia semina, velut ab astris derivata, inbibentur.

Inter Chirurgica præservationis gratiâ adhibenda commendari solent, *Vena-sectio, Cauteria, & Amuleta*. Ubi adest plethora cum magnâ sanguinis turgescentiâ, aut quibus longa consuetudine sanguis solenniter mitti solebat, iis venam secari convenit: quod enim sanguis minùs effervesceat, & sine tumultu in vasis circuletur, eò tardius lue pestiferâ contaminatur: Fonticuli à cauteriis excitati adeò, omnium pene suffragiis, præservationis gratiâ, contrâ pestem usurpantur, ut eorum usus vulgò receptissimus existat: hi enim constanti *σφοδρῶ* assiduam superflue, & excrementitiæ materiæ proventum elutriant; & si qua intus admixta sint pestilentia miasmata, hæc velut porta aperta, foras eiciunt.

Amuleta, collo suspensa, vel carpis gestata, adversus pestilentiam, mirabilem vim obtinere creduntur; ex his præstantissima à quibusdam habentur, quæ ex Arsenicò, Hydrargyrò, pulvere bufonum, & aliisque venenatis constant. Eadem in hoc casu prodesse, præter Medicorum observationes, hæc ratio non nihil suadere videtur. Effluvia, seu corpuscula atomica, è corporibus modò his emergentia, modò super illis residentia, per totam aëris regionem circumvolitare, superiùs innuitur: hæc cum diversissimo de sint figurata, eorum alia cum aliis optimè coherant: sin verò in quædam alius formæ impingant, eadem oppugnant, & evertunt: hinc pestilentis miasmatis particulae, quæ spiritibus nostris adversantur, cum istis veneni corpusculis juxtâ positis optimè conveniunt, iisque promptè affiguntur. Quare hoc faciunt amuleta è venenò conflata, scilicet pestilentia semina nobis occurrentia, propter similitudinem partium, in se excipiunt: etiam, à corpore nostrò eadem in amplexus suos alliciendo, infectos quodammodo à malignitate liberant.

Prophylaxis pharmaceutica in duplicem fertur scopum: primò, ut assiduus materiæ excrementitiæ, seu humorum proventus, leni purgatione (quociens opus sit) tollatur: secundò, ut Alexipharmacis quotidie sumptis, spiritibus, & corpus nostrum contrâ ve-

neni incursum muniantur: à priori, pabulum, & fomes, quæ putredinem à venenò inducunt adaugent, detrahuntur: ab altero, pestiferæ luis, feralis tanquam ignis, prima accensio inhibetur. Alexipharmaca enim videntur sub duplici hac ratione contrâ pestis contagium juvare; tum quòd sanguinis massa, & viscera horum particulis referta, necnon spiritus iisdem priùs occupati, venenati miasmatis consortia non facillè admittunt; tum quòd sanguis, leni harum organismo citatus, à coagulatione vindicatur.

Hactenus de *præservatione*, sequitur modò de *curatione* pestilentia agendum. Cujus doctrina est, vel *generalis*, & complectitur remedia, quæ in hunc finem ex Dietâ, Chirurgiâ, & Pharmaciâ desumuntur; vel *specialis*, quæ tradit usum, & cautiones circa ista remedia exhibenda; & quo ritu symptomatis variè emergentibus occurrendum sit.

Dietâ sex rerum non-naturalium usum comprehendit: præcipua tamen cura, & cautiones Medicæ, circa victum adhibentur: hujus primariæ indicationes non simul, & eodem tempore consistunt; sed pro re natâ vicissim, & juxtâ naturæ exigentiam suppleri debent. Respectu malignitatis, & virium dejectarum, alimenta, quæ spiritus valdè refocillant, & uberiorem nutritionem præstant, desiderantur: respectu intemperici febrilis, victus tenuior, refrigerans, & sanguinem attemperans, requiri videtur: Medicus utriusque prospiciat, sed contrâ malignitatem potius, quam febrim remedia intendant.

Auxilia, quæ ad Chirurgiam spectant, sunt venæsectio, quæ rarò, & admodum cautè in hoc morbo celebrari debet, quia sanguine nimis exhausto, & vasis coincidentibus, diaphoresis non adeò facillè procuratur; hujus vicem meliùs supplet Cucurbitæ cum scarificatione. Etenim hoc, & vesicatoria pro venenò foras educendo rectè adhibentur; insuper contrâ Bubones, anthraces, sique ulcera maligna ab his producta, cataplasmata, fofus, emplastra, illitus, & pleraque alia exteriùs applicanda, è Chirurgiâ petuntur, quibus venenata quædam prout veneni Electrica, admisceri à nonnullis præscribuntur; quare præparata Arsenici, scilicet oleum, & balsamum ejus in hoc casu, prout egregii usus, & efficacis, à plurimis commendantur.

Pharmaca, circa pestis curationem, sunt vel evacuantiâ, vel Alexiteria: priorum intentio est, ut latex serosus in sanguine, & humores excrementitii, qui fœtant in visceribus, foras deturbentur; & una cum iis plurimæ venenati miasmatis particulae ubivis in corpore dispersæ: hæc autem præstant tum vomitoria, & purgantia, quorum usus est rarior, & tantum in morbi principiò, tum diaphoretica, quæ nullo non tempore, quoad vires sustinere valent, à peste indicantur: hæc enim plenius, & à totò simul corpore evacuant, quin & sanguinem exagitando, à congelatione vindicant, & cum à centrò usque ad circumferentiam movent, fermenta venenata, necnon humorum, & sanguinis corruptelas, procul à corde arcent, & hostem extrâ castra propellunt. Vomitoria autem, & purgantia minùs universaliter evacuant, & materiam malignam sæpè concentrando intus deducunt, & visceribus affigunt. Hæc autem medicamina sive catharsi, sive diaphoresi operentur: ejusmodi sint oportet, quæ particulas habent miasmatis venenato, potius quàm sanguini, aut spiritibus nostris congeneres: tale enim pharmacum, varios corporis nostri anfractus, cum viribus integris & illibatis pertransibit, & ob utriusque similitudinem, virulentam morbi materiam certius prehendet, illamque mutuâ partium adhæsione, quâ natura irritata ducit, secum foras rapit: quare medicamenta, sive cathartica, sive sudorifica præ cæteris commendantur, quæ ex Mercuriò, Antimoniò, Aurò, Sulphure, Vitriolò, Arsenicò

Arsenico, & similibus parantur; quæ cum à calore nostro minime subigantur, aut superentur, contra virus huius pestilentissimi optima evadunt remedia: hæc enim non modò superflua potenter evacuant, sed cum particulas valde fortes, & indomitas exerant, & quaquaversus in corpore explicant: veneni fermenta hinc inde gliscencia dissipant, & à natura ratione impediunt: cum & ipsa remedia, à natura insuperabilis, necesse habeant per partes corporis exitus amandari, quidquid extraneum, & hostile occurrit, unà foras educunt.

Quoad Pharmaca alexiteria, quæ absque sensibili evacuatione huius morbi veneno resistere perhibentur; sunt ea ejusmodi (ut plurimum) quorum particulae naturæ nec sunt valde congeneres, ut pro alimento cedant; nec ita diversæ, ut excretionem stimulent. Eadem inur sumpta, & quoad minima refracta, cruorem, & succos in vasis, & visceribus confusos, corpusculis suis, velut novo fermento, inspirant, eosdem leniter movendo, & inaequali mixtione servando, à coagulatione, & putredine vindicant; veneni particulas agglomerari coeptas eadem blanda agitatione ab invicem dissipant, & à maturitate impediunt, denique sanguinem, & spiritus præoccupando, eos à Characteris pestilentis impressionibus tuerunt: ex his remedia quædam simplicia commendantur, ut sunt Ruta, Scordium, &c. tamen longè potissima æstimantur, quæ sunt compositiora; quare Theriaca, Mithridaticum, & Diacordium, quorum alius quinquaginta ut minus simplicibus constant, medicamina adèò omnibus numeris completa habentur ut piaculum habeatur, in eorum confectioibus, vel plantam unicam, aut ipsius drachmam omittere: ratio forte est quòd plurima simul posita massam exhibent, cujus diversimodæ particulae, longâ digestionis exaltatæ, majorem in sanguine, & humoribus nostris fermentationem cient.

Ke. enstis hoc modo remediis, quibus pro curandâ peste instructi esse debemus; jam proximè dicendum esset de curationis methodò, scilicet: quid primum, & quid deinceps ordine sit agendum: nisi quod hic morbus adèò in præcipiti versatur, ut nec deliberationi sit locus, nec Medicus præ contagii metu ægris frequenter interesse velit: quare non pluribus hic opus est præscriptis, aut longâ indicationum serie: res hæc citò persagenda est, & paucis comprehendì potest. Cum itaque regnante pestilentia quispian huius morbi contagio afficitur, Dei omnipotentis auxilio precibus impetrato, illicò ad remedia confugiendum est: si in corpus minime perpuratum, ac in vomitum proclive pestis inciderit, statim vomitorium sumatur, cujus operatione finita, diaphoreticis confectis adhibitis sudor provocetur; idem pro virium tolerantia continuetur, postea sæpius repetatur. Insuper alexipharmacis quovis ferè momento utendum, donec Exanthematum, Anthracum, aut Bubonum eruptione, venenum prorsus totum foras eliminetur: interea tamen symptomatis maxime urgentibus remedia respectiva, & propria opponantur: præcipuè autem pro Bubonum, & Anthracum curatione auxilia idonea ex Chirurgiâ petantur: totius negotii cardo intentionibus hisce duabus inniitur, ut virus pestiferum omni modo ab intus foras expellatur; ac dein expulsi recursus æqua diligentia præcaveatur.

De Peste non adèò in promptu est exempla, & ægrotantium historias cum exactis symptomatum diaris conscribere: quippe huiusmodi ægitudines haud quotannis eveniunt, nec quando increbescunt, cuius licebit Medico, propriam salutem curanti, ægros crebro invisere, aut iis diuini commorari, quo singula accidentia diligenter annotet, eorumque rationes sedulo perpendat quod tamen pensum Cl.

Diemerbrochium, adèò accuratè præstitit, ut post illum licitò aliis ab hoc opere supersedendum fuerit. Cùm olim in hac urbe, scilicet, Anno 1640. pestis (licet haud immanis) grassaretur, Dominus *Henricus Sayer*, Medicus perquam eruditus, & in praxi felix, plerisque aliis hanc Spartam reventibus, laborantes quoscunque pauperes, æque se divites audacter invisebat; iis pharmaca quotidie propinabat, Bubones, & ulcera virulenta propria manu tractabat, adèòque sedula, licet periculosa opera ægrotantium plurimos sanabat. Ut se ipsum à contagio munit, antequàm domos infectas adibat, solummodò vini generosi haustum pleniorè ingerere, dein perambulatione sua circa ipsum mortis limen, & tantum non ipsius Oris fauces, peracta, idem Antidotum repetere solebat; postquam in hac urbe, tanquam à peste inviolabilis, res ægrotantium sine noxâ quavis susceptâ diu curasset, ad castra *Uvalingfordia*, ubi hæc lues atrocis grassabatur, velut alter *Æsculapius*, à Præfecto illius loci accercebatur: illic autem intrâ breve spatium cum Duce quodam (cujus societatem intimè colebat) à peste correpto in eodem lectò discumbere ausus ejusdem morbi contagium suscipit: nec proficere tunc Domino, quæ omnibus aliis emolumento fuerunt, artes; quin cum magnò ibi degentium luctu, nec citrà ingentem in scientiâ Medicâ jacturam, ex eò morbo desiderabatur. Circa alios pestilentia affectus huiusmodi medendi methodum instruere solebat, si priusquam Exanthemata, aut Bubones exterius apparerent, vocaretur, ut plurimum vomitoria exhiberet, quorum præscripta erant ex Infus. Croci metallorum, cum vitriolò interdum albò, ac interdum Romano: vomitione finita diaphoreticis statim exhibitis in sudorem conjiciendos præcepit; & deinde intervallis quibusdam pro refectioe virium concessis, usque ad morbi declinationem, diaphoresin continuandam: sin post signata apparentia ad affectus accerferetur, vomitione posthabita, tantum sudorificis insillibat.

CAPUT III. De Febris Pestilentibus, ac Malignis in specie, aliisque Epidemicis.

Post explicatam *Pestis naturam*, ordine tractatus nostri, procedere debemus ad affectus, qui proximè ipsius indolem referre videntur; quales sunt præcipuè *febres dictæ pestilens, & maligna*; etenim vulgò notum est, febres interdum populariter regnare, quæ, pro symptomatum vehementiâ, sumivâ ægrotum strage, & magnâ vi contagii, pestilentia vix cedant; quæ tamen, quia putridarum typos imitantur, nec adèò certò uti pestis, affectus intermunt; aut alios insciant, haud *pestis*, sed diminutioni appellatione, *febris pestilentis* nomen mereitur. Præter has, dantur alterius generis febres, quarum & pernicietas, & contagium se remissius habent, quæ tamen, supra putridarum vires infectæ sunt, & in se aliquatenus à Hippocratis continere videntur, tenuiori adhuc vocabulo, *febris maligna* appellantur.

Differunt hæc febres tum à peste, tum à se invicem; juxta contagii, & pernicietas gradus, & vehementiam: ut sit *pestis* morbus summè contagiosus, & humano generi exitialis; *febris pestilens*, quæ cum minori miasmatis sui diffusionè, & funerum frequentia, communiter grassatur. Cùm infectio tantum suspecta est, & *crisis*, supra vulgariū febrium eventus tantum infida, aut minus tutò contingit, pro *febre maligna* perhibetur. Alibi plenius describantur sic

Quando febris vulgò increbescit, quæ pro symptomatum varietate *putrida* sic dictæ indolem refert; cui

cui nimirum adsunt Sitis, Ardor, Lassitudo, Anxietas, linguæ Asperitas, Vigilæ, Phrenitis, Vomitus, Inappetentia, Syncope, Lipothymia, Cardialgia, aliorumque terribilium accidentium *συνδρομῶν*. Si præterea accedant maculæ, aut exiguis pulicum morsibus similes, aut vibicam instat lætæ, ac lividæ, hunc morbum mali moris existimamus: super his, si solito februm ritu non iudicatur, quin ægrorum vires sine causâ manifestâ prosterantur, & contra Medici prognosticon mors sæpè improvise, & insuspecta advenit, adhuc major ingruit *malignitatis suspicio*: si verò ægrotantium plurimi intereunt, ac qui ægris conversantur, ejusdem morbi labem contrahunt, ut per totos sæpenumerò vicos, aut civitates idem morbus grassetur, supra malignæ appellationem, *febru pestilens* dicitur, cujus adhuc probationem facit, si communi quodam symptomate passim in plurimos deserviat, ut cum anginâ, dysenteria, aut sudor funestus, qualis olim in *Angliâ* increbuit, hujusmodi febres comitantur.

Quod si febris exoritur, quæ plures in eadem regione degentes ferè eodem ritu simul afficiat, quæ tamen decursu suo putridæ vulgaris leges observet, & ferè simili modo iudicetur; (nisi quòd in aliquibus, insigni cacochymia laborantibus, Bubonum, aut macularum apparentia, crisi interdum funesta, & contagio in alios serpente, malignitatis quædam signa prodit) hæc minimè pestilens, sed tantum *febru maligna* dicitur.

Si inquiratur, cuinam supradictarum febrium classis hujusmodi pestilentes, ac malignæ accenseri debent, eas solummodò *continuarum* censui adscribimus; intermittentes eximimus, quoniam per intervalla adeò firmas naturæ concedunt inducias, & dein regulariter, ac ad amissam suam observant periodos, quod cum diathesi venenata minime consistet. Etiam heclicas à malignitate excipimus, quoniam secus non ita diu protelarent funera, quin veneni participes citius jugularent: è continuis, licet synochos simplices haud immaunes, tamen rariùs hæc labe tactas asserimus: sæpissimè autem febris, quæ pestilitatis, aut malignitatis notas exhibet, ejusmodi est, quæ putridæ sic dictæ typum mentitur: cum in his febribus, præter virulentæ phænomena, continuam sanguinis effervescentiam advertimus, quæ, velut in putridis, principii, incrementi, stadii, ac declinationis stadia pertransit, meritò hic *Sulphuream* cruoris partem exalfectam, & accensam fuisse, atque incendio suo febrim induxisse statuimus: quare in hujusmodi febribus duo sunt imprimis notanda, scilicet sanguinis *effervescentia*, & *malignitas* huic conjuncta, quarum modò hæc, modò illa est potior: etiam in utrisque magna est latitudo, & plurimi sunt intensiois gradus, juxta quod febris evadit magis, aut minus acuta, aut maligna.

Effervescentia ad eundem modum peragitur, ac superius de putridis dictum est, nimirum sanguinis pars Sulphurea, supra modum incalescens, fervore suo velut incendium concipit: inter deslagrandum, materiæ adustæ copiam ingentem in cruore accumulatur, à cujus subactione, & seclusionem, solito februm more status & crisis dependent: super his verò, sanguis venenato quodam *miasmate infectus*, inter deslagrandum, ratione fermenti maligni, per partes coagulatur, ac putrescente incipit: quare præter usitata febris vulgaris symptomata, propter sanguinis portiones quasdam congelatas, aut necrosi affectas, syncope, & spirituum dejectio, necnon macularum, aut stigmatum apparentiæ succedunt: insuper effluvia venenata, quæ ab ægrotis decedunt, vi contagii similem affectum in aliis concitare valent: quare ob perniciem, & contagium, & varios eorundem gradus, febris pestilens, aut maligna appellatur.

Dùm sanguis effervescens etiam fermento maligno, & venenato inficitur, non tantum propriæ ip-

fius massæ coagulationes cum dispositione ad putredinem inducuntur, verum & liquor nervosus facillè hujus labem contrahit, undè cerebro, & spirituum animalium regimini improporcionatus factus in his magnas anomalias concitat: quare hujusmodi febribus non solum maculæ, & exanthemata; verum sæpissimè delirium, phrenitis, sopores, artuum tremores, spasmi, & motus convulsivi superveniunt: non rarò observavi, quibusdam annis febres malignas increbescere, quæ sine stigmatum apparentia virulentiam suam, præcipuè circa genus nervosum, ostentant: quippe in nonnullis, mox ab initio, somnolentia cum insigni capitis torpore, in aliis vigilæ pertinaces, animi perturbatio, cum tremore, & motibus convulsivis: in plerisque verò crisis aut nulla, aut tantum infida, ejusque vice materiæ febrilis ad cerebrum translatio sequuta est: has insuper febres; contagio in alios serpsisse, ab iisque plures interisse animadvertum est, ut propterea malignæ dici mereantur.

Hujusmodi autem febres nonnunquam à venenato miasmate primò inchoantur, & sanguis particulis veneni tactus, sponte effervescentiam concipit, ac incenditur, ut cum à contagio, aut maligno aère inspiratis, quispiam, sine causa evidenti, aut prædispositione, in febrim malignam incidit: interdum verò intempetias febrilis à causâ propriâ inducitur, ac dein sanguini effervescenti malignitatis semina, aut intus in corpore latentia sese exerunt, aut aliundè ex aère contaminatò, velut pabulum flammæ prius accensæ, adveniunt; etenim crebra observatione constat, tempore quo febris epidemica grassatur, alias quocumque modo ortas in ipsam migrare.

Febres malignæ, ut & pestilentes, plerumque sunt populares, ac plures simul invadunt: verum aliquando privatæ, ac sporadicæ, ut forsitan unum, aut alterum in totâ regione solummodò corripiant; in tali casu suspicandum est, eas non ab aère malignò, aut causâ epidemica, sed à morbosò corporis apparatu provenire, nam sæpiùs observavi, quòd cum vere, aut autumno, febris fatis vulgaris, in urbe, aut vicò quòdam grassaretur, è qua ægroti plurimi evaderent; forsitan aliquis, cui prædispositio mala, & causa evidens fortior, febrim induxerit, cum symptomatis magis horrendis, & insignibus malignitatis notis, decumberet: in quo casu ista malignitas non febris communis dicenda, sed tantum sporadica, & accidentalis.

Licet maxima discriminis ratio, qua hujusmodi febres ab invicem, & ab aliis distinguuntur, in earum pernicio, & contagio consistit; tamen aliquando symptomate quòdam peculiari insigniuntur, è quò tum malignitatis nota, tum nominis appellatio, pro istò tempore desumuntur: hinc quibusdam annis febris epidemica regnat, quæ plerisque affectis anginæ, aliò tempore peripneumoniam, pleuriticam, dysenteriam, aut alium quendam affectum, eumque periculosum sæpè, & contagiosum induxerit: adeò morborum semina, non solum à parentibus ex traduce derivata, fructus suos, velut designatione quâdam, in eadem parte, aut membrò excitant; verum etiam ex miasmate communiter grassante suscepta, ejusdem modi ac typi, affectus in omnibus producant; quod tamen accidere puto, non quia venenati miasmatis semina hanc, aut illam corporis regionem virtute quâdam peculiari respiciunt: verum hæc sanguinis massam simili ritu ita in omnibus afficiunt, ut necesse sit, istius labis eluendæ gratia, eodem modo crisin in omnibus tentari. Cum enim, absque malignitate, sanguis ob coagulationem, aut forsitan alias causas extravasari aptus fuerit, loca usitata, in quibus ejusdem extravasati portiones deligi solent, sunt guttur, pleura, pulmo, & intestina: quare nihil mirum est, quando à causâ malignâ sanguinis congelatio, atque id propter extravasatio inducitur, si morbus in afflicto nature focò niduletur.

Circà

trarent, advenæ, aut condistitii in ægrorum ministeria vocati, mox eadem corripiebantur læ: ut demum, præ contagii metu, ex hæc febre decumbentes, ferè ac peste laborantes, à sanis vitarentur.

Nec minima quidem pernicietas, aut mortalium strages hunc morbum comitata est: quippe senes cachectici, phibifici, aut aliis in valetudinarii quamplurimi hoc facto interiere; etiam puerorum, juvenum, maturæ, & robustæ ætatis hominum, non pauci. Memini in quibusdam villis, seniores ferè omnes hoc anno vita abreptos, ut vix superessent, qui traditionibus antiquitatis acceptis, Parcæ mores, & privilegia tueri potuerint.

Quando hæc febris primò incepit, synochi putris typum nonnihil referebat; erat tamen iudicatu difficilior, & cum sudore, aut diarrhœa solvi videretur, statim recrudescere solita erat: plerumque verò post sanguinis deflagrationem, per sex, aut septem dies continuatam, hæc remittente, &, crifeus vice, materia adusta in cerebrum translata, cum furore nonninquam, sæpius cum corpore, imbecillitate magnâ, & aliquando motibus convulsivis, ægri, longò tempore decumbentes, vix tandem evaserunt. Circà mediam ætatem, præter contagium, & funerum frequentiam, signis apertis, scilicet exanthematum, & macularum eruptione, hic morbus vim suam malignam, & pestilentialem prodidit: quippe, sub hoc tempus, multis sine magno febris incendio pulsus inæqualis, debilis, & plurimum inordinatus, etiam sine manifesta spirituum expensâ, vires statim languidæ, & valdè dejectæ evaserunt: alius, simili ritu decumbentibus, papulæ modò exiguæ, rubræ, modò latæ ac lividæ apparebant: in multis Bubones (uti in peste) circà adenes: ex his nonnulli, sine magnâ spirituum luctâ aut exandescentiâ febrili in cruore citata, tacite, & improvise emoriebantur: interim alii mox futibundi, quoad vitæ participes fuerant, spirituum animalium distractiones horrendas perpessi sunt. Ex hoc morbo evasari sine crisi laudabili (nisi sudore ab arte provocato citius liberarentur) cerebro, demum, ac nervoso genere affectis, cum sensuum stupore, tremoribus, vertigine, membrorum debilitate, ac motibus convulsivis non nisi post longum tempus convalescunt. Durante Caniculâ hic morbus usque infestus, non uti febris, sed velut micior pestis tractari, & remediis tantum Alexipharmacis expugnari cepit; phlebotomia hic usque fatalis credita est: vomitoria, & purgationes interdum, licet non ita crebro, usui fuerunt; potissima autem medendi ratio in Alexiteriis, & diaphoresi tempestivè procuranda, statuebatur. In hunc finem præter Medicorum præscripta è pharmacopolis petita, remedia quædam Empirica laudem non exiguam meruere; tunc primùm in hæc regione pulvis Comitissæ Cantii magni nominis esse cepit: etiam non minimæ notæ fuit pulvis alter cineritii coloris, quem Aulicus quidam, in hæc urbe fortè diversifatus, bono cum successu pluribus exhibuit, aliisque ejus usum probantibus, magno pretio venalem exposuit: solebant ægri ab hujus semidrachma, in quòvis liquore propinati, in sudorem copiosissimum incidere, adeoque à morbi virulentia liberari; fuit diaphoreticum illud (cujus præparationem ab Authoris consobriino postea edidici) solummodò Bufonum Sale expurgatorum, dein, vino optimo lotorum, & in olla fictili leviter calcinatorum pulvis. Vergente Autumno, hic morbus de solitâ atrocità sensim remittebat, ut pauciores ægrotarent, & eorum plurimi convalescerent; donec incumbente hyeme, febre ista ferè in totum evanida, statim denuò salubris in hæc urbe, & rare circumcircuita, in solidum reddebatur.

Licet hic febris ab initio tantum castrensis, demum pestilentia, ac epidemice factæ, exortum, progressum,

& postremò exitum intueri. Quod primò in militum castris morbus inceperit, non tantum eorum squalori, & tætris odoribus, verum aliquatenus communi aëris vitio imputandum videtur: namque siquidem hæc febres non quotannis eveniunt, eorum origo peculiari constitutioni anni nonnihil ascribetur. Quippe exinde contracta levior auræ intemperies licet salubriter degentes haud malè afficiat; in exercitu tamen, ubi *σποραμίπης* isti generali causæ evidentes, scilicet errores in sex non naturalibus quamplurimi accedunt, ejusmodi ægritudines facilius concitari necesse est. Fuit autem hujus anni constitutio verna imbris ferè continuò madentibus valdè humida; cui dein Æstas calidior succedens, & contagii febrilis miasmata hic prius gliscentia usque in pejus evexit, & corpora quævis ad suscipiendum ista magis deposuit. Quare quòd hic morbus ferè huic regioni proprius, & hoc tempore epidemicus extiterit, ejus seminario, ab exercitu circumcircuita confidente primitus oriundo, debetur. In quantum verò pestilentia, & valdè epidemicus postea, factus, mortalium hic degentium plurimos infecerit, & non paucos interfecerit, in causâ erat mala aëris affectio; qui propter anni intemperiem minùs salubris, insuper halituum tetrorum, à militum castris, & ægrotantium contuberniis expiratione continuâ ita demum vitiosus evaserit, ut in eo dispersa hujus febris miasmata exaltarentur valdè, & ferè ad pestilentie virulentiam surgerent. Refert *Diemerbrochius*, ab hujusmodi febre castrensi, *Noviomagus* in Æstate excitatam, postea aliam malignam, & pestilentialem, ac dein pestem ipsam accrevisse. Etiam febrem hanc nostram, ultimò ipsius pestis fuisse æmulam, præter magnam vim contagii, & funerum frequentiam, indicio erant ab eadem in omnibus *crurâ*, & *liquorâ nervosâ* affectiones pessimæ statim inductæ: quippe vires subito dejectæ, pulsus debilis intermittens, formicans, papularum, & Bubonum eruptio, sanguinis coagulationem, & dispositionem corruptivam arguebant: insuper delirium, mania, phrenitis, torpor, somnolentia, vertigo, tremores, motus convulsivi, aliique diversimodi capitis affectus insignem cerebri, & nervosâ generis læsionem ostendebant.

Ut febris malignæ typus, sive Idea ad vivum depingatur, observationes, seu ægrotantium historiarum quamplurimarum, satis ad manum prostant: è pluribus hujus morbi exemplis libet hic pauca tantum inferere, quæ ante aliquot annos in domo venerabilis viri, ut cum clade luctuosa, ita non sine admiratione quadam obtigerunt.

Circà solstitium hyemale, anno 1655. puer in ætate circiter septem annorum, sine causâ manifestâ malè habens, gravi capitis dolore, somnolentia, & insigni torpore afficiebatur; simul aderat febris, licet minùs intensa, cum incendio mediocri, quæ tamen paroxysmis vagis, modò semel, modò bis in viginti quatuor horarum spatio exacerbatur: mox ab initio morbi ferè continuò dormiebat, etiam in somnis ejulare, incongruè fabulari, & sæpius lecto exilire solitus; excitatus, ac interdum sponte evigilans, statim animo constare, & potum constanter requirere, urina fuit rubicunda, & contentis saturata, pulsus æqualis & satis robustus, tendinum in carpis contracturæ leves; in collò aliisque partibus corporis maculæ quædam rubræ pulicæres apparebant. Primis diebus lenis purgatio, & (enematum usu) crebra alvi subductio instituebatur: Julapia cardiaca cum Alexiteriis quotidie sumebantur; vesicatoria collo, aliaque emplastrâ pedum plantis fuerant adhibita; die sexto sanguis parùm è naribus stillavit; septicimo, sine manifestâ diacrisi febris plurimum remisit, calor tantum micis fuit tactu perceptibilis; etiam urina pallida, tenuis

sine

sine quovis sedimento, attamen somnolentia, & capitis torpore longè gravius molestabatur, ita ut urina, excrementa alvi involuntariè effluerent; utcumque voce interpellatus adstantes novit, & interrogatis respondit; affectiones istae non obstantibus remediis in dies ingravescebant: circa 14. diem aeger adedè stupidus evasit, ut nec intelligere, nec loqui potuerit, usque tamen ori ingesta (licet inscius) deglutivit, fuitque pulsus satis laudabilis: sub hoc tempore diarrhoeam, sponte naturae excitatam, per quatuor dies passus est; qua demùm cessante, crusta albicans, & velut cretacea, totam oris, & gutturis cavitatem oblinire cepit, qua saepius in die deterfa, nova statim erupit: cum deindè per quatuor dies hoc modo laborasset, circa intellectum, & sensationem melius habuit, ita ut parentes, & amicos dignoscere, dictis annuere, & iussa aliqua exequi potuerit: prout verò facultas sensitiva restituit, ita circa loquelam, & deglutitionis organa malum ingravescere cepit; proculdubio, materia è cerebro in nervorum principia, & ductus prolapsa. Torpori, ac stupiditati, paralysis in lingua, ac gutture successerat: qui affectus brevi in tantum accrevit, ut postea aegrotus non omninò deglutire potuerit, quin ore ingesta statim effluerent, ne quidquam in ventriculum illaberetur; cum præter morbi atrociam, periculum esset, ne hic fame enecaretur, instrumentum parabatur ex pinnâ cetaceâ in virgunculam flexilem efformata, ejusque apici nodulo Bombycino adaptato: atque hoc, gutturi intrusum, clausuram ejus pro tempore referabat, quo alimentis ingestis transitus patefieret, post hujus usum die uno, aut altero, iterùm deglutire, & dein satis alimenti ingerere potuit: atque intrâ paucos dies loqui, quidvis discernere, atque mirabiliter esuriens, totis diebus esculenta cujuscunque generis postulare, & oblata quavis avidissimè vorare cepit. Interim, præ diuturna aegritudine, & partibus nervosis graviter lassis, in tantum emaciabatur, ut demùm, ossibus vix curi coherentibus, sceleton vivum exactissimè repræsentaret. Postea tamen matris sedula, indefatigabili, & prudenti circa victum cura, sanitatem perfectam recuperavit, & adhuc sanus vivit.

Dùm hic puer aegritudinis suae vix *anplu* transgressisset, frater ejus, binorum circiter annorum aetate major, Idibus *Januarii* ferè simili ritu decubuit. Primò torpore, & capitis gravitate: perendie febricitans, somnolentia, & stupiditate afficiebatur: in somnis delire fabulari, dein evigilans vix animo constare cepit: post quatuor, aut quinque dies symptomata haec ingravescebant: parùm intelligere, non nisi titubanter, & vix articulatè loqui potuit. Urina fuit crassa, opaca, sine hypostasi, aut contentorum subsidencia: maculae, rubrae, exiguae, pulicum morsui similes, prout in fratre apparebant; excrementa, tum vesicae involuntariè effluebant. Pulsus verò adhuc robustus, & aequalis constabat; hypochondria erant tensa, & inflata cum tumore abdominis: circa diem octavum, stillicidium sanguinis exiguum: die aegrotationis undecimo in diarrhoeam incidit, qua intrâ quinque horas septies dejecit, biliosa, tenuis, & summè putida, undè spes aliqua conditionem aegri meliorem fore: postmodò tamen fluore alvi cessante, dolor, ac tormina in ventre immaniter infestabant, ut clamans, ac ejulans, die ac nocte querelas gravissimas misceret: hypochondria, & abdomen instar tympani erant tumida, & valdè distenta; cum à nullis remediis, plurimum Medicorum opera exquisitissima tentatis, quidquam levaminis recipere potuisset, die decimâ quartâ in his cruciatibus convulsus obiit.

Paulò post hujus mortem, scilicet 6. Idibus *Februarii*, frater ejus senior, circa undecim annos natus, spei optimae puer, febricitare incepit, torpore, & gravitate capitis, uti priores, licet minus intense affectus:

Tom. II.

verùm in sanguine, qui temperamenti erat calidioris, major effervescentia, & perturbatio apparebant, ut primis sex diebus, præter calorem, & sitim, continuo excretionis nixu, modò per sudorem, modò per alvi fluxum molestaretur: urina erat rubicunda, & turbida: maculae quaedam rubrae, prout in cæteris, eruperunt: die septimo hæmorrhagia ad quinque uncias obtigit, qua cessante torpor ingens successit, ut per totum istum diem, & noctem sequentem, vix oculos elevare potuerit: die octavo hæmorrhagia narium iterùm copiosissima insequuta est, ut periculum esset, ne unâ cum sanguine animam effunderet: eruct copiosè adedè è nare sinistra exiit; ut, pelvi exceptus, casu suo in bullas ingentes efformaretur: cum supra duas libras sanguinis amiserat, & sudore frigido persusus, viribus exsolvi inceperit, remediis demùm adhibitis, difficulter admodum fluxus sistebatur. Hæmorrhagia sedata, puer altum dormivit, ac toto isto die somnolentus evasit: crebro tamen evigilans, facis animo constabat; eratque sensu, & intellectu vegetus; de valitudine interrogatus, se mediocriter habere dixit: urina, quae prius erat rubicunda, & turbida, tunc pallida, tenuis, & cum hypostasi laudabili apparebat, ut videretur aeger (praesertim quia sitis, & immodici caloris expertus) perfectè judicatus, & febre immunis: mane sequenti, die febris nono, adhuc torpidus mansit, excitatus verò sine intemperie, & alacriter degens in convalescentiae statu videbatur, nisi quòd loquela parùm vacillare coepit: vesperti cum res minus essent inspectae, febre demùm accensa, derepente in lethargum incidit, ut aegre à somno excitari, vellicatus vix quinquam noscere, aut articulatè loqui valeret: licet adedè immanis sanguinis jactura præcesseret, pulsus fuit demùm citatus, altus, & vehemens, etiam urina rubicunda: post remedia derivantia, revellentia totâ istâ nocte usûrpati, egregius hic juvenis paulò in meliori statu visus est, ita ut mane proximo diutius à somno contineret, oculos huc illuc deflectere, & se parùm erigere inceperit, sine loquelâ tamen, aut adstantium notitia: ante meridiem oculis demùm clausis, cujuscunque facultatis animalis usum penitus amisit: cum pulsu alto, & vehementi, palpitatione cordis, respiratione anhela, & suspitiosa, triduo velut apoplecticus jacuit: pulsu demùm sensim diminutione facto, die febris decimotertio mortuus est.

Decimo quarto *Calendas Martii*, hujus soror minuscule, cum intemperie febrili, & siti, quæti coepit de dolore, & torminibus in ventre, tremore in manibus & tensione dolorificâ in musculis colli: ultimo *Februarii* apertius febricitans lecto abstinerere nequivit: insuper calore vago, modò in facie, modò circa partes inferiores afficiebatur; item torpida, & somnolenta evasit, è somno evigilans haud statim animo constitit. *Martii* primò cum expressione Rhabarbari fuit leviter purgata, cum levamine: urina crassa, & rubicunda; etiam maculae rubrae petechiales (prout in cæteris) erant conspicuae: huic deinceps per quatuor dies crebris vicibus, nimirùm sex horarum intervallo, exhibuimus sp. *Coru Cervi guttes* è 10. ochleari *Jalapii Cardiaci*; symptomata prædicta postea sensum remiserunt, & sine manifestâ diacrisi haec aegrotans salubrem, licet tardè, recuperavit.

Sub eodem tempore fraterculus horum aetate minimus ferè simili ritu aegrotavit; qui tamen, diarrhoea sponte naturae oborta, per plures dies, biliosa & viridia dejiciens, facilis absoluebatur. Etiam in eadem familiâ, plerique alii domestici, atque advenarum administrantium nonnulli, velut labe per contagium propagata, ex eodem morbo decubuerunt: qui tamen omnes difficili demùm, & lenta convalescentia, sine crisi regulariter facta, evaserunt.

Hanc febrem fuisse malignam, ex contagio, perniciè;

S s 2

macu-

macularum pulicarum apparentia, multisque aliis indicibus constare videtur: licet miasma illud inficiens, quo ab alio subindè in alium grassata est, torpidum & minoris efficaciam exciterit: quippe inter singulorum ægrotationes, plures dies, ac sæpius hebdomadæ interceiserunt, ut morbi hujus etiam acuti infectio, ac in plures disseminatio, vix intrà quadrimestre spatium in eadem domo finiretur. Febris circà prima initia visa est mitis, & blanda, haud multùm incendio terribilis; at tamen materies à sanguinis desflagratione congesta, statim indomita, exterminatu difficilis, item cerebro, & nervoso generi inimica evasit: quare in singulis morbi initia, torpore, & somnolentia, potius quàm fervore, & æstu erant dignoscenda: etiam trisis, licet variis modis, scilicet per sudorem, diarrhœam, hæmorrhagiam, tentata, haud feliciter successit, quin plerumque sanguis, motu critico turgescens, materiam febrilem è propriis sinibus in spirituum animalium domicilia transferre cogebatur; nec tamen ipse hoc ritu depuratus evasit, quin circà febris statum utriusque humores, (nimirum & cruor, & succus nervosus) impura mixtione simul vitiat, & graviter tacti, morbi eventum aut funestum, aut valde periculosum constituerunt.

CAPUT IV. De Variolis, & Morbillis.

Febrium pestilentium & malignarum censui proximo in loco referimus *Variolam, & Morbillum*, qui reverà sunt mixti affectus, simul juxta, & adversus naturam nostram consistentes. Quoad originem suam, seminarium habent nobis connatum; quoad effectus verò, symptomata præternaturalia produciunt, & (sicut pestis ipsa) venenata; aded peculiare quoddam febrium genus constituunt, hominibus quidem proprium, verùm alio modo quàm *Porphyrus* assignavit; convenit enim homini, *omni, soli, & semel* variolis, aut morbillis affici: si forte quispiam in totà vità immunis degerit, aut alius in hos affectus sæpius incidit, sunt hæc rara & inusitata naturæ eventa, quæ communi observationi minime derogant: quin omninò rarum sit, quòd nimirum *cunli & soli* homines sint variolis & morbillis obnoxii, atque *unica plaga* iis absolvi soleant. De *variola* seorsim à morbillis trademus, quæ sit earum *causa*, dein qualia habeant *signa & symptomata*, ultimò quæ pertinent ad *crisis & curationem*.

Circà causas considerare debemus, primò quæ sit *causa æponymus*, quæ nimirum *prædispositio naturalis* homines quidem solos, & omnes, idque semel, huic morbo obnoxios reddit. Secundò, inquirendum erit de *causis evidentibus*; scilicet quibus, & quot modis, latens, & occulta hæc diathesis, modò citius, modò seriùs, solet in actum deduci. Tertio dicetur, quæ sit *causa conjuncta*, quali nimirum sanguinis motu, & alteratione, hujus morbi typus producat.

I. Quoad *primum*, ista diathesis, seu naturalis prædispositio, quæ genus humanum ad hunc morbum inclinat, videtur esse labes quædam, seu impuritas sanguinis, inter prima factus rudimenta, in utero concepta; hæc Authores ferè omnes sanguini mensura adscriptam volunt: quæ sententia non omninò improbabilis videtur: quippe in utero muliebri (seu ac in aliis plerisque animalibus) generatur fermentum quoddam, quod sanguinis massæ communicarum, ipsi vigorem ac *voluptatem* conciliat ac dein statis periodis turgescit, & sanguinis superflui excretionem procurat; tempore autem conceptus, cum minino desistunt menstrua, plurimùm hujus fermenti, foetui impenditur; eiusque particule, cæteris quibuscunque heterogeneæ, velut extraneum quoddam,

humorum ac sanguinis massæ confunduntur; cui involuta, & ab invicem separata, diu delitescunt; postea tamen aliquando, à causâ evidenti commota, cum sanguine fermentescunt; ipsique *ebullitionem*, ac deinde *coagulationem* inducunt; è quibus plurima hujus morbi symptomata oriuntur.

Fermentativa hæc semina modò sunt pauca, & mitiora, aliisque corpusculis ita obvoluta, ut non facile emergant, & in actum deducantur: quandoque sunt plura, & fortiora, ita ut levi quavis occasione in hunc morbum maturentur: hinc quidam citius, & primis annis variolis corripiuntur; alii tardiùs, & nonnisi provectâ ætate: etiam aliqui contagium facile suscipiunt, alii verò sine periculò sæpè cum ægris conversantur. Quò citius hoc morbo afficitur quispiam, eò securius se habet: quare pueri sæpiùs evadunt, senes, aut ætate grandiores, plus periculi subeunt; scilicet in pueris, aut juvenibus, transpiratio facilior est, etiam corporis habitus firmior, & salubrior. Licet autem venenata hujus morbi semina ut plurimùm semel, & unicâ ægritudine solent dissari; quandoque tamen accidit, ut, parte miasmatis adhuc relicta, bis, aut ter ægri in hunc affectum inciderint.

2. *Causa evidens*, quæ hæc semina fermentativa commovet, & sæpiùs in actum deducit, triplex assignatur scilicet *contagium aliundè susceptum, dispositio æræ, ac immodica sanguinis & humorum perturbatio*. Contagio hunc morbum in alios serpere, lateque grassari, quotidianâ experientiâ manifestum est; scilicet à corpore infecto continuo decedunt effluvia, quæ, ab aliis corporibus suscepta, statim, instar veneni, cum sanguine fermentescunt, & semina ejusdem affectus latentia, ipsique homogenea suscitant, & in hujus morbi ideam disponunt: nec solum contactu, sed ad distans miasma communicatur. Qui intrà ejusdem ædes, aut in ægrotantium vicinâ degunt, facile labem suscipiunt; necnon & vestium interventu fovetur, longius dissipatur, & ad remota transfertur loca. Qui sunt consanguinei, alterutros citius inficiunt: etiam qui sunt timidi, & maximè hunc morbum perhorrescunt, in eum promptius incidunt; timore enim miasmatis particule à superficie corporis intus convehuntur. Quo tempore increbescit contagium, & variolæ sunt epidemicæ, ferè alii quivis morbi in hunc degenerant. Secundò, peculiaris quædam *æris dispositio* Variolas insigniter producit; hinc sæpiùs popularis evadit, ac per totas regiones, urbes, vicofque passim delavit, hinc etiam vere, & autumnò crebrior existit: quippe in ære tunc temporis imprimis diversimodâ, atque exindè tumultuantia, innatant corpuscula, quæ cum aurâ vitali inspiramus, indèque varie humorum ac sanguinis effervescentiæ, & morborum ideæ suscitantur. Nec tantùm hic affectus ob has causas crebrior, & epidemicus evadit, sed & multiplicem adipiscitur naturam, ut Variolæ quandoque sint lethales, & velut pestiferæ, quandoque mitius & benignius se habeant, prout nimirum plus aut minus malignitatis ab ære contractæ referunt; hinc etiam pustule interdum nigrae, & lividae apparent, & multùm de naturâ pestilentia habent. Tertio, Interdum verò, licet deest contagii fomes, nullaque maligni æris constitutio præcesserit, tamen, ob *sanguinem, & humores immodicè perturbatos*, variolæ oriuntur: ita novè quosdam à crapulâ, aut exercitio immodico, in hunc morbum incidisse, cum præterea nemo circumcirca in tota regione ægrotavit: nimirum sine prævio miasmate latentia hujus mali semina, à nimio sanguinis fervore commota, & invicem associata agglomerantur, facileque totam inquinant sanguinis massam, & fermento suo inficiunt.

3. Hactenus de causis, *æponymis, & evidentibus*; quoad *conjunctam* verò, scilicet quæ sit hujus morbi ratio formalis, seu modus fiendi, res paulò intricatior videtur.

videtur. Vulgò comparari solet effervescentiæ musli, aut cervisæ, cum in dolio depurantur: istis enim liquoribus si aliquid fermenti adjicias, eorum particulae cum sint heterogeneae, & miræ activitatis, illic per totam se diffundant liquoris molem, crassiora, ac impura, quibus impinguntur, corpuscula variè exagitant, in vicem deducunt, & obvolvunt, donec efflorescentia facta, eadem ab intimo reliquorum consortio ad extremam superficiem propellant. Pari modo, heterogenea hujus morbi semina sanguinem fermentare; & dein pustularum eruptione velut efflorescentia quadam depurare creduntur. Verùm enim verò, si rem strictius consideremus, magnum hic discrimen apparebit: quippe miasma variolarum habet se uti fermentum, sed corruptivum, & sanguinem, non versus perfectionem, sed depravationem effervescere cogit: cum enim venenatæ hujus miasmatis particulae subjecto capaci impinguntur, alia statim corpuscula sibi ipsius similia, & nobis connata exsuscitant, quibus associatæ totam pervadunt sanguinis massam, tamque insigniter turgescere, & ebullire, ac post aliqualem effervescentiam in partes secedere, ac coagulati faciunt: scilicet dispersa veneni semina cruoris mixtionem solvunt, spiritus puriores statim profligant, dein crassiores ejus particulas sibi conficiunt, & adhæsi suo velut congelatas reddunt: portiones ita coagulatae, unâ cum implexis veneni seminibus, à reliquo sanguine in circuitu ejus inter vasorum extremitates derelictæ, cuti affiguntur: quo pacto si natura satis robusta cum gelatò sanguine totum virus eliminari, reliqua cruoris massa, licet pauperior facta, utrunque salubris & vitæ prærogandæ habilis existit: sin cruor nimium coagulatus hoc modo depurari nequit; vel si portiones sanguinis, cum venenò coalescentes, non plene erumpunt, aut denuò intus restagnant, & sanguinis liquorem penitus corrumpunt, aut etiam visceribus, & imprimis cordi affixæ, eorum crasin, ac robur destruant.

Sanguinis cum venenò congelati portiones, circà diem quartum, (modò citius, modò tardius) erumpere incipiunt: quippe non statim, sed post aliquod tempus, quo venenum se explicat, & effervescencia cruorem fermentat, coagulatio inducitur: Primò leves portunculæ sanguinis inquinatæ, eaque numero paucae, instar pulicum morsus, in cute desigantur: citò posthæc plures apparent, & primò eruptæ, novæ materiæ accessu, & cruoris congelati continuo appulsu, accrescunt, & in tumorem elevantur: dein hæc moleculæ primò rubræ, sensim auctæ, tandem albescunt: scilicet sanguis cum venenò extravasatus, propter calorem & stagnationem, in pus mutatur: circà septimum ab eruptione diem, albi tumores in scabiem siccam incrustantur; tenuiore enim materiæ parte evaporatâ, reliqua indurescit, quæ, dein cuticula exesa, & abrupta, à cute decedit.

Cum variolarum miasma spiritibus & cruori semel imprimitur, rarò admodum medicamentis, aut venæsectione deleri, aut distilli potest, quin diathesis latens in actum erumpat: quare primò se paulatim diffundit, & sanguinis massam velut fermento inspirat; hinc ebullitio & effervescencia in totò corpore producuntur, vasa distenduntur, viscera irritantur, membranae vellicantur, donec contagii semina, sanguinem fundendo, & coagulando, tandem congelatis ejus portionibus obvoluta, foras protruduntur. Hujus morbi essentia melius patet, si modò signa, & symptomata, quæ in totò ejus decursu observantur, recensent, eorumque rationes, & causas, è quibus dependent, ordine subiectum: sunt autem ista, vel quæ morbum præsentem indicant, vel quæ statum, & eventum ejus prænantiant.

Quoad diagnosim hujus affectûs, qua innotescat, num quis primò ægotans variolas habiturus sit,

Tom. II.

neque; perpendenda sunt eo tempore contagii vis & symptomatum primò apparentium *evēpōia*. Si enim, ob malignam Aëris constitutionem, hic morbus latè, & passim grassatur, nemo tunc febre cortipitur sine suspitione variolarum, præcipuè si ipsis tota vita prius caruerit: sin variolæ sit hic morbus, & absit contagii metus, tamen improvisus ejus insulsus brevi hujusmodi signis, & symptomatis se prodit.

I. Adest febris incerta, & vaga, modò intensa, modò remissior, nullam observans incrementi aut *evēpōia* rationem, adeò ut ægroti nunc summè incallescant, mox sine causâ evidenti *evēpōia* degant; cujus causa est, quòd semina fermentativa non æquabili motu agitentur, sed, instar ignis semi obruti, nunc magis gliscant, nunc ferè sedentur, & exspirent; donec, incendio latius serpente, flamma ubique erumpat.

II. Dolor in capite, & lumbis, adeò peculiare est signum in hoc affectu, ut ferè solus, in febre continuâ, variolas imminentes significet: cujus ratio vasis majoribus, à sanguinis effervescentiâ plurimum distentis, vulgò imputatur: veruntamen hæc constat, cur non æque in aliis partibus, propter similem vasorum distentionem, eadem molestia inferatur, & quare in variolis potius quàm in Causone, aut aliis febribus, ubi sanguis plus effervescit, ejusmodi dolores increbescant. Quin observare licet insignes, modò in capite, modò in lumbis, cruciatus urgere, quando, sanguine parùm turgescente, vasa minime ampliantur, scilicet in morbi principiò, quando febrilis intemperies nondum confecta est; dum ægroti adhuc foras obambulant, & stomacho valent, variolæ ingruentes primò hisce doloribus se produnt. Quæ videtur potius in nervoso genere hujusmodi *evēpōia* causam subsistere: scilicet in cerebri, & spinali medulla, propter membranas, & partes nervosas, à veneni particulis vellicatas, istos dolores oriri. Enim verisimile est, quòd innata variolarum semina in partibus spermaticis potissimum recondantur, & quòd primùm miasmatis contagium plerumque S. ius animales corripit: in succò, quo cerebrum, & partes nervosæ, præsertim verò medulla spinalis, irrigantur, primam effervescentiam concitant, & exinde cruoris massæ labem communicari: quare incipiente hoc morbo, caput & lumbi dolore atroci urgentur, postea, veneno in sanguinem translato, effervescencia febrilis in toto concitatur.

III. Magna anxietas, & inquietudo, interdum & *evēpōia* ægotantes infestant, scilicet ob perturbatum sanguinis motum, necnon æquabilem ejus mixtionem à fermentò venenatò solvi inceptam, cruor hinc in corde stagnare, & in circuitu suo præpediri aptus, affectus modò citatos infert.

IV. Vomitus immanis, etiam quando ventriculus impura humorum saburra vacuus est, sæpissimè hunc affectum comitatur; cujus ratio est, quia semina fermentativa in motum concita, arteriolas in ventriculi tunicas dehiscuntibus, ad singulos appulsus sanguinis deponuntur, & vomitum non secus ac sibi particulae deglutitæ concitant: postea tamen, quamprimùm diaphoresi procuratâ venenum extrâ propellatur, symptoma hoc cessat, & sine quavis expurgatione noxiæ materiæ, stomacho valent ægri.

V. His accensentur symptomata, quæ juxtâ varias corporum habitudines se vario habent modo, ut sunt somnolentia gravis, terrores in somnò, deliria, tremores, & convulsionones, sternutatio, calor, rubor, punctio sensus in totò corpore, lacrymæ involuntariæ, oculorum splendor & pruritus, tumor faciei, vehementia symptomatum ab initiò, ut morbus statim vigorem attigisse videatur: quorum omnium

§§ 3

ratio

ratio, si quæ superius de februm symptomatis dicta sunt, observentur; cum respectu ad diversas ægrotantium temperies, habitum, ætatem, necnon anni conditionem, facile elucescet.

2. Quoad prognosin hujus morbi, ipsum aut salutarem, aut lethalem, aut dubii eventus fore, signis *γινώσκουσιν* indicatur.

Res in vadō esse videtur, quando hic affectus circumstantias habet benignas: nimirum cum accidit in bonā constitutione æris, & anni, quō tempore variolæ sunt minus malignæ, & pestilentes: prout Anno 1654. Oxoniæ, circa Autumnum, variolæ latissimè grassabantur, tamen plurimi evaserunt: olim verò circiter Annum 1649. rarior erat hic morbus, tamen plures ex eo interibant. Etiam minus subest periculi, si in ætate puerili, aut infantia, si in temperamento sanguineo, & habitu corporis bono, si in familiâ contigerit, cujus antecessoribus variolæ non fuerunt exitiales: præterea si in totō morbi decursu symptomata eveniant laudabilia: si primo insultu febris adest lenis, sine immani vomitu, syncope, delirio, aut aliis horrendis affectibus: circa diem quartum si febris cum symptomatis maximè urgentibus sedatur, & tunc maculæ quædam rubræ apparere incipiunt: si die exitus secundo, maculæ ejusmodi rubræ longè plures sunt conspicuæ, quæ postea sensim in moleculas accrescunt, & in pus maturantur: circa decimum plus minus ab eruptione diem, si tumores albi in crustari, & dein paulatim decidere incipiunt: si à quo primo eruperunt, variolæ sint molles, distinctæ, paucæ, rotundæ, fastigiatæ, solummodò curim, & minime partes internas occupantes, res ægroti in bono esse statu, considerare licet.

II. Phenomena, quæ in variolis rem suspectam & periculi plenum significant, sunt hujusmodi: si adest maligna æris constitutio, ut hic morbus pestilentior evaserit, eoque plures interierint; si homines proventæ ætatis eo corripuntur, si in temperamento frigidō & melancholicō, aut in corpore impuro, & cacochymō acciderit, ubi sanguis non expedite circulatur, nec transpiratio rectè peragitur, vel si hypochondria, aut præcordia sint obstructa, viscera quævis infirma, aut ulcere afflicta, aut si habitus corporis sit nimium obesus, variolæ non sine magnō vitæ periculō eveniunt: nec minus timendum est, quando statim ab initio febris ingens, vomitus immanis, syncope, virium dejectio, phrenitis, aut delirium ingruunt, neque variolis plenè eruptis desistunt; hæc enim nimiam in sanguine, & humoribus perturbationem significant, etiam materiæ morbificæ confusionem, & contumaciam, quæ nec subigi, nec à cruoris massâ facile feceri, aut æquabiliter extrudi poterit: si adsit anxietas, & magna inquietudo, cum inordinatâ humorum effervescentiâ, & ebullitione, etiam sitis ingens, & difficultas spirandi, necnon alvi fluxus, aut dysenteria, indicant diaphoresin præpeditam; & humores malignos versùs interiora restagnare: variolæ tardè erumpentes, materiæ cruditatem, effractionem, & naturæ impotentiam arguunt: multo magis duplices, & continuatæ, quantitatis nimie, confusionis, necnon expulsionis inordinatæ, & irregularis materiæ istius (cum non certis foraminulis, sed indiscriminatim quaquaversùs ejicitur) indicio fuerint. Variolæ duræ, ejusdem materiæ incoctibilitatem; depressæ expulsionem debilem significant, eoque deteriores sunt, si in earum medio maculæ nigræ appareant, aut si maculæ febriliter purpuratæ, seu pestilentiali familiares, variolis interspergantur, malignitatem insignem, & sanguinis putredinem indicant, qualis nimirum in peste reperiuntur solet. Denique variolæ nigræ, lividæ, aut virides malè ominantur; quia præter sanguinis coagulationes, ejus *vapores*, & corruptiones prout in gangrænâ, aut Anthrace pesti-

lenti, arguunt: si ubi egressæ sint variolæ, confestim marcescunt, & tumor partium remittitur, indicat malignæ materiæ, sive sanguinis cum venenō congelati retrocessum, & ad interiora restagnationem; unde ni statim diaphoresi liberius excitata, denuò foras eliminetur, citò mors ut plurimum succedit: hinc enim sanguis, plus coagulatus, putredinem subit, etiam in motu præpediti, & in corde, & vasis stagnare aptus est. Si post eruptionem variolarum, alvi fluxus, aut hæmorrhagia supervenit, mali indicium est, quoniam hæc ratione venenum extrâ propulsum denuò intus revocatur: interdum verò hæc symptomata cum magnō ægrotantium levamine contigisse observavi, scilicet natura prius gravata, & oppressa hoc modo, velut parte oneris detracta, sublevatur, quare se operi diaphoresis accingit, & noxiæ materiæ expulsionem promptius expedit.

Quod ad Therapiam attinet, cum morbi hujus stadium, sive decursus tria habeat tempora, velut totidem metas invicem distinctas; etiam curativæ intentiones singulis horum accommodari debent, quare circa variolas docet *methodus therapeutica*, primò quid agendum sit, quamdiu sanguis, materiæ fermentativæ motu, intus obulliat, & effervescat, ac variolæ nondum appareant, quæ periodus ut plurimum quatuor, aut quinque diebus solet absolvi. *Secundò*, quæ vitæ & medicinæ ratio instituenda sit, à variolarum eruptione, usque ad morbi statum, scilicet dum pustulæ ad summum pervenerint, & plenè suppuratæ exarescere incipiunt. *Tertiò* denique, quid in morbi declinatione, usque dum variolæ exsiccatae planè deciderint, observare debeamus.

I. Quoad primum, intentio sit, ut naturæ impedimenta quævis auferamus, quò sanguis, variolarum fermento inquinatus, & coagulari aptus, adhuc motum æquabilem in corde, & vasis sine stagnatione retineat, ac effervescentis portiones cum venenō gelatas foras expellat; interim cautio sit, ne fermentationis, seu effervescentiæ opus ullatenus cohibeatur, aut nimium proritetur; hoc enim cruoris massa plus debito in portiones congelatas agitur, isto restringitur nimis in motu, nec particule venenatæ cum cruore gelatō foras amandantur: natura à secretionis & expulsionis opere impediri solet nimia excrementorum congerie in visceribus, aut sanguinis exundantiâ in vasibus: quare primo statim morbi insultu danda erit opera, ut evacuatio per vomitum, ac sedem, si opus fuerit, tempestivè procuretur, pharmacis tantum mitioribus & blandis utendum est, quæ nimirum non irritent, aut humores perturbent: quare hoc tempore interdum emetica, purgantia, aut Enemata, modò hæc, modò ista locum habent: etiam sanguinis missio, si plethora adsit, bono cum successu celebratur.

Durante hac sanguinis effervescentiâ, vitæ instituaturs tenuis & modice refrigerans, scilicet ex hordeatis, avenaceis, liquore posseti, cervisia tenui, & similibus: vitentur caro & juscula ejus, quibus sanguis, ob nimiam pabuli *Sulphurei* copiam, plus debito accenditur, etiam frigida & acida quævis nocent, hæc enim sanguinem magis congelant, & astrictione vasorum oscula contrahunt, ut variolæ minus liberè erumpant; etiam calida & cardiaca cautè adhibeantur, his enim sanguis & humores agitantur nimis, & in confusionem aguntur.

II. Cum variolæ apparere incipiunt, *tria* sunt, quæ regula constanti quibusvis ægrotantibus agenda præcipimus, nimirum ut lenis & blanda *diaphoresis* usque in sanguine continueatur; etiam ut *guttur*, ac *oculi*, à nimia variolarum eruptione præserventur. Quò sanguis leniter effervescentis variolas emittat, decocta *ficuum*, *florum calendulæ*, & *rasura Cornu cervi*, in liquore posseti vulgò præscribuntur, & eorum usus à lon-

à longò tempore ferè inter omnes increbuit; propter eandem intentionem, cardiaca moderata aliquoties in die propinare solemus, calida autem & fortiora sedulo vitentur: purgatio & venæ sectio hic pessimè audiunt, & cogente licet necessitatis prætextu, propter opprobrii metum, hæc Medici vix audent celebrare: pro tuendis gulæ, & gutturis partibus, exterius scum croco interfutum, & lacte muliebri intinctum apponimus, hæc enim poros aperiendo, venenum ab intimo gutturis exterius alliciunt; etiam in hunc finem adhibemus gargarismos, & oris collutiones, quæ restrictione suâ variolas intus eruptas cohibeant: oculos Epithematis ex aquâ rosarum, lacte muliebri, croco, & similibus, crebro iteratis, ab incurfu variolarum munimus: præter hæc, symptomataque horrenda quandoque urgent, quibus cum idoneis remediis tempestivè occurratur; adsunt modò vigiliæ, phrenitis, hæmorrhagiæ, vomitus, diarrhœæ, variolarum recursus: his & quibuscumque aliis pro re nata prudens Medicus novit prospicere, in quibus tamen magnâ cautione opus est, ne dum exiguis consulimus, nimia pharmacorum molestiâ magnum naturæ opus interturbetur. Etenim totò hoc tempore una continua est eris: quare nihil temerè movendum est. Maxima requiritur Medici, & ministrantium sedulitas, & circumspectio, quando hic morbus in statu est: scilicet, ne cum variolæ plenè eruptæ, & ad summam molem evectæ sint, transpirationem impediant; tunc enim de febre redintegrandâ, & de materiâ malignâ intus restagnatione ægri periclitamur, quorum alterutrum dum præcavere studemus, sæpè alterum inferimus.

III. Cùm morbus in declinatione fuerit, & variolæ emarcescere, & incrustari inceperint, res ut plurimum extra periculum sita est, nec multum negotii Medico incumbit: victu adhuc tenui, & carniam experti, ægros, licet valdè esuriens, contentos sit: si pustulæ tardè deciderint, linimentis, & Epithematis eorum casum mutare solemus, à quibus ne aliores relinquatur foveæ, præcaveretur: postquam æger, variolarum exuvius per totum depositus, lecto exurgere & in cubili obambulare potest, purgatione bis, aut ter iterata, sordes, & materia excrementitia in visceribus, & sanguine relicta, auferantur, & dein victu lauciori uti permittatur.

Variolis adeò affines sunt morbilli, ut seorsim ab illis tractari, apud plerosque Authores, non metuerint, quin utriusque affectus, simili modo, & methodo una traduntur. Essentia, & curatio, quoad magis, & minus, sive accidentaliter saltem differunt: quia in morbillis exanthemata non adeò in molem attolluntur, neque suppurantur: quare citius, & cum minori periculo, ægrotatio finitur. Solet hic affectus sæpissimè inter pueros grassari, rarius ætate grandiores, aut senes corripit; etiam qui variolis prius laborarunt, non sunt adeò morbillis postea obnoxii; in plerisque verò affectus sunt cognati: scilicet, in morbillis labes ab utero contracta homines solos, omnes, & semel disponit: diathesin latentem maligna seris constitutio, interdum & erapula, sæpissimè contagium solent in actum deducere: adsunt malignitatis notæ, & cum pernicio, & contagio ægrotatio sæpè epidemica existit.

Ut rei summam breviter contraham: videtur quòd morbilli sint fermenti extranei, ab utero contracti, levior quædam efflorescentia: qua particulæ nonnullæ, in motum concitæ, sanguinem leniter effervescente, & parùm coagulati faciunt: quare stigmata inde prolata, sine cuticulæ disruptione, solâ evaporatione dissiantur: variolæ autem sunt ejusdem fermenti plenior, validi, & secundum omnes particulas agitatio, quæ majorem ebullitionem, & coagulationem sanguinis inferens, exanthemata longè plura, eademque mole grandiora, & non nisi suppuratione dissolubilia, producit: quando variolæ præcedunt, non tantum

eiusdem affectus, sed plerumque morbillorum exinde sequitur immunitas; morbilli, quis ferè enti particulas solùm aliquoties absumuntur, adhuc diathesin ad variolas relinquunt, quare senes, aut ætate grandiores morbillis non ita promptè insciuntur, quoniam aut variolis prius infecti contagio absolvuntur, aut leviori hujus affectus miasmata, eorum spiritus robustiores, faciliè resistunt.

Doctrinam de Variolis præmissam faciliè esset ægrotantium historiis & observationibus illustrare, quippe circa nullum præterea morbum uberius suppetit exemplorum copia, aut accidentium varietas: è numerosa, quæ hujus farinae est, suppellectile paucos solummodò casus, eosque anomalis quibusdam insignes, hoc loco proponam.

Usitatum est quòvis variolis affectos, simili, aut prorsus eadem medendi methodo, ac victus ratione tractare; quare ad vulgares Medicus raro accessitur; verum mulieribus quibusdam clinicis, quæ hanc Jatricem se optimè callere venditant, res tota committitur; atque istæ solent jusculis, & quibusvis ægri forbilibus, flores calendulæ, rasuram Cornu-cervi, & interdum ficus incoquere; item quavis nocte bolum ex diascordiò exhibere: qui tali regimine non convalescunt, minime neglecti, sed præ morbi atrocità incurabiles pronunciantur. Verum enimverò hujusmodi praxi non ex æquo omnibus convenire, nec quibuslibet indifferenter adhibendam esse, dux sequentes historiæ palam facient.

Juvenis viginti circiter annos natus, corporis gracilis, & temperamenti calidioris, ineunte vere febricitare cepit, primis diebus vomitus atroces, cordis oppressio, æstus & rigoris vices crebræ, dolor in lumbis, phantasie perturbatio, & vigiliæ infestabant: die tertio variolis apparentibus symptomata ista remiserunt, usque tamen febris cum siti & calore persistit: huic non solùm decocta in hoc morbo assueta, verum & Julapia elegantè propter gratum saporem parata, adeò nauseæ & molestiæ fuerunt, ut eadem sine magnâ molestiâ nedum pitissare liceret: quoties hora somni diascordiò, aut aliud temperatius cardiacum, ad diaphoresin continuandam vel in exigua quantitate sumeret, nox infomnis cum jactatione plurima, & dein primo mane hæmorrhagia insequuta est; qua quidem variolis plenè eruptis, propter hanc occasionem semel & dein rursus contingente, ægroti salus insigniter periclitata est, quare cùm sanguinem huic à levi irritatione immodicè effervere aptum observatione comperissem, pro re nata hanc methodum institui. Pharmacia prorsus omni pesthabita, pro siti restinguenda cerevisiam tenuem, & Amygdalatum simplex ad libitum sumebat: pro victu, quoniam juscula avenacea & hordeata quævis respuebat, solummodò erant poma ad teneritudinem cocta, & dein saccharo & aqua rosacea condita, quæ aliquoties in die comedeat. Natura tenui hoc regimine contenta, ac ab alio quòvis perturbari visa, opus suum feliciter peregit, ut sine gravi postea symptomate, variolis sensim maturatis, & dein sponte decidentibus, æger convalesceret.

Medio autumno superioris anni, Adolescens perilla lustris, sanguine acri præditus, & hæmorrhagiis narium crebro obnoxius, variolis ægrotabat, sanguis sponte suâ immodicè efferverat, ut pustulæ per totum corpus confitissimæ erumperent: huic serum lactis cum floribus calendulæ, aliisque usitatè incoctis, item Julapia, aut cardiaca quavis (temperata licet) diaphoresin leniter promoventis, sanguinis fluxum certissimè concitabant, quare similem ac in ægro prius citato victus rationem præcepi, qua quidem melius habuit; utcumque in ipso morbi statu (cùm variolis plenè eruptis, ob difficiliorem transpirationem solet febris in omnibus nonnihil redintegrari) hic ægrotus in hæ-

morrhagiam copiosam incidit; ut post largam sanguinis profusionem variolæ flaccescere inceperint: postquam remedia pro sistendo sanguine quamplurima incassum tentarentur, tandem à sacculò (cui inerat bufo in Sole exsiccatus & contusus) circa collum suspensò, primò ac immediatè levamen sensit, etenim hæmorrhagia hinc statim sedata & (cum Epithema constanter postea in sinu gestaret) non ampliùs redeunte, ægrotus noster usque victu tenuissimo & infrigidante usus, integrè convaluit; ut reverà hinc constare videatur, quòd licet sanguis in hoc affectu insigniter ad coagulandum aptus fuerit, tamen quàmdiu spiritus virales fortes & robusti satis & regimine potiuntur, ipsi, propriis viribus innixi, portiones cruoris congelatas velut discretionem quãdam sagaci optimè secernunt, & eliminant; atque hoc opus maximè perturbatur, cum iidem spiritus à cardiacis aut victu calidiore irritantur nimis, & in confusionem aguntur: in peste autem secùs occidit, quoniam in hæc, si mora conceditur, spiritus ipsi statim à venendò profligantur; quare hic sperio Marte illicò dimicandum est, cum in variolæ Medicus cunctando potius restituat rem.

Circà missionem sanguinis instante variolarum eruptione valdè ambigitur: olim inter nostrates hæc res sacra audiebat, neque sub ullò necessitatis prætextu phlebotomia admitti solebat: nuper autem experientia duce in quibusdam casibus sanguinem mitti omninò utile & necessarium esse comprobatur, quæ tamen evacuatio si in quavis constitutione indiscriminatum adhibeatur, aut, quando isthac opus fuerit, in quantitate nimis largà peragatur, magna sæpè incommoda exindè sequuntur.

Ante aliquot annos feminam illustrem juvenem, vultus floridi, & temperamenti calidioris, post quartum ingravidationis mensem valdè febricitantem invisi: vomitu immani, lumborum dolore atrocissimo, insuper calore ac siti intensissimis, urgebatur: erat pulsus celerissimus cum vibratione forti & vehementi: licet variolæ illic loci nusquam increbescerent, tamen hujus affectus symptomata istæc suspicionem non levem incuriebant: utcumque, sanguinem mitti debere ejus effervescentia valdè immodica indicabat: quare circiter uncias sex illicò detraxi: exindè calor nonnihil remissi, usque tamen vomitus cum dolore atroci in lumbis perstabat: hora somni holum cardiacum cum laudani nostri gr. sem. exhibui, undè somnus quietus cum placidâ diaphoresi, & symptomatum omnium sedatione successit: mane proximo variolæ eruperunt; quibus licet ægra constitissimis afficeretur, tamen sine periculosa ægritudine, aut abortus metu convaluit, & gravidationem integrè complevit.

Novissimo autumno vir robustus, habitus corporis athletici, vultus tamen pallidi, & temperamenti frigidioris, in febrem incidit: die secundo cum calore & siti, doloreque in lumbis immanissimo, torquebatur: cum sanguinem in exigua quantitate mitti præcriberetur, pseudo-Chirurgus accessit ipsum ferè ad sesquilibrium detraxit: paulò post æger sudore frigidò perfundi, viribus subito collapsis, rigore, pulsu debili, inæquali, & crebra lipothymia tentari cepit: hoc tempore accessit cardiaca temperata crebrâ vice sumenda exhibui. Indè cum pulsu & spiritibus restitutis febris redintegrata est, quæ postea per plures dies, imò hebdomadas, irregulari admodum modò ægrum exercuit: etenim per tres aut quatuor dies valdè increbescere, etiam siti, vigiliis, cephalalgia, aliisque symptomatis infestari, dein sudore copioso, & velut critico per totum suffundi solebat, quo quidem semidiurno spatio se melius habuit: exindè verò febris denudò recrudescens materiam usque novam crisi alia ac deinceps alia distillandam crebrò congregabat: postquam per viginti ut minus dies ἀνομαλως ita febricitavit,

tandem variolæ in singulis partibus corporis sparsim erupere; & tunc primò febris in totum remitti cepit: intrâ paucos tamen dies, propter errores in victu commissos, pustulæ quamplurimæ rursus subsidebant, paucis tantum ad maturitatem perductis: utcumque, variolarum subsidentium vice, Bubo ingens pone aurem dextram accrevit; quo brevi suppurato, & disrupto, puris magna copia per plures dies effluxit, & ita tandem corruptelæ sanguinis, alias distillari inhabiles, sensim eliminabantur, & ægrotus salutem integrè recuperabat.

CAPUT V. De Puerperarum Febris.

Puerperarum febris supra communium aliarum indolem valdè periculosas esse, vulgaris experientia abundè testatur: etiam easdem, quoad essentias, à synocha tum simplici tum putrida plurimum differre, è signis & symptomatis earum ritè perpenis liquidò constat. Quapropter non abs re fore duxi, post febres malignas, acutos puerperarum morbos, utpote ob perniciem ipsis summè affines, tractare. Prius tamen quàm affectus ipsos explicare aggredior, eorum subiecta, scilicet puerperarum corpora, quasi modo sint prædisposita, & quo apparatu ejusmodi ægritudinibus fiant obnoxia, considerare oportebit.

Circà hoc primò occurrit, quòd sanguinis menstrui fluxum pari, humano generi ibidemque scemini omninò conveniat; de cujus naturâ & origine non erit hujus loci inquirere: at adnotare sufficet, quòd in istis cruoris periclice externendi particule sint valdè fermentibiles, quæ, si præter solitum naturæ morem in corpore retinentur, sãpissimè plurium ægritudinum causa existunt: excepto tamen si mulier utero conceperit. Toto enim ingravidationis tempore sine magno incommodo menses subsistunt: atque interea pro nutrimento foetus lac, sive humor albilis, in magna copiâ circa placentam uterinam deponitur: post partum verò ista diuturna mensium suppressio copioso lochiorum profluvio compensatur, atque lac intrâ triduum utero penitus relicto ubertim in mammis profilit; quo tempore puerperæ solent febricula tentari. Quòd si lac è mammis propellitur, versus uterum denuò restagnat, & unâ cum lochiis sub forma humoris albicantis excernitur. Interim à partu uterum ipse varias affectiones subit: sæpè enim ejus tonus læditur, unitas solvitur, & alia plurima accidentia inducuntur, quæ puerperas periculosæ alæ subiectas reddunt. Quare ut acuti eorum morbi ritè explicentur, de tribus hæc considerationem præcipuam habere convenit: scilicet Primò, de foetus nutrimento, sive de generatione lactis, tum in utero, tum in mammis, deque metastasi ejus ab alterutro in alterum. Secundò, de sanguinis materni purgamento, sive de lochiorum profluvio post menstrua diu suppressa. Tertio, de uteri post partum statu, ejusque in alias corporis partes influxu. Atque, his præmissis, de Febris puerperarum, scilicet tum lactis, tum putrida dicta, quæ ob perniciem maligna dici meretur, verba faciemus.

Primò, Lac, & humor nutritius in uterinis partibus pro foetus nutrimento congestus, sunt natura consimiles, licet consistentia aliquantum differant, Lac est reverà crassius, quoniam ore excipiendum in ventriculò digeri, ac postea tenuior ejus portio massæ sanguineæ convehi debet. Humor alter albilis tenuior est, & velut aqua lactis stillaritia, quia per vasa umbilicalia, sine præviâ digestionem, in bryonis sanguini immediatè infunditur. Uterque succus è chylò in stomachò maternò recens confectò constare putatur: qui in mammis reponitur, crassior, & albidior est propter colorem

colorem rarius, & in glandulis majoribus coctionem; contra accidit in utero ubi percolatio est strictior & glandulae sunt perexiguæ. Inter Authores autem valde disceptatur, quibus ductibus iste humor tum in mammis, tum in placentam uterinam deferatur. Contendunt alii lac tantum è sanguine uberius in glandulis cocto progigni; quod tamen propter immensa lactis dispendia, quæ cum sanguine non consistunt, haud probabile videtur. Statuunt alii chylum, sive humorem lacteum, è coctionis visceribus per meatus occultos sine alteratione quavis in utraque receptacula immediatè convehi. Veruntamen tantisper, dum isti ductus patescunt, mihi quidem verisimilius videtur, quod à cibus stomacho materno ingestis chyli indè confecti portio statim in venas absorbeatur, qui sanguinis vehiculo potitus, priusquam ipsi assimilatur, in glandulas, hic illis eidem excipiendis destinatas, per arterias advectus, à cruoris massâ denuò secretus deponatur; cum enim constat quod potus copiosè ingestus citò totam sanguinis massam trajiciat, & sub lymphæ formâ per urinam reddatur; cumque ulcera perantiqua mediante cruore humorem nutritium à toto corpore deprædantur, ipsumque sub specie putridi ichoris profundant, quidni pariter succus alibilis glandularum colo secretus, priusquam sanguinis colore induat, in humorem lacteum faceflat? Hoc equidem probabilius videtur, quia dum lac ab utero in mammis, & è contrâ fertur, sanguinis massam pertransiens, perturbatioem in toto cum intemperie febrili concitare solet; insuper primis à partu diebus, quando glandulae secretionis officio minus rectè defunguntur, jumenta, quæ lochia non excernunt, lac cruentum, (hoc est, sanguine præ copia simul exundante, commixtum) uberibus emulgendum præbent.

Secundò, quod ad *menstrua* ingravidationis tempore *suppressa*, & *lochia* à puerperio copiosè dimanantia spectat; dicimus, quod à fœtu concepto menstrua designatione divinâ suppressi oportuit, eò quod eorum fluxus sæpè abortum inferat, dein quoniam vasa, succi alibilis in partes uterinas exsudatione continuâ, deplentur, sanguinis massâ in turgescencias fluxu menstruo sedandas non facillè assurgit. Ob eandem rationem mulieribus, quamdiu infantes lactant, catamenia ut plurimum sistuntur. In quibusdam forsân sanguine calidiori præditis menses, tum ingravidationis, tum lactationis temporibus, fluunt, verùm id rarius, & non sine incommodo evenire solet. Interè tamen menstrua durante ingravidatione suppressa, quoniam longè minus humoris nutritii tunc temporis pro lacte impenditur, multò magis sanguinem depravant, quàm eadem sub lactatione cohibita solent. Quinimò ex istis in priori statu diu suppressis labes quasi venenata cruoris massæ imprimuntur, quæ, nisi statim à puerperio, diuturno lochiorum fluxu expurgetur, affectus graves, & ferè malignos producit. Quare, ut de lochiis fluentibus sententiam feram, dico, quod hæmorrhagia ista è vasis, quibus placenta utero cohaeret, disruptis immediatè procedat, quodque hac via sanguis & humores excrementitii, partim circâ uterum durante ingravidatione congesti, & partim è totâ cruoris massâ fluxiles evacuentur; scilicet dum uterus, prius mole intumefactus, statim à partu concidit, & in minus spatium contrahitur, sanguis è vasis in eo parentibus copiosè exprimitur. Præterè autem in quantum durante catamenia suppressione massa sanguinea particulis valde fermentativis imbuitur, quamprimùm à partu ora vasorum aperiantur, illic, velut instante largiori mensium fluxu, totus effervesceat cruor, (non secus ac mustum ure aperto) & particulas maximè fermentescibiles lochiorum dimanatione, tanquam ef-

florescentia, è sinu suo expurgare nititur: idèoque præter sanguinem, qui primis diebus, propter vasa recens aperta, sæpè purus effluit, postèa ichores valde discoloros, scilicet lividi, aut virides, illique valde foetentes, excernuntur. Hujusmodi fluor per quatuordecim ut minus dies, imò in quibusdam per mensem durare solet; atque si ob errata quævis prius sistatur, quum tali efflorescentiâ satis depuretur cruoris massa, illic febris valde periculosa cum tetro symptomatum apparatu induci solet: de quâ inferius proprio in loco dicetur.

Tertia consideratio, ad doctrinam de puerperarum febribus prævia, præcipuè circâ ipsum *uterum* versatur: quomodo nimirum à puerperio afficiatur: & qualem in alias corporis partes influentiam habeat. Quoad *prævia*, duo sunt præcipuè accidentia, è quibus acuti puerperarum morbi multum dependent: Primò scilicet *uteri e-ncidentia*, sive ab ingravidationis mole ad naturalem situm & magnitudinem reductio: Secundò, intrâ cavitatem ejus, propter disruptam placenta connexionem, *unitatis solutio*. Quando fœtus cum involucri deponitur, statim latera ipsius uteri, prius valde ampliata, mutuo concidunt, & fibrarum ope sese in spatium angustius senum contrahunt; hujusmodi propter contractionem sanguis & ichores è vasis & poris uterinis copiosè exprimentur, & cum lochiis excernuntur: interdum verò accidit ob res præternaturales in utero contentas, uti sunt pars secundina, mola, grumi sanguinis, &c. etiam si à partu laborioso contusio, aut magna dilaceratio accidant, quod uterus haud ritè se contrahit, sed, fibrarum motu inverso, sursùm ascendit, & in molem attollitur; necnon, membranarum spasmò affectis, ipse torminibus, quasi adhuc urgeret partus, usque tentetur; cujusmodi affectiones si aliquamdiu persistent, propter officium uteri motu convulsivo constrictum sæpè etiam lochia sistuntur: hinc gravia symptomata succedunt, & sæpenumerò febrem vel primò excitari, aut ob aliam causam inductam longè periculosiorem reddi, contingit: Secundò, quod unitatem à placenta disruptâ solutam, partus aut legitimò tempore, aut præcipiti, & festinato nimirum, evenit: deint secundina vel integra rejicitur, vel divulsa, parte ejus pone relicta, quasi dimidiatè abscedit. Si puerperium justò tempore succedit, atque fœtus cum involucri ab uteri cavitare, quasi fructus ab arbore, maturus, integer, sine violentiâ decedit, vasorum ora nonnihil referantur, ut lochia moderatè fluant: hinc verò nullum symptoma gravius timetur: si fœtus, nondum partui maturus, quasi vi abruptitur, licet placenta cum membranarum integra divellatur, tamen vasis dilaceratis, major hæmorrhagia, & demùm vasorum osculis ichorem foetidum exsudantibus, dispositio ulcerosa succedit. Quod si pars, aut tota secundina uteri lateribus, post partum adhærescant, illic putrescunt, ichores valde foetidos exsudant, & retro affectus provocant; sæpè officium uteri occluditur, & intus retinetur grumos sanguinis, membranarum aut carniarum frustula: quæ, ob calorem putrescentiæ, sanguinem, & humores per circuitus è toto corpore illuc confluos, venenant; etiam proicitatione molestâ partes uterinas utpote valde sensiles in spasmos cient.

Cum itaque à puerperio modis præditis noxa utero inferatur, eadem aliis partibus, non sine totius corporis molestiâ, citò communicatur: quod quidem duplici ratione fieri solet. *Primò* enim hoc contingit, quia lochia excerni prohibita statim in cruoris massam restagnant, ipsamque velut miasmate virulento inquinant: insuper è contentis in utero putrescentibus, aut ipsa ichoris substantiâ, aut particula à recadaverosa discedentes, sanguini & succo nervoso illat

illac pertranscuntibus commiscetur, eorumque liquores brevi totos inficiunt. *Secundo*, affectiones hystericae latius extenduntur propter insignem consensum, qui inter uterum & cerebrum cum totius corporis fibris & membranis, mediante nervoso ductu, intercedit: cum enim nervorum extremitates, circa partes uterinas consistit, ob humoris noxii praesentiam in spasmos & motus convulsivos adiguntur, convulsionem illic susceptam, statim superius latae, per nervorum nixus, atque *desolans*, cerebrum versus perreptant: adedque viscera successivè inflari, & immaniter convelli, & cerebrum demùm ipsum percelli, ejusque functiones velut obrui contingit: hinc à motibus convulsivis circa uterum exorsis, ventris & hypochondriorum inflatio, *rugitus*, vomitio, singultus, praecordiorum angustia, respiratio difficilis, praefocacionis sensus, & saepe stupor, & *adversus*, aut saltem ex his aliqua, concitantur: nec ita planè cessat Tragedia, quin, cerebro per continuationem affectus etiamnum laeso, exindè in alias partes noxa retorquetur; ut saepe totum nervosum genus in motuum anomalias compellatur. Quod enim per vapores fieri vulgò dicitur, & affectus, qui ab infra ad superiora perreptans *vaporum ascensus* vocatur nihil aliud est, quam membranarum ductuumque nervosorum partes successivè in spasmos adactae. Porro in hujusmodi affectibus actio laesa non semper incipit, aut primò sentitur in ea regione, aut loco, ubi noxa infligitur, neque passiones quae dicuntur hystericae solummodò ab utero procedunt; namque interdum molestia immediatè infertur *cerebro*, spasmus autem & contractiones in *extremis partibus* incipiunt, atque aliquando nervorum extremitates alicubi in visceribus, puta stomacho, liene, renibus, non minus quam in utero vellicantur; in quibus exortae anomaliae, in viciniam, indèque in cerebrum continuantur: è quo rursus in alias partes, & non rarò in totum corpus convulsionem reflectuntur. Rem ita se habere in foeminis puerperis, aliisque febricitantibus, saepius adverto: nimirum nonnullae propter uterum malè affectum, aliae verò ob materiem febrilem critica metastasi in cerebro defixam in passiones hystericae amulas incidunt. Atque his, de apparatu puerperarum febribus praevio, ritè perpen^s, non est quòd ulterius in limine haereamus, modò adnotetur quòd parturientium (praecipuè quae sunt imbecilles, & tenerioris constitutionis) corpora maximè à partu laborioso & difficili debilitantur, aded ut propter hanc solam occasionem intemperies febriles facillè concipiant, atque hoc aut alio modo inductis aegrè ferant. Jam proximè de febribus ipsis, quibus puerperae laborare solent, dicamus; quorum affectuum tres veluti *species* vulgò recensentur; scilicet *febru lactea putrida*, aut istiusmodi, quae *symptomate* quodam mutuatitio, praecipuè autem *pleuritis*, *angina*, aut *variolis*, insignita est: de quibus ordine differemus.

Febris Lactea.

Superius diximus adhuc in incerto esse ex qua materiae lac immediatè consistit, & quibus ductibus in mammas feratur, insuper quando *anomia* anatomica hac ex parte omnino cessat, tunc in ea esse sententiam, quòd chymus lactescens ex alimentis in visceribus confectus, indèque pro succo nutritio sanguini confusus, denuò statim è massa ejus, ope glandularum in utero, aut mammas, non secus ac serum in renibus, magnè ex parte seceratur, ut nutrimentum foetui, aut in ventre, aut sinu materno gestato, suppeditet. In gravidationis tempore, licet maxima hujus porcio ad uterum derivetur, tamen ultimis mensibus ejus aliquantulum in uberibus deponitur, circa tertium verò, aut quartum à puerperio diem, lac in mammas

uberius, & velut cum impetu quodam fertur, ut cito eas ad tensitatem impleat, & aggravare incipiat. Hoc tempore puerperae (licet non omnes, pleraque tamen) intemperie febrili, cum siti, calore, & inquietudine totius corporis affici solent, queruntur de dolore gravativo in dorso & scapulis, de mammarum plenitudine, & aestu: & ni lac diligenter emulgeatur, nimis congestum, saepe inflammationem cum subsequenti abscessu in mammas parit. Haec febris, dummodò lochia se rectè habent, vix ultra triduum perdurat, quin circa illud spatium sudore copioso sponte oborto sedari solet: haec tamen intemperies à lactis proventu excitata nonnihil intenditur, & diutius immoratur, si quando lac mammas ubertim ingressum non emulgetur, at illinc denuò repellitur; etenim decessu ejus, non secus ac adventu, perturbatio in toto corpore cum siti ac aestu contingere afolet; quòd etiam certius evenit, si Topicis repellentibus illud violenter abigi contigerit: ex uberibus autem eorundem ope propulsum, aut sponte abscedens, cum lochiis sub humoris albicantis formam excernitur, atque sudor, aut plenior diaphoresis morbi reliquias exterminat. Quòd si hujusmodi intemperie propter lactis commotionem inducta lochia sistantur, vel errata in visu admittantur, aut causa evidens alia quaequam accesserit, ut cruoris effervescencia intendatur, non rarò febris lactea, pejora statim symptomata asciscens, in putridam, seu potius malignam migrat.

Febris praedictae *causa*, seu *ratio formalis* (donec lactis innotuerit iter) tantum ex *hypothesi*, & quasi augurio quodam proponi poterit: *supposito* enim, quòd humor lacteus peculiari ductu è visceribus coctionis sine ullo sanguinis commercio immediatè ad mammas feratur, intemperies ista febrilis orietur, eò quòd, mammas lacte repletis, & valde distensis, vasa sanguinea comprimantur aded, ut cruorem illac consuevit non facillè transmittant; undè cruor in circuitu suo praepeditus juxta totam ejus massam tumultuari incipit, & spiritibus inordinatè commotis, & penitus confusis, effervescenciam concipit, qualis à *luxatione*, *crapula*, *phlegmone*, aut vulnere inducta, synochum simplicem passim constituit; sin verò lactis materia (uti non improbabile est) sanguinem trajiciat, haec puerperarum febris hinc nata videbitur, quòd cum utero relicto ad mammas latex iste transferatur, magna ejus portio in cruoris massa subsistat, quae siquidem debitum succi nutritii penum excedat, adedque tota assimilari nequeat, insuper partibus heterogeneis scateat, velut extraneum quoddam & non miscibile sanguini molestiam creat, proque ipso eliminando & foras excernendo effervescencia febrilis triduana impenditur: cum enim chylus lactescens, circa uterum secerari assuetus, mox à puerperio ista excretionis via praepediatur, in sanguinis massam restagnans, primò illic uberius congeritur, quam aut totus in nutrimentum facessere, aut in mammas excipi poterit: hinc vasorum plenitudo & turgescencia, necnon propter superflui subactionem & exclusionem immodica sanguinis fermentatio oritur necesse est: quare lac non tantum in itinere ad mammas, at etiam indè versus uterum reditu, scilicet propter utrumque sanguinis trajectum, febriculam parit.

Utrumque verò hujus morbi *causa* statuitur, circa *curationem* parum aut nihil intererit: haec enim naturae omnino committitur, & quamdiu lochia se rectè habent sine ope medica, ut plurimùm sat feliciter procedit: quippe post effervescenciam sanguinis per 3. aut 4. dies peractam, aut sudor copiosus, aut transpiratio liberior hunc affectum solvit; nimirum aut particulam humoris lactei, inter assimilandum degenere, aut recrementa adusta, à sanguinis deslagratione residua,

dua, aut simul utraque fomitem febrī suppeditantia, paulatim subiguntur, & foras evaporantur, quibus exclusis, sanguis, extranea mixtura liber factus, citò pristinum statum recuperat, interea tamen quaedam regulæ vulgares circa *lactu admissionem*, aut ejusdem ex uberibus *propulsionem* observari solent. Si lac copiose nimis in mammis profilit, ut earum inflammatio, necnon immodica sanguinis effervescentis præcaveantur, tunc temporis victus tenuior, & parcius, nimirum ex jusculo carniū expertè, & in minore quantitate imperatur; etiam ubera suctu crebriori deplentur: si matri infantem lactare minus commodum fuerit, usitatum est primo, aut tertio à puerperio die, Ceratis modicè adstringentibus (utpotè ex emplastro de minid, &c.) totas mammas obtegere; sic enim spongiosa glandularum substantia nonnihil constringitur, quò humorem lacteum illuc scaturientem minus promptè suscipiant, hoc tamen remedii genus cautè adhiberi debet, ne si lac omninò excludatur, aut nimis confertim è mammis abigatur, in cruorem subito restagnans, ejusdem inordinationem, febris putridæ, sive malignæ prodromam inducat: de quâ proximè dicendum testat.

Puerperarum Febres putridæ.

Puerperæ ex mali affecti corporis vicio, tanquam auræ pestilentialis contagio tactæ, febrī putridæ, seu potius malignæ quàm nimirum obnoxie reperiuntur; hujusce verò morbi labem haud omnes ex æquo suscipiunt, etenim pauperes, *pidæpvas*, rusticæ, aliæque duris laboribus assuetæ, necnon viragines, & meretrices, quæ clandestina agunt puerperia, sine magnâ difficultate pariunt, & deinceps brevi à lectò excitatæ, ad solita redeunt opera: mulieres autem ditiores, tenellæ, & pulchræ, pleræque vitam sedentariam degentes, quasi maledicti divini graviore modo participes, *in dolore pariunt*, indeque mox à partu difficiles, & periculosos subeunt casus; cujus ratio videtur in hoc sita, quòd quæ multo exercitio utuntur, sanguinem continuò exagitant, & eventilant, ideòque à suppressis mensibus miasmata pauciora in morbi materiam congerunt; porro mulieres laboriosæ, & agiles, cum partes nervosas habeant firmiores, ideò motibus convulsivis, & affectibus vulgò dictis hysteriis minùs subjiciuntur: è contrâ, delicatulis, & oriolis, ingravidationis tempore, sanguinis massa valdè impura, & fermentisibilis evadit; insuper quia cerebrum, & nervorum systema molle & imbecillum habent, à levi quilibet occasione spirituum animalium distractiones, partiumque nervosarum motus inordinatos perpetiuntur. Atque hic obiter notandum, quòd feminae præ viris, aliæque ejus sexus præ aliis, affectiones dictas hystericas sentiunt, non tam ob uteri ipsius vitia, quàm propter debiliores cerebri, & nervosi generis constitutiones: taliter enim affectis passionibus iræ, tristitiæ, metûs, necnon objecta quævis ætria, aut fortiora, partium istarum crases, & functiones facile pervertunt, quæ, cum semel læsæ fuerint, iisdem anomalis postea ferè semper assuescunt. Verum undè digressi sumus revertamur. Febris modò propolita puerperarum quidem variis temporibus, & propter diversas occasiones infestare solet, modò statim à partu, præsertim si difficilis, & laboriosus fuerit, modò prima, modò secunda, tertia, aut quarta septimana exoritur; quò tamen ferè incipit, eò tutius absolvi solet. Typus verò affectûs istius ferè hunc ad modum peragitur. Post præviam indispositionem aperta febricitatio, plerumque cum rigore, aut horrore primum insulsum constituit, quem statim calor subiequitur, postea sudor succedit: die uno forsan, aut altero, calor, & frigoris varii reciprocantur paroxysmi; dein sanguine per totum accento, lochia, si non

prius suppressa, aut minutè fluunt, aut prorsus subsistunt: si morbus sit acutus, & celeris motûs, die tertio, aut quarto ad *axillâ* pervenit; tunc calor intensus cum siti valdè molestâ, pulsus vehemens, & citatus, vigiliæ pertinaces, magna inquietudo totius corporis, ut hinc & illuc continuò in lectò decumbentes sese jactitent, urina crassa, & rubicunda, aliaque gravia symptomata increbrescunt: dum febris hoc modo in statu est, crisis minimè expectetur: nunquam enim sudore critico hunc morbum solum vidè; quin res admodum in præcipiti versatur, ut postquam sanguis aliquantisper efferverit, materia adusta statim in cerebrum translata, ipsius, & totius nervosi generis inordinationes periculosæ, & gravissimæ è vestigio ingruant; namque tendinum motus convulsivi, circa viscera distensiones miræ, & inflationes passionum hystericarum æmulæ, sæpius concitantur; dein aliquando phrenitis, aut delirium, non rarò stupor, & *apoplexia* etiam subsequuntur; ferè in omnibus sine causâ manifestâ vires subito prostratæ jacent, pulsus debilis, & inæqualis evadit, & ægrotantes citò in mortem præcipiuntur: si quæ forsan evaserint, aut restituro lochiorum fluxu, aut diarrhœa superveniente, post longam ægrotationem ægrè, & vix tandem emergunt: novi in quibusdam maculas purpureas apparuisse: certè in plerisque symptomata, quæ aut sanguinem, aut succum nervosum spectant, malignitatem non levem arguunt.

Hujus febris *causas* vulgari more in *procatarticas*, & *evidentes*, & *conjunctas* distinguere libet. Istæ prioris generis, è quibus morbi malignitas, & summa pernicietas dependet, præcipuè sunt duæ, scilicet *primò*, à longâ mensium suppressione *prava sanguinis diathesis*: *secundò* (à partu) *mala uteri affectiones* ex periculosos mulierum puerperiis (quæ maledictionem divinam ratam faciunt:) à mensibus dùm suppressis non modò turgescit sanguis, ejusque partes sulphureæ nimis evehæ incendio aptiores redduntur, verum insuper cruoris massa particulis valdè fermentativis imbuitur, adeò ut (quemadmodum priùs innuitur) veluti miasmate venenato tacta, effervescens statim verè putredinem, & inordinationes corruptivas ipsa disponitur, & præterea liquorem nervosum illic venenat, ipsumque cerebro, & toti nervoso generi infestum reddat. Hujusmodi labes, sanguini impetella, copioso lochiorum fluxu expurgari debet; sin verò à partu uterum malè habeat, non modò sistuntur lochia, adeòque totius sanguinis depuratio impeditur, veùm præterea ichores fœtidi illinc cruori traduntur, ipsumque graviter inficiunt; nec non ob motus convulsivos circa uterum inceptos indeque aliis partibus continuatos, in sanguine, & succis inordinationes concitantur, quæ sæpè in febris aut productionem, aut exacerbationem conspirant.

Causæ evidentes, quæ aut sanguini dyscrasiam nato effervescentiam actualem inducunt, aut uteri in vitia totum corpus invertunt, diversimodæ existunt. Huc faciunt partus laboriosus, circà uterum unitas soluta, contusio, rerum præternaturalium retentio, diffusio ulcerosa, & pleræque alia accidentia, quæ necessitate quâdam inducuntur. Occasiones autem in arbitrio patientum sitæ, & facile evitabiles, quæ hujusmodi febrim excitare solent, præcipuè sunt *duæ*, scilicet, *mala victus ratio*, & *frigoris susceptio*. Usitatum est feminis à puerperio imbecillis, primo, aut secundo die, carnes animalium, aut eorum juscula consummata, aliaque esculenta earum crasibus valdè improporcionata, exhibere, undè statim in visceribus indigestio, & magnæ molestiæ, atque in sanguine ob succum nutritivum debito opimiorum turgescentiæ febriles oriuntur. Præter errata in victu sæpè noxa infertur, eò quòd earum corpora, utpotè tenerissima, etiam ob partus labores, fœtusque exclusionem, meatibus undè-
quaque

quaque apertissimis prædita, nimis incaute frigori exponuntur: pleræque enim, lecti impatientes, intra diem unum, aut alterum, aut citius quam oportuit, vestibus induuntur, lectoque exsurgunt, inde statim poris cutis subito constipatis, & aëre in partes uterinas admissio, transpiratio cohibetur, & non raro lochia derepente sistuntur, quorum utraque febrilem effervescentiam excitare suffecerit.

Causa conjuncta, sive ratio formalis hujusce ægritudinis potissimum hæc tria complectitur: adfunt nimirum, *Primo*, sanguinis insignis dyscrasia, ut à febre occasionaliter inducta exardescens, haud æquabiliter desflagret, nec recrementa adusta paulatim subigat, eademque postea eritice excernat: quin cruor effervescentiam statim in mixtione laxatur, & reserata ejus compage versus corruptionem vergit, & desleat; hinc, quando parum deferbit, spiritus domito excusii in confusionem aguntur. Interim particulae Sulphureæ indomitæ, & efferae evadunt, quare vires sine causâ manifestâ concidunt, pulsus fit debilis, & inordinatus; à desflagratione sanguinis licet recrementa adusta plurima congerantur, tamen nihil ritè coquitur, aut seceratur, quin laborantes, naturâ valde oppressâ, licet continuo sudent, sæpè nihil levaminis inde capiunt: materies autem febrilis, quæ excerni debuit, in caput, & nervosum genus transmissa, ibidem regiminis animalis perturbationes gravissimas inducit. *Secundo*, hujus morbi tragœdia, haud minima ex parte, debetur succo nervoso statim acri, idèdque cerebro, ejusque appendici, improporcionado facto; hic enim labe a sanguine contractâ inquinatus subiecta sua haud leniter irrigat, & blandè inflat, verum teneras istas partes (veluti cum vitrioli infusio lumbri affunditur) insigniter vellicat, ac in spasmos, & quasi trepidationum, ac subsultuum motus irritat, eorumque functiones interdum prorsus obruit: hinc contracturæ, convulsionis graves, delirium, vigilie, quandoque stupor, & affectus comatosi puerperas incessant. *Tertio*, dum hæc aguntur, non raro tertia symptomatum cohors laborantes infestat, nimirum, eò quòd uterus noxâ quadam læsus se inordinate moveret, & secundum has, aut illas partes spasmus percellitur, inde mox per membranas, & ductus nervosus, motus convulsivi totam abdominis regionem pervadunt, quare viscera, & hypochondria inflantur, ructus, & vomitus graves cientur, dein affectu superius perreptante, partesque thoracis nervosas occupante, respiratio difficilis, & inæqualis, cordis palpitatio, præfocationis sensus in gutture, ob musculos ibidem retractos, aliaque symptomata per totum corpus, eadem noxa cerebro demum illata, excitantur.

Puerperarum febres ferè nunquam periculo vacant; ipsas verò aliquando circa prima initia victu tenui, & restituito lochiorum fluxu, sanari contingit; sin verò intemperies febrilis altius radices egerit, ut totus accendatur cruor, & immodicè effervescat, prognosticon non nisi lævi omnis habere oportet; eritque major periculi ratio, si, præter calorem in toto suffusum, laborantes crebro rigore tentantur, si magnâ inquietudine, & vigiliis, cum subitis corporum concussionibus, aut tendinum contracturis afficiantur: si tertio, aut quarto die de tinnitu aurium, cum magnâ capitis repletionem, queruntur, gravius illicò malum ingruere colligas, scilicet materię febrilis, & noxiæ in cerebro metastasin; nec minus metendum est, si præcordiis oppressio, & gravamen incumbant, ut non liceat ægrotantibus liberè respirare, nec anhelitum altè, & a profundo thoracis, sed tantum à summitate, eumque crebrum, & suspiciosum ducere, interim ut laborantes cogantur erectè sedere, seque huc illuc inquietim commovere: hoc enim arguit sanguinem in circuitu circa cor & pulmones stagnare, necnon

grumescere, & coagulari aptum: quòd si peiores adhuc cerebri, & nervosi generis affectus succedant, atque pulsus debilis, & inæqualis evaserit, rem ferè deploratam pronunties: sin verò (uti interdum, licet rariùs, contingit) à febre accensâ, & graviter minante, aut repetat lochiorum fluxus, aut diarrhœa cum levamine succedat, spes aliqua salutis, licet in profundo, eadem admitti debet.

Circa curationem hujusmodi febrium, Medico difficile admodum incumbit pensum, quoniam puerperis pharmacia quævis non modò inutilis, ac insuper noxia admodum apud vulgus habetur: quare Medici raro accersuntur, nisi cum remediis nullus relinquitur locus, & utilis operæ omnino præerit occasio: quòd si forte circa prima morbi initia adfuerint, non facile erit vulgaribus remediis laborantibus salutem procurare; quodcumque verò tentaverint, ni istud opiferum fuerit, à mulierculis, & adstantibus exitiale, & unica mortis causa perhibetur: ut reverà circa nullius morbi curationem minus commodi, & plus opprobrii nobis obvenire solet.

Methodus autem medendi (non secus ac in morbis contagiosis) duplex institui debet: nimirum *prophylactica*, & *therapeutica*: prior harum tradit præcepta, & cautiones, quibus puerperæ à febrium incurfu præserventur: altera intentiones curativas suggerit, quibus laborantes (si modò fieri poterit) salutem demum recuperent.

I. Licet hæc febris, quantumvis maligna fuerit, contagio minime accersatur, & decumbentibus nullus venenati miasmatis ab extrâ suscipiendi incumbat metus; attamen puerperæ omnes indigenam habent virulentie mineram, & ab hujus noxâ, tanquam summe malignitatis fomite, cavere debent; quapropter iis exacto regimine opus est, quo nimirum à partu, sine febris periculo impuritates sanguinis, & humorum ritè expurgentur; necnon uteri mala affectiones sanentur; atque vires à partu fractæ, & debilitatæ, debito modo restitui poterint. Propter hos fines erunt hæc tria præscriptis Medicis potissimum inclucanda: *Primo* exactissimam victus rationem puerperis imperari necessarium duco: nimirum ut jusculis avenaceis, modò ex cerevisiâ, modò ex aquâ vinò albò admixtò paratis, nec non panatella, aliisque levioris nutritiis, per septimanam ut minùs, omnino vescantur; quia multum inaniuntur, idèd crebrius eis sorbere licebit, aut nihil solidi, aut fortioris alimenti exhibeatur. Etenim diligenter observavi, quòd has febres sæpissimè induxit præpropera carniù, aut esculentis lautioris comestio. Quippe puerperæ non solum uti graviter vulnerati, verum sicut indispositionem febrilem ex perturbatâ sanguinis crasi, & temperie nasci, tractari debent: spud ipsas enim cruor pridem nimium evectus, & velut impuro miasmata tactus, pabuli cujusvis Sulphurei accessu, citissimè flammam concipit. *Secunda* post victum erit cura, ne à frigore externo incautiùs admissio constipentur pori, aut sistantur lochia: etenim à levissimâ occasione immutato *διαιτοῦ* modo, sanguis prius effervescentem inordinationem concipit, necnon uterus, Auræ afflatu tactus, se contrahit, & vasorum ora, quò lochia minùs fluant, obserat: quapropter per quinque ut minùs à partu dies, mulieres in lectò detineri omnino volum. Scio, quòd vulgi mos sit quævis die tertio è lecto exsuscitare, verum exinde plures in febres incidisse novi: & reverà si puerperas extrâ periculi aleam consistere cupiamus, tutissima erit ratio, ut diutius se lectò contineant. *Tertius* circa præservationem restat scopus, ut puerperis, facta leni sanguinis proritacione, lochiorum fluxus continuetur: in hunc finem solent obstetrices (si quando à partu difficili id malum timeret) sperma ceti, pulverem regulæ Hibernicæ, aut crocum vino albo intinctum exhibere: porro juscula ave-

la avenacea, ut sanguinem magis fundant, ex aqua, vino albo, aut Rhenano admixto parare, quibus, aut etiam sero lactis, flores calendulae, folia pulegii, aut Artemisiae incoquunt: extant pleraque alia administrationum genera circa puerperas habenda, quae uipotè vulgo nota, hic libens praetereo.

Febris puerperium subsequens *Therapia* est methodo in putridis usitata longè recedit: enim verò in ista non expectandum est, ut sanguis incendio febrili tactus gradatim deflagret, dein crementa adusta in sinu ejus sensim congesta subigat, eademque crisi secernat: quin potius (uti in maligna fieri amat) quamprimum immodice effervescentia cruor, à remediis blande diaphoreticis ipsam exagitari, ejusque mixtiones heterogeneas, & impuras foras eliminari convenit: quare inter vulgares (idque haud perperam) in more est, puerperis febricitantibus statim sudorifica exhibere: hoc ritu sanguine eventilato, ejus effervescentia sedatur; necnon propter agitationem ejus lochia, cohiberi apta, in effluxum proritantur. Inter auctores plurimum disceptatur, unde hujusmodi februm initia computari debent, scilicet an ab ipso partu, an à primo febricitationis sensu? attamen parum intererit; si hoc, aut illo modo huius solutio statuatur: nam, siquidem haec febris solita putridarum stadia haud aequabiliter decurrat, nec crisin habitura sit, neque remedia cathartici usum omnino admittat, non est ut de periodo ejus, aut mensuratione quoad dies omnino solliciti simus: at verò circa indicationes curativas solum ex usu erit distinguere, de agendis in morbi hujus principio, augmento, & fine: quid etiam, dum vires nonnihil constant, etiam quid in istis oppressis, & valde dejectis moliri debemus.

Cum itaque hac febre puerpera quæpiam primo afficitur, (cujus insulsi à lactea dignoscitur, quia cum rigore ut plurimum incipit) protinus danda erit opera, ut sanguini flagranti uberius detrahatur pabulum, & ut superius monui, animalium carnes, aut juscula ex istis procul amandentur; interea tamen frigida quævis, & virtute styptica potentia, aequa functione arceantur; hæc enim sanguinem ligunt, & constipant nimis, ejusque expurgationem valde requisitam, tum per lochia, tum per transpirationem cutaneam impediunt. Quin potius, febre licet urgente, decocta, pulveres, aut confectioes à moderate calidis exhibeantur: hujusmodi sunt (prout jam dictum) decocta, aut aquæ destillatæ, florum calendulae, foliorum pulegii, Artemisiae, radic. scorzonerae, necnon pulveres Bezoartici, sp. Cornu-cervi, Sales herbarum fixi, &c. si lochia sistantur, ut eorum fluxus denuo cieatur, omni modo evitandum erit: huic promovendo conducunt frictions, & ligaturæ circa femora, & crura, interdum cucurbitulæ, aut vesicatoria circa femora, aut coxas, necnon in plantis pedum: quandoque etiam venæsectio in talo convenit, interea fetus ex decocto hysterico circa pubem applicetur, vel omentum vervecinum calide exemptum imo ventri imponatur; pessaria, & injectiones uterinas aliquando prodesse experientia constitit: si alvus non respondeat, glande violaceo dicto, aut clystere emolliente blandè subducatur: à prostratione fortiori cavendum erit, quoniam in puerperio, non secus ac in febre maligna, à copiosa dejectione, cum spiritu deliquio, aures subito exsolvi constat. Si quando, cum lochiorum suppressione, sanguinis perturbatio insignis, cum vomitu siti, & vigiliis adfuerit, sæpè laudanum croco admixtum se-

Tom. II.

lici successu exhibitum novi. Vice Julapii refrigerantis hujusmodi mixtura conveniat, scilicet, Recipe *Aq. pulegii, melisse an. unc. 3. hysterica unc. 2. Syrupi Artemisiae unc. 1. sem. tintura croci drach. 2. Calorei in petia ligati, & suspensi scrup. 1.* M. sc. Hujus cochlearia tria, aut quatuor aliquoties in die propinantur.

II. Si, non obstante hujusmodi remediorum usu, febris usque ingravescat, & cum peiori symptomatum apparatu sensim augeatur, ut, præter sanguinis inordinationes, cerebrum, & nervosæ partes percelli inceperint, medicamina, licet plurima cujusque generis tentantur, sæpissime minus possunt: quin in d, in hoc casu, indicationes cum istis in ipsa peste adhibendis fere coincidunt: siquidem lochia aliquamdiu suppressa, haud facillè, aut vix omnino, in magna sanguinis, & humorum confusione reduci poterint, ideo diaphoresin citatius movere convenit: nimirum ut corruptelæ sanguini, & succo nervoso impressæ, & ab utero restagnantes per sudorem & transpirationem insensilem quodammodo eliminari poterint. Quare hic pulveres, & confectioes Bezoartica, sp. Cornu-cervi, aut fuliginis, tintura è corallio, aut margarita, conducunt. Vidi aliquoties hujusmodi medicamentorum ope, in casu deplorato, cum pulsu alisque symptomatis paulisper melius se habentibus, aliquantulum spei affulsisse; curatio tamen rarius succedit: quin cum iste cardiacorum usus remitteretur, cum pulsu debili, & diarrhoea statim oborta, laborantes in lethum præcipites ivere.

III. Cum adhuc in deterius res ægrotantium vergant, ut, cum febre aucta, pulsus debilis, & inæqualis fuerit, ac crebri horrores, & motus convulsivi in toto corpore, cum delirio, aut stupore infestent; tunc Medicus, facto prius lethi prognostico, remediis paucioribus, usque ferè tantum cardiacis insistat: & à sanguinis missione, scarificatione, vesicatoriis, aut cucurbitularum usu omnino ablineat: tales enim administrationes solum odum, & opprobrium accersunt, ut propterea à foeminis quibusvis malefici, & crudeles habeantur.

Febres puerperarum symptomaticæ.

Auti puerperarum morbi non modò juxta febris prædictæ typum se habent, ac nunquam symptomate quodam insigni, scilicet, angina, pleuritide, peripneumonia, dysenteria, variolâ, aut alius generis stipantur: & tunc temporis affectuum istorum appellationes sortiuntur. Non erit opportunum quæ ad naturas, & essentias singulorum latè pertinent, hoc in loco repetere: quid verò ægritudines istæ, cum puerperii affectionibus complicatæ, circa causas, aut curationes, peculiare habent, breviter subjiciam.

Cuncta isthæc symptomata à sanguinis coagulatione quadam, & exinde ejus extravasatione procedere arbitramur: dum verò sanguis extravasatur in una parte, ejus effluxus quilibet naturalis, & criticus cohibetur in alia: quare periculum est, ne cum cruor, aut in particulari assuetoque congelationis foco, aut universum in tota ejus massa conglari incipiat, protinus lochiorum dimanatio sistatur, quod revera ut plurimum accidit, ideoque affectus isti puerperis sæpissime lethales existunt: attamen, exitii causa, cum aliquo discrimine plerumque evenit, scilicet, in variolâ lochia fluentia malignitatem exterius eliminari ceptam intus revocant, ejusque labe sanguinis massam, & cor ipsum prorsus venari

Tt

nenari cogunt; ideoque in variolis purgamenta isthac uterina sisti convenit: in pleuritide autem, angina, & cæteris, cum morbi stimulus, hic, aut illic particulari loco defixus, impuritates sanguinis per lochia secerni debitas sibi accerlat, & prorsus ab utero derivet, propter istam rationem cruoris inquinamentum adauget: lochia in variolis cohibita universaliori excretionis modo, cum particulis morbi venenatis, foras excludi poterint; quod quidem in cæteris ob minutulam, & parciorem *luxuriosam* viam non succedit.

Ex his Angina, Pleuritis, & Peripneumonia propter magnam & causæ similitudinem, & curationis analogiam, unâ considerari poterint: cum puerpera qualibet harum afficitur, putandum est quoddam, præter miasmata ingravidationis tempore congesta, accedit sanguinis diathesis quædam acidiuscula, cujus ratione, dum ipse febriliter effervescat, ejus particulæ quædam acore perfusæ, in hoc, aut illo loco congelationem, instar lactis aciescentis, & proinde coagulati, labeunt: cruor ibidem gelatus, & in circuitu præpeditus, reliqui transitum inhibet: sanguis autem, motu obstructus, in obicem suum arietat, adeoque circumcirca congestus, & extra vasa propulsus, in tumorem accrescit: inde statim quidquid in ejus massa heterogeneum, & secernibile continetur, in partem affectam velut cloacam deponitur: quare sanguinis corruptelæ per uterum expurgari debetæ, illinc versus morbi hujus focum derivantur, quæ cum hac via satis expurgari nequeant, & cruoris liquor insignis corrumpitur, & affectus istius particularis, scilicet angina, pleuritis, aut alterius judicium redditur difficilior.

Pro curatione complicatarum hujusmodi ægritudinum, à primis statim initiis enitendum erit, ut sanguis alicubi defixus, & extravasari coepit circulationi restituatur, nec Apostema faciat; quoniam raro admodum puerperæ, febribus istis symptomaticis correptæ, materiæ abscessu aut spuro sanantur: quapropter remedia interna, quæ sanguinem fundunt, & à coagulatione liberant, erunt usurpanda; cujusmodi sunt imprimis Diaphoretica Sale volatili referta, ut sp. Cornucervi, fuliginis, utinæ, necnon Sales ipsi; item pulveres, testacei, & Bezoartici, lapis prunellæ, decocta, & Julapia è vegetabilibus, menses, aut urinam moventibus, quibus omnibus admisceri debent, quæ, experientia duce, uterinis affectibus appropriata reperiuntur: insuper parti affectæ remedia discutientia, quæ materiem impactam abigant, & dispescant, (cujusmodi sunt linimenta, fofus, & cataplasmata) sedulo erunt applicanda. Interim sanguinis impetuofior motus, & effervescencia immodica, procul inde amandentur, & purgamenta ejus, quibus fieri possit modis, usque inferius transferantur. In hunc finem frictions, ligaturæ, epispastica, & (si opus fuerit) cucurbitulæ circa pedes, & crura adhiberi poterint: si, affectu plurimum ingravescente, sanguinis missio indicatur, nisi ingens plethora in toto corpore, & inflammatio valde acuta in parte affecta adfuerint, venam in pede secari, aut vasa hæmorrhoidalialia hirundinum suctu aperiri præstabit: sin vero necessitas urgeat, ipsam in brachio fieri: post isthac habitam phlebotomiam, altera (si admitti poterit) in crure subsequatur: verumtamen monendum erit venæ sectionem caute admodum in his casibus institui debere, nisi enim juvamen præstet (quod raro contigisse novi) statim, pulsu debiliore facto, res ægrotantium in pejus ruit.

Dysenteria à simili fere causa cum prædictis affecti-

bus ortum ducit: verum in hac, quia sanguis extravasatus, illico profunditur, nec in corpore retentus illic molestiam facit, & plus adhuc corrumpitur: cumque hæc *luxuriosa* via prope uterinum effluxum fiat, eumque postea non alio derivat, hinc minus ab hoc morbo, quam ab aliis prædictis, periculi timetur: sæpènumero tamen hic affectus puerperis lethalis est; eo quidem potius, quoniam à dysenteria sanguinem attemperantia, & modice astringentia indicantur: hæc verò lochiorum fluxum inhibere nimis apta reperiuntur: quare in hoc casu, donec puerperæ diutino fluore fere satis expurgantur, alterius morbi curatio omittatur, & tantum demulcentibus symptomatum ferocia compefcatur.

Variolarum indicationes non modò ab istis supra descriptis dissident, at verò sibimet-ipsis contrariis stipantur; etenim lochiorum fluxus modice cohiberi (quemadmodum dictum est) postulant: interea tamen ut sanguinis efflorescentia, & blanda diaphoretis continuari debeant: cum enim in hoc morbo fermentum venenatum duplex existit, & particulæ sanguinis corruptæ in duplicem extrinsecus ferantur viam, cavendum est, ne minor, & angustiior porta materiam aut totam, aut plus, quam extramittere poterit, ad lumen suum attrahat: itaque ne lochia copiosius fluentia venenum, exterius efflorescere aptum, intus revocent, erit ratio victus nonnihil immutanda; atque imprimis ægrotantium jusculis, quæ vi alexiteria, simulque adstringenti pollent (uti sunt radix tormentillæ, & bistortæ) incoquantur: etiam pulveres, Julapia, & opiatas tali virtute præditas debitis intervallis exhiberi convenit: quinetiam in hoc casu nullo modo foeminis indulgeatur, ut carnibus earumque jusculo vescantur, aut lecto exsurgant: verum quiete (quo fieri possit modo) tum animi, tum corporis procuratâ, & dieta ex iis quæ sanguinem minime exagitant imperata, res fere in totum Deo & Naturæ committatur.

Quæ superius de acutis Puerperarum morbis dicta sunt, facile esset historiis & observationibus illustrare: verum exempla, quæ hac in re adduci poterint, maxima ex parte lucuosa, & mali ominis erunt: quippe febres istæ in mortem ut plurimum cedunt. Hujusmodi verò ægritudines describere, nec Medici confirmabit operam, nec Medicinæ methodum in iis usurpatam omnino probatam reddet; utcumque, siquidem harum notitia ad meliorem morbi istius diagnosis facit, libet hic puerperarum singulares quosdam casus, & symptomatum varietates proponere, in quibus licet curationum formulæ, & rationes parcius occurrant, saltem præcautionis regulæ quædam non contemnendi usus habebuntur.

Clarissima mulier, in ætate viginti sex circiter annorum, sexti foetus partum difficulter admodum, nec sine vitæ discrimine enixa est; postea tamen statim se mediocriter habuit: die secundo carnem totius pulli comedit: tertio, lecto excitata, per quatuor horas in cathedra sedit; nocte insequenti se male habuit, quo tempore lac in mammas profudit; quod tamen emplastris è diachylo applicitis citò disparuit: mane proximo de lassitudine, & dolore velut ulceroso totius corporis, necnon de vomitu, nausea, ac plenitudine circa ventriculum; & hypochondria querebatur: nox valde perturbata sequuta est: die quinto apertius febricitavit, modò rigorem, modò æstum undique gliscentem persensit; erat nauseabunda, stomacho aggravata, insuper irrequieta, & infomnis, lochia

minute

minute fluebant, humor verò albicans (vulgò lactis fluor dictus) emanabat: vesperi circa frontem & tempora, velut somnolenta, gravamen habuit, & parum dormire cepit; post sesquihoram cum phantasmate perturbato evigilans, quæstia est de capite velut in molemingentem aucto, etiam de maxillis obferatis, ut dentes recludere nequirit, & pugnis arcte contractis: porro stuporem in toto corpore quasi pungitivum sentire visa est; ventriculus, & hypochondria usque tenia, & inflata persistabant; huic frictions, ligaturæ, cucurbitulæ, aliaque remedia tum interius, tum exterius adhibebantur, quæ lochia revocarent, & sanguinis recrementa a capite derivarent: venæ sectionem pulsus debilior, & inordinatus non admittebat; pulvres, & julapia quæ diaphoresin blande moverent, sanguinemque & succum nervosum funderent, & a restagnationibus impedirent, diligenter fuerant adhibita; quin etiam fons imo ventri modò ex pannis laneis decoctio emollienti imundis, modò ex tepidis animalium visceribus applicabantur; interim fœtuda (uti in hysteris asolet) naribus admodum erant, quæ spirituum & sanguinis impetuofum in caput raptum arcerent: his verò aliisque per plures horas sedulo peractis, quiddam levaminis sentire visa est; usque tamen oculos claudere, aut somno se accingere verebatur; etenim palpebris obductis cum sonitu & tinnitu in toto capite, mille phantasmata animo intus sabant: noctem fere infomnem ducebat; quamprimum dormire cepit, statim perterrita, & in præcordiis aggravata expergiscitur: die sexto circa meridiem rigorem magnum, seu potius horrorem cum totius corporis concussione valida perpessa est; cui velut in febris intermittens paroxysmo, mox calor, & dein sudor copiosus successit: inde verò nihil levaminis laboranti advenit; quippe statim à sudore, febrilis calor redintegritus est, & affectus convulsivi ipsam plus infestabant: nocte insequenti cum & reliqua symptomata ingravescerent, primò in lingua, dein mox in gutture paralysis excitata est, ut minime loqui, & vix omnino deglutire potuerit: die septimo circa eandem horam, iterum rigor cum calore, & calore; inde pulsus longe debilior, & inæqualis; item respiratio difficilis cum anhelitu crebro, & pectore elato invaserant; adflantes non agnovit; die octavo emoribatur.

In illustri hujus fœminæ perniciem, propter ingravidationem in febrem prædispositæ, multiplex armabatur occasio, morbi que malignitatem impendio auverat: nam, & uteri à partu difficili lætio, lactis subitanea à mammis exclusio, carnis comestio, & cita nimis è lecto exulcitatio in majorem noxam velut conjuratione facta conveare; sanguis febrili incendio tactus statim inordinationes concepit: lochia, aliaque forsitan uteri inquinamenta in se rapuit, indeque labem majorem, & diathesin plane venenatam acquisivit; viscerum membrana sive succo nervoso degeneri perfusa, sive spasms iis ab utero continuatis, motibus convulsivis percellabantur: etenim ejusmodi circa abdomen inflationes, & distentiones revera convulsionum effectus sunt: nam licet fibræ directæ membrum contrahentes, sæpe illud comprimunt; tamen cum fibræ simul rectæ, & transversæ, aliaque vario situ positæ in membrana cavitatem ambiente unà convelluntur, pars tanquam vesica inflata intumescit; in cujus vacuitatem, aer rarefactus secundario se proripit: tantum abest (quòd vulgò fertur) aerem, sive statum ibi primò con-

Tom. II.

gestum, distentionis causam esse. In ægrotante nostra sanguis effervescent, atque citò materia adusta atque maligna satur, ipsam subigi, & per sudorem fecerit inhabilem, protinus in cerebro defigere conabatur; primæ ejusdem materiæ in caput diffusio, propter spiritus animales semi-obrutos sensum intell. magnitudinis ipsius capitis plurimùm auctæ; quod simili ritu accidit, ac cum pes stupore correptus se ipso longe major presentiri videtur: quod vero post levamen quoddam, indormitione, & oculorum clausura affectus recrudesceret, ratio est; quia vigiliæ, & sensuum excitatio, materiem cerebrum & nervos obsidentem aliquatenus excutiunt, & à se amovent; quæ tamen propè, & in præcinctu sita, irrepente somno, ab ipsis quasi imbibitur, eorumque corpora unà cum succo alibili penitus subit. Cruor autem, licet recrementa cerebro copiose suffuderat, haud tamen ipse immunis evasit; quin impura sabarra usque impletus, efflorescentiam velut criticam concepit, & cum rigore, subsequenibus calore & sudore (prout in magna exereu asolet) semel, atque iterum, sarcinam suam excutere tentavit: quo tamen nisu nihil ultra proficiebatur, quàm quòd materies cerebro adhærescens, altius ipsi impingeretur, nervorumque furculis quibusdam infixæ, loquelam, & deglutitionem, dein postea sensationem adimeret; atque sanguinis massa, sensim magis magisque depravata, tandem vitæ sustentandæ inhabilis evasit.

Fœmina perillustri paulo infra vicenarium ætatis annum nupta, uterum gestans, cum, durante ingravidatione victu parvo, & exercitio fere nullo uteretur, in partu labores, & tormina cum intermissione tamen, & crebro levamine per duodecim horas passa, filium enixa est: fœtus cum secundina abscellit, omniaque recte circa uterum consistere: diebus primo & secundo mediocriter habuit, tertio autem post levem rigorem de siti, & incalescentia queri cepit; quibus diarrhoea successit, ut isto die quatuor sedes habuerit: nox fere infomnis sequuta est, intemperies febrilis deinceps per biduum eodem dejecit, lochiis adhuc modice fluentibus: die sexto cum, mulierum suavis, ad moderandum alvi fluxum quiddam adstringens cepisset, purgamenta uteri ferè in totum sistebantur: quo tempore febris intensior evasit, & symptomata velut hysterica emergebant; etenim in præcordiis oppressiones habuit magnas, & crebras, atque in gutture præfocationis sensum perpessa est: die septimo erat calor intensus, & respiratio difficilis, ac laboriosior; tum verò ex præscripto Medici, tum primò accersiti, sanguis è pede ad unc. 3. erat detractus, è quo per quatuor horas se melius habuit: etenim somnus placidus cum sudore copioso successit, lochia in exigua licet quantitate dentò apparebant: vesperi iterum omnia exacerbabantur, vires plurimum exolutæ, pulsus debilior, & inæqualis evasit: quæstia est etiam de sonitu, & tinnituum, cum plenitudine capitis, porro tendinum in carpiis subulius, necnon totius corporis subitas concussions habuit, usque tamen diarrhoea ipsam exereuit: huic cardiacæ, aliaque remedia, & administrationum genera ex plurium Medicorum præscriptis sedulo adhibita ne hilum profuere: pulsu debiliore factò, & viribus sensim diminutis die nono à partu obiit.

Hæc febris à vitioso corporis apparatu velut causa procatactica plurimum dependebat: etenim

T t 2

sæpius

sæpius observavi quod male sit puerperis, quæ cum gravidæ fuerint, fructus, & cibaria quævis insalubria ingerunt, atque sine motu, ac exercitio degentes, tantum otio, & quieti indulgent: sanguis ob præviã *καταρσιον*, sine evidenti occasione, velut sponte incendium concepit: effervescens autem recrementa sua, & impuritates usque interius deponens, diarrhœam intulit: nec tamen ab ista fere continua excretionem ejus massa depuratio facta est, quin mixtione sive crassi ejus usque magis depravata, tandem à propria indole omnino descivit cruor, & ad fermentescendum in corde, quo calor, & spiritus undique dispescantur, inhabilis evasit: diarrhœa naturæ motu excitata perperam erat cõhibita, præsertim adstringentium usu; hæc enim non impune tentari sæpius observavi. Quippe alvi fluor nonnullas male habentes sanavit, atque in ista Domina plurimisque aliis (uti experientia nostræ abunde confluit) etiam si febrem non sustulerit, tamen à gravioribus cerebri, & nervosi generis affectibus eas liberavit: unde hæc ægrotaans delirio omnino caruit, nec motibus convulsivis, donec fere ad extremum redacta, percelleretur.

Mater-familias non ignobilis, triginta sex, aut quod excurrit, annos nata, decimum septimum fœtum gestans fuit mœsta admodum atq; anxia, ne ab instanti puerperio interiret: sed (Deo favente) sat feliciter filium enixa est, & per tres inde dies alacriter habuit: die quarto cum ex carne pulli plus debito comedisset, paulo ante noctem in febrilem intemperiem cum vomitu, & lochiis cohibitis incidit: tota nocte infomnis, & irrequietus jacuit, mane proximo spatium unius horæ quatuor habuit sedes, & alleviari visa est: circa meridiem (quo tempore adveneram) rursus de calore, & siti, nec non palpitatione cordis, & molis cujusdam in guttur ascensu conquesta est: pulsus erat celer, & parvus, urina erat rubicunda, lochia vix apparebant: huic Julapia, cardiaca, & purgationem uterinam moventia exhiberi, insuper fœtus imo ventri adhiberi, etiam crura, & pedes pannis excelsis sæpius confricari præcepi; hora somni laudani gr. i. cum croci pul. scrup. sem. in cochleari aquæ Theriacalis propinabam; placide dormivit, & lochia ubertim descenderunt: indeque, victu tenui, & fluxum uterinum modice proritante per paucos dies usâ, plane convaleuit.

Huic sine magno apparatu, aut prædispositione multum vitiosa immoderatus carniarum esus, velut causa evidens, & sola fere sufficiens, febrem induxit: lochia in massam sanguineam restagnantia ejus intemperiem auxerunt, atque nervoso generi statim molestias intulere: interea tamen cruor, licet effervescens, corruptionem haud magnam subibat: quin cum recrementa à crapula congesta diarrhœa excernerentur, atque sanguis fluxu lochiorum restituto rursus solito more expurgari cœperat, febris ista, fermento adhuc plurimum maligno carens, cito disparuit.

Fœmina prænobilis, juvenis, & venusta, filiolæ secundæ partum satis facilem obtinuit, & per sex dies circa lochia aliaque accidentia rectè habens, cujusvis intemperiei suspitione omnino caruit: carnibus quotidie vescabatur, & lecto excitata in cubili alacris versabatur: die septimo, sine causa manifesta rigor supervenit, cum febre, & lochiis diminutis, verum non suppressis: ad diem verò à partu decimum, modice tantum febricitans, cum purgamentis uterinis adhuc fluentibus, symptomate quovis graviore immunis degebat: tunc verò licet valde febricitans, solito hilarior, & de salute sua confidentior

visa est: nocte parum, aut vix omnino dormivit; mane sequenti (quo tempore eam primò invisi) aperte deliravit, lochia sistebantur, horrore etiam totum corpus concutiebatur, tendines in carpis convellebantur, adeo ut vix liceret pulsus dignoscere; qui interea debilis, inæqualis, & valde creber fuit: Hanc, nisi divina manus insperatò, & quasi è machina intervenerit, brevi emorturam pronunciavi: utcumque Bezoar Orientalis g. 6. in cochleari Julapii cardiaci exhibita, sudorem copiosum cum pulsu meliori inducentia; dein alia cardiaca debitis intervallis propinata, spem salutis aliqualem, dubiam licet, sibi què minime constantem fecere: post quatuor horas à quo intraveram, languida sponte naturæ sedem ingentem habuit, inde statim omnino conciderunt vires, atque intra sesqui horam mortua est.

Huic Domine, cum circa partum, aut uterum nihil mali contigisset, sine magna atque insuper maligna sanguinis & humorum *σφοδρωσις*, ita perniciosa, & subito lethalis obvenire non potuit: utrum plenior victus, an frigus susceptum, aut alia quæpiam causa evidens, huic originem præbuerit, incertum est: quippe mulieres & nutricula ministrantes nullam manifestam ægritudinis occasionem agnovere: Febre accensa, sanguinis labes purgatione uterina etiam diu continuata, haud in totum eliminari potuerat; licet propterea symptomata tetriora haud statim ingruerent: usque tamen malum intus latitabat, atque morbo valde acuto, ejusque motu celeri existente, die quarto, cum natura crisi moliri debuisset, materia febrilis commota, necdum verò subacta, cerebri, & partes nervosas semel & quasi momento obruit, ipsamque sanguinis crasin subito perfundedit, unde mors inexpectata, atque præcepe subsequuta est.

Mulier eximia vicesimum vitæ annum vix prætergressa, vultus floridi, & gracilis corporis, post partum cum lochia immoderate fluere, remediis quibusdam adstringentibus ex ministrantium consilio usa est, unde omnino sistebantur: fluxus verò alvi successit; qui cum per tres dies in crudeceret, mulieres alia propinant remedia ad sistendam diarrhœam: nec quidem successu frustratæ sunt: interim febrem periculosa, & affectus quasi hystericos, in prioris mali locum advocare: etenim siti, & calore cum vigiliis, deinceps vice syncope, & sudoribus frigidis infelix puerpera afficiebatur: hoc tempore accersitus, remedia cardiaca, & purgationes uterinas moventia hauriri, atque insuper clysterem immitti præcepi: alvi fluxu denuo provocato, etiam lochia descenderunt, atque ægrotaans nostra prædictis symptomatis, & graviore morbo, scilicet nutricularum remediis libera, cito à febre convaleuit.

Huic fœminæ fluxus uterinus copiosior contingens, morbi graviore procatarxin amoverat: quare cum tot errata circa regimen ejus committerentur; (scilicet primò insistendis lochiis, dein, quo istorum defectus compensari debuit, in cohibendo alvi fluxu) febris tantum levior, sine miasmate venenato sanguini impresso accersebatur: simile huic frequenter accidisse novi, nimirum si quando primis diebus purgationes uterinæ admodum copiosæ dimanant, postea cum parviori earum profluvio, ac interdum defectu puerperæ evadunt. Atque hoc in loco obiter notetur, periculosum omnino esse, quemvis naturæ motum licet anomalus incitatum, aut inhibere, aut saltem desistere, atque in transversum agere.

Illud

Illustrissima mulier viginti circiter annos nata, habitu corporis pleno, & toroso prædita, intra anni spatium bis abortum passa est: cum postea utero conceperat, ex præscripto Medici sui semel in mense sero lactis copiose epoto, vomitum provocavit, quo multum pituitæ crassæ, & tenacis rejicere solebat; etiam gravidationis tempore quinque sanguinem misit: gestationis spatio transacto, cum difficili admodum partu puerum enixa est; secunda integre abcessit, & egregie purgabatur: die secundo, dum in lecto super pedes erigeretur, ut lintea, atque stragula melius componerentur, frigus suscepit, indeque lochia sanguinea omnino sistebantur, & tantum aquæ ferosæ parum dimanavit: die tertio, queri cepit de dolore acuto in latere dextro: quæ aderant mulieres, admovent facculos ex camomilia cum lateribus excaustificis: verumtamen affectus plurimum exacerbabatur, cum spuito cruento: die puerperii quarto dolor acutissimus, cum respiratione difficillima, & valde laboriosa invasit: ex præscripto Medici tunc primum ex vicina adventantis, sanguis è basilica ad unc. 6. detrahebatur, & levamen subito persequitur, per horas decem melius habuit; media nocte dolor pungitivus cum solita atrocitate rediit: tandem Medicis aliis in consilium vocatis venæ sectionem in brachio lateris affecti denuo necessariam esse, communi omnium suffragio pronunciat: sanguine ad unc. 4. misso, dolor remisit, & ægrotans melius respiravit; dein à remediis diaphoreticis in sudorem copiosum cum somno quieto incidit: pulsus verò crebrior, & debilior factus est, etiam in carpis tendinum contracturæ emicere: postea statim incongrua loquebatur, atque intra viginti quatuor horas, è quo sanguis ultimo mittebatur, è vivis excessit.

Quòd hæc Domina à lochiis suppressis unà cum febre in pleuritidem inciderit, in causa aliquatenus fuisse videtur sanguinis missio, gestationis tempore ita crebro adhibita: etenim hac ratione sanguis in brachio eventilari assuetus, postea effervescens, utero relicto versus solitum extramissionis locum rapitur; ubi cum exitum non invenerit, in latere vicino, velut proximo extravasationis foco desigitur: quinimo præter ulitatum pleuritidis morem, huic morbo malignitas haud minima accesserat; nam sanguis, ab extravasatione vindicatus, statim in crasi sua corrumpi incepit, atque tertio febris die tantum depravabatur, ut in corde ulterius fermentescere, adeoque vitam prorogare nequirit.

Non ita pridem uxor cujusdam fabri ferrarii parturivit, quo tempore in eadem domo nati ejus variolis afficerentur, atque ipsa, uti videtur, ejusdem morbi contagium susceperat, namque secundo à partu die cum incalescentia febrili, & dolore in lumbis, pustulæ erumpere cœperunt: quæ quidem per triduum, lochiis moderate fluentibus, in moleculas rite assurgebant: tamen purgatio uterina eo tempore copiosa obtigisset, variolas in toto corpore constitissimas habuit; nec tantum in cutis superficie, verum etiam oris, & gutturis cavitate implerunt adeo, ut vix loqui, aut deglutire potuerit: die puerperii sexto lochia immoderate fluebant, unde statim cum variolis flaccidis, syncope, convulsionibus crebris, aliaque mali moris symptomata ægram incessere, quæ mortem brevi minabantur; accersitus præscripti pulveris hujus semi drachmam è cochleari Julapii sequentis trium horarum intervallis constanter assumendam, scilicet ꝛ. Radic. tormentillæ pul. drach. 2. boli armeni opt. drach. 1. specierum de hyacintho drach. sem. f. pulvis. ꝛ. Aqu. scordii compositæ. Dracontii, ulmaria an. unc. 3. Aceti Theriacalis unc. 1. Syrupi è coral-

Tom. II.

liu unc. 2. Cornucervi ussi drach. sem. f. Julapium. Insuper jusculis ejus, & potulentis quibusvis, radices tormentillæ incoqui præceperam: his remediis purgatio uterina mox in totum sistebatur, & variolæ sine graviori symptomate sensim maturatæ excidebant.

Causa hic fuit revera difficilis, & magno cum discrimine absolvebatur: scilicet, aut lochia, aut variolæ intus cohiberi periculosum erat, & tamen alterutrum plenior eruptio alterius motum impediabat; quamdiu utraque moderate procedebant, res naturæ ductui permilla moderate se habuit: cum verò altera invalescente, artis opera requirebatur, lochia fræna, variolæ autem stimulos adhiberi ex usu fuerat.

CAP. VI. De Febribus Epidemicis.

Hic ultimam dissertationi nostræ de Febribus manum imponere animo statueram; commentarium potius, quàm integrum tractatum meditatus. Quatenus verò febres quædam epidemicæ non raro grassantur, quæ nullas observant leges, neque ad certam doctrinæ normam revocari possunt: verum anomalæ profus quotannis variant, & propterea, quoties earum aliqua increbrescit, statim *morbus novus* appellatur: idcirco operæ pretium duxi, quoniam de his febribus generalia præcepta non sunt tradenda, historias particulares de quibusdam hujus farinae subjungere; etenim ex vario symptomatum apparatu quo insigniri solent, natura & tota formalis ratio hujusmodi affectuum, non nihil elucescet: Cum itaque nuperis annis intra brevem temporis tractum, tres morbi populares in his regionibus grassati sunt; singulas eorum descriptiones temporibus quibus febres ipsæ ingravescerant olim factas, huic operi coronidis loco subjiciam.

Febris Epidemica circa autumnum Anni 1657: increbrescentis descriptio, medio Septembris habita.

Dum febris, hoc tempore immaniter grassantis, descriptionem meditamur, æquum est, ut Hippocratis exemplo ducti, prægressam anni constitutionem, ejusque intemperies, & qualitatem excelsas, prius expendamus. Etenim morbi epidemici, & communiter inter populum excitati, erit causa communis; qualis Anni habitudo, & exinde contracta sanguinis nostri diathesis (qua pariter complures afficiantur) assignanda. Ut autem ab initio rem deducamus; Ver novissimum, atque exinde succedens tempus usque ad finem Æstatis, scilicet totum hoc semestre spatium impense calidum, siccumque fuerat: præcipue verò post solstitium Æstivum fervores adeo intensi per plures hebdomadas insequuti sunt, ut dies, & noctes, nullus non quereretur de æris calore, & fere continuo sudore, quo maderet, quòdque libere respirare non liceret: circa calendas Sextiles, hæc febris primum sporadica, in quibusdam locis erumpere cœpit, ut forsitan unus, aut alter, in Urbe, aut Vico eadem corripere: in plurimis tertianæ intermittentis typum imitata est, scilicet diebus alternis paroxysmi redierunt: qui tamen sine frigoris, aut rigoris proœmio, cum calore intensissimo ægros infestant; vomitus, & dejectiones biliosæ in plerisque copiose evenerunt, sudore non

T t 3

nisi

nisi difficili, & sæpe interrupto succedente, quo febrilis accessio raro in *ἀνωγειαν* solvebatur: quin toto Interstitii tempore cum siti & inquietudine, languidi, & imbecilles *Ægri* manserunt: in quibusdam cum res in melius vergeret, post tres, aut quatuor paroxysmos, frigus & rigor accessionem inchoabant, & febris exacte tertiana intermittens facta est: in plerisque autem morbus usque in deterius cessit, & statim mali moris, & difficilis solutionis, cum pravo symptomatum apparatu evasit; cum enim *ægri* in paroxysmis summe incalescerent, & difficulter sudarent, errores committi solebant; qui morbi vires quotidie intenderent; quippe ob *ægrorum* impatientiam, & ministrantium imperitiam, sudore, qui accessionem febrilem finire debuerat, interrupto, post unum paroxysmum vix finitum, statim alter successit, indeque morbus periodos vagas & incertas, sine *ἀνωγειαν* intercessu, habere, & postea in febrem velut continuam transire solebat. Cujus status aliquando valde periculosus, cum mala cerebri, & nervosi generis affectione, fuerat, ut non raro lethargus, sæpe autem spasmi, & motus convulsivi, excitarentur: circa mensem *Augusti*, hæc febris longe, lateque in populum grassari coepit, ut in nulla non regione, & Vico plures ex eadem decumberent; erat tamen ruri, & in villis minoribus, longe frequentior, quam in Urbium, aut oppidorum consiniis. Usque febris intermittens typum referebat, nisi quod paroxysmorum atrocità, & intermissionis brevitate, solito infestior visa sit; ideoque morbus novus passim vocabatur: insuper malignitatis cujusdam subibat notam, & certa satis contagii atque pernicii sui documenta dederat; in quantum de domo in domum serpebat, pluresque ejusdem familiæ, & præsertim cum *ægris* familiariter versantes eadem labe infecit: quinetiam senes, ac maturæ ætatis homines passim è medio sustulit.

Affectus naturam ac essentiam si spectes: erit hæc febris proprie in *intermittentium* censum referenda; etenim paroxysmi stasis temporibus redeunt: necnon ut plurimum cum frigore, & rigore, sæpissime cum vomitu incipiunt, & mox calore intensissimo procedentes demum sudore finiuntur. Urina in plerisque apparet coloris flammæ, in paroxysmo tenuis, cum aliquali hypostasi, extra huac crassior, cum sedimento subrusto, sudore licet copiosissimo, & sæpius iterato, morbus non judicatur, quod in febre continua expectare liceret; quin per plures dies, aliquando & menses, affectus diuissime perstat, licet plurima evacuatio per vomitum, & sudorem quotidie fere contingat: quod in febre intermittente frequenter, in continua raro accidere observamus; extra paroxysmum, quovis morbi tempore, purgatio commode instituitur, quod in synocho ante signa coctionis esset nefas moliri; præterea esse hanc febrem de intermittenti genere, vel hinc constare videtur, quia plurimi ex eadem convalescunt, ut *ægotantium* vix millesimus intereat, quod de synocho Epidemica vix auditum censeo. Circa prima hujus morbi initia, tertianæ intermittenti perquam similis apparet, licet, postea in aliquibus ob vitiosum corporis apparatus, & errores in victu & diaphoresi commissos, in continuam migrasse videatur: quibus enim paroxysmi non rite concluduntur, nec in apyrexiam desinunt, propte materiam morbificam non penitus dissolam, iis sanguis jugiter effervescit: undè factum est, ut accessiones celerius redeant, & diuinus infestent: donec tandem ob materiæ

copiam, & naturæ languorem, cruor debilior factus, non amplius turgescere, & stasis horis materiam febrilem secernere, potis sit, quin ipsam paulatim, & continua effervescentiâ subigere nitatur.

Circa causas hujus morbi inquirendum erit, quæ sit causa *ἀνωγειαν*, evidens & conjuncta, scilicet cujus ratione adeo nunc passim grassetur, & per totam *Angliam* Epidemicus evaserit; quibus modis, & ob quas *ἀνωγειαν* in quibuslibet hominibus soleat primò excitari: ultimò demum, qualis alteratio, sanguini & humoribus inducta, hujusmodi febrem cum tali symptomatum apparatu pariat, & in actu conservet.

Scio in promptu esse hujus morbi adeo popularis causam in maligna aëris constitutione omnino collocare, quòd nimirum, auræ qua vescebamur particulæ miasmata quodam extraneo, & naturæ nostræ minus congruo infectæ fuerant, cujus miasmatis corpuscula, intus admitta, cum sanguine & humoribus fermentescebant; adeoque in plurimis cum eadem fere symptomatum apparentia hanc febrem induxere. Quis enim morbi adeo communiter grassantis originem à minus publico fonte deducere audebit? Aut aliunde morborum causas acceptas referre quam fomiti isti vitalis auræ quem universi jugiter depalcuntur? At mihi rem attentius consideranti, paulo altius ejusdem stemma, & prima quasi rudimenta repetenda videntur. Quòd nimirum hæc febris nata sit, non contagio quodam ab aëre communicato, & immediate hominibus labem insigente, sed potius à diathesi, seu prædispositione quadam febrili, propter anni intemperiem antehac paulatim corporibus nostris impressa, quæ demum maturitatem adeptæ, levi occasione in actum deducitur, & in hanc febrem non erumpit adeo, quam excrevit.

Cum enim circa *Julii* Calendas, æstu intensissimo per plures dies, aër immodice incalesceret, facile sanguinem nostrum, versus calidam & biliolam intemperiem alteravit, quia nimirum, (uti in vino plus debito effervescente,) pars dulcis, & spirituosæ multum absimitur, interim salina & sulphurea nimis evehitur, ut exinde rancorem, aut acorem liquor facile contrahat: hujusmodi sanguinis diathesin, qua quidem à temperie dulci, & spirituosæ, propter nimiam assationem, in biliolam vergit, ad febres intermittentes aptissimam esse, alibi ostendimus: hinc succus alibilis, qui in cruoris massam continuè defertur, non rite coquitur, nec in sanguinem assimilatur, sed in materiam velut extraneam & fermentativam pervertitur: quæ in ipso sanguinis sinu ad plenitudinem assurgens, juxta incrementa sua stasis periodis turgescens, quemadmodum supra docuimus, febris intermittens paroxysmos inducit: cum itaque à retorrido hujus ætatis fervore, sanguis, fere omnium, plus debito incalescens, plurimum exassaretur, nihil mirum est, si exinde ad febres intermittentes maximam aptitudinem contraxerit: cur autem non urgente adhuc cæli fervore, sed paulo postea hic morbus increbuerit, ratio est, quoniam hæc indispositio non semel & una vice, sed paulatim, & non nisi longo tempore cruori nostro imprimitur: ideoque morbi, velut fructus, post prægressum æstatis calorem, potissimum in autumno maturantur.

Hanc aptitudinem, seu diathesin febrilem, haud omnes ex æquo contrahunt: illi quorum sanguis à natura calidior, plus sulphure abundat, & proinde citius assationem patitur: etiam qui laboribus

horibus lediti, aut sub dio morati, æstatis fervorem magis perpeffi sunt, ob cruorem insignius torrefactum, facilius in hunc morbum inciderunt: quare inter colonos, & ruri potissimum, primò defævit: ex his qui à sanguine peraffato aptitudinem ad hanc febrem acquisiverant, forsitan alii in hanc sponte inciderant, diathesi febrili sensim ad maturitatem evecta, alii ob levem occasionem, seu causam evidentem, quæ aliàs febrilem effervescentiam solet concitare, uti à frigore suscepto, crapula, vini potu, & similibus; atque alii ægrotarunt propter contagium ab aliis susceptum; siquidem ab ægrotis effluvia constantet emanant, quæ cum in corpora ad similem affectum prædisposita, impingunt, *δυσμεις* latentes facile in actum suscitant.

Quod erat tertio propositum: nempe ut hujus morbi causa conjuncta, ejusque ratio formalis innotescant, in memoriam revocanda sunt, quæ de febrim intermittentium natura, alibi habentur: supponimus nimirum, hujus affectus velut basin, constitutionem sanguinis retorridam, & biliosam, propter quam, succus alibilis, velut in dimenso quotidie suppeditatus, non rite coquitur, sed asatione in materiam fermentativam, & cum cruore non miscibilem facessit. Quando hæc materia sanguis ad plenitudinem saturatur, (quod stas temporum intervallis contingit, quia succus alibilis in stas velut mensura suppletur) sponte turgescens concipit, & effervescentia hujus materie eliminandæ gratia citatâ, paroxysmum febrilem infert: qui eo usque perdurat, donec hæc materia febrilis, in corde accensa, & velut combusta, cum sudore penitus distilletur.

Ex hisce præmissis palam fiet, nonnulla esse quæ in hoc de quo agimus affectu à communi intermittentium genere peculiari ritu contingunt, ideoque febris novæ appellatione eam non immerito insigniri; cujusmodi sunt, primò quòd circa morbi initia paroxysmi sine frigore, aut rigore incipiunt, sed cum vomitu atroci, siti, & calore intensissimo, ægros diu affligunt; quibus sudor ægre plerumque & partialis, ac sæpè interruptus succedit, quo accessio non nisi longo tempore finitur. Quorum ratio unice poni debet in diathesi sanguinis valdè biliosa, & supra modum peraffata: hæc enim à sulphure præpollente procedens solitum sanguinis acorem, qui turgescens ejus sequitur, & rigorem aut frigus solet concitare, omnino inhibet; atque ob hujusmodi temperiem sanguinis, succum alibilem nimis assantis, & velut comburentis, cruor una cum succo isto turgescens, & in motum concitus, plus solito in corde accenditur, & deflagratione sua, calorem, cum siti, intensissimum, & ægris molestissimum, inducit. Vomitus biliosus non tantum ab initio, sed & medio paroxysmo contingunt ob illius exundantiam, quæ vasa choledocha, subinde nimis oppleta, ipsam intestinis suffundunt: quæ dein, spasmus in visceribus concitato, facile in ventriculum exantlatur: sudor ægre succedit, quoniam bilis plus sero abundat, quare materia febrilis combusta, diaphoresi non facile scernitur, quin vel cruori commissa, effervescentiam diurnam infert, aut versus intestina delata, vomitum aut diarrhoeam producit. *Secundò* differt hæc febris à vulgari intermittente, quia, post finitum paroxysmum, non datur plena intermissio, usque ad *ἀνωγειάριον*: quin ægroti usque manent languidi, & sitiendi; quoad appetitum, somnum & cætera accidentia, se nate habentes

quod revera accidit, quoniam ab intenso paroxysmi calore, plus sanguinis, & materie febrilis accenditur, quàm ut recrementa à deflagratione ejus residua possint cito distillari: præsertim quia sudor ob materie siccitatem ægre admodum succedit, nec satis materia febrilis excernenda seroso lactice diluitur: quare sanguis ab ejus contagio, paroxysmi tempore, haud perfectè liberatus, adhuc effervescit, neque accessione finita, à morbo plenas inducias sortitur: interea dum cruor effervescentia fere continua hoc modo urgetur, à synocho differt: quoniam in hac, pars sanguinis Sulphurea nimis evecta velut inflammatur, & deflagratione sua febrim facit: continua autem ebullitio, quæ hoc modo febrim huic intermittenti supervenit, à materie non miscibilis confusione, ejusque à sanguine ægra secretionem, omnino dependet. Synochus, instar vini ob opulentiam suam sponte effervescentis contingit; altera instar ejusdem vini, dum propter heterogeneum aliquod confusum, orgasmum concipit: quare advertimus cum febris nostra jam in continuam migrasse visa est, tamen nec sudore, nec alvi fluxu, copiose licet & crebro obvenientibus, judicatur: quia à sanguine depauperato, potius quàm inflammato dependens, diutissime persistat, ægrosque versus cachexiam disponit.

3. Erit *tertio* discriminis ratio, quæ hæc febris à communi intermittentium censu discrepat, in hoc sita, quòd facile per contagium in alios subinde propagatur; cujus ratio est, quoniam corpora hic plurima sunt eodem modo ad eundem affectum prædisposita, quod alio tempore minime contingit: quare mera effluvia à corpore morbofo, in subiecto facile capaci, similem effectum concitare valent; non secus ac flammæ radii quidam, in materia valdè combustibili, flammam accendunt: interim hujus febris labem, haud omnes pariter contrahunt: quin aliqui minus ad ipsam parati, imò, cum ægris conversantur.

4. Occurrit aliud symptoma, huic febrim haud constans, sed aliquibus tantum locis contingens, quod ipsam non tantum à communi discriminat, sed proprium sui ipsius typum variat: nimirum aliquando accidit, affectus dysentericos hunc morbum comitari; in quibusdam ad modum cholerae, vomitus & dejectiones biliosæ purissimum infestant; ac in aliis sedes cruentæ cum atroci dolore ac alvi torminibus succedunt. Frius in nostra hæc vicinia sæpius adverti; ejusque ratio à temperie sanguinis insigniter biliosa deduci potest: propter hanc enim materies adusta diaphoresi, minus distillabilis, copiose in jecore secernitur; dein ob vasa choledocha ad exundantiam repleta, ventriculo & intestinis demandatur. Alter dysenteria affectus, in quibusdam tantum locis reperitur, ibidemque sporadicus potius quàm communis nonnullos solum ægrotantes occupavit. Ejus origo ad peculiare quorundam corporum crases, aut vitiosos apparatus, necnon locorum situs, aut auræ conditionem referri potest. Dein morbum, non sine misfmatibus cujusdam communicatione, subinde ad alios translatum, suspicari est.

Circa hunc morbum *duplex prognosticon* haberi debet: *Primò* ipsius febris in genere, qualem & quando habitura sit finem: quid Terræ nostræ minetur; an non pestem, aut agridudines *λοιμδεις* (quod vulgò timetur) præcedat. *Secundò* poni debent signa, quibus salutem aut periculum, in variis ægrorum casibus, præfigere solemus.

Quoad *primum*, quoniam hujus affectus originem non ab aura, contagio, aut venenato miasmate infecta, nec à maligno vaporum seminio per aërem diffuso, petendum ostendimus, sed tantum à temperie seu diathesi corporum nostrorum insigniter biliosa, cum sanguine adusto, & ob æstivos fervores summe præassate: puto hic nullam subesse metus rationem, qua vereamur ne febris hæc vitio aëris, in pejus evecta, tandem in malignam aut pestilentem excrescat. Quin potius (quod mutata anni tempestas, & sanguinis nostri alteratio expectanda, pollicentur) timere debemus, ne febris hæc, quæ modò tertianæ intermittentis typum imitatur, postea sanguine atrabiliscente, in quartanam transeat: quod quidem in aliquibus jamjam contigisse adverto; & ne posthac autumnò ad finem vergente in pluribus obveniat, præcipue metuendum duco.

Quoad particulare prognosticon, signa, quæ in hujus febris decursu maxime notabilia occurrunt, ejusque statum & eventum quodammodo prænuntiant, sunt hujusmodi; si morbus in corpore firmo, bene temperato, & facile perspirabili contingat; si vomitio cum Euphoria succedat, sitque alvus soluta: si paroxysmus cum levi rigore incipiat, & post calorem moderatum, cum sudore finiatur, sitque intervallum cum *ἀσπληγία* vel tolerantia; si pulsus sit fortis, urina coloris flammæ, pellucida, cum hypostasi laudabili, morbum citra periculum brevi desituro prædicimus. Sin hæc febris in corpore pingui & habitus vitiosi excitetur, si eum vomitu molesto calor effraus & sitis inolerabilis ægrotum diu exercent, si calori sudor difficilis, partialis, sæpe interruptus, & crebris vomitionibus intercalatus succedat, ac minime in apyrexiam desinat; morbum hinc longum & periculosa alææ subjectum pronunciamus. Sin tamen viribus æger constet, & urina signa costionis exhibet, de salute minime desperamus; præsertim si post quatuor aut quinque periodos, morbus, quod fieri solet, de solita atrocitate remiserit. *Tertiò* observamus si morbus hic in corpore senili aut aliis ægrotudinibus fracto, aut debilitato excitetur; si præter vomitiones horrendas, & caloris atrociam, crebra syncope, lipothymia, deliria, aut affectus lethargici accedant; si post plures accessiones, prostratus ægri viribus, morbus nihil remittat, quin effervescencia continua sanguinem exercet, ac spiritus vitales plurimum disperdit: si appetitus dejectus, vigiliae pertinaces, motus convulsivi, cum pulsu debili, urina turbida, aut crassa, obveniant, rem periculo plenam judicamus: nec tamen æger velut deploratus relinquatur, quia morbus hic minime præceps, haud cito & affatim jugulat: sed diu protrahitur, & naturæ se recolligendi, & medico remedia exhibendi, tempora & occasiones concedit.

Indicationes therapeutica, quæ in curatione hujus febris locum habent, sunt præcipue *quatuor*. *Primo* ut sanguis jam retortidus, & nimis biliosus factus, ad debitam temperiem reducat. *Secundò* ut succi alibilis depravatio, ejusque in materiam fermentativam alteratio inhibeat, aut saltem minuatur. *Tertiò* ut circa morbi declinationem, sanguis crebra desflagratione depauperatus & materiae morbificæ seu adustæ confusione impurius factus restauretur, atque, uti par est, volatilis reddatur. *Quartò* ut symptomatis, quæ in morbi decursu maxime infestant, cum remediis idoneis tempestive succurratur: quod his intentionibus satisfiat, methodo sequenti utendum consulo.

Circa prima morbi initia, si humore bilioso è valis choledochis exundante, & in ventriculum suffuso, æger sit in vomitum proclivis, instanti paroxysmo uberior ejusdem evacuatio leni Emetico proritetur: Venæ sectio, & purgatio, non nisi paroxysmorum interstitio debet adhiberi: dum enim sanguis immaniter effervescit aut in sudorem exsolvitur, natura ab opere incepto non debet avocari, nec molimina ejus à medicorum præscriptis inturbari: quare post accessionem præteritam, & sudorem integre finitum, leni cathartico purgatio instituat, eademque postea simili occasione aliquoties repetatur: hæc enim methodo, non solum materiae excrementitiæ proventus primis viis subducitur, sed præcipue vasis choledochis inanitis, è massa sanguinis bilis copiose emulgetur, indeque versus crasin naturalem cruor refluitur. Sanguinis missio si indicatur, statim ab initio celebretur; sic enim liquor ejus nimis turgescens eventilatur, quo & succum nutritium minus pervertat, & urgente paroxysmo mitiori incendio unà cum materia morbifica deslagret: secus autem, si post longam ægrotationem vena secatur, quando sanguis depauperatus & aquosior factus, plus materiae morbificæ congerit, ipsamque minus recte coquit, & excernit, multum de naturæ viribus detrahitur, de morbi potentia nihil. Accessionum intervallo, cum nec venæ sectioni, nec purgationi locus sit, constanti enematum usu, alvus soluta servetur: etiam remedia digestiva ex liquoribus & pulveribus acetosis, aut salinis, exhibeantur: cuiusmodi sunt cremor Tartari, sales herbarum fixi, Tartarus viriolatus, Cornu-Cervi ustum, Spiritus Vitrioli & Salis, &c. hæc enim viscerum fermenta amissa, aut consopita restaurant, sanguinem fundendo depurant, necnon materiam morbificam secernunt, ac velut præcipitant: etiam hoc tempore intercalari, si quando vigiliae pertinaces infestant, & ægri vires atterunt, liceat remedia anodyna, & blande narcotica, exhibere: in accessione verò nequaquam: tunc enim febrilis materiae subactionem, & secretionem valde impediunt, & paroxysmum citius desituro diu protelant.

Hæc de agendis circa accessionum interstitia: urgente autem paroxysmo, licet ægri potissimum accersunt ac inelamant Medicos, atamen eorum præscripta hoc tempore breviori limitantur scopo: si Vomitus (licet emetico prius adhibito) usque infestet, à liquore posseti, aut simplici aut cum herbis amaris incoctis, liberius provocetur: potissima autem jujaminis ratio sit in contemperandis calore & siti, quæ in hac febre solent ægros graviter torquere: dum enim sanguis cum materia morbifica effervescens, ac in corde accensus in pulmones exsilit, immanissimam illic phlogosin concitat, quæ frigidi humoris veluti proflamma extinguenda perfusionem exigit: quare potum sine modo & mensura ingerere appetunt; quo destituti præ nimio fervore ægri exsolvantur, eorumque sanguis fere totus, velut in flammam & fumum rarefactus, circulationis filum haud facile continuat, quare potus febricitantibus omnino concedi debet: qui tamen, si larga nimis quantitate ingeratur, sanguinem astantem primò magis exagitat, & materiae febrilis secretionem inceptæ denuo confusionem parit: ut proinde subactionis & secretionis opus diutius pertrahatur, & paroxysmus fiat longior: præterea item magna potus ingestio ventriculo molestias facit, ipsumque perturbando, & sæpe vomitum ciendo, diaphoresin impedit, & sudorem erumpentem;

tem, aut forsitan eruptum istus revocari: quare, accenso primum febris calore, ægri licet subundi, solum pituitando bibant, & quantum licet se contineant, postea cum materia combusta, & subacta, sudore incipit dissilari, genio hac ex parte liberius indulgeant: sic enim diaphoresis valde promovetur, & paroxysmus citius finitur: quoad naturam potus, modò liquor posseti, modò cervisia tenuis, aut aqua hordei propinetur, quandoque aqua fontana, aut simplex, aut succo limonum acidulata: in hoc casu, merito laudatur usus Salis prunellæ, in quovis liquore exhibiti: hic enim nitrositate sua sanguinem æstantem mire compescit, & sudores potenter movet: sæpius observavi, medio paroxysmo, ægros in lipothymiam, aut syncopen incidisse, ubi quæ statim infundi solent, cardiaca & liquores ardentis, febris violentiam plurimum adaugent, & solito majores molestias pariunt, ut paroxysmus difficiliter finitur: verum hæc deliquia ut plurimum contingunt, vel ab humore bilioso in ventriculum suffuso, vel propter sudorem derepente abruptum, & contra hæc remedium præsentissimum semper expertus sum: ut vel pluma gutturi indita vomitus provocetur, vel liquore tenui ubertim epoto sudor denuo suscitetur: etiam in toto hujus febris decursu, nulla omnino cardiaca aut alexiteria exhibere soleo.

Victus in hac febre solummodò tenuis, & minimè opimus institui debet; edulia quævis ex carnibus animalium parata omnino vitentur: hæc enim Sulphure cum abundant, sanguini effervescenti seu accenso pabulum (velut oleum flammæ suffusum) uberius præstant: nihil præterea spirituosum, ut sunt aquæ ardentes, cervisia fortis, aut vinum, concedatur: quin decocta aut juscula avenacea aut hordeacea herbis refrigerantibus alterata in maximo sint usu, item liquor posseti, & cervisia tenuis aut serum lactis pro ægrorum libitu propinentur: etenim hac ratione, cum succus alibilis admodum tenuis & aquosus sanguinis massæ convehitur, solutæ Sulphuris particule citius & cum minori tumultu deslagrant; etiam materiæ adustæ recrementa è cruoris sinu facilius eliminantur: sin è contra ditior & uberior nutritus adhibetur, effervescentia cruoris inde plurimum augetur, & materiæ adustæ confusione sanguis magis inficitur.

Postquam à crebris paroxysmis, sanguine plurimum deslagrato, febris in declinatione posita de fervore ac atrociam remiserit, cavendum est, ne ægroti tandem, adhuc convalescentes, in cachexiam, aut affectum scorbuticum impingant: etenim læsa viscerum crasi, & cruore valde depauperato, succus alibilis, licet non uti prius exasfetur, haud tamen ritè coquitur, & in sanguinem perfectum maturatur: quin ob *πρωπαρτίως* defectum excrementa serosa, Sale fixo imbuta, valde congeruntur, & modò in visceribus, modò in extremis partibus defixa, varios affectus pariunt. Quare in diuturno ægrorum languore, aut aliàs, citioris convalescentiæ gratia, exhibeantur remedia, quæ sanguinem volatilifent, viscerum infarctiones aut inhibeant, aut factas referent; eorumque fermenta velut extincta restituant: huic usui imprimis conducunt remedia & præparata, quæ vulgò digestiva & antiscorbutica appellantur; quibus tempestive adhibitis, novi plures imbecilles, pallidos, & quasi exsanguis, citò vim vegetam, & vigorem recuperasse.

Febris Catarrhalis, Anno 1658. medio Vere, Epidemica descriptio, prid. Calen. Junii habita.

NOvissimæ æstatis calorem immo-licitum, hyeme insequente, æque intensum gelu exceptum; adeo ut similem huic annum, propter utrumque tum æstus tum frigus excessum, haud quicumque modò viventium facile meminerit. Ab Idibus Decemb. fere ad Equinoctium verum, erat tellus nive oblecta, & à Borea jugiter sufflante, cuncta sub dio posita constanter obrigescebant: etiam postea, ab initio Veris fere ad Calendas Junii eodem vento adhuc spirante tempestas erat brumæ quàm veri similior; nisi quod interdum die forsitan uno aut altero præservido intercalaretur. Durante hyeme inter nostrates (nisi quòd febris quartana in Autumno contracta quosdam infestaret) status erat mediocriter salubris, à populari quovis morbo immunis. Incunte Vere, febris intermittens tertiana, (uti quolibet præterea anno asfolet,) nonnullos incessit. Circa finem Aprilis, derepente emicuit affectus, qui velut afflatu quodam à syderibus immisus, quamplurimos unà corripuit: ut in quibusdam oppidis, unius septimanæ spatio, plusquam mille homines simul decumberent. Symptoma hujus morbi pathognomicum, & quod primò ægrotantes invasit, fuit tussis molesta cum sputo copioso, necnon catarrho in palatum, gulam, & nares decumbente; adest etiam intemperies febrilis, quæ cum calore & siti, inappetentia, lassitudine spontanea, & dolore gravativo in dorso & artibus, ut plurimum conjungitur: quæ tamen febris in nonnullis erat remissior, ut fortas obambulant, & circa consueta vitæ munia toto ægrotationis tempore occuparentur, interim de virium defectu & languore, cibi fastidio, tussi, & catarrho, querentes: in quibusdam verò calida intemperies plurimum emicabat, ut lecto affixi, ardore & siti ingenti, vigiliis, raucedine, ac tussi fere continua molestarentur; interdum hæmorrhagiarum, in aliquibus sputum cruentum, & non raro dejectiones sanguinolentiæ huic affectui supervenerunt: qui corpore infirmo prædit, aut proVectæ ætatis homines hoc morbo corripiebantur, haud pauci interibant: robusti autem & constitutionis sanioris fere omnes convalescebant: qui huic morbo succumbentes interibant, plerumque ob vires sensim labefactas & colluviem serosam magis in pectore coacervatam, cum febre adusta & respiratione difficili, instar febre autica laborantium, emoriebantur. Circa hunc morbum, inquirere oportet, qualem habuerit causam procatarticam; ut medio vere derepente emergeret, eodemque infra mensis spatium fere tertia pars hominum afficeretur: dein signis & symptomatibus sedulo collatis, assignari debent, hujus morbi ratio formalis, item criseos & curationis modi.

Ventum Borealem, producendis catarrhis aptissimum esse, præter Hippocratis testimonium, experientia communis suffragatur: cur autem, non toto hyemis ac veris tractu, catarrhi, saltem sporadice increbuisent; sed tantum unius mensis spatio, & tunc cum febre conjunctus, hic affectus Epidemice grassaretur, ratio haud planè constat. Scio plures causam deducere ab inæquali (pro isto tempore) æris intemperie: qui, licet plerumque frigidior, tamen aliquando remittente Borea, die uno aut altero præservidus extabat: quare ab hac *αμφότῳ*, velut à frigore possit incallescere suscepto, homines communiter

ægro-

ægotare poterunt: huiusmodi causa evidens forsitan pro nonnullis hac ægritudine afficiendis sufficeret; at verò pro excitando affectu ita derepente exorto, & communissime grassante, præter talem occasionem magna procatarris seu prædispositio requirebatur; namque supponi debet, quòd cuncti fere homines ad hunc morbum suscipiendum fuissent proclives, secus nulla causa evidens, vim suam ita potenter in plurimos exerceret: quare verisimilius videtur, quòd ab anni intemperie, & maxima inordinatione, hic morbus originem duxerit: & sicut febris intermittens Autumnalis superius descripta fuit productum immodici caloris præcedanei, ita hæc febris catarrhalis ab anni tractu succedente nimis impense frigido omnino dependeret: enimverò sanguis ab æstate præterita jam retortidus, & in febrem superius descriptam proclivis, dein urgente autumnæ acetosior factus, & in febrem quartanam aptus, postea ob intensum brumæ frigus parum eventilatus, & à debita perspiratione prohibitus, dyscrasiam adhuc retinuit, eandemque pro data occasione luere in promptu habuit: quare cum medio vere sanguis (uti vegetabilium succus) vegetior factus, nec non efflorescere, & luxuriari inceptus, ob *viscositatem* adhuc continuatam, inter circulandum angustaretur, in febriles effervescentias erat facile proclivis: cumque latex serosus in cruore redundans, propter poros usque à frigore strictos extus evaporare nequiret, intus restagnans & præcipue in pulmones, (ubi *stagnatio* externæ aliquid succedaneum peragitur) decumbens, tussim ita crebram & molestam excitabat.

Hujus itaque morbi origo & formalis ratio in duobus præcipue fundatur, quòd nimirum una contigerint sanguinis effervescentia solito major, à tempestate verna inducta, simulque *viscositas*, sive magna pororum contractio, à tractu temporis præcedaneo nimis impense frigido excitata; ut propterea sanguini in vasis efflorescenti haud liberum concederetur spatium: res ita se habuit, ac si vinum effervescente inceptum, vasis strictim oclusis imponeretur; namque hac ratione, tum vasa, tum liquor, disperdi periclitantur.

Quare, ut rei summam brevi contraham: Quòd hic morbus, medio vere exortus, statim latissime grassatus, quamplurimos occuparet, in causa fuit, haud maligni aëris afflatus, quo, velut syderatione percussis ægri afficiebantur, prout nonnulli volunt: verum quòd hoc tempore sanguis, à constitutione verna inspiratus, adeoque luxuriari, & effervescente aptus, in motu coarctaretur, ac effluvis intus cohibitis non satis eventilari potuerit. Quolibet anno licet temperato, usitatum est vere, & autumnò, morbos quosdam epidemicè regnare; quoniam scilicet hoc tempore sanguis redintegratus veluti de novo efflorescit, ideoque febres intermittentes, ac interdum variolæ hac tempestate passim increbrescunt; quare nihil mirum, post anni constitutionem maxime inæqualem, & à naturali distiam, cum hoc Vere sanguis vegetius intra vasa ebulliens, propter *stagnationem* impediam, libere circulari, & satis eventilari nequiret, si exinde magnæ inordinationes sequantur, & à communissima hac causa affectus valde Epidemicus excitetur.

Quoad symptomata huic morbo adjuncta; intemperies febrilis, quæque huic appenduntur, præcordiorum æstus, sitis, lassitudo spontanea, dolor in capite, lumbis aut artibus gravativus, à sanguine plus effervescente, nec satis eventilato inducebantur: hinc in plerisque tenuioris cruo-

ris parte excoacta, ac reliquo liquore solummodo in confusionem acto, synochus simplex, sive plurium dierum inducebatur, atque hæc intra paucos dies plerumque cessabat: in nonnullis autem, vitiosa sanguinis diathesi, aut malo corporis habitu præditis, huiusmodi febris, propter eandem causam exorta, cito in putidam valde periculosam, & non raro lethalem, transit.

Tussis cum catarrho hanc febrem comitata, ab humore seroso, propter transpirationem præpeditam diu in sanguine coarctato, & dein, effervescentia oborta, arteriis intus dehiscens magis exsudante, originem traxit: cum enim pori constringuntur, serositates in sanguine superflua, exterius evaporare solita, propiori sanguinis lustratione in pulmones suffunduntur: quare à frigore (uti vulgo dictum est) suscepto, hoc est, à transpiratione extus præpedita, tussis ut plurimum concitatur: atque, in procatarris ad hunc affectum, seri in cruoris massa exundantia locum sere primum obtinuit: namque à frigore diurno, sanguinis assationem, seu bilis proventum impediens, atque laticis aquosi *stagnationem* prohibens, necesse erat plurimum serosi humoris in sanguine coarctari: quare, cum sanguis, à Vere efflorescens, effervescentiam concepit, seri exundantia, ejusque in partes interiores suffusio, primò tussim, velut proprium hujus morbi symptoma, inferre solebat: ac in quibus sanguis, à seri mixtione diluitor factus, tussis, & affectioni Rheumaticæ fuit maxime obnoxius, ipsi ab intemperie febrili cum leviori plaga absolvebantur.

Hujus morbi prognostis circa privatas personas plerumque facilis est, ut à primo statim insultu eventum prodatur: nam si in corpore robusto, & prius sano hæc ægritudo excitetur, sitque intemperies febrilis moderata, & sine gravi, & horrendo quovis symptomate, res periculo vacat, & affectus ita levis momenti reputatur, ut vulgò tantum frigus contractum audiat, & plerumque nec Medicus consulatur, nec remedia, nisi trita, & facile parabilia adhibeantur. Sin verò hic affectus in corpore imbecillo, & in valetudinario, cum malo apparatu contigerit, sitque aut febris in putidam eversa, aut tussis ingravescens, respirationem difficilem, & constitutionem velut tabidam inducat, morbi eventus plurimum suspectus est, & non raro in mortem terminatur. *Prognosticon commune*, quod hinc circa anni statum futurum desumitur, nihil valde timendum continet, aut insigniter malum ominatur; propter inæqualem anni intemperiem, ac magnos æstus, ac dein frigoris excessus, morbos à dyscrasia sanguinis oriundos liceat timere; verumtamen à præfenti statu, neq; auram insigniter depravatam, aut venenatis halitibus infectam suspicamus; ut hinc pestis, aut malignioris morbi imminentis criterium habeatur.

Quod ad therapeiam attinet, quando hic morbus levius insiguitur, ejus cura ut plurimum naturæ relinquitur: etenim hæc febris, cum sit tantum synochus simplex, intra paucos dies per diaphoresin judicari solet: quare à sudore copioso plerumque circa tertium diem aut quartum calor & sitis, lassitudo ac dolores gravativi sedantur: deinde tussis diutius protracta postea paulatim remittitur, & demum ægri sensim convalescunt; si quando hic affectus altiores radices egerit, remediis idoneis & exacta medendi methodo opus est; febris ingravescens juxta leges in putrida observandas sanetur: verumtamen cum hoc discrimine, ut quoniam transpiratio præpedita, & humoris serosi in pulmones suffusio præcipue in culpa sint,

sint, idèd diaphoretica & remedia dicta thoracica crebrioris sint usus; hæc enim feri è vasis intus exundantiam cohibent, ipsamque aut poros referando foras convehunt, aut à cruoris sui præcipitando per ductus urinarios amandant; itaque medicinae methodus pro hoc morbo in pejus evectio respiciat tum *intemperiem febrilem*, cujus sanandæ gratia juxta intentiones in febre putrida adhibitas dirigatur: tum *affectionem Rheumaticam*, quæ tamen sit indicans secundarium, & remedia non quælibet expectorantia, aut contra tussim usitata, sed ejusmodi tantum admittit, quæ febrem minime intendunt: horum formulæ, & medendi occasiones, è præceptis pro curatione *febru putridæ*, & *tussis* passim traditis petantur: auxilia, quæ nunc crebrâ experientia in hoc morbo opem præcipuam contulisse vulgò perhibentur, sunt *diaphoresis* sive *procuratio sudoris*, & *sanguinis missio*: etenim vasis hoc aut illo modo depictis, tum immodica sanguinis effervescencia, tum feri exuberantia cohibentur.

Febris Epidemica, sub initium Autumnii, Anno 1658. exorta, descriptio, habita Idibus Septembris.

Febris vernalis modò descripta vix ultra septimum duravit, ut plane videretur ea tantum levior sanguinis efflorescentia, quâ nimum in vere turgescens, simulque ob ventilationis defectum spatio coarctatus, instar multæ uribus inclusi impetuosius ebullit, ac dein sponte cessavit. Exinde tamen, prout neque annus, ita nec sanguis noster debitam temperiem recuperabat, adeoque in novam usque febrem fomes alter cito congestus est. Quippè post solstitium æstivum, Boreâ adhuc flante, tempestas frigida diu perfluit, ita ut fruges ac legetes hoc anno vix ad maturitatem perducere posse agricolæ vererentur: posthac autem, paulo ante calendas Sexules, calor intensissimus per plures dies insequutus est: & jam regnante Sirio aër impense æstuabat, ut sub dio versari plerumque tæderet. Propter hujusmodi æstus ac frigoris excessus, hujus anni temperatura fuit maxime inæqualis: quapropter sanguinem nostrum modo figi, ac velut congelari, modò præassari nimis, ideoque à crassi naturali in retorridam, aut atrabiliariam perverti necesse fuit; etiam poros cutis à constitutione recta plurimum alterari, ut proinde transpiratio insensibilis haud solito more perageretur.

A quo desit febris superior, fere ad occasum Caniculæ fuit status salubris, & morbi cuiusque popularis immunis: deinceps verò, pauci primò in villis, ac vicis minoribus sparsim ægrotarunt; postea autem circa finem mensis Augusti, febris nova repente exorta, per totas regiones, undequaque in vicinia nostra grassari cepit; hæc etiam, prout altera, quæ novissimo autumno increbuit, in pagis, & villis rustlicanis præcipue defævit; interea tamen urbium & oppidorum majorum incolæ rariores decubuerunt. Eodem tempore in aliis regionibus procul hinc distitis, imò per totam fere *Angliam*, febris Epidemica grassari ferebatur, etiam in aliis quibusdam locis longe crebriora funera quam hic inter nostrates audiebantur. Forsan hujus febris modò regnantis *Idea*, ejusque symptomatum apparatus haud ubique locorum per omnia similis existit, aut iisdem prorsus phænomenis & accidentibus insignitur: quicquid tamen circa naturam ejus, prout in vicinia nostra se habuit, observatione propriâ, aut ab aliis communicatâ edidici,

succinctè ac breviter subjeciam.

Circa primâ hujus morbi initia fuit typus ejus vagus, & valdè incertus, quippè in nonnullis aderat effervescencia continua, in aliis intermittens, & paroxysmis stas interpolata; quamplurimis verò ægrotantibus velut *symptoma* hoc tempore *pathognomium* accidit, in *cerebro & nervoso genere se male habere*, ut statim à febris hujusce primordiis de capite graviter affectio fere omnes quærentur: quippe alios cephalalgia immanis, alios gravitas auditus cum tinnitu aurium infestant; plerisque verò aut torpor, & somnolentia gravis, cum affectu vertiginoso, aut vigilis pertinaces, cum delirio & spirituum animalium distractionibus accidere solebant. Observavi in nonnullis, quòd primo, aut secundo ægrotationis die, maculae latae & rubicundæ morbillis similes, in toto corpore sensim eruperint, quibus brevi postea evanidis, febris statim intensior, & præcipue affectiones capitis longè graviores evaserunt. Exinde quosdam torpor sensuum & somnolentia per plures dies inceserunt, ut sine loquela, aut amicorum notitia velut moribundi diu jacuerint. Novi alios hinc in lethargum, aliosque in apoplexiam coniectos, quosdam in deliria, & phrenesin incidisse. Ex his juniores, & robustæ ætatis homines (non sine diuturno tamen languore, & dubia convalescentia) complures evaserunt; interea senes, aliàs imbecilles, ac invaleudinarii passim interibant. Qui febre velut continua cum illis malignatis notis decubuerunt; rariores, & in quibusdam tantum ædibus sporadice affecti extiterunt. Quæ verò in nostra vicinia ægrotatio communissime grassata plurimos incesit, atque etiamnum graviter defævit, typum febris intermittens, scilicet aut *Tertianæ*, aut *Quotidianæ*, imitari videtur: siquidem in diebus aut singulis, aut (quòd sæpius observatur) alternis, ægri paroxysmos habent, qui cum frigore, æstu, ac sudore, ordine succedentibus, eos diu ac graviter infestant: hujusmodi verò accessiones, necnon totius morbi decursus, pro diversis ægrotantium ætate, ac temperamento, cum varia symptomatum & accidentum *evolutione* insigniri solent. Hoc tamen plerisque (penè dixerim omnibus) decumbentibus commune est, unâ cum hac febre affectibus cephalicis male plecti.

Cum itaque hoc morbo quispiam afficitur (sive ex causa evidenti, aut contagio, sive absque occasione manifesta ægrotatio exciteur) dolor in capite, & non raro in lumbis, cum siti, inappetentia, lassitudine spontanea, ac calore licet minus intenso, ejus advenum produnt: si in corpore juvenili, sanguinis floridi, & temperamenti calidioris, accidat, circa ejus initia, paroxysmi frigore, aut rigore carent, æstu tamen & diuturno aeri sunt plurimum molesti: ægri vomitu sæpe tentantur, usque caput plerumque immaniter dolet; sudor difficulter succedit, qui sæpe partialis ac cito interruptus paroxysmum raro solvit, quin cum sudore desierunt; denuo incallescunt, ut vix intra horas 18. aut 24. in quibusdam accessio finiatur. Interim à cruore admodum effervente phantasia perturbatur, ut sæpe delirium, fabulatio absurda, vigilis, & summa inquietudo durante paroxysmo concitentur; eodem verò finito, interstitii tempore, adhuc suis molesta, calor lentus, virium languor, & spirituum magna debilitas, cum cephalalgia & affectu vertiginoso, plerumque infestant. Raro inveniuntur, qui, prout in tertiana communi, accessorum intervallis se mediocriter habent. Circa morbi principia, exacer*

exacerbationes febriles paulò mitiores existunt, quæ postea qualibet vice sensim ingravescent, & dein cum frigore, aut rigore incipiunt; cui tamen post æstum diurnum & valde molestum sudor ægre in plerisque succedit, ita ut paroxysmus raro in temperiem debitam finiatur. Intra sex, aut septem periodos, ægrotantium vires plurimum atteruntur, ut languidi & imbecilles facti difficile habeant pensum cum morbo colluctari; quippe nisi ab arte naturæ succurratur, febris usque prævalet, & raro aut numquam intra breve tempus aut crisi solvitur, aut sensim remittit: quin affectos diurnâ obsidione in summas angustias adducit, eo usque nimirum persistens, donec sanguis, à crebra desflagratione valde effoetus & aquosior factus, sponte in vasis nimium effervescente, aut in corde uberius accendi sit omnino inhabilis; & tunc non raro ita vapidos, & spirituum inops evadit, ut lampadi vitæ prorogandæ insufficiens mortem accersat. Interdum vero cruoris massa, ab hoc morbo depravata, & inops facta, ignem vitalem semi extinctum (ægrè licet) perennare, ipsumque dein cum spiritu & vigore paulatim, & diuino tempore, redintegrare valet: interea tamen post statum hujus morbi, cum sanguis debilior, simulque impurius factus, materiam febrilem, seu recrementa adusta motu critico foras expellere nequit, eadem cerebro transfert; ideoque circa febris hujus *παύσιον*, spirituum torpor, & stupiditas, somnolentia, vertigo, aurium tinnitus, tremores, & motus convulsivi, cum magna totius facultatis animalis oppressione sæpiissime inducuntur.

Qui frigidioris temperamenti, aut provecioris ætatis homines, hoc morbo corripiuntur, licet minus acute febricitent, cum majori tamen vitæ periculo decumbere solent: quippe in his præter sanguinis diathesin haud facile reducibilem, etiam in paroxysmis, quod extraneum & non miscibile congeritur, ægre subigitur, & difficulter à cruoris massa secernitur: quare & sanguis in crasi sua usque insignius depravatur, & in singulis paroxysmis impura mixtione magis inficitur: insuper liquor nervosus à debita temperie valde pervertitur, & recrementis adustis cerebro continuo suffusus pessimè inquinatur. Cum itaque senes, melancholici, aut alias invaletudinarii, in hanc febrem incidunt, à primo ejus insultu statim torpidi, & plerumque vertiginosi evadunt: in paroxysmis licet calor sit minus acris & mordax, inquieti tamen, & plurimum jactabundi degunt, sæpe incongrue, & delirè fabulantur: post diutinam incalescentiam sudor aut nullus, aut tantum partialis, & crebro interruptus succedit; quo paroxysmus haud plene solvitur: quin totis intervallis ægri sitibundi, cum oris siccitate, linguæ scabritie, & amurcæ viscosæ suffusione, male habere perstant. Post aliquot paroxysmos, viribus summe dejectis, aut lecto affiguntur penitus, aut parumper interdiu suscitati, vix stare, aut è loco in locum, pedetentim licet, incedere valent; interim languore, respiratione difficili, sensuum torpore, & totius nervosi generis imbecillitate magnâ laborant. Urina in plurimis intense rubicunda est, coloris saturati magis, & consistentiæ crassioris, quam in tertiana communi: pulsus, dum vires non omninò prostratæ sunt, plerumque robustus est, & æqualis: postea, cum ægroti valdè oblauescunt, debilis, inæqualis, ac sæpe intermittens existit; cui etiam tendinum contracturæ, & motus convulsivi in carpis adjuncti, prognostici ut plurimum lethalis occasionem

præbent. Qui sensim debilitati versus mortem declinant, aliquo ante obitum spatio, plerumque sine loquela, aut adstantium agnitione, velut stupidi decumbunt; raro accidit in hac febre, ut quispiam moribundus, memoriâ & intellectu vegetus, res familiæ suæ disponat, aut amicis valedicat. Quos verò è languore summo, & statu fere deplorato evadere contingit, haud subita & manifesta diacrisi cito emergunt; verum diu vacillantes, torpidi, ac enerves jacent, ut, non nisi post dubium & difficile certamen, natura tandem vix ac ne vix quidem morbo potior extiterit, & dein lentâ ac diurnâ convalescentiâ vires gradatim recuperet.

Si natura, & formalis ratio febris Epidemicæ modò descriptæ inquiratur, dicimus hanc (prout illam prioris anni) esse proprie intermittentem: quæ enim communiter grassatur hujusmodi typum gerit; licet continuæ quædam rariores intersparsæ sunt, quas etiam mox obiter perstringemus. Hujus seminarium non opus erit ab aère miasmate quodam infecto derivare, quin potius causam ejus *παύσιον* ab indebita anni constitutione, & exinde sanguinis nostri indispositione acquisita petere. Quippe, vere, & autumnò, febres intermittentes quotannis increbrescunt: quia nimirum sanguis noster, æque ac vegetabilium succus, his temporibus solito vegetius commoveri, ac efflorescere solet. Quare si cruoris massa, ob prægressam a statibus aut hyemis tempestatem, debita temperie alteretur, & diathesin aut acrem, aut atrabiliariam, aut alius generis contraxerit, ejus dyscrasie, prius inceptæ, circa æquinoctia potissimum maturantur: quando nimirum sanguis, uberius fermentescens, (si modò à crasi naturali desciscit) non ita facile sanguificat, quin succum alibilem, ei confusum, in materiam extraneam, & febrilem pervertere aptus fuerit. Cum itaque hic annus à constitutione recta plurimum deflexerit, (ut non solum Canicula præcedens, sed) bina retro solstitia, totidemque Æquinoctia omnino intemperata extiterint, nihil mirum est, si febres intermittentes solito crebriores, æque symptomatis quibusdam inusitatæ, insignitæ sub Autumnò ingravescant. Quòd igitur febris Epidemica intermittens hoc tempore deficiat, haud aëris præsentis vitio, sed tempestatis prægressæ anomaliæ attribuendum duco: à quibus tamen causis, & occasionum momentis symptomata in hac febre propria quædam, & à communi intermittentium norma distincta oriuntur, inquisita erit dignum. Dixi superius apparatus, quo hæc febris in mortalium perniciem instruebatur, in *duobus* præcipue constituisse; scilicet anni temperie modò impense frigida, dein succedens calidissima, tum *sanguinis nostri crasin vitæ perverterat*, tum *poros cutis constitutione indebita affecterat*. Juxta rationes ab utrisque petitas, hujus morbi accidentia explicare, ejusque phænomenon causas assignare satagam.

I. Primò observamus quòd febris hujus typus fuit varius, nimirum in his cum effervescentia continua, in aliis cum macularum eruptione, in plerisque autem intermittens, & instar tertianæ, ac interdum (licet rarius) quotidianæ, diebus singulis, aut alterius paroxysmos repetens; diversitatis hujus causam assignamus, quoniam hoc anno *ποσειδών* *αποκατάστασις* fortior & potentior erat, quam ut solummodo febrem intermittentem in Autumnò communiter assuetam produceret; quare in aliquibus (præiori forsan corporis habitu præditis) febres nonnihil malignas concitavit, & quibus juxta solitum tempestatis morem intermit-

rentes

intermittentes accersivit, eas peculiari symptomatum apparentia notari fecit.

II. A febre hoc tempore Epidemica (sive ea sit continua, sive intermittens) correpti, protinus malis capitis affectiones patiuntur; scilicet modò cephalalgia immani, modò spirituum animalium aut stupore, aut distractione nimia infestari solent. Hujus ratio est, quòd succus nervosus, æque ac sanguinis propter anni intemperiem, à crasi debita, scilicet natura dulci, ac spirituosa, plurimum alteretur, ac modò hebes & fere vapidus, modò acris nimium & pungitivus evaserit. Præterea item ipsa cruoris massa, huic malo valde contribuit; dum enim effervescat, effluvia vaporosa, que exterius diffilari oportuit, ob poros contractos, capitis membranæ, ac cerebro suffunduntur: atque propter hujusmodi *viscositatem* fere omnibus impressam, sudor ægre, & non nisi partialis, & sæpe interruptus, in paroxysmis succedit; hinc etiam in morbi statu crisis perfecta, aut spontanea ejus solutio, rarò & vix omninò contingit; quin, vice hujus, si res naturæ committitur, materies adusta, seu recrementa in cruore congesta capiti transferuntur, ibidemque affectus modò comatosos, modò phreneticos, eosque diuturnos, ac contumaces consistant.

III. Quòd paroxysmi interdum sine frigore, aut rigore incipiant, cum aestu tamen molesto, & sudore difficili, pariali ac sæpius interrupto diu protelantur; dein quatenus eodem finito ægroti rursus incalescant, ut non nisi longa halitus sicci evaporatione accessiones finiantur: in causa est nimis acris & biliosa sanguinis diathesis, qua, Sale & Sulphure adustis, potius quàm feroso latice referuntur, quando turgescit, sine prævio nervosæ materiæ fluore, pronus incendium concipit; ideoque ob feri defectum, & poros oclusos, exhalatione fere tantum sicci, desagratio ejus longo tempore continuatur, & vix tandem in *ἀποψήλας* desinit. Atque idcirco paroxysmorum interstitia, calore, & siti, cephalalgia, vertigine, aliisque affectibus, sunt plurimum molesta: quia scilicet materia febrilis in sanguine congesta, singulis paroxysmis haud tota discutitur, quin pars ejus post accessionem relicta, velut extranea & non miscibilis, effervescentiam fere continuam inducit.

IV. Observare est, quòd hac febre affecti viribus suis, & solita corporis firmitate confestim decidant, ut post unum aut alterum paroxysmum anhelosi, & valde imbecilles, vix pedibus stare, aut absque sustentaculo ambulare valeant; cum usitatum sit febre intermittente communi correptos, accessionum intervallis, satis vegete & alacriter se habere; discriminis ratio est, quoniam in hac febre, cruoris massa tum succi degeneris impura mixtione plus depravatur, tum præcipuè, quòd eadem à crasi naturali magis pervertitur, & propterea, quando extra paroxysmos minus ebullit, in cordis tamen sinibus haud rite, & æquabiliter fermentescit: quare cum à motu citiori, aut corporis agitatione quavis, sanguis in cordis sinus impetuosis urgetur, quoniam illic non totus statim accenditur, & foras exilit, stagnatione sua cordis oppressionem, & spirituum vitalium exsolutiones magnas infert. Propter hujusmodi cruoris dyscrasiam, qua nimirum fermentationi, seu accensione debite in corde sit inidoneus, etiam jumenta quædam, ac præsertim equi, tempore verno, aut autumnali, sunt anhelosi, atque ad motum rapidiorem valde inepti.

Tom. II.

V. Super hac febre ultimo inquirendum restat, quare villis, pagis minoribus, ac rari potissimum increbrescat; quando urbes, ac oppida majora leviori plagâ feriuntur. Videri autem possit, quòd hic affectus ad halitibus paludosis, aliisque noxiis, in hoc aut illo aëris tractu uberius congestis, excitetur: verum ratio melius constat, asserendo istiusmodi locorum incolæ frigori vernali, ac dein caloribus æstivis, magis expositos, dyscrasiam sanguinis majorem, adeoque in hanc febrem diathesim aptiorem contraxisse. Enim verò rure habitantes vix ædibus suis egrediuntur, quin solis radiis, aut aëris æstuantis favori exponantur. Insuper agricolæ, & rustici, durioribus negotiis assueti, (inter quos hæc febris maxime sævit) à labore, & exercitiis immodicis sub dio habitis, simulque victu pravo & aspero utentes, sanguinis diathesim adustam & retorridam, ideoque huic morbo aptiorem, citius acquirunt, quàm cives, & oppidani, qui, otio & victu salubri fruentes, in contubernis, aut plateis ædificiorum umbrâ refrigeratis sæpissime degunt. Hinc assertioni fides asstruitur, eò quòd non solum febris Epidemica modò deserviens verum & altera prioris Autumnæ, propter sanguinis dyscrasiam excitata, inter colonos & ruris incolæ potissimum increbit: quæ autem medio Vere febris popularis exorta est, à transpiratione præpedita præcipue dependens, cives, & oppidanos maxime infestavit: inter rusticanos, exercitiis & laboribus *diutius* liberiores procurare soliti, impunè debebant.

Hujus morbi prognosticon generale tantum omninari videtur, similem fere plagam huic successuram, ac quæ febrem prioris Autumnæ Epidemicam sequuta est, scilicet (augurio à sanguinis nostri intemperie potius, quàm ab aëris labe, desumpto) haud pestem, sed febrem quartanam denuò imminentem vereri liceat. Quoad *signa* particularem, ut signa, quæ mortem, aut salutem promittunt, brevi conprehendam: ea præcipue respiciunt vel sanguinis cum spiritu vitali, vel etiam succi nervosi cum spiritu animali, temperiem, & regimen. Si à pulsu, urinis, actionibus minus laesis, aliorumque symptomatum apparentia plane indicetur; quòd sanguis, quoad diathesim febrilem, à crasi naturali haud valde pervertitur, quòd in paroxysmis modice tantum desagraret, & materiæ febrilis farcinam in qualibet lucta facile subigat, & consortio suo penitus excutiat: quòd post aliquot accessiones ejusdem sanguinis massa versus temperiem debitam non nihil restituatur; quòd minus succum alibilem pervertat, & mitiori turgescencia quod extraneum est & non miscibile excernat: atque interea si liquor alter spirituofus cerebrum, ac corpora nervosa rite inflat, ac irrigat, ut somnus, vigiliae, sensatio, & motus, bene aut saltem mediocriter peragantur, de ægrotato liceat omnia bona sperare. Sin verò ex istis indiciorum fontibus constabit, quòd sanguis in hac febre crasin à naturali difficillimam acquisierit, si plurimum succi alibilis pervertat, & dein ab extranea & incongrua ejus mixtura cruoris liquor valde turbatur, & spiritus in confusione agitur; si in paroxysmis cruor intensè nimis & longo tempore desagraret, nec tamen materiam febrilem rite subigat, aut totam foras excludat, quin impura ejus miscela adhuc magis (& in qualibet accessione febrili usque magis) inficiatur, simulque, spiritibus continuo assumptis, pauperior evaserit, vitam ægrotantis periculose subjectam alexæ pronuntiare possumus. Super his, si liquoris nervosi accedant vitia, ut à debita temperie alteratus, aut hebes nimium, & quasi vapidus, cerebrum, & nervosum genus minus ætuet, aut, supra modum acris, eadem in spasmos, & distractiones continuo irritet; ac

V v

si præ-

si præterea effluvia vaporosa à sanguine continuo decidentia, aut recrementa adusta, sudore critico secerni solita, in caput transferantur, ibidemque affectus lethargicos, aut maniacos inducant, salutis spes admodum in præcipiti versatur, & eventum valde funestum timere licebit.

Circa hujus morbi *therapsiam* intentiones curativæ præcipue tres in considerationem veniunt. Primò, sanguinis, & liquoris nervosi ad crases naturales (quantum fieri potest) cita reductio, vel saltem istorum depravationis nimie præcautio. Secundò, ægotantium circa paroxysmos recta tractatio, quæ procurare debet: Primò, ut minus succi degeneris in paroxysmi materiam congeratur: Secundò, ut congesti penus qualibet accessione in totum dissolatur, quò in intervallis ægroti melius habeant: Tertio, ut corpore in melius alterato, remediis antifebrifugis paroxysmi inhibeantur. Tertia intentio respicit symptomata, præcipue urgentia quibus tempestive occurratur, quo natura, minimè impedita, quidquid in visceribus, aut vasis contentum intemperatum sit, reducat, extraneum subigat, & excernat, atque cito demum vim vegetam, & vigorem pristinum recuperet.

Primò igitur pro sanguinis & succi nervosi reductione, & emendatione, diversimodæ evacuationes, circa initia ægotationis, in hoc morbo bono cum fructu adhiberi solent. Vomitoria in hoc affectu, potius quàm in tertiana communi insigniter ex usu esse, è praxi moderna satis constat: quare in corpore robusto, ac in vomitionem proclivi, sub initium secundi aut tertii paroxysmi pharmacum emeticum propinari convenit. Hujus operatio in hac febre magis prodelle videtur, & quatenus è ventriculo fordes, ac vasis choledochis bilem flavam uberius evacuat, & quoniam serosum laticem è nervosi generis emunctoriis, circa pancreas, & intestina consitis, copiose exprimit, & proripando emulget. Quare observamus, à vomitorio adhibito, circa capitis affectus ægotantes se melius habere. Purgatio (quibus vomitio non convenit) die paroxysmum sequenti velut succedaneum instituitur; etiam emetico licet præmissio, dein post unam, aut alteram successivam ritè succedat: verumtamen cum pharmaco tantum miti, & benigno, quod sanguinem minimè perturbet, aut exagitet, peragatur. Nobis solenne est in his febribus, medicamine quovis Aloetico, aut Diagridiato, posthabito, tantum infusionem, aut pulverem, ex Senna, Rhabarb. & Santal. Citrin. cum Tartaro, ac Sale Absinthii exhibere, atque hujusmodi purgationem haud longè nimis à morbi initis celebrare: aliis verò temporibus, crebro enematum usu alvum solutam reddere. Vena-sectionem in hoc morbo apprimè utilem crebra experientia satis edocuit: cum enim, ob poros in omnibus solito constrictiores, sanguis à febre effervescentes ventilatione indigeat, sanguinis missio *diversis* liberioris vicem supplet, præcavetque, ne effluvia cohibita adeo promptè cerebro, & nervoso generi suffundantur. Attamen hoc remedium præcipue indicatur à sanguine præservido, & temperamento calidiori, neque indifferenter senibus, pituitosis, aliisque valde imbecillis usurpari debet, nisi forsitan in exigua quantitate, ut cruoris massa nonnihil eventiletur, & materiæ febrilis in cerebrum metastasis inhiberi possit. Si venam secari convenit, circa febris initia, aut saltem ante quartam aut quintam accessionem, fiat: scilicet priusquam cruor à de-

flagratione crebra effectus valde, atque materiæ adustæ confusione impurus nimium reddatur: quippe, si cruore insigniter labefactato phlebotomia celebretur, spiritus vitales, ac ægroti vires inde plus debilitantur, nec tamen de morbi potentia, aut causa ejus quidquam detrahitur. Restat alius evacuationis modus in hac febre celebris, per emplastra nimirum vesicatoria, variis corporis partibus adhibita; hæc adeo juvenem præstare vulgò observantur, ut inviti, ac tale remedium valde perhorrescentes, aliorum exinde melius habentium exemplo ducti, illud facile admittant. Quo ritu cuticulam à cute segregent, & quasi in vesicam aquæ plenam attollant; an humorem istum aquosum, & limpium, ex arteriis, an ex nervis expriment, non est hujus loci disquirere: ea tamen in hoc morbo utiliter adhiberi, præter experientiam, ratio hæc nonnihil suadere videtur; quia nimirum hujusmodi ferosi laticis larga profusio transpirationis liberioris defectum quadantenus compensat: insuper hoc remedii genus velut fores, & ostia patefacit, quibus & sanguis, & succus nervosus materiam extraneam, ipsis confusam, purgamento propiore illico excernant; quare in peste, & affectibus malignis, vesicatoria valde proficua æstimantur. Etiam communi observatione constat, quòd in hac, aliisque febribus, eadem tempestive habita, graviores capitis affectus præcaveant, atque iidem prius inductis opitulari soleant: quare in pituitosis, senioribus, ac frigidioris temperamenti hominibus emplastra epispastica circa primum hujus morbi insultum præservationis causa applicari possint, atque in aliis quibusvis torpore, vertigine, aut cephalalgia immani laborantibus, propter eorumdem affectuum curationem utiliter adhiberi solent. In constitutionibus verò impense calidis, ubi cum seri defectu sanguis aduritur nimium, atque si febricitantes cum æstu intolerabili, vigiliis, aut phrenesi sunt obnoxii, vesicatoria minus ex usu esse videntur.

Pro sanguinis crasi, necnon viscerum tenore emendandis, temporibus intermediis, quando ab evacuationibus modò citatis parumper vacat, locum habent remedia attemperantia, atque digestiva, quæ nimirum sanguinis liquorem fundunt, ejusque sæculentias segregant, & velut præcipitando versus emunctoria deturbant: propter ejusmodi intentiones proinari solent Julapia, & decocta refrigerantia, spiritus Vitrioli, Salu, Tanarindu, succo Aurantiorum, aut Limoniorum acidulata, quorum formulæ satis elegantes vulgò prostant. Etiam in hunc finem conducunt pulveres acetosi, salini, resaceti, scilicet ex Tartaro, Halinitro, salibus herbarum fixis, è Cornu cervi usso, item chelis, aut oculis cancrorum parati. V. g. R. Cremoris Tartari drach. 3. Salis absinthii, drach. 1. cum semiss. dosis drachm. sem. in decocto aperiente bis in die extra paroxysmum. Vel, R. Cremoris Tartari drach. 2. pulv. oculorum Canceri drach. 1. nitri purificati drachm. semiss. Misc. propinetur eodem modo. Vel, R. Cornu cervi ussi drach. 2. spiritus Vitrioli qu. pulvis imbibendo excipiet, dosis est scrup. unus. egregii usus est, cum febricitantes lumbricis infestantur. Hujusmodi remedia materiæ febrilis secretionem promovent, necnon sanguinis, & viscerum fermenta fere deperdita restitunt.

Secunda intentio, scilicet ægrotorum circa paroxysmos recta tractatio, plura comprehendit. Primò institui debet idonea victus ratio, quo succi degeneris in paroxysmi materiam congestio plenior inhibeatur: quare alimentis solum tenuibus ægri vescan-

ovis, potu generoso, & esculentis quibusvis opiparis omnino abstineant; solum decoctis hordeatis, aut avenaceis, panatella, sero lactis, & cervisia tenuiori contenti: siquidem uberius alimentum minimè coquitur, aut assimilatur, quin ventriculum aggravat, & cruori confusum ejus liquorem perturbat, & impetuosius effervescente cogit. Ingruente *paroxysmo*, & pro tempore durationis ipsius, nisi pro siti restinguenda, nullum alimentum ore assumatur: pro temperandis vero calore & siti, Julapia, & decocta refrigerantia, & imprimis cerevisia tenuis, & serum lactis concedi debent. *Secundo*, paulò antequam accessio febrilis expectatur, pharmacum lenè exhibeatur, quod *paroxysmum*, vel præcavendo arceat, vel diaphoresin facilius procurando faciliat: in hunc usum confert Doctissimi Riverii potio febrifuga, ex aqua Cardui, cum oleo Sulphuris, & Sale absinthii: vel, & Cremoris Tartari, Salis absinthii, sem. urtica, an. scrup. i. detur in decocto radicum Acetosæ. Cum febris declinare inceperit, & *paroxysmi* paulò remissius habeant, Epithemata febrifuga exterius applicata accessiones febriles non raro inhibent. Interea tamen, quamdiu *paroxysmi* repetunt, ægri tractentur aded, ut, qualibet accessione, materia febrilis in sanguine congesta penitus dissiletur; quare, cum sudor ægrè succedit, Medicamentis temperatis, paulò excitetur: etiam in lecto cum blanda diaphoresi ægri se detineant per plures horas, nec ita nimis excitari permittantur: etenim sæpius observavi ægrotantes usque deterius habuisse, quoniam lecti impatientes, priusquam effluvia vaporosa satis exhalarint, vestes induerunt.

Tertio, quoad symptomata, & accidentia particularia, quibus ægroti in hac febre infestari solent, eorum quamplurimis, cum remediis, & curationis methodo hætenus descripta, satis prospicitur: contra sitim, ardorem, oris & linguæ scabritiem, vomitus, diarrhœam, syncopen, aut lithymiam metum, præscriptiones in aliis febribus vulgò usitatæ satis commodè huc transferri possunt: quæ autem peculiarem medendi methodum in hoc morbo exigere videntur, sunt imprimis capitis, & cerebri, cum nervoso genere affectiones, quibus ni tempestive occurratur, exindè in magnum vitæ discrimen ægrotantes citò adducuntur: circa hujusmodi capitis mala indicationes sunt duplicis generis: si ex torpore, somnolentia, vertigine, aut cephalalgia constet, succum nervorum nimis hebetem, & quasi vapidum existere, idè que cerebrum & corpora nervosa non vegete satis actuare: præter remedia superius tradita, & imprimis vesicatoria, in hoc casu optime conducunt medicamina Sale volatili referta: quare spiritus Cornu-cervi, sanguinis, necnon Sales eorundem, egregii sunt usus: sin verò liquor nervosus sit nimium acris, aut effluvia, à sanguine æstuante suffusa, spiritus animales in distractiones agant, ejusmodi è Sale volatili remedia, paulò in minori quantitate, cum fructu adhibentur. Insuper crebra sanguinis missio, & medicamina ejus fervorem demulcentia conducunt, uti emulsiones, serum lactis, aqua simplex uberius propinata; opiata in hac febre caute admodum usurpentur, nam phrenesis ab iis sedatà sæpius in lethargum, aut altum stuporem commutatur. *Hactenus THOMAS WILLIS.*

Tom. II.

THOMÆ SYDENHAM

Febris Pestilentialis & Pestis, Annis 1665, 66. Londini grassantium, descriptio, &c.

IN superioribus obiter admonui è febribus nonnullas in malignarum classe vulgò reponi, cum indomita symptomatum sevitia, quæ huic opinioni patrocinari videtur, non à venenosa morbi indole, sed à therapeia perperam administrata proficiscatur. Nam cum ad morbi solutionem à natura destinata haud satis attenditur, sed alia medendi ratio temerè instituitur, hinc perturbatà totius corporis œconomia, ac omnibus susque deque conversis, non modò tristissima rerum facies ultra consuetum morbi morem inducitur, verum morbus jam à seipso alius, etiam anomalis accidentibus velut alienigenarum satellitio stipatur. Atqui *Febris verè maligna* non est omnium dierum morbus, utpotè quæ ab aliis Februm speciebus ob symptomatum anomaliam eà nomenclatura utcumque insignitis, totà suà ideâ ac ingenio dissideat. Reverà enim cum ipsissimâ Peste specie convenit, nec ab ea, nisi ob gradum remissiozem, discriminatur. Quocirca utriusque affectus ortum ac curationem in eodem capite complectar.

Aëris massæ occultam ejusmodi sive crasin sive texturam obtingere, quæ diversarum diversis temporibus ægritudinum ansa atq; pararia existat, nemini obscurum est, qui modò animadvertit unum eundemq; morbum certâ aliquâ tempestate insignitam mortalium vim corripere, ac Epidemicum fieri, aliàs tamen unum alterumve hominem afflixisse contentum, ulterius non grassari. De variolis, ac imprimis de Peste, hujusce capitis argumento, res est sat superque manifesta.

At verò quæ qualisque sit illa aëris dispositio, à qua morbificus hic apparatus promanat, nos pariter ac complura alia, circa quæ vecors ac arrogans Philosophantium turba nugatur, planè ignoramus, quicquid sit, hoc saltem nomine Dei Opt. Max. clementiam ac bonitatem meritissimo jure veneramur, quod aëris constitutiones *disruptas*, id est, Pestem malorum omnium immanissimum, ac humano generi maximè internecinum inferentes, rariùs evenire voluerit, quàm quæ cæteris affectibus minus exitalibus suscitandis inserviant. Undè sit quod hunc orbem nostrum *Britannicum* Pestis vix frequentius quàm post annorum circiter triginta vel quadraginta intervalla (summo sc. perniciæ vigore, at tota furiarum acie) adoriatur. Quæ per annos aliquot Pestem insigniorem subsequentes, sparsim occurrunt pestiferorum funera, paulatim imminui ac evanescere solita, Pestilenti aëris diathesi etiamnum ex parte perseverandi, nec dum in aliam salubriorem penitus immutatæ attribuenda sunt, quippè quæ antegressæ messis dumtaxat spicilegia reputari debeant. A quibus etiam nuperæ luis reliquiis, sit ut Febres, quæ anno post graviozem Pestem uno aut altero passim grassantur; Pestilentes esse soleant; & licet aliquibus verè Pestis notis destitutæ, tamen ejusdem naturam ac indolem quamplurimum referant, nec non consimilem medendi rationem sibi vindicent, quem admodum inferius ostendemus.

Verum præter istam aëris constitutionem, cetera causam communiorem, accedat oportet & alia procatartica, nimirum *μιασμα* sive semini à pestifero

V v 2

pestifero

pestifero aliquo corpore, vel immediatè ac propiore consortio, vel mediatè ac per fomitem aliunde transmissi, susceptio. Hoc enim si instante qualem diximus aëris diathesi fieri contingat, ab exigua primùm scintilla mox horribile erumpit incensum, ac densatis undique funeribus, universo aëri per istum terræ tractum à Peste, tum laborantium halitibus, tum mortuorum cadaveribus, labes & contagium inducitur: adeò ut ad tritissimæ ægritudinis propagationem jam non amplius vel fomite, vel personali consortio opus sit, verùm quemcunque hominem, vel summa cura à Peste correptus semotum, ipse aër cum spiritu intro subiens per se ac suo Marte inficere valeat, modò ille corpus habeat humoribus ad allatum excipiendum paratis, referuntur.

Quamquam autem hic morbus, cum duntaxat sporadicus existit, nullo tempestatis discrimine paucos aliquot, tradito quasi per manus contagio, affligat, tamen ubi adest etiam Epidemica aëris constitutio, exoritur circa eam anni partem quæ inter Ver ac Æstivem ambigit, ut potè quæ ad producendam ægritudinem, cujus essentia in humorum φλογώσεσιν sive inflammatione, ut postea ostendemus, imprimis consistit, maximè idonea atque accommodata sit. Porro & sua habet Incrementi ac Declinationis tempora, non secus ac cæteræ rerum naturalium species. Nascitur eo quo diximus tempore, crescente anno adolescit, eodamque vergente collabescit, donec tandem aërem in diathesin huic morbo adversantem, glacialis bruma transmutet.

Quòd si tempestatum anni vicissitudines in hunc affectum nihil imperii exercerent, verùm seminum Pestilentiale, nullà aëris mutatione domabile de alio in alium perpetua propagationis serie transmitteretur, fieri non posset, quin ubi in frequentiore aliquam Urbem semel pedem inulisset, continuatà strage funera usque & usque densaret, donec tandem nemo superesset, in quem Pestilentis miasmatis labes impingat. Atqui contrarium sæpè evenisse animadvertum est numero extinctorum, quos unica mensis *Sextilis* septimana ad aliquot millia extulerat, sub *Novembris* exitum valde imminuto ac propemodum nullo. Nec tamen diffiteor fieri posse, quod & nonnulli authores factum prodiderunt, ut Pestis aliis etiam anni tempestatibus caput primùm exerat; hoc autem rariùs accidit, nec ejusmodi lues in populum admodum debacchatur. Interea, aëris dispositionem quantumvis *λομώδης* pesti suscitandæ per se imparè esse vehementer suspicor, quin Pestilentiae morbum alicubi semper supersitem aut per fomitem, aut per pestiferi alicujus appulsam, è locis infectis in alios deferri; ibidemque non nisi accedente simul idoneà aëris diathesi popularem fieri. Aliàs enim non assequor, qui fiat, ut in eodem cœli tractu dum unum aliquod oppidum Peste gravissimè affligitur, aliud non longè distitum, omnem commercii necessitudinem cum loco contagioso cautè inhibendo, profus immune se præstiterit; quemadmodum non ante multos annos Pesti per universam ferè *Italiam* immaniter grassanti, *Magni Ducis* cura atque prudentia aditum in *Hetruria* fines penitus interclusit.

Primus insultus rigorem ac horrorem, quemadmodum & Februm intermittentium accessiones, ferè perpetuum habet comitem. Mox vomitus enormes, dolor circa cordis regionem, ac si totulari premerentur, Febris ardens usitata

symptomatum *ειδημήν* stipata; indefinenter ægeos divexant, donec aut mors ipsa, aut benigna *Bubonis* vel *Parotidis* eruptio, quæ materiam morbificam foras ablegat, eos ab luctuosissimo discrimine liberet: Rariùs quidem accidit, ut circa ullam Febris præfensionem ingruat, ac homines de improvviso è medio tollat, *maculis purpureis*; præfentanei interiùs nuntii, etiam dum in foro versantur, erumpentibus. Quæ repentina exanimatio (quod animadversione dignum) nisi in Peste admodum funestæ exordio vix contingit, remittente ac resactâ jam lue, aut in annis, in quibus non exiit popularis, nunquam observata est. Fit etiam nonnunquam, ut tumores prorumpant, nec Febre, nec graviore aliquo symptomate prægresso, quanquam suspicor rigorem, & horrorem leviusculum, ac minus perceptibilem semper præcessisse. Quibus autem hoc obtingit, iis integrum est per publicas plateas pro lubitu obambulare, ac communia vitæ munia, sanorum more, spretâ omni regiminis curâ, obire.

Cæterum quod ad morbi essentiam spectat, eam enucleatè definire in me non suscipio. Nec fortasse hominibus cordatoribus rem minus importunam ille facere videbitur, qui à me postularit, quid hanc aut illam ægritudinis speciem constituat, quam ego etiam facerem, si ab illo idem de *Equo* v. c. inter animalia, vel de *Betonica* inter stirpes vicissim sciscitaret. Nimirum certissimum ubique legibus, ac artificio sibi soli intellecto rerum omnium generationes natura parens exequitur, quæque uspiam è causarum gremio in actum ac quasi in lucem educit, eorum essentias, quidditates, ac differentias constitutas, altissimis tenebris obvelat. Hinc unaquæque morborum non minus quàm animalium, aut vegetabilium species, affectiones sibi proprias perpetuas, ac pariter univocas ab essentia sua promanantes, sortita est. Neque interim magnopere urgebit ista Quæstio, Qui demum morborum medela ministrabitur, dum causæ ipsorum nos latent? Quandoquidem non causarum, sed methodi convenientis atque experientia comprobata cognitione, affectuum plurimorum curatio absolvitur. Sed ut ad rem redeamus. Quoniam similarium omnium morborum ortus à qualitatibus vel primarum, vel secundarum vitio (quod solum in hac rerum caligine nobis licet) deducere solemus, propè est ut credam Pestem peculiarem ac sui generis Febrim esse, quæ à particularum sanguinis spirituosorum inflammatione originem ducit, ut potè cujus naturæ subtilissimæ, præ tenuitate sua, maximè proportionatæ ac adæquatæ videntur. Quod si subtilitate qua potest, maxima pollet (ut in principio & statu constitutionis Epidemicæ videre est) subito ac quasi ex improvviso calorem nativum dissipat, & ægrum è medio tollit: Cadaveribus interim hujus morbi ferociâ tam subito extinctorum maculis purpureis undique conspersis, atque fœdatis; nempe Febris cruoris præ intestini conflictus violentia dissidentibus, & compage ipsius profus dissoluta. Atque hæc tragœdia præ hujus quasi flammæ subtilitate eximia, etiam sine aliqua sanguinis Febrili ebullitione, vel alterius ægritudinis præfensione, cietur. Secus quàm ut plurimum accidit, ubi causa morbifica minus subtilis existit, & quasi obtusiori telo vitam intrat. Discriminis modus pinguiori exemplo sic adumbretur. Si acus vel quid aliud cuspide graciliori præditum pulvinari supponatur, ac vi adigatur, illud æque

æquè ac ab obtusore instrumento similiter adacto, in sublime non attollitur, sed perforatur. Verùm ejusmodi subitanea extinctio rariùs occurrit, nec nisi (ut supra innuimus) circa initium Pestis, vel incrementum. Etenim, ut in aliis Febris, plerumque rigor atque horror primùm invadit, quem calor mox excipit, & tantisper excurrit, donec particulæ cruoris inflammatæ provido naturæ ductu ad Emunctoria amandentur, ac ibidem ad instar phlegmonum communium in pus vertantur. Jam si inflammatio adhuc remissior existat, Febres, quas pestilentes vulgò appellant, producere solet; ut in sine pestilentis constitutionis sæpenumerò accidit, ac forsitan etiam uno alterove post anno, donec ista Februm species prorsus dispereat.

Certè, me judice, in inflammatione ista, quam Latini *Ignem Sacrum* appellant, quandam Pestis imaginem non obscuram intueri licet. Est enim morbus hic apud saniores Medicos Febris Continua à sanguinis parte tenuiori corruptâ ac inflammatâ originem ducens, quâ, ut natura se liberet, eam in corporis aliquam partem externam expellit, in qua tumor, aut potius (cùm tumor adeò notabilis sæpè non appareat) Macula rubra, lata, dispersa, quam *Rosam* appellant, oritur. Solvitur autem ista Febris, postquam uno atque altero die ægram afflixit, criticè per hunc tumorem, & proindè aliquando in glandulis sub alis, vel in inguinibus dolor, ut etiam in Peste fieri consuevit. Et ferè invadit hoc malum ut Pestilentia, cùm horrore & insequenti calore Febrili, ita qui ipsum ante non sunt passi, existiment lue pestifera se corripere, donec tandem in crure aut alio loco sese affectus prodant. Quibus accedit quod & maligni aliquid huic morbo inesse nonnulli Authores suspicantur, ac proinde curationem in sudoriferorum atque alexipharmacorum usu constituunt. Hæc quidem flamma, ubi Ebullitionem commoverit, cujus ope particulæ sanguinis leviusculè ustulatæ ac quasi syderatæ brevi spatio foras ablegantur, sponte sua, nec ulteriorem noxam molita, extinguitur.

Verùm tamen ignis noster isto *Sacro* longè *divinior* est, ut qui summa qua pollet substantiæ tenuitate intimiores corporis recessus ad instar fulgenti permeare aptus natus sit spiritibus cruoris serrepente profligatis, ipsiusque compage nonnunquam citius dissoluta, quam Natura præcipiti malo oppressa, Ebullitionem Febrilem (solemnem nempe machinam qua quicquid sanguini infestum est, suis è sinibus amovere satagit) concitare valeat.

Quòd si quis mihi hic litem paret de eo quod hunc morbum ab inflammatione oriri existimem, is attendat non modò Febris præsentiam, sed & complura alia huic sententiæ suffragari; nempe sanguinis detracti calorem, qui Pleuriticorum ac Rheumatismo laborantium sanguinem planè æmulatur; adultam *Anthraxum* faciem, Pyrotici actualis impressioni non absimilem; nec non *Bubones* ipsos, qui inflammationem æquè solemniter excipiunt ac eandem alii cujuscumque generis tumores consequi solent, uti & inflammationes pleræque omnes in abscessum terminantur. Quin & anni tempestas qua Epidemica Pestis ut plurimum exoritur, ad hanc rem symbolum suum conferre videtur, eodem enim tempore, nimirum quòd inter vernum æstivumque medium est, *Pleuritides*, *Angina*, aliæque inflammati sanguinis affectiones populariter ingruere consueverunt: quem-

Tom. II.

admodum etiam nunquam frequentiores mihi visæ sunt, quàm per aliquot septimanas, quæ nuperæ *Pestis Londinensis* exortum antecesserunt. Nec verò nullius est momenti illum ipsum annum totum millium strage funestum, alioquin mitissimum ac saluberrimum extitisse; omnesque qui à Peste immunes persisterunt nunquam meliori valetudine usos fuisse; quin & eos qui ab eadem convaluissent, cachexiæ aliisque affectibus à residuâ priorum morborum labe provenire solitis, non magis obnoxios deinceps vixisse. Quibus accedit, quod & quantæcumque latitudinis, *Apostemata* & *Carbunculi*, postquam inflammatæ particulæ unâ cum sanie decessisset, Chirurgicis auxiliis, usque non admodum conquisitis, facile sanata fuerint.

Verùm perquirat hic fortasse aliquis, si Pestis in inflammatione quadam consistat, qui fiat ut medicamenta calidioris census, qualia sunt *Alexipharmaca* propè omnia, tam ad hujusce affectus Therapeiam, quàm Prophylaxin, tanto cum fructu usurpentur. Cui respondeo, illa dumtaxat per accidens auxilium præstare, nempe Diaphoreses, quam suscitant, beneficio, quo particulæ sanguinis inflammatæ distillantur, atque exterminantur. Quòd si fortè exhibita sudores commovere non valeant (ut sæpè accidit) mox sanguinis incendium ab additio calore magis efferatum, eorum noxam palàm proclamat. Prophylaxin ut verbo attingam, non sum necius etiam ad illam *Antidotalem* calidorum usum passim deprædicari, at quo emolumento, adhuc probandum restat. Imò vinum liberius ingurgitatum, aliquaque fortiora præservativa statim horis dietim assumpta, complures, qui aliàs salvi intactæque versimiliter permansissent, in hunc affectum conjecerunt.

Quòd ad harum Februm *Therapeiam* attinet, erunt fortasse, qui me temeritatis atque arrogantiae eo nomine infimulabunt, quod ab Urbe dum nuperæ Pestis grassaretur, maximam partem complurium miliarium intervallo semotus, adeoque observationum copiâ minus instructus, de hac re tamen disserere sustineam. Verùm cùm Medicis illis longè peritioribus, quibus per totum calamitosæ luis decursum inter media pericula & mille mortis imagines commorandi animus ac fiducia non defuisset, tamen ea, quæ crebriori usu de hujusce morbi ingenio annotassent, in lucem edendi voluntas hæctenus defuit, mitiorem, uti spero, de consilio meo sententiam laturi sunt omnes boni, quòd meam de truculentissimo affectu sententiam, paucis quidem, sed propriis observationibus superstructam, in medium expromam.

Ac primus quidem locus *Indicationibus curativis* debetur, quæ eo in universum dirigendæ sunt, aut ut naturæ ductum in exterminando morbo accuratè sequentes, eidem subsidiariam porrigamus manum, sicut ut methodo, quâ natura in intestino hoc hoste debellando uti solet, minimè fidentes, diversam ac tutiorem ex nostro penu atque artificio vice illius substituamus. Nisi fortè hic aliquis regerat rem etiam satis feliciter per pestifuga alexiteria geri posse, quorum ingentem apud Practicos copiam reperire est. Verùm enim verò annon auxilium quòd præstant hujusmodi medicamenta, potius manifestæ ipsorum facultati, quâ sudores assatim proliciendo simul materiæ morbificæ exitum speriant, quàm occultæ cuidam indoli, qua à Natura ad Pestilentis malignitatis labem delendam donata fuerint, referti

V v 3

referti

referri debeat, magnam atque ancipitem habet disceptationem. Nec de hisce tantummodo, sed & de aliorum morborum Alexiteriis dubitare fas est, utrum evacuationem aliquam sollicitando, potius quam virtute quadam specifica ægrotantibus non succurrant. Qui enim, v. gr. in *lue Venerea*, vel *Mercurium* vel *salsaparillam*, veneni in isto morbo reperti alexipharmaca abjiciat, adducenda sunt ei curationum exempla, in quibus ille sine sputo aut secessu, hæc verò sine sudoris suscitatione sanitatem aliquando restituerit; quod ego quidem credo ei admodum difficile futurum, Mihi autem verisimile est, peculiare Pestis remedium, propriumque ipsius perniciæ alexiterium adhuc in naturæ sinu abditum delitescere, nec eandem nisi ratione quadam mechanica tolli posse.

Quocirca ut intentionem illam priorem paulò plenius expendamus, quæ eò spectat ut Naturæ in materiæ morbificæ exterminatione suo more & modo auxilium suppeditetur; advertendum venit, quòd in verâ Peste Natura, dum neque sponte suâ aberrat, neque vi aliquâ transversim agitur, per *abscessum* aliquem in Emunctoriis erumpentem, undè materiæ exitus patefcit, negotium suum exequitur. Atqui in Febre, quam Pestilentem nuncupamus, mediante diaphoresi per universam corporis superficiem idem efficitur. Unde colligere est, pro diversa, quam natura in utroque morbo præmonstrat, via ac ordine, etiam diversam medendi rationem institui debere. Nimirum si quis materiam veræ Pestis, ope sudoris amoliri satagat, is diversâ à natura via insistit, utpotè quæ id per apostemata molitur. Contra verò qui aliàs quam per sudores Febris Pestilentis materiam eliminare tentat, is cursum instituit cum naturæ ductu ac *foris* nequaquam convenientem. Cæterum in Peste verâ, quoniam idoneo ac certo remediòrum genere naturalis morbificæ materiæ ejectione, id est, apostematum eruptio promoveri possit, nondum constat; nisi quis fortè victum corroborantem atque Cardaca ad illud conferre posse existimet; quæ tamen multum dubitarem ne agrum, jam plus æquo calefcentem, in majorem æstum conjiciant. Certè sudores in hoc casu frustra esse compertissimum habeo; quamquam haud inficior post magnos sudores ad trium quatuorve horarum spatium productos, ac deinde abruptos, tumorem se in conspectum dare, quem ego à sudore proficisci minimè arbitror; utpotè quo vigente, nullum appareat eruptionis indicium, finito quidem veluti per accidens consequatur, nimirum cum jam aliquam sarcinæ partem, quæ naturam plus satis gravabat, sudores abstulerint, ac corpus à Cardiacis ad Diaphoresin suscitandam propinatis vehementius incalcescat. Verum quàm fallax & insida sit hæc peccantis materiæ per apostemata à sudoribus foras evocatio, exterminatio, testor funestos eorum exitus, qui hoc modo tractati fuerunt, è quibus vix tertius quisque (ut modestissimè dicam) medicationis ac morbi periculum evasit. E contra verò multi, quibus laudabili ritu tumores eruperunt, etiam dum negotiis suis intenti versarentur, nec ullius sive naturalis sive vitalis, sive denique animalis facultatis læsione percepta, sanitatem brevi recuperarunt; nisi qui malo suo fato in medicamentum aliquem incidentes, ejusque monitu, quantumvis corpore pariter ac animo optime valentes, ad sudandum in cubilibus compoliti, ab eo ipso tempore deterius se ha-

bere inceperint, ac demùm ingravescentes ægritudine, inauspicati consilii noxam suo interitu comprobarunt. Verùm lubricam atque alexæ plenam in se esse hujusce morbi per tumores judicationem ex eo manifestum est, quod interdum *Bubo* qui primùm laudabiliter ac cum symptomatum remissione protuberavit, postea ex improviso dispreat, ejusque loco *Macula purpurea*, certissimi mortis indices, succedant; cujus retrocessionis causa magnis illis sudoribus ad eruptionem promovendam destinatis, jure tribuenda videtur, ut qui bonam materiæ partem, quæ tumoris molem infercire ac sustentare debuerat, alioversum per ambitum corporis distrahendo ac dissipando leves in auras distulaverint. Ut ut si, hoc saltem planissime constat, cæteris affectibus, à Dei Opt. Max. benignitate, certam amolientiæ causæ morbificæ rationem, huic autem, enormium delictorum flagello, non nisi lubricam admodum & versatilem adjunctam esse. Atque hinc fortasse non minùs commodè, quam à *malignitate*, ut loqui amant, eximie perniciæ causæ atque origo peti possit. Nam & in *Arbitride* aliisque morbis, qui exiguum habent malignitatis suspicionem, materiæ morbificæ recursus non minori certitudine fatum accersit. Ex quibus omnibus manifestò consequitur, Medicum, qui in aliorum morborum medicatione, naturæ ductum ac propensionem pressim, ac passibus æquis sequi tenetur, hic ejusdem auspiciis renunciare debere. Cujus effati veritatem, quia paucissimi hæcenus perspexerunt, hinc numerus eorum, quos tumulo Pestis intulit, haud paulo auctior evasit.

Quare cum minimè securum sit in exterminando hoc morbo naturæ vestigiis insillere, proximo loco dispendium venit, quò demum arte secundæ quam diximus Intentioni satisfiat, nempe aliam atque à Naturali diversam hujusce morbi solutionem aggrediendi. Hoc autem dupliciter omnino fieri posse existimo; scilicet vel per sanguinis missionem, vel per sudores. Priorem quòd attinet, non sum nescius sacram apud plebsque audire in hoc morbo venæ-sectionem. Verùm vulgi præjudicia parùm moratus, rationum in hac quæstione momenta, quæ par est æquitate atque candore, paulisper expendam. Ac primùm quidem Medicorum, qui grassante nuperà lue in Urbe persistierunt, fidem appello, Numquis eorum, Phlebotomiam largâ manu ac repetitis vicibus, nec non tumore nullo adhuc protuberante celebratam, Peste laborantibus funestam esse animadvertit? Parcâ quidem, vel tumore jam conspicuo, sanguinis detractionem semper damnosam esse, neutiquam mirandum est; Siquidem cum mediocris tantum quantitas crâris admittitur, hinc Naturæ, quæ tumori protrudendo totas intendit vires, rei administratio è manibus eripitur, nec interea alia satis efficax materiam morbificam evacuandi ratio substituitur. Apparente autem jam tumore, celebrata venæ-sectio, cum à peripheria ad centrum trahat, motui naturæ, qui sit à centro ad circumferentiam, inducit motum planè adversantem. Nihilominus vix quicquam frequentius factitatum videas, quàm Phlebotomiæ, perverso hoc ritu administratæ, noxam, à contrariæ patronis universim ac in genere adversus sanguinis in hoc morbo detractionem validissimi argumenti loco torqueri; uti in *Diemerbroeckio* aliisque Observationum scriptoribus passim videre est. Quòd ad me attinet, equidem eorum ratiocinationi assentire non possum, donec intellexero, quid

Quæstioni

Quæstioni superius propositæ respondeant. Sanè venæsectionem in Peite convenire, complures, iique gravissimi scriptores jampridem senserunt, quorum præcipui sunt *Ludovicus Mercatus, Joannes Costans, Nicolaus Massa, Ludovicus Sepralius, Trincavelius, Forestus, Mercurialis, Alomarus, Paschalius, Andernachus, Pereda, Zacutus Lusitanus, Fonseca*, alique. Verùm qui totum curationis negotium in copiosa, qualem nos postulamus, sanguinis detractioe collocaverit, unus, quod sciam, repertus est *Leonardus Botallus*, Medicus superioris sæculi celeberrimus, quem, ne solus in hac palæstra versari videat, Lector accipiet suis ipsius verbis de hac re differentem, Ego (inquit) *ut uno verbo dicam, nullam Pestem esse puto, cui hac non possit esse salutaris supra omnia remedia, modò opportune & quantitate convenienti usurpata sit, propterea quod aut tardius aut parcius quàm opus esset, aut quod utroque modo circa eam usurpandam peccatum sit.* Et paulò post hæc subjungit: *At in tanta timiditate & parca detractioe qui fieri potest ut qui rectè possit judicare quantum ea in Pestilenti morbo prodesse valeat, aut obesse? Non enim morbus pro cujus curatione requirebatur detractio librarum quatuor sanguinis, in quo una tantum detrahatur, si hominem interficiat, idè interficit, quia sanguis est missus, sed quia non justo modo missus est, nec foret etiam opportune.* Visum nebulones nequissimi & ignavissimi in id semper culpam convertere satagunt, non quod nocuit, sed quod per fas & nefas à cunctis vituperari exoptant. Aut si id nequitia non faciant, ignorantia tamen prava dispositionis efficiunt: utraque certe perniciosa, sed illa magis. Quæ omnia experientia confirmaturus, ponò inferius sic pergit; *His observatis nemo rationis capax iure in his morbis vituperare missionem sanguinis potest, sed mirifice & tanquam divinum auxilium commendare, extollere, & confidenter usurpare; quod ipse profectò ab annis quindecim facio.* Idè in morbis Pestilentibus, in obsidione *Rupellarum*, & montibus *Hannonia* ab hinc quadriennium, & *Parisiis* toto hoc biennio, & *Cameraci* anno proxime actò, in omnibus meis ægrotis (qui innumeri fuerunt) nullum præsentium ac salutarium reperi ipsa largà & tempestivâ sanguinis missione.

Deindè ad curationum exempla descendit, quæ brevitati studens, huc transferre superledeo. Libet tamen rei in hac nostra *Britannia* antè aliquot annos gestæ historiam oppido raram ac à proposito nostro non alienam, hic loci apponere.

Cùm inter cæteras belli civilis calamitates, quæ hanc patriam nostram miserimè afflixerunt, pestis etiam multis in locis grassaretur, ac fortè in *Castrum Dunstæ*, quod in provincia *Somersetensi* situm est, aliundè invecit, aliquot prædialiis cum macularum efflorescentia derepente examinatis, complures etiam alios corripuisset, Chirurgus quidam qui à longa in regionibus exteris peregrinatione redux tunc temporis stipendia inter alios faciebat, à prædiali præfecto enixe rogat ut sibi liceret commilitonibus suis truculento morbo correptis pro virili succurrere, quo annuente, singulis agris, statim à primo morbi insultu, atque nullo adhuc tumore conspicuo, sanguinem ingenti copia detraxit donec pedibus deficere inciperent, tam stantibus ac subito vena perusta est, nec aderant vascula quæ cruoris in terram effluentis mensuram definirent. Hoc factò eos in tuguriola sua ad decumbendum dimisit. Et quanquam à Phlebotomia nul-

lum omnino remedium adhibuit, tamèn ex complurimis iis, quos hoc modo tractasset, mirum dictu, ne unus quidem desideratus est. Vir Nobilissimus juxta ac morum probitate atque fide spectabilis *D. Franciscus Winabam*, militum Tribunus, ac prædicti castri tunc temporis Præfectus, mihi hæc retulit, & etiamnum in vivis est, pro eà quæ est humanitate, rei gestæ veritatem cuilibet dubitanti confirmaturus.

Quid mihi met ipsi circa hanc rem singulare ac memoratu dignum aliquando observare contigit, Lector inferius accipiet, ubi pauca ea, quæ defæciente nupera *Peste Londinensi* à me usû atque experientiâ annotata fuerunt, inferius ostendam.

Hujusce autem praxeos utilitatem etsi non mente tantum ac judicio allequor, verùm etiam reipsâ atque editis experimentis dudum exploravi, tamen Pestilentis fermenti per diaphoresin dissipatio, præ ejusdem per Venæsectionem evacuatione mihi multis nominibus arridet; utpotè quæ nec ægrorum vires æquè prosterнат, nec Medicum infamiae periculo objiciat, Atqui & hæc difficultatibus suis non vacat; primò enim, multis ac præsertim calidioris temperamenti juvenibus, sudores ægrè proliciuntur; cujusmodi ægrotos, quò hydroticis fortioribus, ac cumulatiore tegumentorum pondere diaphoresin conciere satagas, eò in manifestius Phrenitidis periculum adduces; aut quò tristioris adhuc omnis est, vanâ spe aliquantisper lætatus, tandem pro sudoribus *Exanthemata Pestilentialia* elicies. Cùm enim præcipua hujusce mali labes in spirituosiore massæ sanguineæ parte resideat, unde crassiorum particularum exagitatio nonnihil languidior, quàm in aliis inflammationibus plerumque existat, tenuior illa portio novi caloris accessione in majorem rabiem acta, impetu demùm facto omnes cruoris fibras ultra texturæ modum distensas prorsus frangit ac comminuit. A qua fibrarum sanguinearum dissolutione macularum Pestilentialium causam petendam esse censeo, quippè non secus ac *vibices* à plaga fortiore in partem aliquam corporis musculosam infictâ, primò intensius rubicundæ in cute efflorescunt, ac brevi post tempore livorem quandam aut nigredinem induunt.

Deindè verò, in corporibus quæ satis promptè in sudorem solvuntur, si diaphoresis julto præmaturius (nempè totâ materiâ morbosâ nondum penitus dissipatâ) abruptatur, bubonum, qui laudabiliter quidem sub finem sudoris prodire inceperant, postea deterior evadit conditio. Nam subductâ quæ eos in molem attollere deberet materiæ parte, aut de facili intrò remeant, aut saltem ad legimos abscessus nunquam perducuntur, (quemadmodum etiam in *Varicellis* accidere solet, quoties æger per primos dies impensius sudavit) recepto autem denuò intra muros hoste ferali, in sanguine commotio excitatur, cujus operâ eo, quo superius innumimus, modo sæpè ethymata imminentis lethi indicia foras propelluntur.

Verùm quibusnam modis his aliisque difficultatibus obviam iri possit, ut luculentius patefcat, quid in hoc morbo à me pro modulo meo factum observatumque fuerit, initio à nuperæ luis primordiis ducto, summâ fide ediffere lubet.

Nobilem scæminam inévnte *Maiò* anno 1665: ætatis circiter 21. annorum, ac temperamento

fanguineo præditam invisi. Præter Febrem ardentem, quæ paulò ante invaserat, vomitiones importunæ, aliaque symptomata febrilia ægram excruciant. Curationem à Venæsectione auspiciatus, postero die ad præcavendam Diarrhœam, (quæ, ut in hujus Tractatus initio monuimus, ob omisam, quod postulabat in principio morbi vomendi propensio, Emetici exhibitionem, defervescente Febre supervenire consuevit) Vomitorium imperavi, quod satis commodè ventriculi saburram elicuit. Postero mane, cum ægram iterum adirem, ei alvum profuere intelligo, quæ res ab aliquot annorum usu insolentior visa, mihi non levem sollicitudinem injecit. Exinde autem Febrem non vulgaris generis esse judicavi, (quemadmodum etiam eventus docuit) proindeque aliam ab ea, quæ superius tradita est, quæque constanti successu serie hætenus à me usurpata fuisset, medendi rationem sibi vindicare. Quocirca adscito in negotii societatem Medico alio seniore, venæsectio, quam ægrotantis ætas, temperamentum, ac inordinata sanguinis ebullitio flagitare videbantur, ex communi nostro consilio iterum celebrata est; etiam cardiaca moderatè refrigerantia propinata, ac denique clysmata alternis diebus injecta sunt. Sub finem ægritudinis, quoniam symptomata valde anomala ac inconsueta (malignitatis egregiæ indicia vulgò habita) ingruiebant, ex Alexipharmacorum classe fortiora aliquot præscripsimus. Quibus tamen omnibus nequicquam proficientibus, ægra circa diem decimum quartum è vivis excessit. In solium hujusce Febris ingenium per aliquot post dies animum meum variè exagitat; ac tandem in memoriam revocans, summum ardorem, etiam post reiteratam venæsectionem in prædicta ægra perseverasse; ruborem genarum adfuisse; cruoris aliquot guttulas paulò ante mortem è naribus fluxisse; nec non sanguinem ipsius in acetabulis refrigeratum, ei qui à Pleuriticis detrahitur, non absimilem fuisse, quin & tussim aliquam & obscuros quosdam in partibus vitalibus dolores emicuisse; porro & eam anni tempestatem incubuisse, quæ finem Febris ac initium ætatis complectitur, quæque Febris continuè producendis minus esset idonea, (illæ enim hoc tempore suâ sponte quasi dissiliunt & in intermittentium classem se reponunt, vel in Pleuritides atque id genus alias inflammationes præcipites ruunt) denique Pleuritides eo ipso tempore admodum populares fuisse. His inquam omnibus ritè perpensis, in eam deveni sententiam, ut Febrim hanc, etsi pathognomicis Pleuritidis, aut etiam Peripneumonice signis destitutam, tamen symptomatis rationem habuisse judicarem, inflammationis cujusdam respectu circa partes spirituales delitescens, etiamsi nullus adeat lateris dolor, nulla insignis spirandi difficultas. Ut rem contraham, eò tandem deveni, ut eadem omninò mihi methodo procedendum fuisset in prædicto casu arbitrarer, quâ in Pleuritide sæpius cum successu singulari usus fueram, Quæ sententia deinceps feliciter atque ex voto cessit. Vocatus enim non multò post ad hominem consimili prorsus modo ægrotantem, reiteratis venæsectionibus, quales ad Pleuritidem supra laudantur, curationem commisi & absolvi. Circa mensis modò memorati exitum atque initium Junii, complures operam meam implorantes ab eadem Febre (quæ jam valde populariter grassabatur) prædictæ praxeos beneficio convalescerunt. Ab hoc tempore immaniter debacchari

cœpit calamitosa illa Pests quæ eò tandem trulententiæ devenit, ut septem dierum spatio totidem animarum millia in hac una urbe extinxerit.

Febri autem illi, de qua modò loquebar, an pestis appellatio attribui mereatur, non ausim definitò pronuntiare. Hoc tamen exploratè cognitum habeo, omnibus, quos illo & aliquanto post tempore ipsissima Pests cum universo symptomatum sibi peculiarium apparatu, in mea vicina afflixit, eandem tam in primo morbi insultu, quàm in decursu, accidentium *συνδρομῶν* adfuisse. Caterùm cum proximo pariete ardente propius ædibus meis immineret periculum, ego tandem amicorum suavis numerosissimis fugientium turbis me adjunxi, familiâ etiam meâ ad aliquot ab Urbe lapides subductâ. Eò tamen vicinis meis maturius redii, ac dum calamitosæ illius luis in tantum perseveraret sævitia, ut fieri non potuit, quin meliorum Medicorum penuriam ad Pestiferorum auxilium advocarè. Nec multo post complures Febricitantes invisi, quorum Febrem, illius quæ ante decessum meum tam prosperis ægrorum rebus, à me tractata fuisset, morem atque genium æmulari non sine magna admiratione deprehendi. Idèoque propriâ experientiâ fretus ceu duce, quibuscumque præceptis umbratilibus anteponeudo, Phlebotomiam similiter administrare non dubitavi.

Hunc autem ritum imminuendi liberalius sanguinem (cui etiam Pisanæ ac diætæ id genus refrigerantis usus accessit) in multis ægris mihi profectu continuavi, donec tandem in nonnullorum tractatione solito successu destitutus præadstantium prætervia, qui præjudiciis inanibus occupati debitam sanguinis quantitatem auferri non patiebantur, (magno ægrotantium malo, quibus, saltem dum in hoc cardine curandi scopus versaretur, sanguis aut sufficienti quantitate, aut non omninò detrahendus fuerat,) insignem obicem conatibus meis oppositum sensi, ac proindè alium à venæsectione huic morbo occurrendi modum reperiri, magnopere ex usu futurum judicavi. Nocumenti quod aliquando adeo dedi, non ex eo, quòd sanguinem ademerim, sed quòd ex voto eundem adimere impeditus fuerim, exemplum hic adducam. Vocatus ad juvenem quendam, temperamento sanguineo ac habitu athletico præditum, quem Febris vehementior cum doloribus capitis vertiginosis, vomitu enormi, aliisque id genus symptomatibus à biduo corripuerat, cum nullum adesse tumoris signum interrogatus responderet, statim liberali manu sanguinem emitti imperavi, cujus refrigerati superficies puriformem Pleuriticorum sanguinem referebat, præscriptâ etiam Pisanâ cum jusculis ac Julapiis refrigerantibus. A meridie pro secunda vice parem sanguinis jacturam subiit, quâ etiam sequente aurorâ similiter multatus est. Sub hujus autem diei exitu ægrum meum invisens, eum quidem multò melius se habere, & nihilominus amicos ejus adversus ulteriorem venæsectionem animis vehementer obstinasse deprehendo; quam tamen ego denudè celebrandam esse enixè contendi, superesse alteram dumtaxat venæsectionem dictitans, quæ ægrum in sicco collocaret; sin contra nitè pergerent, satius fuisse, ut nullo omninò sanguine detracto curatio per sudores instituta fuisset; uno verbo, ægrum certò certius interiturum. Prælagium eventus confirmavit; nam dum hæc altercatio rei agendæ occasionem corrupisset,

corripisset; maculae purpureae postmodum eruperunt; nimirum materiae peccantis reliquis, quas radicibus evacuari oportuit, cum jam omnem abscissus spem Phlebotomia toties repetita abstulisset, morâ suâ universam cruoris massam pervertentibus, ejusdemque compagem subtilitate eximia dirumpentibus, Ager autem post aliquot horas satis concessit. Cum ergo frequentior hujusmodi obstaculorum occurfus mihi molestiam faceretur, magna cogitandi sollicitudine mecum agitavit, equis demum reperiri possit medendi modus, qui morbum non minus efficaciter abigeret, nec hominum offensionem aequè incurreret. Re diu multumque apud animum meum deliberata, tandem in hanc methodum incidi, quam nunquam non proficuum, ac omnibus numeris absolutam, deinceps expertus sum.

Primo, siquidem tumor nondum protuberaret, sanguinem pro aegrotantis viribus ac temperamento, moderatè detraxi, quo facto, Diaphoresis, cujus alias sollicitatio in nonnullis corporibus non modò summam habebat difficultatem, verùm etiam majoris incendii, proindeque æthymatum purpureorum periculum minuitur, facilius erat atque expedita. Atque hanc sanguinis jacturam, quæ ut exiguâ, alias gravissimum incommodum arulisset, diaphoresis immediate insequentis beneficium abundè compensavit. Post Venæsectionem (quam in lecto celebrandam curavi, cum jam omnia ad sudores proliciendos in promptu essent) ne vel minima interposita mora stragula ægrum obrui, ac laciniam laneam sincipiti alligari jussi, quæ quidem capitis obiectio ad sudorem ciendum plus proficit quàm quis facile crediderit. Deindè, si vomitus non adesset, hæc & similia hydrotica exhibui; *℞. Theriac. Androm. ʒʒ. Elec. de ovo. ʒi. pul. e. obel. cancror. comp. gr. xij. cochineti. gr. viij. croci gr. iij. cum s. q. succi. hermi. s. bolus. quem sumat 6â quâque horâ, superbibendo Cochli. vi. seq. Julapii.*

℞. Aq. Card. benedicti & scord. comp. an. ʒiij. aq. theriac. sili. ʒi. syr. caryophi. ʒi. misc. s. Jul.

Quòd si vomitio interpellaret, ut in Peste ac Febris Pestilentialibus sæpius accidit, medicamentum sudoriferum tanisper propinare distuli, donec solo tegumentorum pondere (nisi quòd linteaminis pars subindè ad colligendos halitus vultui superinduceretur) sudor promanare inciperet. Nam (quod quidem observatu summe dignum est) cum materiae morbificæ radii versus ambitum corporis sese exporrigant, illud alvi profusum & vomitiones, ab eisdem introrsum reflexis, ac in ventriculum & intestina decumbentibus provenientes, ultro sedantur; Adeo ut quantacunque stomachi subversio præcesserit, assumpta deinceps medicamenta probe retineantur, ac ad sudores ex voto proliciendos conducant.

Memini eùm me aliquando Pharmocopola quidam ad fratrem suum ex Febre Pestilentiali graviter aegrotantem vocasset, atque ego de medicamento ad sudorem suscitandum exhibendo, sermonem injicerem, retulit se jam varia eaque fortiora sudorifera incassum propinasse, siquidem æger omnia vomitu rejecerat. Cui ego, adduceret, inquam, ex omnibus his quæ antea exhibuisset, vel in gratissimum ac summe salidiosum, ne illud deinceps evomeretur. Promissi fidem eventus liberavit; quippe æger, ubi à sola stragulum mole paululum maduisset, largiorem Theriaca

Venâ bolum deglutivit ac retinuit, cujus beneficio in copiosiore sudore conjectus incolumitatem recuperavit.

Sed ut ad insistorum redeam, inceptam jam diaphoresin haustibus *Zythogala salvia alterata*, vel *cerevisia*, cui *macu aliquantulum incoxerit*, subindè repetitis, ad naturalis diei spatium continuari præcepi, abstersione interim omni religiose interdicta; imò nec infra quatuor ac viginti horas à sudoribus finis indusum utcumque malidum ac immundum mutari permitto; Id quod summa cautela observari velim. Quòd si sudatio angustiori temporis limite circumferbatur, recrudescit illico symptomatum sævira, atque ægroti salus, quam prolixior diaphoresis extra aleam confluisset, in acie novacula relinquatur.

Et profectò *Diemerbroeckiam* aliosque nequeo satis mirari, quoties adverto eos tam levi prætextu ad diaphoresin interpolandam adduci, ut scilicet aegrotantium viribus consulatur. Primò enim ægrum sudore diffluentem viribus melius quàm antea constare, nemini in hujus morbi medicatione vel tantillum versato non potest esse animadversum. Quid me in hac re usus atque experientia docuit, palam eloqui ac etiam propugnari non verebor. Multi me auctore in 24. horarum diaphoresin conjecti tantum abest, ut se exinde debiliores factos quærentur, quin totius quantum supervacanei humoris sudando decisset, tantumdem novi roboris sibi accevisse profiterentur. Circa horas autem aliquot posteriores sæpè non sine stupore observavi erumpere sudorem quandam, priore illo, quem vis medicaminum expresserat, magis naturalem, genuinum, copiosum, quique multò plus levaminis afferret, planè ac si vere crivus foret ac totius morbi eradicativus. Porro in summo sudoris vigore jusculis ac forbilibus confortatis ægrum reficere, quid lectum trahat incommodi non video, ideoque ad nihilum recidit illa obiectio de virium ad longos sudores perferendos impotentia. Si qua igitur defectio sub finem imminere videatur, jusculi ex pullo tanillum, vitellum ovi, vel his similia forberi permitto; qua cum cardiacis & haustibus ad sudorem continuandum ex more destinatis, virium labefactioni abundè succurrunt. Cæterum in re adedò manifesta non opus est, ut plura argumenta adducam: Etenim, quod hujus praxeos utilitatem palam proclamât, videre est, quod quando æger sudore diffluit, benè se habere existimet, neque minus ex astantium iudicio res tota in vado constituta videatur; Atqui quàm primùm corpus arescere incipit ac sudor abruptur, omnia in peris ruant, morbo quasi post minio redeunte.

Per horas à finito sudore viginti quatuor; moneo ut frigus caute vitetur, indusum sponte sua in corpore arescere permittatur, potulentia omnia calidiusculè hauriantur, & *Zythogalæ salvia alterata* vix etiamnum continetur. In sequenti luce commune Catharticum exhibeo, ex infusione *sc. thamarind. fol. senna. rhabarb. cum manna*, & *syr. rosar. sel.* Atque hæc medendi ratione, anno à Peste proximo; complurimis Febre Pestilentiali correptis sanietem restitui, adeo ut ne unus quidem ex eo morbo mihi desideratus est, postquam eandem exercere inceperam.

Verùm ubi tumor jam enatus fuerit, venam aperire, etiam in corpore ad sudandum quantumvis inhabili, hæcenus non sustinui, verus ne materia morbifica in depleta vasa confertim remeante, subitaneus ægri interiorum destinatum diaphoresin

ante

anteverteret. Nihilominus fortasse satis tuò administrari poterit Phlebotomia, modò confectum ab ea peracta, ac nulla mora interjecta eliciantur sudores, qui ad spatium superius requisitum producti, omnem tumoris molem paulatim absumere ac dissipare valeant; idque longè minore salutis periculo, quàm si legitima apostematis maturatio, quæ in præcipiti affectu admodum incerta ac fallax existit, seriùs expectaretur.

Denique, ut ad calcem tandem perveniam, sicubi circa Theoriam me hallucinatum fuisse Lector deprehendat, errori veniam peto; verùm quod ad Praxim attinet, profiteor me omnia ex vero tradidisse, nihilque uspiam proposuisse, nisi quod probe exploratum habeam. Sanè cum supremus vitæ meæ instabit dies, confido mihi adfuturum alacrem in præcordis testem, me non solùm ægrorum omnium, cujuscumque demùm fortis, qui sese curæ meæ concrediderant, summâ fide ac diligentia salutem procurasse (quorum interim nemo à me aliàs tractatus est, quàm ego memet tractari cuperem, si mihi ex iisdem morbis ægrotare contingeret) verùm etiam pro ingenii modulo omnes animi nervos in hoc intendisse, ut si quo modo fieri possit, morborum medela post cineres meos majori cum certitudine administraretur; ratus quantulumcumque in hoc scientiæ genere accessionem, etsi nihil magnificentius, quàm *odontalgia* aut *clavorum pedibus* innascentium curationem edoceat, longè maximi faciendam esse, præ inani subtilium speculationum pompa, ac levicularum rerum notitia, quæ fortasse Medico ad abigendos morbos non magis ex usu futura est, quàm *Ar. hitcho* ad construendas ædes *Musica* artis peritia.

Unicam hanc annotatiunculam, ne quis fortè sinistra interpretatione mentem meam detorqueat, aut eam saltem non satis assequatur, postremo loco subjungam. In præcedenti nempe Diatriba, *Natura* nomine sæpè usor, illique varios effectus attribuo, perindè quasi rem aliquam singularem & sortim subsistentem, sed per totam hanc mundi machinam ubique diffusam sub hoc titulo mihi repræsentarem, quæ ratione aliqua & consilio freta corpora quævis regeret ac moderaretur, quale quidpiam de *Mundi Anima* nonnulli Philosophorum cogitasse videntur. Verùm ad me quod attinet, vii nec rerum, ita nec verborum novitatem affecto; adedque antiquam quidem vocem, sed sensu (ni fallor) & sobrio, & à sanis omnibus non intellecto solùm, verùm etiam usitato, in hisce pagellis usurpavi. Ego enim, quoties *Naturam* nomino, toties *causarum naturalium complexum* quendam significari volo; quæ quidem causæ brutæ licèt, atque omni consilio destitutæ, non tamen sine summo consilio reguntur, dum suas quæque operationes edunt, suosque effectus exequantur. Nimirùm supremum illud Numen, cujus vi producta sunt omnia, & à cujus nutu dependent, infinita sua sapientia sic disponit omnia, ut ad opera destinata se certo quodam ordine atque methodo accingant, neque frustra quicquam molita, neque nisi quod optimum est, ac toti Rerum Fabricæ, suisque privatis naturis maxime accommodum, exequentia perindè atque *automata* non pro suo, sed artificis consilio moventur.

THOMÆ SYDENHAM
SCHEDULA MONITORIA
DE
NOVÆ FEBRIS INGRESSU.

Illam hic addimus, etiamsi Febris de qua agitur, verè Maligna, & ut vocant, Castrensis, dici non mereatur.

TAmetsi ingravescens jam ætas, & à diuturnis morbis pænè confecta, missionem à Cogitandi peno, Meditationeque intensiori vel eo nomine sibi jure postulare videatur; attamen non mihi tempero, quin vel propriæ sanitatis dispendio, alienam curare satagam: populares scilicet meos admonens de subingressu Novæ cujusdam Constitutionis, à qua pendet Febris Nova species, à nuper grassantibus multum abluens.

Memoriâ recolendum est, quòd in Autumno, Anno 1677. Febres Intermitteutes se primùm exerebant, quæ quotannis increbrescentes, & Epidemias factæ, donec ad suum statum sive *axioma* pervenerint, postmodum sensim decreverant; & postremis hujus Constitutionis annis ita raræ apparebant, ut pro Morbo Epidemico vix, ac ne vix quidem haberi poterint. Quà de re pariter animadvertendum est, posteriores duos Constitutionis jam exeuntis annos Hyeme rigidissimâ fuisse infestatos; penultimum maxime, nempe Annum 1683. in quo ita enormi Brumâ intemperies defavebat, ut nemo quisquam viventium illi parem, vel intensissimo eo frigoris gradu, vel prælongo temporis tractu, viderit unquam. Quippè quo Thamesis, Nobilis fluvius, ita prævalido gelu compaginabatur, ut Curruum circumcurfantium rotas, officinas ad Platearum modum mercibus refertas, ac numerosissimam hominum frequentiam, solidi instar pavimenti, facile sustineret. Subsequens Annus 1684. licèt nec intenso frigoris gradu, nec pervicaci duratione, præcedentem exæquaret, non tamen multum ei utrobique cessit. At cum primùm exolveretur gelu Anno 1685. mense Februario, exorta est Febris ista, de qua jam agere institui; quam quidem ego novam Febris speciem esse arbitror, atque Febri, quæ per octennium ultimò prægressum invaluit, esse prorsus dissimilem.

An hujusce Constitutionis mutatio manifestarum aëris qualitarum, quæ per binas has hyemes successit, tribuenda sit, ego non satis scio; quum pro comperto habeam alterationes quòd sensibiles Annorum qualitates, utcumque dispares; morborum Epidemicorum species non prorsus; & certam annorum seriem, quantumlibet annus unus ab alio, externâ facie & temperamento discrepaverit, nihilominus omnes in eadem Februm Stationariarum specie producendâ convenisse. Quod cum seriò animadverterim, opinari mihi subit, prout à me aliàs dictum fuit, Constitutionis mutationem à secreta aliqua abditâque alteratione in terra visceribus Atmosphæram omnem pervadente, vel à Corporum Cælestium influxu aliquo maxime pendere. Tametsi hic est notandum, quòd valedicente nobis olim Febre Depuratoria, siccessivum ac vehemens gelu ab initio hyemis 1664. omnia constrinxerat; nec quicquam remisit, donec mensis Martius adolesceret; quo quidem tempore, quamprimùm fatiscente gelu terra solveretur, mox Febris Pestilentialis, postmodum ipsa Pestis

Pestis grassari cœperunt. Ut ut verò hoc se habeat, Febris, quam nunc tractamus, jam dicto tempore primum se ostendit, nempe Februario mense 1684. & tam præcedente anno, quam eo, qui jam agitur, per omnes Angliæ regiones latius vagata est; longè magis & *Epidemius*, aliis in locis, quam huc Londini deserviens.

Ubi primum ad hanc Febrem vocaret, omnino existimabam, illam non ex eo genere Februrum fuisse, quas ego Stationarias appello; sed potius ex intercurrentium familia, quæ singulis ferè annis promiscuè adoriuntur. Non aliud scilicet morbi genus esse rebatur quam Peripneumoniam illam Notham, quam Libro de Morbis Acutis olim delineaveram. Unà hæc intercedente discriminis notâ, quòd in hac Febre subindè non comparebant Symptomata in Peripneumonia magis Pathognomonica, qualia sunt Tussis vehementior, Cephalalgia inter tussendum sævissima, & quasi Caput distingens, Vertigo à motu quolibet, & Dyspnoea ingens, quæ omnia Peripneumoniam Notham fere comitantur. Cùm itaque Librarius novam Tractatum meorum Editionem eo tempore sollicitaret, visum est conjecturam tunc meam, in qua me hallucinatum fuisse jam sentio, in formâ Postscripti publico dare, in quem quidem errorem me induxit ingens consensio, quo Febris hæc cum dictâ illâ Peripneumonica luculenter conveniebat, quæ nullâ non hyeme subinde occurrit. At cùm æstate superveniente, quæ Febres illas Peripneumonicas solebat fugare, hæc nihilominus perseveraret, statim erroris mei commotus, Febrem hanc ad novam Constitutionem redigendam omnino censui.

Symptomata diligenti quantum potui indagine comprehensa, hæc fere sunt, & olim fuere: Ager per vices calore & frigore tentatur; sæpè numero & caput, & artus dolore queritur; pulsus sanorum pulsui non absimilis est; Sanguis è venis eductus Pleuriticorum sanguinem haud raro æmulatus; Ager ut plurimum laborat Tussi, quæ quidem quantò ab hyeme longius invadit morbus, tantò citius, unà cum aliis Symptomatis Peripneumoniam mitem & boni moris comitantibus, recedit. Dolor collum, & fauces (hic verò levior quam in Angina) sub primum morbi insultum quandoque occupat. Febris tametsi prorsus continua sit, sæpè tamen Exacerbationes molestissimas ingruente nocte apportat, non aliter ac si duplex foret Tertianæ, sive Quotidianæ, Ager jugem in lecto decubitu quantumlibet levissimè stragulis coopertus sit, non sine magno suo periculo experitur; Febre enim exinde in Cerebrum versâ vel in Coma, vel in Phrenesin facile incidit. Et, ut verum fatear, ita proclivis est in hoc morbo ad Phrenesin lapsus, ut sæpè sua sponte, nullâ ejusmodi datâ ansâ, illico subrepat. At non eò excandescentiæ & furoris ascendit Phrenitis in hac Febre, atque illâ, quâ Variolis atque aliis Febris correpti laborant; quinimò æger potius tranquille delirat, in congrua subindè effluens. Ab intempestivo Cardiacorum usu, & regimine paulò calidiore Petechiæ sæpius efflorescunt, & in junioribus calido temperamento præditis, maculæ etiam purpureæ, certissimum summæ Inflammationis indicium, tam in hoc, quam in alio quovis morborum Acutorum genere. Quandoque eruptiones Miliæres, quas vocant, in superficiem corporis se dispergunt, Morbillis haud multum absimiles, nisi quod rubent magis, & quando

recedunt, squamulas istas sursurdeas; quæ in Morbillis cernuntur, haud relinquunt: licet hæc sponte suâ nonnunquam ingruant, sæpius tamen Lecti calore & Cardiacis extorquentur. Lingua ægri, pro ratione imperati Regiminis, vel humida est, vel sicca. Ubi inaruerit, fusci est coloris in medio; quam partem undique cingit simbria inalbescens. Ubi verò humida est Lingua, omni ex parte alba est, pelliculâ item scabrâ & albâ vestita; Nam si æger ab adhibito regimine plus justo incalescat, lingua ferè est fusca & arida; sin minus, humida est, & alba. Idem de sudore dicendum est, qui pro ratione diversi regiminis præfati dimanat. Nam si calidius tractetur æger, ferè viscosus effluit, è capitis præsertim regione. Quantumvis autem sudor copiosè, & undequaque erumpat, parum tamen ex eo levaminis sentit æger; undè liquet ejusmodi sudores symptomaticos tantum esse, criticos non esse. Primis morbi diebus sudoris ex arte provocatio, materiam morbificam si non in caput, saltem in artus solebat deponere. At ubi jam caput Febris occupavit, & Phrenesis semel invaluit, nulla restant Febris indicia, nisi quòd pulsus nunc citatior est, nunc tardior; tandem verò, cùm ex te malè gestâ spiritus in confusionem omnimodam adigantur, pulsus inordinatus cum subsultu membrorum subingreditur, quem non ita diu post mors excipit.

Curacionem quod spectat; ista Peripneumonia signa quæ hanc Febrem comitantur Februario illo anni postremi, quo primum emergebat, statim ab hyemis exitu fidem, ut dixi, mihi fecere, eam prorsus in Peripneumonicarum familia censendam esse. Ac proindè me statim contuli ad usum Methodi illius, quam olim laudaveram in Curacione Peripneumoniae Nothæ, & Auctario supra memorato. Quæ quidem Methodus satis feliciter cessit, tum mihi, in paucis illis, quibus medicandis per adversam valetudinem meam vix sufficiebam, tum etiam aliis, qui, me Authore, eandem experiri haud aspernabantur. Quicquid verò id demum fuerit, quod hanc mihi Methodum suaderet; jam mihi satis compertum est, quando & morbi Phænomena, & ultimi Anni qui binas rigidissimas hyemes excepit, perpendo temperiem (Hyeme præsertim, si modo Hyems dici possit quæ nullum frigus notabile secum adduxit;) mihi inquam constat, hanc Febrem nihil esse aliud, quam simplicem Sanguinis Inflammationem; ac proindè Indicationes Curativas ad dictam Inflammationem debitè Remediis & methodo reprimendam, omnino dirigendas esse.

Hunc itaque ductum sequens, primo loco sanguinem è brachio dextro ad 3x. educi volo. Neque sanè Febris hæc (ut sanguis emissus Pleuriticorum sæpissimè sanguinem æmulatur) reiteratam Phlebotomiam facile tolerat. Sin autem respirationis difficultas, dolor capitis inter tussendum lancinans, &c. malum hoc ad Peripneumoniam notham propius accedere indigent; hoc in casu tam venæsectio quam catharsis eousque sunt iterandæ, donec symptomata omnia penitus evanuerint; prout Capite de Peripneumonia tradidi. Atque hoc diligenter animadvertendum volo. Vesperis *Epispasticum* seu Vesicatorium Nuchæ appono. Sequente Aurorâ, lenitivam hanc Potionem exhibeo.

J. Tama-

℞. Tamarind. ꝑ℔.

Fol. fenn. ꝑ℔.

Rhabarb. ꝑ℔.

Coq. s. q. aq. ad. ꝑ℔.

in Colat. dissolv. Mann. & syr. Rosar. solutiv. an. ꝑ℔.

M. F. Potio, sumenda summa mane.

Quod quidem Catharticum etiam alternis diebus repetendum præscribo, donec tertiam vicem expleverit. Horâ somni post Catharsin toties, quoties Paregoricum hoc vel simile injungo.

℞. Aq. Paralyseos ꝑ℔.

Syr. de Meconio ꝑ℔.

Succi Limon. recenter extracti cochl. ij.

M. F. Haustus.

Id scilicet cavens, ne fortè ab agitatione & tumultu, quem in Febricitantium sanguine & humoribus Purgantia sæpe excitant, æger ex spirituum Animalium confusione, Comatosus fiat. Quod quidem Symptoma Medicamentum Hypnoticum, quantumlibet contrâ facere videatur, procul amolitur. Qua de causa ego in Febre Comatosa Anni 1673. Catharticum propinare non ausus, in Clysterum usû subsistebam, certò sciens Remedia Purgantia eo tempore usurpata, illico Comata adduxisse. Quod fortean aliter evenire potuisset, si Paregoricum usurpatum fuisse post talem Catharsin mihi in mentem venisset. Ubi verò Purgatio celebrata non fuerit, Hypnoticum horâ somni nullatenus est concedendum; nè se Cathartici postredie deglutendi operationem ac vim (quod fieri solet quantumvis serò assumatur illud) sufflaminet, vel si non in solidum retundat, efficaciam tamen imminuat. In hac aut aliâ quavis Febre Epidemicâ, statutum mihi est alvum non turbare in principio statu morbi, nisi Venæsectione præmissâ. Quæ quidem præcos Regula susque deque habita aut violata quamplurimos Orco addixit, infantes maximè, prout alias in cautelam monui.

Observandum est autem, quod licet ut plurimum Evacuationes omnes præfatæ in hujus Febris Curatione usurpari debeant; sæpè tamen æger, maximè si Juvenis aut Infans fuerit, post eductum sanguinem unâ Catharsi defunctus, statim convalescit, nec pluribus fatigandus est, Febre primo purgantis Remediî impetu expugnata. E contra verò nonnumquam opus est ut alvus ad plures quàm supra diximus vices sollicitetur. Quandoque enim, licet id rarò evenit, Ægro è Febre jam dictâ methodo liberato, recrudescencia materię Febrilis post dies aliquot morbum postliminio reducere videtur, quem tamen purgatio quartâ vice repetita mox eliminat. Tameñ in hac methodo nova hæc Febris rarò accidit nisi ab Aphthis quæ sub exitu Febris præcedentis supervenere, & quæ jam ad statum auctæ eam denuò revocant. Quæ quidem Febris Symptomatica tantum est, & Singultum per intervalla redeuntem sæpenumero post se trahit, qui etiam sublatâ Febre per dies aliquot perseverat; at pro ratione redintegratarum Ægri virium sponte tandem evanescit. Quod est diligenter animadvertendum, quandoquidem ex Singultu sub finem hujusce Febris accedente nihil ægro periculi est, nisi officiosè nimis & inutiliter multa ingerantur remedia: quod si fiat, Mors pro Medico est. Verumtamen tam Aphthæ quàm Singultus, vel horum utervis, si non sponte accesserit, sed in longum tempus decurrat, facillè fugantur usu Pulv. Corticis Peruviani; nempe ꝑ℔. Corticis cum syr. Papaver. Rhead. q. s. in forma

Electuarii, vel Pilularum redactâ, eaque methodo assumptâ quam olim tradebam Epistolâ ad D. D. Brady, superbibendo haustum lactis deflorati. Quod remediî genus experimento deprehendi certius in hoc caso scopum attingere, quàm aliud quodvis etiam è celebratissimis, modò non frustrentur ejus vires (quod fieri assolet) ex jugi ægri in lecto decubitu.

Diebus à Purgatione liberis sequentia vel his similia nonnumquam præscribo.

℞. Conserv. Lujula & Cynobati an. ꝑ℔.

Conserv. Berberum ꝑ℔.

Cremori Tartar. ꝑ℔.

Cum s. q. syr. è Limonibus F. Electuarium, de quo capiat ad magnitud. Nucis Moschat. ter in die superbibendo seq. Julap. cochl. vj.

℞. Aq. Portulac. Lactuc. Paralyf. an. ꝑ℔.

Syr. de Limon. ꝑ℔.

Syr. Violar. ꝑ℔.

M. F. Julapium. vel:

℞. Aq. Font. libj. Aq. Rosarum. Succ. Limon.

Sacchar. albiss. an. ꝑ℔. Coq. lento igne dum despumaverint. cap. ꝑ℔. ad libitum.

Verùm in his omnibus spiritum Vitrioli, etsi summè refrigerantem, semper devito, utpotè qui, cum egregiè stypticus sit, minùs convenit morbis omnibus quorum Curatio purgationi innititur; ut in hoc loco mineralem hujus spiritus naturam haud memorem.

Sæpenumero hic accidit, maximè Febre jam ad finem vergente, ut æger dum hæc Methodo tractatur, nocte subindè sudore sponte prorumpente disfluat: à quo admodum mitigantur universa morbi symptomata. Quo non obstantè, cum hujusmodi diaphoresi fidendum non sit, supradicta Methodus nullo pacto est intermittenda; quandoquidem si æger ad longius temporis spatium istis sudoribus indulgeat, Febris quam Purgationes præcedentes quadantenus subjugaverunt, denuò vires resumet. Si enim diaphoresis ista protrahatur ultra tempus illud quo particulæ Febriles Coctione debuit præparatæ, prorùs dissilantur; qui post insequuntur Sudores non ad aliud faciunt quàm ad inflammationem de novo accendendam. Quamobrem licet Sudores isti qui sponte manabant, Critici fortasse fuerint, quoad materię Febrilis ejus quæ expulsionem jam parata est, eliminationem, alii tamen qui post illos eliciuntur, Symptomatici tantùm esse possunt, atque adeò officere magis, quàm prodesse: Verbo dicam: Hujusmodi sudoribus noctu sponte suâ prodeuntibus, opportunè favet lecti per noctem lenis calor; quare stragula nec plura, nec densiora illis quibus sanus assueverat, ægro aggerantur; nec exhibeantur Medicamenta quævis excalescentia: lectulo tantùm indulgeat æger aliquantulum solito diutius manè subsequente; & postea pergat in supra descriptâ medendi methodo.

Diæta expulcicula avenacea est, vel jusculo hordeaceo, cum pomo subinde ad ignem cocto, atque etiam post secundam purgationem jusculo tenui ex Pullo Gallinaceo. Pro potu ordinario Cerevisiam tenuem nullatenus tepescitam injungo, ut & Decoctum Album (quod appellant) ex ꝑ℔. C. C. ubi in aq. Communis tbiij. cocti, & postea sacchar. albiss.edulcoratum.

Post Catharsin bis celebratam nulla snadet necessitas, ut alio loco adnotavi, Pullorum carnibus aut similibus

similibus Eupetis ægro interdiceret, cum hæc per purgationem medicatio ea indulgeat, quæ non poterant concedi, si alii viæ insisteretur. Atque porro post ultimam purgationem, modò Febris aliquantulum deflagraverit, & intermittens typum nondum profus induerit, Vini Canariæ cochl. tria vel quatuor manè & serò, ut & post prandium, per dies aliquot propinantur, quo & vires citius instaurantur, & febribus avertantur accessus.

Cum autem hæc Febris species præ cæteris quas mihi nunquam videre contigit, cerebrum petere quasi apta nata sit, nec sine ingenti tum molimine, tum ægri periculo, inde queat deturbari; ægros meos sollicitè moneo ne se nudos lectulo, nisi noctu tantum committant: Quòd si usque adeò debilitati à morbo fuerint, ut erecto corpore sedere nequeant, permitto ut vel super lectum ipsam, vel super grabatum, vestiti jaceant, capite paululum elevato; nec sino ut focus sit luculentior in cubiculo, quam cui æger tunc cum sanus erat assueverat.

Atque ut hoc Regimen omnino tenendum est ab initio in singulis hæc Febre correptis (si feminas, in primis Puerperii diebus decumbentes excipias,) ita necessariò est imperandum, ubi ad ægrum, quem ob regimen iusto calidius, Phrenesim, Petechiæ, aut Purpureæ Maculæ obsederunt, aut alia quævis effrata inflammationis indicia, accersitur Medicus Hoc enim in statu, quantumlibet sanguinis detrahatur, quantumvis leviter tegatur corpus; quicumque demum liquores Refrigerantes ingerantur, non priùs sedabatur Febris, quam æger se lectulo interdum abstinerit: Cum calor circumambientis aëris inter stragula conclusi, sanguinem plus satis exagitet, & procumbentis corporis licet vehementiori impetu eundem in caput impingat. At hic ubi Phrenesis ob methodum imperitiorem semel invaluit, nec subito deleri potest, nec tutum est repetitâ ultra limites præscriptos vel Phlebotomiâ vel Purgatione, ejusdem curationem aggredi, tandem verò suo tempore suâque sponte, ope dicti regiminis recedet. Ad quam tamen amovendam nihil perinde confert, atque ægri caput radi: quod itaque semper præcipio, nullum Emplastrum admovent, sed Pileolum tantum quod ablatum rasurâ Capillitium spissitudine quadantenus compenfer, aut saltem Caput à frigore externo muniat. Hæc Methodo Cerebrum refrigeratur admodum, & recreatur, ita ut sensim calidas impressiones Phrenesim excitantes queat vincere.

Et quæ de Phrenitide hic dicuntur, de Comate etiam huic Febræ supervienti dicta sunt, in quo, ut in dicta Phrenitide, materia Febrilis in caput sursum fertur, ac proinde si linguæ albedinem excipias, nulla adsunt febris signa, ac æger Apyrexia profus frui videtur. In hoc pariter affectu ac in alio, Cathartica, sudorifica, vesicatoria atque id genus alia non tantum nullo cum fructu, sed ne quidem sine maximo periculo usurpantur; istiusmodi enim evacuationes mortem sæpius quam symptomatis hujus curationem adsciscunt. Quomobrem post evacuationes generales per venæ-sectionem & purgationem factas, quantumlibet hoc symptoma assantes perterrefaciat; tota res naturæ & tempori committenda est. Licet enim stupore æger diu laborari, post aliquamultos tamen dies pristinam sanitatem recuperabit, modò lecto non perpetim assigatur, sed de eo exinatur indies, & supra grabatum vel

etiam lectum vestitus decumbat. Interim autem abradatur caput, & sub affectus sinem vini canarini cochl. tria vel quatuor bis in die exhibeantur. Sed de hoc fufius egi in *Sectiōne quinta & capite secundo, lib. de Morbis Acutis*, ubi de Comate quodam insigni Febrim constitutionis illius comitante, disserui.

Quoad Febrem autem haud deterrendus est Medicus à faciendis prædictis Evacuationibus, si forè membrorum subsultum, vel motum Convulsivum in ægri corpore persentiscat, dum pulsus tangitur; quandoquidem in quibusdam generis Nervosi affectibus tam Venæ-sectione quam Purgatio, etiam sæpius repetitæ non tantum non nocent, sed & necessariò sunt adhibendæ. Cujus rei experimentum à me factum in medium profero, nempe in quadam Convulsionis specie quæ *Chorea Sancti Viti* vulgò appellatur; quo morbo haud pauciores quinque laborantes & vidi, & sanavi ipsemet, & Venæ-sectionibus & Purgationibus, per intervalla celebratis. De quo morbi genere cum & mihi opportunè occurrat, & eorum quæ jam assero, veritati luculenter assipuletur, pauca dicere non gravabor. *Chorea Sancti Viti* Convulsionis est species, quæ ut plurimam pueros puellasve à decimo ætatis anno ad pubertatem usque invadit; primò se prædit claudicatione quadam vel potius instabilitate alterutrius cruris, quod æger post se trahit sanorum more; postea in manu ejusdem lateris cernitur, quam hoc morbo affectus, vel pectori vel alii alicui parti applicitam, nullo pacto potest continere in eodem situ vel horæ momento, sed in alium situm, aliumque locum convulsione quadam distorquetur, quicquid æger contra nitatur. Si vas aliquod portet in manus porrigatur, antequam illud ad os possit adducere, mille gesticulationes, Circulatorum instar exhibebit; cum enim poculum rectâ lineâ ori admoveere nequeat, deductâ à spasmo manu, huc illic aliquamdiu versat donec tandem forè fortuna illud labris propius apponens, liquorem repente in os injicit, atque avidè haurit, tanquam miscellus id tantum ageret ut deditâ operâ spectantibus risum moveret. Cum Affectus iste ab humore aliquo in nervos irridente, quorum irritatione istiusmodi motus præternaturales producuntur, pendere mihi videretur; Indicationes Curativas primùm ad humores illos tam venæ sectione, quam Purgatione minuendos, dein ad corroborandum genus Nervosum omninò dirigendas censebam. Quem in finem hæc utor Methodo. Sanguinem ex ægri brachio ad ℥vj. plus vel minus pro ratione ætatis, educi jubeo. Die sequente vel dimidiam partem, vel quiddam amplius (pro ratione vel ætatis, vel majoris minorisve corporis ad subeundam Catharsin aptitudine) Potionis Purgantis Communis supra descriptæ ex *Tamarind. Fol. Sennæ &c.* exhibeo. Vesperis haustulum seq. propino.

℥. Aq. Cerasor. Ngr. ℥j.

Aq. Epilept. Langii ℥iij.

Thriac. Androm. vet. ℥j.

Laudani liquid. gutt. v. ij.

F. Haust.

Potionem istam Catharticam ad tres vices alternis diebus repetendam præscribo, & Haustum paregoricum iisdem noctibus. Postea sanguinem rursus extrahi curo, dein ut ad Catharsin, uti priùs, æger revertatur. Atque ita alternatim sanguinem mitto, & subduco solum donec ægro vena ter quaterve fuerit incisa, & post singulas venæ-sectiones,

nes, toties fuerit purgatus, quoties, vires ferre posse videntur: eo tamen temporis spatio inter alternas evacuationes diligenter observato, ut nihil inde periculi ægri imminet. Diebus à Purgatione vacuis, sequentia præscribo.

℞. Conserv. Absynth. Rom. & flavedinis Aurantiorum an. ʒi.

Conserv. Arboresc. ʒb.

Theriac. Androm. veteris, & Nuc. Moschat. condit. an. ʒiij.

Zinzib. condit. ʒj.

Syr. è succ. Citri q. s. f. Elect. de quo cap. ad magnitud. Nucis Moschat. manè & horâ quintâ vespertinâ, super b. be. do Vini sequentis cochl. v.

℞. Rad. Pœonia. Enul. Campan. Imperator. & Angelica an. ʒj.

Fol. R. s. s., Salvia, Betonica, Chamad. marrubii albi, & Summitat.

Centaur. minor. an. m. i. Baccar. juniper ʒvj.

Cort. duorum Aurantior. Incidantur & insuntantur frigide in Vini Canarij ʒvj. Coe. cur. tantummodo tempore usus.

℞. Aq. Ruta ʒv.

Aq. Epilept. Langii & Bryon. compos. an. ʒj.

Syr. Pœonia ʒvj.

M. s. f. Fulap. cap. cochl. iv.

Sing. noctibus cubitum iturus, instillando C. C. gutt. viij.

Applicetur plantis pedum Emplastrum è Carranna.

Quanto magis convalescit æger, tanto minus pedem ducit; tanto pariter & diutius, & constantius manum in eodem situ continens, & Scyphum ori magis directâ viâ admoveat: quæ certissima sunt indicia quantum profecerit in sanitate redintegrandâ. Ad quam quidem consummatius perficiendam, licet auctor non sim ut plus ter quaterve ut plurimum sanguinem emittat æger, attamen Remedia Cathartica & alterantia eousque in usum sunt revocanda, donec rectissime tandem valeat. Et quoniam qui hoc morbo semel laboravit facile recidivam pati possit, è re fore existimo, ut pertundatur ei vena, & ad dies aliquot purgetur, vel eâ ipsâ tempestate anni sequentis, vel paulò antequam Morbus primò invasit. Sane haud multum abest quin huic Methodo Epilepsiam Adultorum cedere posse autumem, modò Remedia præscripta ætati eorum ritè adæquantur; tamen, cum non nisi per quàm raro hic morbus mihi occurrerit, non adhuc idem sum expertus. Sed de hoc obiter. In sceminis affectionibus Hystericis obnoxius quandoque accidit, quòd ubi Curatio Evacuationibus dictis commissa fuit, Febris post Venæ-sectionem & purgationes istiusmodi iteratas etiamnum duret procurratque. In hoc casu Febris, quæ jam urget spiritum, commotioni ab evacuationibus excitatæ durationem ejus plane debet, ac proinde jam aliis omnibus posthabitis Indicationes curativæ, modò signa Peripneumoniz & inflammationes circa partes vitales absint, ad quietem spiritibus inducendam & eorum orgasmum sedandum omninò sunt dirigendæ. Quem in finem singulis noctibus Paregoricum, quod vigiliis debellandis par sit exhibeatur, atque etiam medicamenta Hysterica propriè dicta bis vel ter in die injungantur, qualia sunt pilulæ ex Galbano, Asa fetida, Castoreo & similibus, & iolapia ejusdem indolis in cap. de affect. Hyster. descripta. Insuper ad vires instaurandas & vapores, quos dicunt, suppressendos concedatur ægræ

talibus victitare, tam quoad cibum quàm potum, qualia Appetitui maximè conveniunt.

Jam diximus, Febrim hanc tum anno ultimam elapso, tum maximè hoc ipso qui nunc currit; exacerbationem quandam sub noctem quotidie adducere, Paroxysmo Febris Intermitteutis non abssimilem. Quamobrem Medici illi qui usu didicerant omnes illas Febres, quæ vel minimum intermittebant (sæpe etiam quæ ne intermittebant quidem) per illam annorum seriem ab An. 1677. ad initium An. 1685. à Cortice Peruviano certissimè fugari, eodem remedio hanc etiam Febrim adoriebantur. Quod quidem licet judicio Rationis suffragante tentarent, non tamen æquè feliciter illis cessit, atque prioribus illis annis plerumque cesserat. Mihi enim quantum potui diligenter perquirenti compertum fuit, etiam magnam Corticis quantitatem exhibitam, rarissimè ægrum à morbo liberasse. Idque ita perrarò, ut quoties restitueretur æger pristinz sanitati, ego id magis fortunato alicui Morbi eventui, quàm Corticis viribus tribuendum arbitrarer: ita penitus Cortex deservit ab illa sanandi vi & certitudine, quâ prædictis illis annis pollebat. Febrim istam intelligo, quæcum nobis impræsentiarum res est, quæ Quotidianam aliquatenus imitatur. Ubi verò Tertianæ Germanicæ, vel alternis diebus invadentis, Typus reperitur, Cortex Peruvianus perinde hodiè atque olim ægris opitulatur. Unde liquido constat hanc Febrim ab istis Constitutionis prioris toto cælo distare. Cum ne hilum quidem Corticis usu hic proficiamus; cumque hæc è Vino & Cardiacis, aliisque Calidis exasperetur magis; quibus omnibus cum Corticis usu olim satis conveniebat, quin & cum ipsa Febre.

Porro notandum est, quòd grassante hac Febre, per æstatem omnem, maximè illam anni jam currentis, morbus per sæpe non tam Pathognomonicis Febris signis, calore sc. inquietudine, &c. quàm ventris Terminibus, nunc siccis, nunc dejectionibus, se ostendebat. Cum nihilominus sub hac larvâ ipsa hujusce tempestatis Febris delitesceret, in qua exhalationes sanguinis inflammatoriz, non pro more solito, in externum corporis habitum protrudebantur, sed introrsum per Arterias Mesentericas in viscera inferioris ventris, sive Intestina; & nonnunquam etiam per Arteriarum Coeliacarum ramos in Ventriculum deponebantur, quæ quidem exhalationes Vomitionem excitare solent, præcipuè statim ab ingestione sive potus sive nutrimenti cujusvis solidioris: Quamvis autem hæc Febris sub dictorum Symptomatum specie & formâ delitescat, omnino tamen genuinâ illâ Methodo, quàm supra dedimus, expugnanda est, perinde ac si usitata hujus Febris facie compareret, idque tam ratione venæ-sectionis, quàm repetitæ Catharsedis. Nisi quod hic animadvertendum sit, quòd quoties Febris eò usque Ventriculum infestet, ut æger potionem retinere nequat, Pilula Cochia Majores (quæ ad ʒij. exhibite nunquam non per viscera sibi exitum parant) loco Potionis leniter Purgantis substitui possint. Devorentur verò Pilulæ horâ quartâ Matutinâ, ita ut æger superdormiat.

Tum etiam Hypnoticum dosi paulò largiore est concedendum v. gr. Laudani solidi Londinensis gr. ʒb. cum simili quantitate Massiches in duas Pilulas

las redacta eadem nocte deglutiantur; vel etiam Laudani liquidi gutt. 18. vel 20. in ꝑj. Aq. Cinamom. Hordeat. aut alio quovis Vehiculo generosiore; quò Ventriculus hujus tum viribus corroboratus, tum minori quantitate non irritatus, a medicamento rejectionem minus infurget. At si quovis modo Pono Purgans, & Dia-codium in Ventriculo queant retineri, dictis Pilulis, & Laudano omnino præferantur; cum officio suo fungantur, corpore minus quam ex Pilulis excalesceto.

Cum autem de Torminibus Ventris mentionem fecerim, monendi hic mihi sunt Populares mei, quanto cum periculo, prout frequenti observatione didici, *Aque Mineralis* in Ventris Torminibus quibullibet, vel Diarrhœa, vel Vomitione, vel Affectu alio quocumque, quem à Febre oriri vel suspicari possumus, præscribi soleant. Quandoquidem in tam subtili & spirituofo morbi genere ac Febris extat, ejusmodi Medicamenta Mineralia ita omnia conturbant, ut loco eorum Symptomatum quæ Febrem ex more usitato comitantur, accidentia prorsus anomala adjuvant; nec quicquam interea ad Febris extirpationem conferant, quod me diu sæpeque observasse memini.

Illud interim omninò observandum est, utpote quod ad plurimos ab Orci faucibus liberandos pertineat, quòd non obstantibus iis quæ supra jam tradidimus, quotiescunque prædicta ventris Tormina ad *Dysenteriam* usque confirmatam [in qua præter illi Tormina Materia quedam mucosa una cum sanguine per sedem excernitur] promoventur; hic mihi periculosissimum esse constat morbum aggredi protractiore illà Methodo, quæ evacuandos primùm, dein contemperandos acres istos humores, esse docet [ut de Remediis Astringentibus, varii generis, & variante formà intro assumptis, tum & clysteribus, nunc Abstergentibus, nunc consolidantibus, subinde injectis nihil dicam,] cum Experimentiã didicerim *Dysenteriam* & certissimè & celerrimè curari, si missis ambagibus, Fluxus Laudano confessim sistatur. Ita enim atrox & vehemens est hicce morbus, ut, si *Dysenteria* jam confirmatã adhuc purgare satagas, perquam metuendum sit, ne *Dysenteria* sumptis inde viribus in præceps lata, agrum præ incredibili fermento, quocumque te postea verteris, diutius excruciet, vel etiam vitã spoliët. Advocatus itaque, guttas circa xxij. Laudani liquidi in Aq. Epidemicã vel Aq. Mirabili, vel aliã simili protinus exhibeo, bis intra horas 24. repetendas; vel etiam hoc sæpius stans intervallis, si nempe Dosis jam præscripta, manè ac serò tantùm usurpata, tam torminibus Ventris, quam Dejectionibus cruentis, rite compescendis par non fuerit. Dejectionibus paululùm incrassatis, vel jam magis consistentibus (quod primum fanitatis mox recuperandæ indicium est,) & fugatis Symptomatis, tutissimum arbitror, ut æger aliquantisper in usu prædicti Remedii manè & serò capiendi perseveret, guttulis aliquot indies demptis, donec eo amplius non fuerit opus. Animadvertendum autem est diligenter, quòd agrum diutius ab usu Pægorici lectulo affigendum curo, cum situs quilibet paulò erectior cerebrum facillè conturbet, nisi æger somnos post in lecto satis longos captaverit. Dietam quod attinet, si æger vino priùs assueverat, Canariense concedo, probè tamen aqua dilutum, in qua panis crustulum fuerat decoctum; &

Tom. II.

quam frigidam in hunc usum in lagena asser-vandam jubeo, ut in promptu sit ubi vinum est contemperandum. Decoctum Album, è Cornu Cervi ulso in Aqua fontana, hic etiam assitum epotum prodest. Pro victu jusculum Hordeaceum, vel è pullorum carnibus elix, ovum sine testa coctum, vel aliud quodvis ex Eupaptis in primos dies sufficiet. Deinceps verò tum ad liquores magis generosos, tum ad alimentum uberius solidiusque paulatim ascenden-dum, ne scilicet nimia vacuitas sive exinanitio, vel morbum à quo convalescerat, vel alia Symptomata, quæ exinanitio solet parere, deniq̃ reducat. Veruntamen hoc est adnotandum, quòd licet in constitutione jam regnante, Laudanum solitarium suo Marte *Dysenterias* subjugabat in illis tamen Annis, in quibus *Dysenteria* Epidemicæ grassantur, & cæteris prælucent morbis, non abs re fuerit illas primùm Evacuationes quas in Capite de *Dysenteria* olim descripsi, in usum revocare.

Et sicuti in radicata illa *Dysenteria* modò dicta, ita etiam in hoc qui sequitur casu, fieri non potest, ut Curatio Methodo illà, quæ Febri unde primitus ortum duxit, debetur, illico possit expediri. Verbi gratiã. Nonnunquam usu venit, ut quis rigore atque horrore corripiatur, calore & frigore per vices alternantibus, quæ sunt haud mendacia Febris jam imminenti indicia. Derepentè viscerum torminibus, à materie febris irruptione ac insultu gravissimè discruciat. Ager cum venam ferire, & alvam repurgare deberet, ad normam superscriptam, ad Medicamenta nescio quæ Calefacientia, tam intrò assumenda, quam extra applicanda se confert: eo se animo ut stus, quos hujus mali fontem esse auguratur, his mediis discruciat, donec tandem abegescente dolore & visceribus diuturniori motu quasi impaeto, motus Intestinalium Peristalticus quo ex naturæ ordine omnia deorsum propellere debent, inverti occipit, & inclusa omnia sursum tendunt, unde æger sævissimo cruciatu torquetur, & provocatur ad Vomitionem, malo jam in Iliaca passione deficiente. Hic in Medendi ratione quam Febris, quæ hujusce Symptomatis Causa erat Antecedens, sibi postulabat, ulterius procedere nequit Medicus, quam ut sanguinem ex ægri brachio semel extrahendum præcipiat: etenim quot & quascumque de-mum Cathartica propinaveris, ea statim Emetica fieri, atque ita sursum inversum viscerum motum magis promovere solent; cum ut plurimum vix fortissima quidem Medicamenta Purgantia vel minima eorum pars intestina permeare valeant, ac sedem petere. Rebus sic stantibus consultissimum esse arbitror brachii venam primùm pertundere; mox interjectã horã unã alterave, Clysterem aliquem ex iis qui potentius operantur injicere: ego fumum Nicotianæ sive Tabaci, ex Tubulo inverso, per vesicam majusculam, in intestina validissimè insufflatam, Enema omnium, quæ mihi innotescunt hæcenus, efficacissimum esse duco. Qui etiam post moram aliquam reiterari potest, nisi prior immisus, solutã alvo, meatus deorsum versus referaverit. Huic autem Remedio Symptomate haud cedente omnino necesse est, ut Catharticum paulò fortius ac

ꝑ. Pil. ex duobus gr. xxv.

X x 2

Mer-

Mercurii dulc. ℞. cum s. q. Balsam. Peruv. f. Pil. n. iij. cap. c. cochl. uno Syr. violar.

Nullum insuper liquorem assumendo, ne minus retineantur. Si autem æger Remedium per os rejecerit, hæc methode procedendum.

Laudani liq. gut. xxv.

Aqua Cinnam. foris ℥b.

Instillata statim propinentur; & interjectis aliquot horis idem Paregoricum repetatur. Cum verò horum usu vomituritio ac ventris dolores remiserint, tunc Catharticum prius dictum iterum exhibeatur. Hoc enim tempore idem sub Laudani tutela assumtum retinebitur, ac suo tandem defungetur munere. Verum si *Anodynerum* virtute ac vi jam penitus infractis, vomituritio ac dolor iterum redierint, Cathartico interim in corpore resistente, in hoc casu, ex dejectionibus per inferiora spe omni impræsentiarum abjecta, ad usum Paregorici supra descripti revertendum, idemque eouique repetendum quarta vel sexta quaque hora, donec intestinis quies omnimoda inducatur, ac proinde motus eorum naturalis deorsum versus restitatur: quo quidem tempore Catharticum, quod hætenus ob contrarium intestinorum motum in corpore sistere, jam operationem suam per sedes exeret, quantumlibet ex tam repetito narcoticorum usu planè contrarium effectum iri videatur. Quod & ipse dum hæc scriberem in Generoso quodam Ileo fevissimò laborante expertus sum; cui tamen postea ex nimis longa tam humorum morbum comitantium, quam acrimie Cathartico retentione, *Aphæ* supervenere, sed quæ satis facillè debellaretur usu Corticis Peruviani supra descripto; ut & os sæpè colluendo cum sequente Gargarismate.

℥. Succi Pomorum agrestium ℥b.

Syr. de Rubo Idæo ℥j.

At cum jam ductus illi pro naturæ lege, denudè pateant, ægro liberum est ut ad dies aliquot ferietur à Purgatione, donec scilicet tumultus nuper in visceribus excitatus, omninò resederit; quod temporis spatium humorum calori & acrimoniæ diluendis contemperandisque satis commodè impertiri potest. Quo factò, Cathartici alternis diebus, ut supra, repetendæ vacare debet, si vel minima adhuc restent Febris vestigia. Sed de hoc satis.

Si infans hæc Febre laboret Gargarisma, tum hirudines duæ utrinque pone aures applicentur.

Dein Emplastrum Epispasticum posteriori cervici admoveatur.

Cum Cerevisia, in qua Rhabarbarum fuerit infusum, purgetur.

Si post Catharsin Febris intermittere videatur, tum *Jalapium cum Cort. Peruv.* (in cap. de Febre Intermittenti, pro Infantibus descriptum) exhibeatur.

Hoc in loco insuper est animadvertendum, quòd licet *Infantes* huic Febris generi æquè cum Adultis obnoxii sint, ac proinde pari cum illis Methode curandi, nisi quòd pro ratione ætatis, minor sanguinis quantitas est detrahenda, ac Catharsis tum eorum ætatulæ accommodanda, tum etiam fortè rarius celebranda [sæpè enim & Infantium & Juniorum morbus à primo vel secundo saltem Cathartico prædominabitur;] nihilominus ferè advertendum est, an quæ hoc modo tractatur Febris pro certo hujusce Constitutionis fuerit, non verò alterius speciei; quod diligenter perquiri debet in Febribus iis quæ *Infantes* corripunt, in omnibus

quibuscunque annorum Constitutionibus. Vulgo enim notissimum est *Infantes* à doloribus ex dentitione ortis, sæpius in Febres agi, quæ haud ita facillè ab alterius generis Febribus internoscuntur. In harum ego Curatione diu multumque angebat, nec nisi nuperis his annis, certò mihi persuadere potui quemlibet ex illis qui meæ curæ concrediti, ad sanitatem restituti fuerunt, tam Arte quàm Casu convaluisse, donec tandem de felici successu Remedii haud ita celebris, imò ob tritum ejus usum planè contempti, frequenter admonitus illud ipse quoque præscriberem; quod etiamnum præ cæteris, quæ mihi innotescunt medicamentis, optimè votis hæc respondet. Ejusmodi verum est. Guttæ duæ, tres, vel quatuor spiritus C. C. pro ratione ætatis, in cochleari uno vel altero Aq. Cerasor. nigr. vel Julapii alterius appropriati, exhibeantur quarta quaque hora ad vices quatuor vel sex.

Est & Symptoma aliud Infantibus permolestum, longè diversum & à Febribus variorum Annorum Constitutionum, & ab illa proximè memoratà. Est verò Hæctica species *Infantes* diu affligens, quæ infestati sine insigni aliquo calore languent, cum appetitus dejectione; & tam artus quàm corporis truncus ubique emaciantur. Simplicissima quæ hæc utor methode, talis est. Rhei electi talcolatim incisi ℥ij. in lagenam vitream duarum librarum Cerevisiæ tenuis capacitatem, subere mox probè obturandam, immitti curo, (vel in alio quolibet liquore pro quo potu ordinario uti solet infans;) quam Cerevisiam ita medicatam infanti tam noctu quàm interdiu, & cum & sine cibo propinandam injungo. Epoto hoc liquore, duas alias libras Rhabarbaro eidem superaffundi jubeo; quibus pariter exhaustis, alias adhuc duas pro tertia vice substituo; quo factò & Rheum vires suas amittit, & *Infans* morbo ut plurimum liberatur. Ne tamen Cerevisia primùm affusa Rhei vi Cathartica saturatius imprægnata, justo vehementius alvum cieat, cautius agimus, si librà unà epotà alteram statim adjiciamus; post verò, recentem Cerevisiam non affundemus, nisi exhausta ea omni quæ prius fuerat lagenæ inclusa.

Sed ut ad Febrim de qua nunc agimus, Constitutionis scilicet jam currentis, revertamur: Hoc sedulò observandum est, quòd in hoc Febris genere (perinde ac in Rheumatismo & aliis morbis quamplurimis, quorum curatio solis evacuationibus absolvitur) si dictis evacuationibus pertinaciter insistamus, usque dum Symptomata omnia prorsus ablegaverimus, sæpius ægro non nisi Morte medebimur. Neque enim ita insolens est, ut Symptomata quædam leviora, & quasi effœta Febris Reliquiæ aliquantisper etiam expirante jam morbo, perdurent; à quibus tamen nullum ægro recidivæ periculum est, quæque sua sponte pari passu quo sanitas redit, abscedent. Quid quòd jam recitata Symptomata haud rarò nihil aliud sunt quàm reiteratarum evacuationum, quibus Medicus morbi curationem tentavit, vera progenies; si huic saltem addamus in causæ partem, exinanitionem illam quam ægri à consuetis cibis potuque abstinentia superinduxit: quo omnia cum in corpora jam à morbis infirmata & pœnè confecta vim fecerint, Vapores, quos dicunt, haud aliter elevantur quàm in feminis, atque eandem planè ob rationem, ob debilitatum sc. & quasi disjectum fractumque Spirituum Animalium Systema. Quapropter post factas, quæ tollendo morbo sufficere queant evacuationes, Prudentis Medici est, ab importuna earundem

earundem ordinatione sibi temperare, & paulisper attendere quid Tempus, Medicorum sæpe Felicissimus Optimusque, ad leviculorum istorum Symptomatum depulsionem conferre possit, quæ quidem sæpè numero, prout multoties repetita observatione comperi, à Purgativo duabus vel tribus noctibus assumpto, sine alio quovis apparatu, sub morbi huiusmodi exitu devincuntur.

Methodus jam laudata cæteris quas expertus sum omnibus, in huiusmodi Febris curatione facile antecellit. Si quando verò Febrim non profus tollat, id saltem agit ut intermittere cogatur; ac proinde Peruviano Cortici, qui hic nunquam non triumphat, consociendum tradit. Cum autem Catharsi isthic imperata Curationi huius Febris obesse nonnullis forte videatur, pro comperto affirmo, nihil ita certo atque ita potenter ægrum refrigerare atque Catharsin, post venæ-sectionem (quæ ubique præmittenda est) celebratam. Tametsi enim Medicamentum Purgans eo ipso quo sumitur die, atque ad eò inter operandum majorem impræsentiarum & in sanguine & in reliquis humoribus, quam qui ante fuit, tumultum excitet, & proinde Febrim intendat; id tamen noxæ emolumento mox inde subsequituro plus satis pensatur. Testatur enim Experientia, Catharsin, modò post eductum sanguinem tentetur, quibuslibet aliis remediis feliciter certisq; Febrim perdomare; tum quatenus scdam illam Humorem illuviem è corpore exigit, à quibus ut à causa Antecedente Febris accendebatur, vel si non antea peccabant ii, jam saltem concalescenti, & à Febris ardore quasi cocti & dissipati, ad ejusdem moram diuturniorem multum faciunt; tum etiam quatenus Anno yno viam sternunt, quòd tutius longè certiusq; officio suo fungitur, quam si humores peccantes, qui Purgativi vires alter potuissent infringere, purgatione non fuerint eliminati.

At è contra sicuti Methodus illa quæ materiam Febrilem per poros cutis eliminare satagit, minus habet certitudinis, ita plus habet & fastidii, & moræ, utpote quæ morbus sæpè us ad septimanas aliquot producit. Cum æger hoc modo primùm in ipso sepulchri margine [si forte Libitumam evitet tandem] constituatur, & per longum illum Febris decursum, denso Remediorum agmine infusetur, quibus ea expugnantur symptomata quæ imperita Morbi tractatio advexit; dum Regimine & Medicamentis calidissimis tentatur Curatio ejusmodi affectus, qui pro genio suo, utraque horum frigidissima omnino deposcit. Atque ita dum male sani homines Artis falsè dictæ Regulis se mancipant; etiam spreto sensuum illis Reclamantium iudicio, morbum ex sua natura brevem facilemque in diuturnum, & difficilem eruditè convertunt, omnia tumultu & metu conturbantes, & fluctus, quod aiunt, excitantes in simpulo. Quo facto non iis magis opus erat, quam est Nauclo, ut dum in mari libero navim possit agere, eandem inter cautes & brevia inferat; undè licet majoris peritæ gubernationis famæ comparandæ opportunitatem nanciscatur, servato in tanta desperatione navigio, viri Prudentis saltem nomen amittet.

Has itaque ob causas, & prudenti, uti spero, fiducia affirmare lubet, quòd dicta Methodus curationis per Venæ-sectionem & Purgationem expediendæ, plus alia quavis præstabit in Febris quamplurimarum specierum expugnandis. Licet enim Diaphoresis, propriè loquendo, naturæ ipsius sit Methodus, qua materiam febrilem foras protrudit, & præ cæteris maxime genuina sit, & accommodatissima, quoties natura suo relicta arbitrio dic-

tam materiam primùm digerat, dein ritè coctam per corporis habitum blandè expellat, (quem felicem Naturæ eventum Febres per sudores abigenti cum Medici Practici sæpe animadvertissent, hinc ansam arripiebant *Διματωρτες*, sidenter statuendi, Febres universas hac tantùm Methodo, non verò alià quavis, profligare posse ac debere; Quo tamen dato & concesso, Ars nihilominus, quâscunque Naturæ imitationem præ se ferat, id saltem sibi privilegii arrogare nequit, ut Febris per sudores certo exigendis par sit. Primò enim nescit Ars quo pacto materia peccans ad expulsionem subeundam ritè præparanda sit; nec si hoc sciat, certa ulla habet indicia, quibus de huiusmodi debita præparatione possit moneri; unde etiam & tempus ciendo sudori opportunissimum ignorari necesse est. Temerariam verò sudoris, nondum peracta Cociione, provocationem, longè periculosissimam esse, nemo, opinor, nisi pertinax negaverit; cum materiam crudam in Cerebrum impingens, oleum camino addat. Atque, prout aliàs etiam innui, saluberrimum illud Hippocratis Monitum, *Cocla, non Cruda sunt Medicanda*, non tam Catharsin, quam Diaphoresin ex Arte sollicitandam spectare videtur. Etenim neminem in ægris tractandis vel mediocriter versatum fugere potest, quàm multi indies malè multentur à Vetulis & imperitis Medicis, præpostero hoc Sudorificorum abusu: his enim more receptum est, ut si quis de rigore, & capitis atque ossium dolore (quæ ut plurimum Febris mox invasuræ præcludia sunt) conqueratur, exemplo illum lecto adjudicant, & sudoribus quoquo modo extorquendis toti incumbunt. A quo importuno molimine tantum abest ut præcaveatur Febris quæ fortè vel sua sponte, vel eductis aliquot sanguinis Unciis potuerat evanescere, ut è contra magis accensa vehementius exardescat, & in morbum jam radicatum confirmatumque abeat. Illud insuper (ut Vetulas jam missas faciamus) notissimum est, quòd sicut sudores isti qui Febre primùm ingruente spontanei erumpunt, Symptomatici omnino sunt, nullatenus verò Critici; ita etiam qui primis Febris diebus Diaphoreticorum vi exprimuntur, nihil magis ad morbi Curationem plerumque conferunt quàm solent alteri illi Symptomatici, ita præmaturè suâ sponte manantes, hoc est ut plurimum ne hilum quidem. Deinde verò sicut ignorat Ars opportunitatem illam temporis quæ sudores eliciendi fuerint, ita pariter nescia est quàm diu in iisdem sollicitandis perseverandum sit. Quod si Diaphoresis ultra debitum tempus, quo scilicet materia morbum committens penitus fuerit exacta, protrahatur; humidarum istarum particularum, quibus sanguis diluendus contemperandusque erat, absumptio, febris tum moræ diuturniori, tum incremento ministrabit. Constat itaque quàm in lubrico res hæc vertatur; cum è contra penes Medicum sit alteram illam methodum quæ materia febrilis per Phlebotomiam & Catharsin eliminantur, pro arbitrio suo moderari. Adde quòd hoc etiam nomine hæc illi alteri anteponenda est, quòd scilicet si fortè Medicus propositum sibi scopum non attingerit in sanando ægro, saltem eundem in nullum discrimen adducit, quòd in Diaphoreticorum usu contingit, nisi convalescat. Etenim vel calor lectulo jugiter inclusi, cui præter solitum morem aliquandiu se addixit, [ut Cardiacæ quæ in hac Medendi ratione locum semper obtinent, omittamus] naturæ œconomiam confendit, & convulsivos artuum motus, aliæque Symptomata profus Anomala adfert. Quæ sanè idèò delineari non possunt, quia sub morbi Historiam non cadunt (quod in symptomatis plerisque ad quemlibet morbum spectantibus usu venit) sed à superaddito tumultu & confusione oriuntur, quibus sæpè opprimitur

natura, quoties curationem Morbi hac Methodo ag-
gredimur. Quæ quidem omnia vulgò Malignitati
nescio cui solent imputari.

Cujus de *Malignitate* (sive Notionem, sive Ver-
bum dixeris) opinionis inventio humano generi
longè ipsa Pyrii Pulveris inventionem lethalior fuit.
Cum enim eæ Febres præsertim Malignæ dican-
tur, in quibus intensioris præ cæteris Inflamma-
tionis gradus conspicitur, hinc Medici se ad u-
sum Cardiacorum, & Alexipharmacorum nescio
quorum contulerunt, quo scilicet per cutis po-
ros expellant quod somniant *Venenum* (hoc enim
est dicendum, nisi malint verbis ludere, quàm
illud quod potest intelligi, serio proponere;) ex
quo factum est ut Regimen calidissimum Me-
thodumque huic parem iis morbis adaptaverint,
quæ frigidissima tum Remedia, tum Regimen,
præ cæteris sibi postulabant. Quod quidem sa-
tis arguitur tum in Variolarum, qui ex calidif-
simis in rerum natura Affectibus est, tum in
Februm aliarum curatione: in quem errorem
fortè inciderunt ex conspectu Petechiarum, Ma-
cularum purpurearum, & cæterorum id genus
Excursibus: Quæ tamen omnia in plerisque sub-
jectis, Inflammationi, ægri sanguini jam tu plus
satis à Febre accenso superinducto, omnino
debentur. Ut pote quæ raro sponte sua efflores-
cunt, præter quàm sub adventu Pestis ipsius:
atque in initio invasionis istarum variolarum Con-
fluentium, quæ summæ inflammationis participes
sunt. In hoc enim Morbi genere Maculæ li-
ventes in variis corporis partibus unà cum Pus-
tulis primùm erumpentibus, comparent; atque
æger eodem tempore sanguinis excretionem vel
per meatus urinarios, vel cum Tussi per Pul-
mones, fatigabitur; cum ita valida exagitatione
atque orgasmo ab inflammatione orto, sanguis
ferociat, ut diffractis jam repagulis, in ca-
vitates corporis præceps ruat: Et licet Macu-
læ istæ purpureæ in hac Febre non à tam in-
tensio sanguinis calore, qualis is est qui istius-
modi Hæmorrhagias excitat, ortum ducant;
ab eadem nihilominus inflammatione, sed gradu
remissiori producuntur: & quoties ista sangui-
nis excretio (unicum in Variolis Symptoma
qui devincendo nondum par est Ars Medica)
non accedit, Refrigeranti regimini facillè ce-
dunt. Quòd si Malignitatis præsentiam non tan-
tùm è Maculis Purpureis colligunt; sed ex eo
quòd observaverint, Febris Symptomata subin-
de fuisse mitiora quàm quæ ejus naturæ com-
petere viderentur, ægrum tamen magis viribus
occisum fuisse quàm pro ratione temporis à
quo cœpit ægrotare; Respondeo omnia hæc
exinde tantùm procedere, quòd Natura à pri-
mo morbi impetu quasi oppressa, devictaque,
non satis valida est, ut Symptomata regularia
& magnitudini morbi consona exeret, omnia
verò phænomena prorsus sunt anomala. Etenim per-
turbatâ Oeconomiam animalis & quasi disjectâ,
Febris exinde deprimitur, quæ obtinente ge-
nuius naturæ ductu, vigere solet. Cujus rei
experimentum haud vulgare occurrisse mihi me-
mini multis abhinc annis, in Juvene quodam
ad quem accerserbar. Quamvis enim fermè ani-
mam agere videretur ille, calor tamen externis
corporis partibus ita ad tactum sentiebatur tem-
peratus, ut si lem mihi derogarent adstantes ami-
ci, quoties assereram eum Febre laborare,
quæ ob sanguinis oppressionem (cujus mole,
exitu negato, quasi strangularetur) se explica-
re & ostendere palam nequibat: quòd si ve-
nam incidere, Febrem illicò satis violentam

statim animadverterent. Apertâ venâ; & san-
guine paulò copiosius educto emicuit Febris,
quæ vehementiorem mihi nondum videre conti-
git, quæ non nisi tertiæ quartæve demum Phle-
botomiæ cessit. Sed de his satis.

Quòd si rationes à me allatæ tanti non sint,
ut cerò ac necessariò evincant, rem ita se ha-
bere atque ego statui; attamen si suffragante ex-
perientia deprehendero hancce Febrim evacua-
tionibus per Diaphoresin factis haud libenter
cedere, habeo quod quæro. Neque enim cu-
juslibet demum Ratiocinatio, sed potius Ex-
perientia docere poterit, quanam Februm spe-
cies Diaphoreticis, quanam verò aliusmodi e-
vacuationibus sanari possint ac debeant. Et
profectò nemo sapiens cui tam hominum quàm
rerum natura satis est perspecta in iis, quæ
meræ speculationes sunt, nullo autem certo
experimento determinari queunt, in cujusvis
Mortalis verba, quantuscunque is demum fue-
rit, facillè juraverit: cum idem animadvertere
debeat, *Momenta Rationis* ita profus variâ, ita-
que subtilia esse, ut cum aliquis Theoriam
quamlibet proposuerit, ita validis rationibus
suffulam, ut adstantium, quotquot sunt, om-
nium assensum extorqueat; hunc mox alius
insignioribus fortè naturæ dotibus præditus,
excipit, qui sententiam istam, quæ ita pulchrè
stabilita videbatur, convellit, & firmiori Argu-
mentorum vi nihil illud esse aliud quàm Cere-
bri Commentum, cujus nulla prorsus in natu-
ra vestigia reperiuntur, palam ostendit. Cujus
jam loco is novam quandam substituit Hypo-
thesin, majori adhuc verisimilitudinis specie in-
nixam, & magis affabrè concinnatam: quod ta-
men posterius Figmentum, pari cum superiori
illo fato fungetur, quoties Tertius aliquis se
objecerit, qui Secundum istum tantùm ingenio
vincat, quantum ille sibi præcedentem device-
tra. Atque hoc iterabitur toties quoties, donec
tandem ad illum proventum fuerit, quem *ulti-
ma humani ingenii potentia* consummaverit. Quam
verò difficile sit hunc investigare & à cæteris
dignoscere, statim sentiet, quisquis non usque
adè despicit, ut hanc sibi laudem delirus arro-
get. Quin imò, cum jure merito suspicari li-
ceat, esse naturas in Orbibus illustrioribus,
per Universi expansum hinc illinc sparsis, pe-
ne infinitas, quæ præcellentiori longè intellec-
tûs vi pollent, quàm nos homunciones; haud
satis scimus, annon vel totum hominum genus
Cerebrum, cogitationum officinam, habeant à
Natura ita efformatum, ut non tam quid sit
absolutè verum, quàm quid maxime conveniat,
ac suis Naturis accommodum excogitare queant.
Atque hæc iis qui in Medicinâ faciendâ potius
speculationibus vanis quàm experientie solido
sensuum testimonio innixæ, finem adhibent, dic-
ta sunt.

Quòd si quis hic regerat, Annon igitur de
facto experimur hanc Febrim Methodo huic
quam tradis, prorsus contrariâ persape fugari?
Respondeo, toto, quod aiant, Cælo distare
Curationem Morbi eâ Methodo cui sola ægri
nonnunquam ad sanitatem restitutio adspulatur;
& ejusdem Curationem, istâ Præceos Methodo,
cui & frequentior ægri restitutio, atque etiam
Phænomena practica omnia, quæ in eodem cu-
rando incidunt, pariter adspulantur. Exempli gra-
tiâ: in Variolis, Multi ex iis qui diro calido-
rum & regiminis & remediorum usu crucian-
tur, tamen convalescent; ex adverso autem,
& iis pariter feliciter cedit, quorum Curatio
methodo

methodo planè contrariâ tentatur. Jam quo pacto hanc finemus, Quænam Methodus est præferenda? Hoc planè modò certissimè dijudicabimus. Nempe si in illo regimine priori exploratum habuerò, me quanto magis ægrum excalefacio, tantò magis Febrem, Inquietudinem, Delirium cæteraque Symptomata intendere ac promovere; è contra verò deprehenderò, eundem, ubi moderatè refrigeretur, tanto sedatori temperamento esse, tantoque minus tam à Febre quàm ab aliis Symptomatis vexari. Addo quòd servatà debità illa carnis musculosæ temperiæ, quæ pustularum tum augmento tum maturatiõni maximè competit; & grãdiores sunt pustulæ & liberalius implentur, quàm si æger nimio suffocaretur calore. Posito hoc utroque casu, satis manifestum esse arbitror quàm potius Praxeos Methodum sequi debeamus. Pariter in illà, de qua nunc agimus, Febre, si comperiar ægrum quo magis calefit, eò magis non tantum Phrenesi, Maculis Purpureis, Petechiis, &c. obnoxium esse; sed & Febrem insuper symptomatis omnium generum irregularibus & Anomalis exinde stipari. E contra verò si alium ægrum eà quam jam proponimus Methodo tractatum ac his symptomatis prorsus liberum observaverim, ratio dicat posteriorem hunc Praxeos modum, longè alteri præferre, tametsi uterque æger ita diversimodè curati ad sanitatem revertantur. Quòd si plures hæc viã quàm aliã istã mortem effugiant, eò facilius solvitur Controversiæ nodus; quã de re non est mearum partium iudicium ferre, ne mihi & meis plus æquo faveam.

Atque hæc de hac Febris specie. Quousque illa durabit non hariolor. Neque satis scio annon sit initium aliquod spirituosius ac subtile, & quasi primordium Febris illius Depuratoriæ jam antiquatæ, quam insecta est immanissima illa Pestis. Sunt profecto Phænomena quædam quæ me ut hoc credam, quãdantenus in iucunt, quãdoquidem non tantum Febres Intermittentes propriè dictæ, præsertim *Quartana* hic illic sparsæ adhuc restant; verùm etiam nonnullæ ex his Febris Continuis subinde in Intermittentium castra, mixtè Autumno jam pendente, commigrant. Ut jam taceam Exacerbationes in hac Febre supra memoratas, eorum Paroxysmorum qui Febres Intermittentes comitantur, genium aliquo saltem modo referre. Tum etiam quòd hoc morbo laborantes ad Vomitionem satis sunt propensi. Quã de re tamen nihil prorsus pro comperto vendicare animus mihi est, quoniam non jam mihi succurrit, qua facie Febris Depuratoriã se primùm extulit; prout libro de Morbis Acutis, Sect. I. Cap. III. his verbis subindico. Quanto autem jam tempore prædicta Febris continua invaluerat, dicendo non sum, quum mihi hæcenus satis fuerat ad generalia Februm Symptomata attendere: utpote qui nonnumquam vel juxta varias Annorum crases, aut ejusdem Anni varia tempora easdem distingui posse animadverteram.

Hæcenus THOMAS SYDENHAM.

HENRICI SCRETÆ SCHOTNO-VIIÀ ZAVORZIS, M. D. De FEBRE CASTRENSI MALIGNA, seu molliam corporis humani partium inflammatione dicta, Liber singularis.

Præfatio.

Decennium est, quum libellus de febrè castrensi maligna patrio sermone primùm exiit; (*) qui interjectis vix totidem mensibus eadem lingua altero tanto major iteratis curis in scenam prodiret. Non obstante tamen secunda libri editio, eundem amicorum horum quoque in Latinum conversum prælo denique subicere adactus sum. Hisce conatibus haud exigua nuper commodabat operam generi mei Joannis Adami Oshandri M.D. & in alma Tubingensi Academia extraordinarii in arte medica Professoris, indefessa quadam & inaudita sedulitas atque virtus: successibus enim horis pro privata potius exercitatione, quàm ut vulgari usui aestimaretur, priorem ac contractiorem libellum, fideliter ad verbum transtulit; quam interpretationem postmodum ipsemet ad unguem castigavi, & compluribus in locis illustravi, novisque additamentis auxi. Dum autem hæc chartarum plagulas tanisper seposuissim, ac alteram Germanici tractatus editionem jam auspiciatus essem, ecce! amicorum undique sonare ceperunt incentiva, quibus me in exterorum gratiam, non in immo ad Latinam hanc translationem evulgandam sollicitarunt; sed ut usum simul meam, diu in sinu sotam, de natura ac differentiis februm sententiam generatim explicarem, eandemque tractatum huic commodè intercalarem, rogatum: quorum amica petitioni nullo modo desisse volui. Scio quidem, medicorum acerbissimorum haud paucos, abhinc pluribus lustris, admodum plausibiles de febribus earundemque essentia, præsertim verò de maligna, lucubrationes protulisse; nihilominus tamen, quia eorundem hypotheses, ut plurimum, vel in solo igne, seu flammâ præter naturam in cordis cavis accensâ, vel in humorum singulari effervescentiâ ac ebullitione, vel in auctiore & concitatori sanguinis motu posita fuerunt, hac cuncta me à semel proposito minime deterruerunt, quin candidè eam, quam tam diu aluissim, tot experimentis totque suffragiis suffultam nossem opinionem, paulo diffusius explanarem. In hoc plerisque hæcenus persunditorie egisse autumo, quòd organicarum partium lesiones nunquam magni aestimarent, licet earundem occasiones producentes causarum classi debite inseruerint; quum tamen, iisdem probe examinatis, facillime omnes difficultati nodos, in morborum causis indagandis, expedire potuissent. Quamquam hic nihil tam sublato de me dictum velim, ac si omne id, quod à me in tractatu hoc confirmatur, omnibus numeris perfectum, nullaque amplius reprehensione dignum esset: hominem, erroribusque variis me obnoxium esse novi, & pluribus laboribus hac tempestate fere consecutum; insuperque compertum est, rerum naturalium recessum, quos hoc decalæ seculo penitus rursari contendunt sagaciores, omnem quantumque perscrutantium industriam eludere. Spero nihilo secius lucubratiunculas hæc omnibus æquè rerum censoribus haud dispiciuntur; maxime si percipient, nos non inani captanda gloriola, sed misere decumbentium causâ easdem in commentationem hanc digessisse. Quamprimum etiam

X x 4

[*] Scit. A. 1676. quippo Latina Versio edita est Scaphusii 1686. in 8.

rescivero, lectorem ingenium eandem ob causam animi propensâ erga me voluntate esse, calcet mihi, non frænum, admovebitur, aliquot adhuc opuscula perficiendâ, modò Deus & otium & vita auram concesserit, quo annuente observationes medicæ de febribus malignis, aliæque miscellaneæ, nec non noctes hibernæ in dispensatorium Augustanum, pyretographia, universa praxis medica, pharmacia tripartita, ac Nicandri Colophonii theriaca & alexipharmaca cum commentariis notisque illustrata, deinceps lucem publicam aspicient; modo.

Sint Mecænates; non deerunt, Flacce! Marones.

Qua præter intentionem irrepserit vitia typographica, ea benevolus lector, ne sensus inde pervertatur, è subjuncta designatione corrigat. rogo. Vale, ac bis tandem fructu, donec reliqui parvus exclusi sint.

DE FEBRI CASTRENSI MALIGNA, Sectio I.

De vera hujus affectus investigatione.

CAPUT I. De nomine hujus morbi.

Ita certe comparata est hominum natura, ut nullus omnino ex mortalium civibus tam constanti, tamque perenni hoc in mundo fruatur felicitate, quin singulis fere momentis modò ius, modò aliis calamitatibus prematur. Qui non pereunt bello? quot non fame enecti sunt? plures saxifragis undis suffocatos scimus? nonnulli vivi combusti sunt; alios cœlesti igne tactos comperimus; quantus numerus eorundem, qui animam ex alto delapsi excussere? nonne improbis invisî veneno, aliisve petulantia technis subito aut clandestine ex amicorum gremiis abripiuntur? Ita quoque nullum fere tam ex vegetantium, quam vita carentium reperitur numero, ipsismet elementis haud exceptus, quin mille modis vitæ humanæ aliàs tenui filo pendentis maximas insidias struere valeat. Reliquos prædulce malum luxuries, immoderatio gulæ, vinosa convivia, execranda lascivia, duri labores, difficiles partus, modò matri, modò infanti, modò utrisque simul necem afferentes, irarum ardor, animi contractio, dira pestilientia ac immanes morbi.

KAI AXΘEÀ MYPIA ΓAIHΣ.

uti Nicander Coloph. Op. v. 9. loquitur, confodere, necemque afferre soleat. Quod assertum ipse Epicureæ Sectæ antesignanus T. Lucretius Cæru de rerum natura libro V. hisce versibus confirmat:

Quid Nemeus enim nobis nunc magnus hiatus
Ille Leonis obesset, & horrens Arcadius ius?
Denique quid Creta taurum, Lerneaque pestis
Hydra venenata posset vallata colubri?
Quidve tripeitora ter gemini vu Geryonai?
Et Diomedu equi spirante naribus ignem,
Thracem, Bistoniasque plagas, atque Smara propter
Tantopere officerent nobis? unisque timenda
Unquibus Arcadia volucres Stymphala colentes
Aureaque Hesperidum servans fulgentia mala
Asper, acerba tuens immans corpore, serpens
Arboris amplexus stirpem, quid denique obesset
Propter Atlanteum luv, pelageque severa,
Quo neque noster adit quisquam, neque Barbarus
audet?
Cætera de genere hoc qua sunt portenta peremta,
Si non vicla forent, quid tandem viva nocerent?

Nil opinor: ipsa ad eamdem terra ferarum
Nunc etiam scates, & irepido terrore repieta est.
Per nemora ac montis magnos silvasque profundas
Qua loca viandâ plerumque est nostra potestas.
At nisi purgatum est pectus: qua prelia nobis
Atque pericula est ingratis insinuantur?
Quanta conscindunt hominum cupidinis acres
Sollicitum cura, quantique perinde imoves?
Quidve superbia, spurcitas, petulantia, quantas,
Efficiunt clades? quid inxum desidiaesque?

Interjectisque centum fere ac sexaginta novem versibus idem Auctor miseriam hominis ulterius prosequitur:

Præterea genus horrifera natura ferarum
Humana genti insistit, terraque marique,
Cur alit atque auget? cur anni tempora morbos
Important? quare mors immanura vagatur?
Tum porro puer, ut sævis projectus ab unda
Navita nudus humi jacet, insans indigus omni
Vitali auxilio: cum primum in luminis oras
Nixibus ex alvo matris natura profuadit;
Vagantque locum lugubri complet, ut aequum est,
Cui tantum in vita restet transire maiorum.

Merito igitur ærumnosæ vitæ notitiæ afflictam conditionem cum Menandro apud Stolum serm. 96. deplorandam esse censemus hoc disticho.

ΤΡΙΚΑΘΑΛΙΟΝ ΓΕ ΚΑΙ ΤΑΛΑΠΩΡΟΝ
ΦΥΣΙ

ΠΟΛΛΩΝΤΕ ΜΕΤΟΝ ΕΣΤΙ ΤΟ ΖΗΝ
ΦΡΟΝΤΙΑΝ.

Id est,

Ærumnosa prorsus est, & miserrima suapte natura res.

Multisque plena curis vita.

Cur ergo superbiunt miselli homines, in ipsismet mundi ruinis æternitatem stabiliantes? Iisdem certe fannis excipiendi, ac cum Salimarus, filius Abd'ln elici decimus tertius post Muhammedem Muslimorum Imperator, cum aliquando formam suam in speculo attentius lustraret, atque de eadem, quippe venustissimus erat, gloriaretur, se coronam juventutis esse, ab una puellarum iuarum, teste percelebri historiæ Saracenicæ scriptore Georgio Elmacino, reprehensus fuit: Cujus verba Arabica juxta generi J. Ad. Osiandri M. D. ac Prof. Tub. translationem sic sonant: Tunc pulcher, Rex magne, fores, si vita maneret; Ast homini in terris morsio nulla datur; Nec visum turpi novit vestigia corpus;

Humani patris nil, nisi quod MORERIS.

Quo audito ita petteritum esse Solimonum, ut mox tiam suam deposuerit, contristatus sit, ac paucos post dies obierit. Fugacis vitæ nostræ flebilem exitum, olim parens optimus Johannes Sireta, Schoornovium à Zaverzix Archiater, dum viveret, Scaphusii Helvetiorum felicissimus, sequenti ode iambica elegantissime descripsit, quam Tobia Furlegero Norico, amicorum suorum integerrimo, occasione choreæ mortalitatis Augustæ Rauracorum in cœmeterio P. Prædicatorum pietæ, dicavit, ac ejusdem amicorum albo inseruit ob pietatem erga parentem præmaturè mihi ereptum Lectori benevolentem integram exscribere volui, quæ sic se habet:

Quod non Apelles Cens, aut Zeuxis manu
Possent sagaci, Rauraco nunc in solo,
Mortalitatis terminum certissima,
Paucis tabellis, ecce! pictor exhibet:
Ut, urico quod urbis in loco fuit,
Nunc orbis ipsos pervolaret angulos.

Hic

*Hic purpuratos cernit in reges suum
 Fatale scelerum fere textrices Deos:
 Non insulatos presules, non pauperis
 Agri colonos, aut sacrum Molis chorum
 Horrere: Quidam certum inflat exiis,
 Ubi coortas s-rea Morra praecipit.*

*An quid Philippi proiuit gnato simul
 Pluris avata mento mundos querere?
 Diserta quidnam Suada iuvit Tulum?
 Aut quid Lacertam pellicem vultus Dea
 Digni salaci? Socratem Deum timor
 Subtraxit artus non tororum legibus.*

*Ergo sopherum recte Homerum, cardinem
 Prudentia tunc dicit esse maximum,
 Aevi fugaci voluimus quum transitem.
 Cui placetis, pectus ut scissimum.
 WILHELMUS are comparat Tibi pie
 Incensum: ita; nec immemor mei
 Eris, multos cas quum videbis ruficos
 Fugate frontem tam libelli candidi.*

Eundem quærimoniâ pariter de morbo quem nunc tractat, suscipimus, habere oportet, ut tot rebus miserandis circumvallatos nos sentiamus, unde emergere, nisi per singularem opem divinam, haud valeamus. Atamen non demum nostra ætate, aut saltem præcedenti seculo oriri cœpit affectus accuratiori sanè examine dignissimus: eundem enim jam dudum veteribus cognitum fuisse, ex scriptis illorum cedro dignissimis abunde liquet; luculentæque hujus assertionis testimonia ipsemet Hippocrates diversis locis perhibet; imprimis verò in libris epidemiorum passim; præsertim tamen secundo sect. 3. ubi purpuram eleganter ac clare depingit, quæ videlicet; nec non ejusdem Coacas prænotiones; cui accini quoque Aetius Amygdema tetra-bib. l. 2. sect. 1. cap. 129. aliique è veteribus Medicis.

Et quia nunc omnis noster sermo de febribus erit cæntensibus; ideo quid per vocem Febris tam antiqui, quàm recentiores intellexerint, ante omnia perspicimus, subsidia pro intentione nostra ab aliis linguis peregrinis petendo, Per febrim ergo non solum sanguinis aliorumque humorum, sed etiam ipsarum corporis solidarum partium præter naturam incensionem, inflammationem aut ebullitionem veteres tradere voluerunt; unde recte ab Isidoro Hispalensi orig. lib. 3. cap. 6. Febris à fervore dicta est. Est enim abundantia caloris; cui sententiæ quoque assensum præbet magnus Gerardus Johannus Vossius in etymolog. L.L. Febris, inquit, à quibusdam à feritate nomen accepisse videtur Perrogio teste: sed recte ipse à fervendo deducit, & ante eum Servius in Virgil. Georg. l. 3. ac Isidorus lib. 4. cap. 6. nempe, quia calida sit totius corporis intemperies. A ferreo seu serbeo, est ferbis & ἄρα Febris. Sic Græci πυρρός, a πυρ id est ignis. Quia Hippocrates ὄρη usurpari solet pro febris vehementissima. Hactenus vir incomparabilis.

Quia igitur indicavimus à fervendo dictam esse febrim, non verò à februaræ, quod quibusdam placuit, ideo mea maxime interest, hujus etymii consentum ab aliis quoque peregrinis linguis petere, cum Græcanæ vocis ὄρη, ratio itidem à ὄρη id est igne deducatur. Hebræi pariter per vocem פֶּבְרִים febrim, & quidem ardentem Deuteron. 28. vers. 22. intelligunt à rad. פֶּרַר arsit, accensus fuit, persecutus infelix est. Videtur tamè hic פֶּבְרִים dalaq-quet quamcumque febrim describere, ita ut calamitatum inobedientes Israëlites experturi sint, quotiescunque legem divinam possiderint, quemadmodum ex allegato loco sacro satis liquet; Quamquam cum Hebræa significatione Chaldaica Syriaca, ac Samaritana radix eadem sit, tamen

horum dalaq etiam confudit notat; ac si cum Syrorum פֶּבְרִים mutato פ in ב conveniret, quod frequenter accidit. Et significat conturbatum, sicuti quoque Hebræorum פֶּבְרִים turbavit equum pedibus significat; Æthiopum autem vox geminata dalaq-laga, & adlaglaga, commovit, tremuit, concussit, ut & Arabum פֶּבְרִים, mobilis, irrequieta, commota fuit res, inbecillum reddidit jejunium; ideo latiori quoque significato Hebr. פֶּבְרִים sumi poterit. Alias apud Hebræos febris ardens seu inflammatio viscerum פֶּבְרִים, ebarchyr quoque appellatur à rad. פֶּרַר adustus, exustus, ustulatus fuit; ubi geminatum vocabulum intensiorem significationem habet. Consentunt hic quoque Chaldaei, Syri, Æthiopes ac Arabes, quibus hæc radix idem denotat. Sic etiâ פֶּבְרִים, qaddachar, febris ardens à rad. פֶּרַר, accendit, accensus fuit, conflagravit: ubi Chaldaei, Syriaca, Arabica lingua eadem verbi significatione gaudet. Ab Hebræorum magistris docemur פֶּבְרִים, febrim, à calore vel ardore sic dici, à voce פֶּרַר ignis: quæ terminatio in פֶּבְרִים mere Chaldaica est. Syri ab hac voce febrim appellant פֶּבְרִים quæ & ignem denotat; quemadmodum inde Samaritani eandem, ascheb dicunt; ac Æthiopicis פֶּבְרִים, ignis est. Sic iidem פֶּבְרִים quoque febris appellatur à radice פֶּרַר, calefacit, uti quoque Arabum פֶּבְרִים inde derivari solet: in hisce enim vocibus consentiunt. Imo etiam iidem פֶּבְרִים est febris acuta & ardens, vel à rad. פֶּבְרִים agrotavit, infirmus fuit, unde Chaldaei formarunt פֶּבְרִים & פֶּבְרִים, morbus, & quidem longus ac inveteratum, qui accreuit & corpus debilitat, ut febris; vel à פֶּבְרִים, doluit, parturivit deduci debet. Nec non פֶּבְרִים, zimra, apud eosdem est febris ardens, calor, arbor. à Chald. rad. פֶּרַר caluit, arsit; sicut & פֶּבְרִים & פֶּבְרִים febrim notant. Arabibus generatim febris dicitur פֶּבְרִים à rad. פֶּרַר, calefacit, fervescit aquam, id est, ligna ejus accendit, cui & Hebræi, Chaldaei, ac Syri consentiunt, & Æthiopum, hama & hamama, cruciatum, afflictus fuit, ejus significatio haud multum distat à dictis linguis: iidem præterea febris ardens פֶּבְרִים & פֶּבְרִים vocatur: nam פֶּבְרִים crucifixus, 2. Assavit carnem, eduxit ex ossibus pinguedinem & combussit. 3. Intrans. Invaluit, & continua evasit febris; פֶּבְרִים verò coxit, assavit, significat. Æthiopica vox, fazant, est febris, & quidem, meo saltem iudicio, intermittens seu cum rigore conjuncta, à rad. fazana, febris laboravit; quæ forsitan eandem, ac Arabum فَبْرِيَّ horrida febris, seu cum rigore conjuncta: à rad. فَبْرِيَّ, horrore affecta, ubi hic פֶּבְרִים prima, & in Æthiopica tertia litera est, per metathesin, quæ frequentissima apud Orientales sit, translatis consonantibus. Atamen Æthiopicis febris ardens nydad, id est, febris maligna, à rad. nadda, arsit, excarsit ignis. Apud Persas peculiariter febres ardentes vocantur فَبْرِيَّ, ghermi, à فَبْرِيَّ varm, calidus fervor; unde quoque فَبْرِيَّ garmen, dolor, motor animi; فَبْرِيَّ & calor acis, ac فَبْرِيَّ iberma, q. d. calida aqua: iidem quoque febris פֶּבְרִים, tap vocatur; nam פֶּבְרִים putridus, corruptus est: quod à calore fit, & humoribus aliisve partibus mollioribus corporis durante febris, quicquid alii in contrarium ogganniant, contingit. Sexcenta adhuc afferri possent vocabula, ad febres spectantia, quæ ab Orientalibus linguis petita, febris etymon, effectum, ac ejusdem accidentia magis illustrarent; sed hisce contenti sumus, ne lectori benevolò, rerum forsitan magis gratarum narrationem differendo, fastidium creemus: quæ solummodo eum in finem adduximus, ut pateat,

à plerisque moratioribus populis febres, impri-
mis continuas seu inflammationes nomina sua ut
plurimum sortita esse à calore ac similibus ve-
hementioribus motibus, ita ut unanimes hic consensus
maxime intercedat, quamquam calor solum-
modo effectus, non verò essentia à nobis habeat-
tur.

Pro varia quoque hujus morbi indole, locis
affectis differentibus, ac graviorum symptoma-
tum luxurie, diversa quoque eidem ab auctori-
ribus imposita fuerunt nomina.

At quamvis subinde contingat, ut quidam sine
prævia, aut insigni mutatione conspecta, vel
etiam infectione hac lue cortipiantur, lectoque
affigantur; nihilominus, quia in castris ple-
rumque, vel dum milites sub papilionibus
deguant, à perversa vivendi victusque ratione, à
qua facillime corpus suum, vel ad generandum
hunc fomitem, vel ad suscipiendam luem dispo-
nunt, ferocire solet, merito *febrim castralem* vo-
cavimus; & quidem *contagiosam*, quod alii, qui
communibus cum iisdem habitaculis utuntur,
hoc affectu inficiantur; cumque milites, quæ-
cumque peragant loca, hac etiam lue inquinant
epidemia appellari potest. Aliàs *febris Hungarica*
sive *Hungaricus morbus* nuncupatur; præsertim
Germani milites male victus ratione luxuriantes
tali morbidae dispositioni ansam præbebant, quo-
tiscunque in Pannonia contra Sarmatas stipen-
dia merebant, unde affectui huic *febris Hunga-
rica* nomen inditum fuit: imò à symptoma-
tum graviorum in hoc affectu sævitia *phrenitis*,
angina, *colli fauciumque inflammatio*, *peripneumo-
nia*, *pleuritis*, *inflammatio*, *ac ardor ventriculi*,
cardialgia, *colica*, *diarrrhaea*, *febris maligna*, *punc-
ticularis*, *purpura*, & pluribus aliis nominibus
auditur. Neque hic modo dictus affectus absi-
milis est veterum Medicorum, ita appellato, *he-
mitritæo*, quod elegantissimam descriptionem *A-
drianus Spigelius Bruxellensis*, Professor Patavinus
celebratissimus, medicæ artis posteritati sacram
esse voluit: cujus singulari de hoc morbo trac-
tatu collectæ observationes merentur, ut à cunc-
tis Medicorum filiis pluries repetita lectione sibi
familiares reddantur.

Sæpe sæpius enim hæc febris hominem instar
tertiana invadere solet, cui nihilominus certæ
malignitatis notæ adsunt, unde à veteribus ei-
dem nomen *hemitritæi* inditum fuit. Sic aliquan-
do pro exacerbationum repetitis statisque perio-
dis *quotidiana*, *tertiana* aut *quartana continua*
titulos accepit. Neque existimo, apud antiquos
hemitritæi curationem per appensum *Abracadabra*,
licet detestanda superstitione magica vix caruerit,
quandoque ad optatum eventum ob hanc saltem
rationem pervenisse, quod interea alia nocentia,
ac præter veram methodum adhiberi solita reme-
dia negligenterentur. Consultius enim meo saltem
iudicio foret, soli naturæ medendi negotium
committere, quam absque ulla valetudinis spe
noxia adhibere remedia: sicuti flamma in auras
detractis lignis evanescere solet. Cujus morbi
tractationem hæc versibus expressit *Qu. Serenus*
Samonicus inde medicina præceptis saluberrimis,
ut dixit, capite de *hemitritæo* depellendo.

Mortiferum magis est, quod Græcis ἡμιτρίταιον
Palgatur verbis: hoc nostra dicere lingua
Non potuere ulli, puto, nec voluere parentes,
Inscribis charta, quod dicitur Abracadabra:
Sapius & subter repetis, sed detrahe summam,

Et magis atque magis desint elementa figuris:
Singula qua semper rapies, & cætera figes.
Donec in angustum redigatur littera connam.

Quid verò de his aliisve veterum *Gnosticorum*,
Basilidianorum, ac *Judaorum* impietatibus statuen-
dum, sit *Joannes Christianus Frommannus* in suo
de fascinatione opere perfectissimo lib. I. part. 1.
sect. II. cap. 22. egregie docuit, fusiulque re-
censuit, quem illic videre poteris. Qui plura
de apprehensorum nugis scire cupit, legat *Julii*
Reichelti Mathematici Regii ac Professoris Ar-
gentinensis celeberrimi, *exercitationem de amuletis*;
nostri enim instituti necessitas non permittit hæc
prolixius tractare.

Eadem, quæ modò de magica hac curatione
protulimus, confirmant pauperes ac rustici, qui
sæpius ab hac febre liberantur, sine ullis præ-
sidiis medicis, à solo vini temperatiori, dum
morbus declinat, usu, ac *fructibus sale conditis*
& *comestis*, uti infra recensebimus.

CAPUT II. De hujus morbi descrip- tione.

HAud absque ratione Medicorum veterum,
aliorumque hanc artem profitentium parum
vel nulla veritate fundata de hoc aliisque pluri-
mis affectibus sententiæ merito rejiciuntur; quum
observationum circumspæctui, oculorumque judi-
cio ex cadaverum sectione orto adversentur:
eorundem namque hypotheses, quas foco assi-
dentes (dum toga holoserica pallioque bombyci-
no cincti essent) absque ullis præviis experi-
mentis anatomicis, ne forsan sumbræ brachiorum
orbiculatæ crispatæque unà cum manicis serico
pictis cruore polluerentur, eum tantum in sinem
effluxerunt, ut ad discipulos suos verisimilia quæ-
dã pro occultanda crassissima sua ignorantia coitur-
nato atque prolixo verborum apparatu jactare
possent, sive ea veritati, rationi ac experientie
convenirent, sive secus, parùm solliciti.

Uno ore fere omnes ex veteribus censuere,
febrim generatim sumptam esse *calorem p. n. in core*
de accensum, perque totum sanguinem diffusum, un-
de plures actiones ladantur: cui sententiæ favent
ex recentioribus illi, qui focum seu vitalem flâ-
mam in corde existere opinantur, à qua ceu pa-
bulo purpureus latex in vigore suo conservetur.
At quia hic calor merum accidens, purumque ip-
sius febris productum est, ideo nullo modo ad
ejusdem essentiam pertinet; neque ullarum fe-
brium (nisi cor ipsum aut inflammatum sit, aut
abscessu latente laboret) locus affectus in hac
machina hydraulica quærendus est, sicuti infra
patebit: quapropter allata *febris definitio* utroque
pede claudicat.

Alii dicunt *febrim* nil aliud esse, quàm *auctum*
& *concentratum sanguinis circuitum*, unde similiter
plures partium corporis actiones ladantur, & quidam
rem acu se tetigisse credunt, dum *febris es-
sentiam in enormi sanguinis humorumque ebullitione*
sive *ferore p. n. constitutam esse* perhibent. Utram-
que tamen ex hisce opinionibus Viri hac æta-
te longe celeberrimi haud facillè approbavunt,
præsertim verò nec *Gedon Harvey* in erudito, ac
imperfecto, de febribus tractatu; nec *Cornelium*
Bontekoe Belga celeberrimus Republicæ
Hame

Hamburgensis, ac Potentissimi Electoris Brandenburgici, dum viveret, Medicus, in *diatriba sua de febris à Jano Abrabano à Gihema S. R. M. Poloniae à Consiliis ac Medico excellentissimo terribilissima lingua Latina superbiens; neque Joannes Janes in novarum dissertationum de morbis abstrusioribus tractatu I. de febris intermittens, cum usdem sententia: cum nec pulsus exterior necessario signum ditioris ac crebrioris sanguinis circulus sit, quia etiam cruore exinanita corpora ad arteriarum frequentiorum ac citiorum pulsus adiguntur; cordaque animalium, imo & cadaverum, exsecta, ac sanguine spoliata, nihilominus à quovis irritamine, aut inflatione crebris ictibus per sit longum tempus ad motum pulsive possunt incitantur; uti doctissimus nostratium *Job. Corr. Pajer*, Medicus Anatomiae ac rerum naturalium scrutator sagacissimus, clarè id demonstrat parergo VII. anatomico, de resuscitatis cordibus, quod ad excellentissimum *Job. Jacobum Harderum* Med. Doct. ac P. P. in Academia Basiliensi scripserat. Quam ob rem hætenus perperam ex differentibus pulsibus mox differentem sanguinis systolam ac motum desumere conati sunt. Neque etiam fervor seu ebullitio sanguinis, si qua datur, pro ipsamet februm essentia sumi debet; cum talem ad effectum seu februm productum, sicuti & calor, pertineat. Quod fustus pluribus exemplis ac observationibus probare possemus, si instrui ratio id exposceret. Ideo binas hæc februm descriptiones suis auctoribus remittimus. Quare nunc postulat necessitas, ut nostram quoque sententiam in medium proferamus, non ut alius eandem obrudamus, sed ut pariter solliciti reddantur ad investiganda hæc, quotidie fere eorundem obtutui sese sistentia, februm phenomena.*

Existimo itaque februm omnium ortum ac essentiam fieri à sanguinis aut lympha, aut utriusque simul circa extrema arteriarum oscula glandulasque, aut tubulos excreantes stagnatione subitanea, actiones postliminio ladente, sanguinisque motum periodicum remorante. Stagnatio hæc fit vel propter lympha cruditatem, crassitatem aut lentorem, sive à calida sive frigida causa excitetur; vel à sanguine in grumos conrescente; vel etiam à constrictione glandularum, tubulorum ac arteriarum, circa extrema oscula forissecus à spiculis veneniferis, aut sale acido resoluti motus spasticos cientibus, producta: quamvis alias totus sanguis unà cum lympha secundum naturam se habeant, ut in multis, peste, febris contagiosa, lue venerea, ac scielotybe inquinatis, quorum humores antea optime essent constituti, id observare licet. Nihilominus quia circa secretionum loca sanguini liberalior transitus denegatur, ideo tam diu aggestus partes vicinas distendit, actiones earundem quoque lædit, ac febrim qualemcunque profert: præsertim autem quoties sanguinis appulsus satis vehemens est, plura adhuc symptomata febres comitantia producuntur.

Haud tamen existimemus, hanc lympha cruditatem ac lentorem nulli ulteriori mutationi obnoxiam fieri, aut spissorem sanguinem non posse stagnando putrescere ac resolvi: cum quilibet fere ex diversis inter sese pugnantibus particulis constans humor, nisi impulsus fortior externus accedat, brevi tempore in noxium ac foetidum liquamen stagnando vertatur, aut fermentando acefcat. Quæque verò harum mutationum post stagnationem lymphae aut sangui-

nis, aut diuturniorem in partibus adhæsiorem ac moram fiat, ea certe non ad ipsam febris essentiam, sed magis ad ejusdem effectum seu productum pertinebit; sicuti profluvia ventris, exanthemata, hæmorrhagia, sudores liquescentes ac abscessus in febris inter symptomata aut excretiones criticas referri solent; quæ non causas seu essentiam, sed effectum earundem monstrant ac detegunt. In febris enim non demum causa incipiunt virtutem suam exercere, cum dolor seu astus p. n. auctus in partibus aut toto corpore percipitur; sed magis principia earundem desumi debent ab illa mutatioe, quum vel subito exhalationes fuliginum in cute sistuntur; aut lympha ac sanguis circa glandulas miliaris ac tubulos excreantes stagnat; vel intra arteriarum oscula moram capessit; aut circa glandulas, tubulos ac oscula vasorum à quovis irritamine constrictio spastica fit.

Videmus igitur qualemcunque lympha aut sanguinis in partibus stagnationem, ac remoram febrim excitare, ejusdemque essentiam constituere posse. Sic etiam nulla fit in partibus inflammatio seu sanguinis varicosa in arteriarum quarumcunque partium ramisculis minimis distensa, nisi lympha aut cruoris stagnatio in osculis vasorum aut in ipsis glandulis minoribus ac tubulis præcesserit.

Cum igitur hætenus satis perceperimus quæ ratione febres generatim sumtæ exordium capessant; ac in quonam præcipua earum essentia consistat; ut & quomodo effectus, symptomata; ac crises variæ inde progignantur. Quapropter variis ipsorum opinionibus rejectis, fundamentum descriptionis hujus morbi experientia & observationibus anatomicis recentiorum substruimus, statuendo, febrim costrensem contagiosam epidemiam esse inflammationem internam eandemque malignam, quæ in hac vel illa corporis parte aut viscere nidulando, spiritusque vitales ac animales irritando, dissipando vel suffocando, brevi summam virium jaculentiam facit. De quo, ut alios jam medicos silentio prætereamus, videtis Thom. Bartholin. historiar. anatomicar. centur. III. §. 68. & centur. V. §. 4. Ut & excellentissimi Theoph. Boneti Sepulcretum, loco de febris ardentibus ac malignis; pariter quoque Adriani Spigelii credo dignum opus de hæmorrhæo, antea citatum, aliis hæc vice omisissis.

Malignitatis ac virulenta qualitatis signa ex variabili, hujus affectus indole desumuntur: quod mori proximi pristinae sanitati sæpissime restituantur: cum ex adverso hi, in quibus optima criseos signa apparuere, derepente animam exhalarint. Et quoniam tam fallaci, ac occulto modo hic morbus interdum sevirare solet; ideo summa hic satisque attenta medici prudentia requiritur, quo veram gravissimi hujus affectus indolem genuinamque eandem curandi rationem perspicaci mente indagare possit.

CAPUT III. De hujus morbi foco seu sede.

SI veterum medicorum sententiæ ad stipulari desheremus, firmiter credendum nobis esset, in morbo nunc describendo cor primario ægritudine laborare, ac ipso facto pati: qui verò nostris temporibus focum seu sedem malignarum februm ex-

actius

actius disquirere solliciti sunt, longè alia ratione, uti supra jam indicavimus, *essentiam ac causas* earum manifestas fieri, percipient; quæ ex sequentibus palam fient. Quibus in *locis aut partibus* corporis humani *affectus* hic *sedem* suam *figere* soleat, omni Medico, ægrum *pristinæ iterum* *sanitati* restituere contendenti, quammaxime *scitu* necessarium est: siquidem *symptomata* pro *subjectorum* diversitate multum à se invicem differre, huacque *gravius*, illum *verò* *mitius* affligere, quotidianis observationibus constat: unde *sedem* atque *causam proximam* hujus *affectus* apud cunctos & singulos non in *una*, sed *diversis* humani corporis *partibus* aut *visceribus*, sicuti ex sequentibus palam fiet, delitescere aiferimus.

Potissimi hoc morbo laborantes in *ventriculo*, ac *ejusdem* nunc *superiori*, nunc *inferiori orificio*, interdum etiam *externe* circa *arteriarum gastricarum* *expansiones* malignâ hac *inflammatione*prehenduntur: quare *iisdem* sæpe sæpius *cardialgia* *gravis*, *vomitus enormes*, *ciborum fastidium*, *siti intensissima*, *ardorque ventriculi molestissimus* *conjuncta* sunt.

In aliis nunc *tenuia* nunc *crassa intestina* *virulentâ* hac *inflammatione* corripuntur: sive *bilis* aut *succus pancreaticus* p. n. *constitutus* *concurrat*; vel etiam *proximè colluvies* *bilescens* è *ventriculo*, aut *lympha vitiosa* è *glandulis intestinalium* admisceantur; sive horum nil fiat, perinde est: unde *ferocissimi dolores colici* & *tormina* *gravissima* exoriantur. Si *calor humores* *colligescens* *adlit*, *fibraque intestinalium* inde *vellicentur*, & ad *excretionem* continuo *stimulentur*, *frequentes diarrhææ*; si *verò blenna intestinalium* *liquefacta* ac *aciditatem* *vasa* *corrodentem* *nacta* sit, *dysenteria* *excitantur*; & quotiescunque à *corrodente* hoc *veneno intestinali* *motibus spasmodicis* *torquentur*, *contumacior alvi suppressio* & *inflationes ventris* *acerbæ*, *tympaniten* *æmulantes*, imo *denique gangrana* aut *sphacelus* *iisdem* *subsequuntur*: præsertim *verò* si *ægrî* *modò* *ante* *primum morbi* *insultum*, vel *ipso* *durante* *irritantibus* *hæud* *necessariis* ac *inflammantibus purgationibus*, *diris vomitionibus*, *acrioribus clysteribus* & *tenerimæ* *cutis decorticationibus*, à *medicorum* *privigniis* *vexati* *fuertint*. Hodiernis enim *temporibus* *magna* *adhuc* *medicorum* *cohors* *reperitur*, qui, *nullum* *morbum*, *quocunque* *etiam* *nomine* *veniat*, *absque* *prævia purgatione* *aut venesectione* *curari* *posse*, *firmiter* *credunt*; quod *ipso* *opere* *quotidie* *confirmant*.

Nonnunquam *mesenterium*, nonnunquam *pancreas*, nonnunquam *ipsum omentum* *recensito* *modo inflammantur*: queis in *casibus* *nunc astus*, *nunc horrores* *aut rigores* *alternatim*, *utut* *sine* *notabili* *dolore*, *corporis* *interanea* *pervagantur*; excepto quòd in *mesenterii inflammatione* *dolores* *retro* *circa dorsum* *sefe* *sistant*, & *inde* *per spinam* *ad scapulas* *usque* & *axillas* *penetrent*. De *pancreate Wisungii*, *ejusdemque* *usu* *nuper* *demum* *excellentiſſimus* *Joh. Conradus Brunner* *M. D. Dieſſenhof. celeberrimi* *noſtri Wepferi* *gener* *carissimus*, *affinis* & *amicus* *meus* *singularis*, *doctissimam* *exercitationem* *Amſtelodami* *impressam* *posteritati* *sacram* *esse* *voluit*: in qua *benevolus* *lector* *hujus* *visceris* *naturam* *ac* *constitutionem* è *multis* *experimentis* *ab auctore* *conſignatis* *intelligere* *potest*, *quem* *hac* *vice* *ed* *remitimus*.

Pectus *quoque* *ac pulmones* *hac inflammatione* *scædari* *sæpiſſime* *contingit*: *hinc citatior*, *in-*

terdum & *difficilior respiratio*, *tussis* *perpetua*, & *ubi* *hæc læſio* *ad costas* *usque* *proreperit*, *dolor lateris* *pungens* *eandem* *consequitur*; *ægrî* *quandoque* *de gravissimo* *pondere* *pectus* *eorundem* *premente* *conqueruntur*. Est enim *hic casus*, licet *haud* *crebrò* à *Medicis* *animadvertatur*, *fere* *omnium* *periculosissimus*; *cui* *ut plurimum*, *nisi* *cita* *medicatione* *per expectorantia* *seu bechica* *succurramus*, *puris* *collectio* *super diaphragmate* *seu empyema*, *aut hydrops pectoris* *succedit*.

Quandoque etiam *observavimus*, *hanc inflammationem* *in ipsam* *vasorum spermaticorum thecam*, *ut & in testiculos* *virorum*, *ac mulierum* *congeriem* *ovorum* *sefe* *insinuasse*, *unde testes* *in magnitudinem* *capitis* *infantis* *excrevere*: quæ *in* *viris* *facile* *oculorum* *obtundi* *se* *sistit*, *apud* *sequiorem* *verò* *sexum* *in dextro* *aut sinistro* *hypogaſtrii* *latere* *tactu* *explorari* *poterit*. Quò *major* *enim* *inflammatio* *testiculorum* *cum* *tumore* *fuertit*, *ed* *magis* *secundum* *theca* *vasorum spermaticorum* *longitudinem* *conjuncti* *dolores* *ad* *renes* *usque* *intus* *sefe* *expandent*. Quemadmodum *in* *furore* *uterino* *seu* *insano* *mulierum* *amore*, *queiscum* *mares* *nec* *concabare* *volunt*, *nec* *audent*, *acidior* *irritabilisque* *humor testis* *estundem*, *aut* *rectius* *ovorum* *fasciculos* *ita* *exagitat*, *ut* *illic* *nonnunquam* *inflammationes* *contrahantur*; *unde* *in* *tantam* *insaniam* *incidunt*. Hujus *mali* *exemplum* *nuper* *nobis* *provecæ* *ætatis* *puella* *exhibuit*. *Exillimo* *itaque*, *quotiescunque* *harum* *partium* *inflammationes*, *febris* *maligna* *affligente*, *proveniunt*, *illas* *tunc* *temporis* *quoque* *in* *tantam* *insaniam* *ac* *furorem* *abripit*. *Verùm* *in* *viris* *partium* *generationi* *inservientium* *inflammationes*, *ac* *inde* *suborti* *tumores*, *juvenes* *maxime* *vexantes*, *sæpiſſime* *finita* *jam* *febris* *maligna*, *aut* *in* *ejusdem* *declinatione* *saltem*, *ab* *uberiori* *ac* *intempelliva* *nutritio-* *ne* *sefe* *conspiciendos* *præbent*; *quos* *præsertim* *externè* *crurum* *eryſipelas* *comitari* *solet*. Quibus *de* *affectibus* *duo* *exempla* *notatu* *dignissima* *memini*, *mihi* *praxin* *medicam* *exercenti* *olim* *obviam* *fuisse* *facta*; *utrobique* *tamen*, *auxiliante* *Deo*, *ægotantes* *remediis* *ac* *conſiliis* *noſtris* *felicitè* & *absque* *ullo* *sanitatis* *detrimento* *inde* *liberati* *fuertint*.

Quòd si *inflammatio* *dicta collum*, *os* & *asperam* *arteriam* *petat*, *plerumque* *anginam*, *quas* *subinde* *ad* *ventriculum* *usque* *descendit*, *excitat*: *hoc* *in* *casu* *jam* *avola* *cum* *tonsillis* *mirum* *in* *modum* *intumescit*; *jam* *lingua* *cum* *subjacentibus* *glandulis* *in* *tantam* *magnitudinem* *elevatur*, *ut* *eidem* *vix* *amplius* *fat* *spatii* *in* *ore* *superſit*: *quin*, *ceu* *in* *canibus* *anhelantibus* *accidit*, *extus* *propendeat*. Imo *ægrî* *in* *cinanche* *labiis* *mirum* *in* *modum* *hiantibus* [*dum* *lingua* *ab* *interna* *quoque* *inflammatione* *quasi* *toſta* & *rigida* *extra* *dentes* *porrecta* *est*] *aura* *refrigerationem* *ad* *intolerabilem* *æſtum* *mitigandum* *captare* *contendant*.

Si *faucium* *ac* *æſophagi* *summus* *ardor* *profundiores* *radices* *egerit*, *ægotantes*, *quod* *ad* *interiora*, *le* *totos* *igne* *factos* *esse* *credunt*, & *quoties* *vel* *tantillum* *acidiusculi* *aut* *salsi* *quid* *intra* *corpus* *assumpserunt*, *prunas* *se* *deglutiſſe* *existimant*. *Tumor* *sub* *lingua* *propullulans* *ranula* *dictus*, *ſynanchen* *vel* *oris* *ac* *faucium* *inflammationes* *comitans*,

comitans, ad hanc etiam classem merito refertur; quamvis sine, qui *viscidam, mucosam, ac gelatam* tantummodo in illo contentam esse opinentur; tamen ego huiusmodi tumorem in vetum *abscessum* materuisse vidi, *confillis, ura, ac faucibus* pariter à phlegmone occupatis: qui nihilominus divina assistente clementia secuta exhibendo *remedia*, feliciter à me sublatus fuit. Hujus *causae* non ab similibus illa *lues*, quæ aliquot abhinc annis pecora pessime infestabat, ac *suppurato in glandulis sub lingua* succeroto sese exhibebat: & nisi ab initio *remedia* talia *oleo detegentia* adhiberentur, *lingua* postliminio ab hoc *veneno corrosa* exciderat, unde tandem infestum pecus *nequum* fuit. De quo *diro affectu* prudentiores iudicabant, quoddam *venosiferarum insectorum* genus *ova* sua primo statim *vere*, deciduo melli *aërio in viride pabulum*, à jumentis postea manducatum, deposuisse; *exilia* verò hæc *ova saliva* mox ope in *repentes vermiculos* excreta *glandulis* sub lingua *adhæsisse*; quæ dein à virulentis horum *insectorum moribus* excelsè *suppurarint*, atque in *abscessum* mali moris abierint.

Hæc *inflammatio*, quando ad *caput* usque ascendit, *crassaque cerebri membrana exteriori* sese innotuat, *dolorum capitis* insensibilissimum & inde *secuturæ phrenitis* auctor existit: si verò in hac *dura meninge* *inflammatio* latius extenditur, ita ut fere ne gutta quidem *sanguinis* per *cerebri anfractus* feratur, *lethargum* alioque *soporosus affectus* *attonito morbo* haud ab similibus exitioque *plenus omnino* inducit: quod ex *perpetua dormiendi necessitudine, sensuum externorum privatione*, atque nunc hujus, nunc *aliterius*, vel etiam utriusque *simul lateris paralyti* cognoscitur: imò, si quis *dextero vel sinistro oculo* *caudalam propius* admovent, is *pupillam* in latere affecto se non amplius *contrahere*, sed (quod *lateris illius jam emortui signum est* *evidentissimum*) *immotam ac plane dilatam* permanere, observabit.

Ubi *inflammatio* huiusmodi in ipsum *cerebrum*, vel ulterius in ipsomet *nervorum exortus* ac *propagines* penetravit, *effrumque* hocce *venenum vehiculo spirituum animalium* sese impexit, *omnis sensus motionisque corporis & animi in confusione* rapiuntur: unde *deliri sermones* continui, *ridicula habitus mutationes & artum insolita jactationes*, tandemque *vesania* aut *phrenitis* alias *factis* ab hac *agritudine afflictos* *excarnificare* solent; & si apud eosdem *ingens mæstitia*, vel *insperatus ante morbi invasum pavor præcesserit*; aut ex *adverso iracundiâ* tunc *vehementiori exarserint*; ex quibus *perversa animi motibus animales spiritus* in *functionibus suis* ultra modum *irritantur*, haud *ferendum in ventriculo ardorem*, *inflammationis comitem* concitant. Hocque *delirio phrenitideque* *exagitati* *ægotantes* quàm *facillime à sana ratione in extremam desperationem* desciscunt, quo in *statu misero* *preheni* se jam à *furiis ac orci flammis* torqueri *singunt*: unde *sibi met ipsi vim inferre* sæpius *tentant*, de *duxoria*, *vite* *dolorisque finem* *facturi*, *solliciti*; quos nunquam *solos* *relinquamus*, sed *eosdem* tam *interdium*, quàm *nocturno*, ne *semet ipsos* aut ex *alio præcipitent*, *jugulent*, aut *instrumento* quocunque *interficiant*, in *virorum* aliquot *robustiorum* *custodiam* *concedamus*. Memini enim me unum atque *alterum* horum *tragicorum exemplorum* *ipsismet oculis meis* *perspexisse*: ubi *nempe delirans* quidam *æger* *sibi met ipsi* *venam* *secaturus*, *cultro* *brachii sinum*, *rapæ* *instat*, *fodiendo*, *omnes* *illic* *nervos*, *arterias* *ac* *venas*, & *pone* *palmam* *omnia* *vasa* *ac* *tendones* *transversim* *dissecabat*. Alius *collum* *circumcirca* *innumeris* *furcillis* *bicornis* *istibus* *lædens*, à *secunda* *ædium* *contignatione* in *areolam* *semet ipsam* *præcipitem* *dabat*; qui *tempore* *tunc* *brumali* *per* *noctem* *illico* *prostratus*, *frigore* *perit*. Qui

Tom. 11.

dam alius *delirio febrili* *vexatus* *propriam* *abdomen* *cultro* *aperiebat*, *omentum* *extraherebat*, ac *intestina* *vehementer* *disceissa*, tanquam *inutilia* *eximere* *conabatur*, *cujus* *tamen* *vita* *adhuc* *per* *aliquot* *dies* *durabat*. Hæc *omnia* à *negligenti* *ægotum* *cura* *contigerant*; at *tamen* *illa* *infortunia* *apud* *ægrôs* *delirio* *laborantes* *diligenti* *custodia* *averti* *queant*. Quotiescunque *autem* *venosifera* *hujus* *morbi* *spicula* *in* *iplos* *nervos* *circa* *eorundem* *evortum*, aut *in* *extremas* *horum* *expansiones* *intrusa* *sint*, ad *tantam* *cere* *ferociam* *ac* *inquietudinem* *unâ* *cum* *contentis* *spiritibus* *animalibus* *adiguntur*, ut *varii* *ac* *terribiles* *exinde* *motus* *spasmi*, qui *præsentibus* *sæpe* *terrorem* *incurant*, *erumpant*.

Tandem *morbus* *hic* *pluries* *in* *cute* *sedem* *ac* *vestigia* *sua* *fixisse* *creditur*: quando *videlicet* *in* *artibus* *aliisque* *locis* *erysipelas* *forissecus* *apparet*; aut *in* *cute* *rubicunda*, *ex* *astro* *purpurea*, vel *nigra*, *pulchrum* *moribus* *non* *ab* *similibus* *macula* *sparsim* *prorepunt*; si quoque *pustula* *variolarum* *instat*, *carbunculi* *seu* *anthracis*, *bubones*, *parotides* & *aphtæ* *illic* *conspiciuntur*, *malum* *non* *ita* *perniciosum* *esse* *nihil* *opinantur*, ac *si* *hoc* *venenum* *ope* *spirituum* & *inde* *dependentium* *virium* *à* *corde* & *intercæcis* *ad* *extima* *usque* *corporis* *propulsam* *sit*; quod *de* *illo* *duntaxat* *erysipelate*, *de* *illis* *tantum* *maculis*, quæ *ad* *perfectam* *maturitatem* *perducuntur*, *insuperque* *æger* *circa* *præcordia* *se* *melius* *habere*, *viresque* *resumere* *incipit*, *nec* *non* *mentis* *compos*, qui *prius* *delirasse*, *sit*, *intelligendum* *est*: alias *ejusmodi* *exanthemata*, *pustula* *aut* *bubones* *modò* *recentis* *signis* *bonis* *destituti*, *experientia* *teste*, *magnam* *hujus* *virulentie* *copiam* *adhuc* *in* *corpore* *latitare* *indicio* *erunt*, vel *maculas* *similes*, *prout* *exterius* *in* *conspicuum* *veniunt*, *etiam* *interne* *in* *ventriculo*, *intestinis*, *pulmonibus* *aliisque* *visceribus* *foventi* *nobis* *significant*: quas *illic* *delitescere* *animi* *deliquia*, *virumque* *dejectus* *summi*, unâ *cum* *præcordiorum* *anxietatibus* *conjunctis* *abunde* *testantur*.

Cuncta hæc *signa*, *cum* *labore* *ac* *summa* *virium* *perditione* *prorumpentia*, *maximam* *symptomatum* *ferociam* *indicant*: quæ *tamen* *plerumque* *funesto* *exitu* *terminantur*: *isdemque* *dementiam* *atque* *delirium* *adjuvenda* *esse* *censemus*.

Denique *cenfuram* *nostram* *haud* *effugere* *poterunt* *etiam* *istæ* *inflammationes*, quæ *alias* *ipsismet* *hepar*, *lienem* *ac* *renes* *assuecunt* *sunt* *immerere*. Quæ *circa* *nomi ardor* *quidam* *cum* *rubore* *cutis*, aut *dolor* *pungens* *in* *alterutro* *hypochondrio* *mox* *sub* *costis* *nathis* *sencia* *ur*, *eaque* *regio* *ad* *tactum* *dura* *existat*, *diligenter* *attendendum*; hocque *ita* *se* *habente*, vel *hepar*, vel *lienem* *ab* *hoc* *veneno* *inflammatum* *esse*, *præsertim* *quando* *intestinum* *colon*, *reliquumque* *abdomen* *à* *flatibus* *liberum* *est*, *non* *dubitandum*: *in* *renum* *autem* *inflammatione* *ardor* *iste* *dorsi* *regionem* *ipsimet* *renes* *subtendentem*, *nec* *non* *latitudinem* *lumborum* *sollicitat*; *cujus* *affectus* *signum* *pathognomicum* *difficilior* *ac* *vehementius* *adurens* *urinam* *expellendi* *consuetudo* *exhibebit*.

CAPUT IV. De Februm castrensiū malignarum differentia ab aliis quibuscunque febribus, ac ipsa peste.

NEGARI haud potest, medicos in hunc fere diem varias de februm natura ac proprietatibus fuisse sententias, unde discentes magis confundebantur, quàm v. erudiebantur: quorum opiniones, experientia ac ratione destitute, ægris ut plurimum funestæ fuerunt. In præsentia igitur rerum, hoc negotium diligentius, ut & veritati magis conveniret,

Yy

dis

disquirere, sententiamque nostram de febrium divisione, ac in quibusnam inter se conveniant, vel differant, exponere necessarium duximus.

Quamvis omnes illi affectus, qui febrium nomen aut inflammationis titulum suslinent, primo producendi modo conveniant; dum nullus eorundem absque subitanea, aut etiam temporis successu tota sanguinis ac lymphæ in partibus stagnatione formetur: unde necessariò hi succi in perenni suo ac per omnia vasa circumfluo motu plurimum impediuntur: qui retenti obstructiones intra arteriarum oscula, ac excreantes tubulos, aut inflammationes varicosas pariunt, sive sanguis in arteriarum ramificulis diverticula quærat, sive per diapedesin tenuior ejus pars per summe distentos hinc canales transfudet, aut subinde ab acrimonia appellentis fluidi erosa vascula cruorem in vicinas partes effundant. Quæ omnia contingunt, sive causa ipsius vasis inhæreat, sive contractio ad extus a rebus frigidis, aut acrioribus spiculis humorum corruptorum aut virulentorum circa eadem oscula ac tubulos fiat; quo minus sanguis ac lymphæ eursum suum absque obstaculo continuare possit: his enim interceptis & genus venosum plurimo laudabili sanguine spoliatur, & humores retro stagnantes corrumpi ac putrescere incipiunt, & multivariis aliis affectibus anam præbent; unde sudores symptomatice ac frigidi, varia exanthemata, pluresve corruptorum succorum immodicæ exundationes ortum suum trahunt, quæ vulgò fermentescendi, ebullendi, aut effervescenti actui, humoribus proprio, ab aliis viris celeberrimis adscribitur.

Tamen multivariam quoque febres inter se differre ab experientia rerum magistra evinci posset, si nostra tractandi ratio id hic exposceret; cum hæc ad cujusvis febris examen spectet: quemadmodum olim febrium omnium differentias jam aliquoties pro lectione diversis medicæ artis alumnis, tanquam hypothesin proposuimus.

Existimamus enim omnes febrium species tam pro diversitate causarum, quam etiam pro vario agendi modo, loco ac tempore, si non secundum essentiam, pluribus saltem accidentibus à se invicem distare: hinc easdem in quatuor primarias classes distribuere volumus; differentiaque hæc communiter à diversitate ipsarum causarum, earundemque vario agendi modo, ac morbi foco desumuntur.

I. Ab obstructione sanguinis in arteriarum osculis, ac lymphæ in glandulis miliaris cum, vel sine superveniente inflammatione, facta; cui haud diu persistens glandularum, ac tubulorum, in gula, ventriculo, ac intestinis, intextorum obstructio annumeratur.

II. A pertinaci obstructione glandularum, tubulorum excreantium, ac ductuum aquosorum dispersorum in ventriculo, pancreate, intestinis, mesenterio aliisque visceribus, ad chylum constituendum, eundemque perficiendum atque diluendum; quamque tamen nulla harum partium affectarum inflammatio comitatur.

III. Ab obstructione ac constrictione minorum artetis appensorum osculorum, unde sanguis retro eadem stagnat, ejusdemque circuitus impeditur, ac varicosa ejusmodi partibus excitatur inflammatio; ita ut ab hac sanguinis remora necessariò humorum ita dictus putror ac corruptio subsequi, atque connexio diversarum earundem particularum disjungi ac dissolvi debeat.

IV. A viscerum, aliarumve nobiliorum partium obstructione, unde puris collectiones & latentia ulcera seu abscessus ac vomice ortum suum ducunt.

I. Quotiescunque igitur accidit, ut ab aère externo frigido, aqua frigida, vel ab assumtis actu aut

potentia saltem frigidis, quocunque nempe potu gelido, acetariis, crudis ac horais fructibus, lacte aliiisque chylum viscidum, feculentum ac admodum ineptum reddentibus veluti causis solummodo procatartice, aliisve evidentibus externis, humores dictis rebus objecti, sanguis scilicet ac lymphæ in arteriis capillaceis ac glandulis miliaris subito congelentur, ac ad motum ineptiores reddantur: sive id in corporis ambitu, in ipsa cute, ejusve minimis glandulis intertextis eveniat; sive circa humani cylindri axem, in gula nempe, ventriculo ac intestinis id fiat, ubi pariter plurimi arteriarum ramusculi, complures tubuli ac glandulae excreantes dispersæ sunt. Imò & infinita obliqua lactium oscula per intestina disseminantur, quæ omnia in debitis suis functionibus à prædictis causis manifestam eclipsin pati possunt: ita vel ad tempus eorum actiones propter humorum subitanam oppilationem aboliuntur, aut plurimum minuuntur; vel ex adverso nimium augeantur. Hæc perspicere possunt in sudoribus, hæmorrhagiis, vomitibus ac alvi profluvia, exanthematibus, erysipelate & similibus, febres vel solventibus, vel subinde earundem ferociam augentibus. Nam omnes hi succi, ob periculum novi sanguinis per arterias appulsum, tandem ulterius protrusi, vel per tubulos glandularumque cui intertextas fortius expulsi, ut antiquam sedem omnino deserant, sudorem criticum; vel ex tubulis ac glandulis in gula, ventriculo, ac intestinis dispersis ubertim affluentes vomitum aut profluvia alvi cum morbi expulsionem excitant; aut obstructis adhuc osculis arteriarum propter dictum perpetuum novi sanguinis appulsum ramusculi arteriarum à sanguinis copia admodum distenduntur, unde varia sunt inflammationes: vel à tenuiori & acriori per diapedesin ex nimium distentis arteriis transfudante sanguine erysipelas haud diu perseverans progignitur; per diæresin verò effuso sanguine hæmorrhagia, exanthemata atque purpura ortum habent, vel si in glandulis sive majoribus sive minoribus lymphæ cruditate aut acrimonia peccans congeratur, & per diæresin extra sua vasa unà cum sanguine erumpat, producuntur subinde bubones, phlegma, parosides, phymata, furunculi, phlyctæna, epinyctides & plures aliæ cutis pustula ac exanthemata: quibus plerumque vel febris præcessit, vel adhuc conjuncta est.

Et quia hujusmodi febres plerumque cum insigni horrore aut etiam manifesto rigore sese produnt, opinamur eundem excitari, cum sanguis in osculis ac vasis arteriarum capillaceis congelatus, aut crudior, viscidior, penitusve concreta lymphæ in glandulis hærens, tandem ulterius in venas propelluntur: unde utervis motu coactus simul in transitu nervorum illic protensas ac extantes fibras, ob horum liquorum hostile ac peregrinum acidum etiam frigore respse præditum, aliquatenus vellicare ac spicula sua intrudere solet; à quo irritamine universum systema nervorum, maxime verò spiritus animales in iisdem contenti, in consensum afflictarum partium rapiuntur, ut etiam totum corpus inde contrémiscere incipiat, cui phænomeno nos rigoris seu motus hujus tremebundi causas adscribimus; horror autem à mitiori vellicatione generatur.

Post rigorem sæpe sæpius calor ipsum tactum feriens supervenire consuecit; caloremque sudor excipit, qui signum nobis præbet, materiam hanc jam fere esse subactam; & dum hic sudor rite succedit, ac cum euphoria viriumque manifesta refectio est, indicat causam proximam seu febri materiam & ex antiqua sua sede penitus protrusam, & sanguini iterum commixtam omnino deslagratam, ac solutam esse: qui naturæ conatus certe superfluum h.

rum à reliquo sanguine precipitat ac separat.

Ad hanc classem ergo referuntur omnes febres ephemeræ five unius, five plurium dierum; *synochi simplices*, licet inter continentes recensentur; quò & *causus* seu *febris ardens* pertinet, qui ab aliis *synochis* in hoc unice differt, quòd horum ægrotantium sanguis sulfureis seu oleosis particulis magis scæreat, & ob præpeditum liberiore eisdem circuitum ab obstructis arteriarum osculis major bullitus seu sanguinis ita dictum incendium exoritur. Quòd non eo interpretandum est, ac si cum veteribus statuerem, sanguinem in corde prius accensum fuisse: cum frustrata in minimis valis determinatio motus sanguinis ac lymphæ, perpetuusque novus purpurei laticis appulsus sufficiat ad hoc phænomenon explicandum. Quare non recto, sed obliquo adactus cursu sanguis quaquaversum diverticula quaerendo modò hos, modò illos febrium effectus producat, uti ex jam allatis abunde constat.

Nec *erysipelata*, ubicunque exterius prorumpunt, nullam ad aliam locari queant classem, quam ad primam hanc; quia plerumque à solis causis procatarticeis, licet verè partium externarum inflammationes sint, neque ulla diuturna interna causa conjungatur, producuntur: quibus inflammationibus febres ephemeræ semper associantur; quò etiam referuntur tumores supra expositi; itemque herpes seu ignis sacer, *erysipelas capitis*, *faciei ac artuum*; ut & omnes reliquæ externa inflammationes benè giores, quæ cum vel sine abscessibus in apricum proferuntur.

II. Ad hanc secundam classem referri possunt omnes febres intermittentes five simplices, duplices, triplices, aut magis composita sint, five citius aut tardius recurrant; imò exquisita vel spuria five aliis peregrinis humoribus sociatæ animadvertantur.

Interea tamen nulla particularis observatio me fallat, ut credam harum febrium focum & in eodem contentam causam proximam in singulari aliquo viscere aut parte corporis tantum delitescere, quemadmodum solertissimus *Régnerius de Graef* celeberrimo *Sylvio* tacite annuente censuit, pancreas esse sedem unicam febrium intermittens, cujus obstructi ductus differentias ac periodos harum febrium determinent: quam sententiam in eleganti tractatu de succi pancreatis natura & usu pluribus exposuit; cui tamen ad stipulari haud possumus, quia infinitæ aliæ observationes ex anatomie corporis humani peritæ satis evincunt, modò hoc, modò aliud viscus, interdum glandulas lymphæ secernentes, imò ipsosmet lymphæ ductus materiam febrium, ad intermittentes producendas, continere posse: ex quarum tamen partium numero dictum pancreas eo modo effectum haud exclusum volo. Maximè verò ego simul aculearem tubulos glandulasque in ventriculo ac intestinis dispersas, pertinaciter à lentore lymphæ obstructas, aut tubulos ac venas lacteas à viscidiorè ac crudiorè chylo infartas; vel etiam lympham ad motum ineptam in mesera glandulis ac ductibus aqueis stagnantem. Rationes enim haud contemnendæ, quibus assensum perhibeo, probant materiam febrium intermittens quarumcunque esse lympham seu sanguinis serum ab acido aliquo adventitio inquinatum ac quasi congelatum, quæ in memoratis partibus, tanquam in sede sua, tamdiu delitescit, donec vel juxta regulas ipsius sanguinis motus in se redeuntis (opem simul ferentibus spiritibus animalibus in extremos nervorum furculos pernici flumine penetrantibus) è cubili suo iterum expellatur; vel è corpore profusus secernatur; vel in ipsum sanguinem reorbeatur, eidemque commisceatur: unde mox rigor, ac dein calor, & tandem sudor; si à nulla re externa impediatur, haud ab simili modo, ut antea differimus, succedit.

Tom. II.

Omnes qui temperamento sunt melancholico seu lympham ac sanguinem acidiorè fixum continent, ut & sceleriorbe, lue teneta, atque muliesculæ hysterica passione laborantes, quorum universus sanguis pariter plerumque acido contaminatur (ita ut interdum acidum illud tam diu in corpore digeratur ac exasperetur, donec in chalcantibi naturam degeneret, unde maiorem lentorem lymphæ nanciscitur & ad motum inobediens sit) quartana recensito modo ortæ, præ aliis sunt obnoxii.

Causa proxima tertianam efficiens, dicta hæc, aliquo modo rutilior ac limpidior est; & huic materiæ febris quotidiana adhuc lubricior, & ad motum proclivior existit, ita ut tam hæc, quàm illa, intentionis gradibus saltem inter se differant: si verò cum lymphæ, quo modo in statu secundum naturam constituta est, comparentur, plurimis adhuc & cruditatibus, & lentoris, acrisque vitis eisdem laborare comperimus, quibus sanior nullo modo inquinata est. Attamen una febris intermittens ab alia ejusdem speciei plurimis adhuc aliis modis differt, ita ut una in hoc homine exquisitior sit, quàm in alio; pluresque harum intermittentium insigni rigore paroxysmos prodere soleant, dum alie levi percepto horrore anxietates admodum molestas cum calore satis mordaci ostendunt: quæ nonnunquam & leviori prorumpunt percepto tempore.

III. Ad hanc classem verò spectant omnes febres malignæ pestilentes, imò & ipsa pestis; ut & aliæ inflammationes, phrenitis nempe, lethargus, pleuritis, peripneumonia, cholera, dysenteria, diarrhœa biliosa, varioli, morbilli, purpura, seu maculosa febres. Hamitritæus quoque jure merito associatur febribus malignis, quia vera partium internarum, præsertim verò ventriculi inflammatio existit, uti id celeberrimus Patavinus Professor *Adrianus Spigelius* libro de semitertiana plurimis experimentis comprobavit. Huc quoque locandæ veniunt quotidiana, tertiana, quartana continua dictæ, de quibus *Franc. Moraw* egit libello de febribus malignis continuis paroxysmantibus. Nec aliò pertinent febris leipryia, elodes, typhodes, ac epiala, & quocunque tandem nomine à veteribus à digitatæ fuerint. In dictis enim febribus omnibus observare est, inflammationem partium internarum, & quandoque etiam externarum strictim hæc febres malignas constituere, quæ in plurimis vel à naturæ robore sponte dissolvitur; aut in aliquibus modò citius, modò tardius in gangranam aut sphacelum satiscit. Autumo enim communiores malignas ab exquisita partium inflammatione orti; in pestilentibus autem, & iis, quæ hominem brevius confodiunt, inflammationem mox in gangranam mutari; in ipsa autem peste & quæ omnium civillimè ægrum è medio tollit. Sphacelum ipsum huic tragœdiæ colophonem imponere. Nec impensibile est naturæ cenatibus, in quibus perpetui liquidorum motus intestini sunt, quin venenum aliquod efficacissimum, èque sale volatili summe caustico ac irritante constans, partibus viventibus sese infuset, & easdem inficiat, recensitæque trës gradus lædendi brevissimo tempore absolvat: ita ut id, quod hæc hora inflammatum simpliciter visum sit, interposito aliquot horarum spatio jam in gangranam abiisse animadvertatur; cui mox sphacelum ipse seu summa partium corruptio succedat.

Quamdiu igitur morbus, de quo nunc sermo est, solitos medicocritæ limites non transgreditur, virus dictum in omnibus ac singulis supra recensitis partibus simul ferociam suam haud exercebit, sicuti si opus foret, multiplex experientia freti testari possemus; quotiescunque autem inflammationes & intensiori gradu, & in pluribus corporis humani viventis visceribus simul hospitentur, vix capio, quomodo e-

Y y 2

jusmodi

iusmodi lues à vera & genuina pestilentia discerni debeat; præsertim si epidemias malignasque hujus commatis inflammationes eis paucos dies *sphaselus* abhinc propediem cita *mors* subsequeretur. Verùm quia nunc unam, nunc duas tantum, quandoque, licet rarius, plures partes in febribus *castransibus* mali moris infectari, è sollerti sæpiusque reperita cadaverum sectione, edocemur, easdem à dira pestilitatis labe omnino distinguimus: febres enim *maligna*, de quibus hic agimus, adeo protervæ atque perniciosæ indolis non sunt, tamque crudelia symptomata, sicuti pestis, nunquam habent conjuncta; sique hæc evenirent, quin talem affectum pestem nuncupemus, vix quicquam obstabit: quamquam ad utrumvis malum profligandum virtute penitus convenientia sæpius adhibeantur remedia, præsertim ubi febris nostra ad summum malignitatis gradum evecta est.

At reliquæ febres *continua* omnes, quocunque nomine veniant, & quas in species dispescantur, quod ad operationes ac symptomata frequenter cum *castransibus* consentiunt, ita ut vix ullum utrimque intercedat discrimen; quas ob causas nullam febrem *continua* inflammationis expertem esse, venerandus noster *Wesferus* toto orbe celeberrimus jam dudum pronunciauit, iisdemque propterea nullo modo ob malignitatis metum fidendum esse, rectissime asseruit.

Quamvis *castranses*, quod ad primam morbi accessionem, *tertianam* intermittentem simplicem, infultibus aliquoties repetitis, subinde repræsentent; nihilominus verò mox manifesta malignitatis indicia, ob corporis ac humorum p. n. constitutionem, se se produnt, ut de vera hujus morbi agnitione haud amplius dubitandum sit: à pestilentibus tamen adhuc differunt, quo hæc à solo contagio externo foveri, propagari, ac conservari queant; quum reliquæ *continua* febres ab inflammatione productæ, malam corpori dispositionem, omniumque humorum cruditatem ac corruptionem, tanquam causam producentem habeant.

Nihilo secius tamen, quemadmodum nunc in antecedentibus ipsam pestem propter feritatem latissime per universum corpus serpente à febribus *epidemiu castransibus* sejunximus: ita hic pariter *mitiores continuae* omnes, seu *continentes* ab iisdem *epidemiu* discernimus. Quod de illis tantummodo dictum volumus, quæ tam altis haud nituntur radicibus, quarumque causæ tantum perverfitatis apicem nondum attingere, ac in quibus *spiritus*, tam *vitales*, quam *animales*, unà cum robore naturæ convenienti ad virulentæ causæ è suo nido expulsionem sufficiunt.

Porro *affectus*, quem hic tractare suscepimus, à *mitioribus continentibus* in hoc differt, quòd in illo corpus plurimis adhuc crudis corruptisque humoribus, aliisve fordibus, à læsa concoctione provenientes, scateat, quæ hic illic hærentes minima vascula obstruunt ac inflammationes excitant; cum ex adverso *continentes* simplices sanguini transitum, propter vires præsentis, ac minorem liquidorum lentorem, absque inflammatione post brevem, vel mediocrem sudorem, concedant. Ac præterea plerique *spiritum* in corpore humano latitantes à febre *castransi* ita exhauriuntur aut supprimuntur, ut venenum hoc acidum & volatile (cujus ratio infra patebit) facile ulterius serpere, partibus corporis mollioribus profundius sese insinuare, easdem depascere, spiritusque omnes, vitales nempe atque animales, irritare ac in furorem agere valeat.

IV. Ad hanc classem tandem refero omnes febres *hælicas* olim sic dictas, eo quod mollior habitus totius corporis inde consumatur, febresque lentas ac *rabificas*; quæ omnes simul sumtæ nihil aliud sunt, quam signa manifesta *imbecillitatis*, seu *latentium vis-*

cerum *abscessuum*, ac suppurati, ubi intrus in corpore *serum acidius* p. n. stagnat ac putrescit, vel alias *pus* illic colligitur. Quare admonitos velim omnes Medicos, ne hæc febres juxta Barbarorum ac *semidoctæ præteritorum seculorum* turbæ placita tractare suscipiant, quia in investigandis harum *febrivus* seu *latentium abscessuum* veris causis nimis *foordes* fuerunt: solis enim *humectantibus* ac *refrigerantibus* existimarunt iisdem mederi posse; cum tamen *aperientia* ac *diaphoretica* heic quam maxime requirantur: quibus itidem adjungantur ea, quæ *acidum* illud *corrodens absorbent*, *precipitant* ac *invertunt*. Luridæ enim ac emaciatae facies hoc modo ægrotantium testantur, non solum magnum in humoribus delitescere *acorem*, quem natura in ventriculo tantummodo innoxium, in aliis autem partibus non nisi cum valetudinis dispendio ferre potest: unde magnus *Helmontius* scienter dixit, *omne acidum, excepto ventriculo, corpori esse inimicum, & internas partes ab illo consumi, abscessibusque domicilia parari*: omnis enim *dulcor* conditioni ac indoli fluitantium liquorum corporis convenit; aut saltem *sale* quodam legato seu *enixo* medio, in quo *spicula* acida obtusa sunt, aut absconduntur, magno cum sanitatis emolumento, donati sunt, oportet; sique inde aberrant, aut *acore* erodente laborant, iisdem *humores* convenientibus remediis ad dulcitatæ æquilibrium reducantur: quæ medicatio perficietur vel absorbendo *acidum* *marginis alisive glebæ*, uti sunt *bolus, terra signata, unicornu fossile, creta, agarius petraeus, calces metallica*, aliorumque *fossilium*, *stimmi* nempe *diaphoreticum, cerusa antimonii, stomachicum Poterii, ac ejusdem antisepticum, bezoardicum solare, lunare, Martiale ac Joviale & similia*; vel illud *acidum precipitando* per *corallia, margaritas, earundemque conchas, & alia ostracodermata, crystallum, gemmas, chalybem & reliqua*; vel invertendo illud per *alcaia* tam *fixa*, quam *volatilia*, sive *salsa* sint, sive *insipida*, ubi ex horum numero sunt omnes *planta vuneraria*, sicuti *bellis minor, numeralia, veronica, hypericum, hedera terrestris*, ac plures aliæ; ex illorum vero censu veniunt *salia* ex cineribus harum plantarum confecta; imo *nitrum sulphure*, vel *sibio* crematum huc referuntur; nec non *volatilia*, ut *sal cornu cervi, lumbicorum, viperarum, fuliginis, ac tartari volatilia*, itemque *spiritus urinae, salis ammoniaci, cornu cervi*; ut & omnes *planta scelotyribæ* dicantur, tam *sale* *volatili acri oleosa*, quam *amaro fixo* turgentibus earumque *spiritus, salia volatilia ac essentia spissata* similiter etiam *glutinantia sale vol. turgida*, ut *cornu cervi, cornu alces* ejusdemque *ungula*, & inde confectum *jusculatum gelatum*.

Ex veterum hypothesebus febris *hælica* credita fuit subsistere posse absque ulla causa fonte seu humore peccante: quod tamen experientia teste, absurdissimum est. Quis enim unquam agnovit effectum alicujus rei absque sua causa? Multa etiam, quamprimum eorundem causæ detrahuntur, in duratione haud persistunt. Sic plurimorum morborum par est ratio: utpote qui latitante adhuc in corpore, aut partibus saltem affectis causa, minime subiguntur, quique ex adverso vix amplius affligere queunt, mox ac eorundem causæ debito modo ablatae, aut subactæ sunt. Hoc tamen notari debet, omnes hujusmodi febres *primariò*, tanquam *causas procatarticas*, agnoscere *obstructiones viscerum ac partium* singulares, ubi vel *sanguis* vel *lympha* *acido errante inquinata* sensim congeritur; quod *stagma* temporis successu in *ulcerosum* seu *corrodens serum* degenerat; ejus *spicula*, postquam sese *glutinose* sero extricarunt, incipiunt partes vicinas sensim sensimque depascere; & cum nullam omnino viam illic se subducendi inveniunt, circumcirca *acrimonis* sua oscula

oscula arteriarum constringunt, levemque inflammationem faciunt, præsertim autem accedente uberiori sanguinis per arterias distributi apulsu, hæc febricula seu inflammaticula augetur; reliquum vero hujus corrupti laticis in genus venosum refertur, ac iterum universo sanguini immiscetur; unde complura harum febrium Symptomata ac morbi deducuntur.

CAPUT V. De febrium epidemicarum castrensium causis externis.

Um hætenus satis detexerimus, quid febrium castrensium nomine intelligendum sit? quinam sit earundem focus, ac in quibus cum aliis febribus conveniant, qua etiam ratione ab iisdem differant? requiritur ut nos ad hujus morbi causas accingamus: quæ, ut in more positum est, in externas & internas dispescuntur. Externarum seu procatarrhicarum, fomitem pro hoc affectu subministrantium, variae sunt, ut mox percipiemus: utpote quæ vel ab extu nocere valent, vel intra corpus assumuntur, ut cibus, potus nicotiana ac medicamenta; internorum causarum præcipue agnoscimus duas, antecedentem quippe in corpore existentem, & continuam seu proximam, quæ rectius materia hujus morbi diceretur. In hoc vero capite externas solummodo tractabimus; reliquis in sequentibus capitibus non omissis.

Externas causas, aut rectius, propositi hujus morbi fomites annumerantur sex res necessariae externa, absque quarum usu vita humana conservari haud potest; etiam si ad corporis essentiam non pertineant: utpote 1. aer. 2. cibus & potus. 3. motus & quies. 4. somnus & vigilia. 5. excreta & retenta. 6. animi perturbata.

Quemadmodum extra aquam pisces vitam suam ætatum amittunt; ita nec homo, reliquis animalibus haud exceptis, absque aere ne momentum quidem temporis vitam producere potest: quum tenuis illa, fluida, ac spiritu plena congeries (quæ non tantum externam telluris superficiem circumdat, sed etiam ope desuper gravantis, & ipsi intermixtae materiae aetherae per omnia spatia, meatus ac interstitia telluris penetrat) constans vitae functionum connexio ac vinculum sit; unde universa animalia nobiscum aëra sale volatili aethere turbidum quolibet anheliu in se attrahere coguntur, qui in venam pulmonibus intextam intrusus, ac imperceptibili modo sanguini unitus, eundem vegetiorem, spiritibus diutiorem, ac ad motum aptiorem reddit: quod ad vitam nostram conservandam summe necessarium est. Quam ob causam nonnulli reconditum vitæ cibum in aëris recessibus contentum esse dixerunt. Hæc tamen omnia de puriori aëre dicta velim, quia agens tantum, nullo modo patiens elementum creditur; sicuti summe mobilis, ac subtilis caelestis materia à veteribus philosophis ignis vocata, pro agente solummodo habebatur causa. Aer autem putridus, putidus aut virulentis exhalationibus ac vaporibus inquinatus, inspirandoque in corpus attractus, universi sanguinis flumen sine dubio ita contaminat, ut sanitas magnum inde detrimentum capiat.

Præsertim vero omnia istiusmodi contagia aliis quoque causis conjuncta hæc describam febrim malignam producent; uti ex sequenti narratione omnia ordine exponentur.

Præ reliquis cunctis recensendis comperimus humidum, satentem, nebulosum, ac mucidum aëra à stagnorum, paludum, lacuum ac lacunarum halicibus ascendentem valde noxium esse; sicuti omnia squa-

lore satentia ac nebulosa loca insaluberrima cunctisque febribus progignendis apta nata sunt.

Pari modo cæni ac sordium per plateas à pluvia, nive, aliisque tempestatibus strata coluvies enormiter aëra contaminat; quæ, ni evertantur, putrorem contrahit; ideo in urbibus bene constitutis magistratus, salutem publicam quibusvis aliis rebus anteponebat, pro auctoritate, qua pollet, ineunte mox vere, & quamprimum glacies nivisque crustæ duriores in plateis, arcibus ac tectis liquefcere incipiunt, de evertu, hujusmodi tota hieme collectarum ac putrescentium sordium, prospicere, hæcque putidissima sterquilina in plateis ædiumque arcibus minime tolerare debet; ne inde exhalans ac assurgens foetor atmosphæram inquinat, morbisque epidemiis ansa præbeatur.

At quamvis equorum, boum, suum, ac hominum excrementa alvo egesta per se innoxia sint, utpote ex quibus egregia tam egenis, quam divitibus inservientia remedia parari possunt, quotiescunque vero egesta reliquo cum squalore, urina nempe, cluvia, intestinum animalium rejectaneis, omnibusque rerum sordibus in plateis aut ædium fossis aggesta in finetum excrescant, necessario foetorem putroremque contrahent, unde circumfluus aer, ni crebriorem perfusum capiat, corrumpitur, in pagis autem ac villis, cæu locis admodum perfusabilibus, sterquilina hæc sine notabili damno ferri queunt.

Haud absimili modo aëri labe infertur, quando milites castra ponentes alvi costæ ex hominibus brutisque, ut & mactatorum pecorum cruore cum interaneis, vel prælio caesorum cadavera inhumana relinquunt, aut non ita procul à tabernaculis negligenter projiciunt: cum omnes hæc sordes profundius in foveam deturbari deberent, ne ambiens aer ullum inde foetorem contrahat, aut ulla contagione contaminetur; verum si quælibet merda, quam milites isti circa tentoria sua deponere solent, in palum mutaretur, monumentum exinde fieret, in quo nec Sarmatarum neque Thracum copiae contra eosdem quicquam tentare possent.

Thracici enim militis mundities ac prudentia laudibus merito extollenda est, qui tam in tentoriis suis, quam juxta eadem, ac etiam in ipsorum fossis castrensibus cloacas ad immunditiam corporis occultandam sub terra conditas, modo iisdem occasio sese offerat, habent: unde tam diu sani in castris suis vitam degunt; cum ex adverso squalentes ac sordidi lurcones varios morbos ob foetorem prænaribus aëra sustinere cogantur: ita ut illis sæpe sæpius magis cum fame, peste ac morbis, quam cum hoste dimicandum sit.

Omnibus cujusvis urbis incolis non solum gratum, sed & sanum esset, si pecorum ventres ac interanea, in incultissimo urbis loco, juxta profluentem, vel saltem præter fontem exinaniri ac purificari possent: certiores enim inde redderemus, aëra foetidum sordium cumularum ascendentibus exhalationibus vix amplius contaminari: etiam si non existimem, hujusmodi facer, ex instancis pecorum aggestas, tot tantarumque calamitatum auctores existere posse; nihilominus tamen, quia plurimi homines eandem abhorrent, ideo frequentius ex urbe ejiciendas esse censeo.

Quemadmodum etiam apud nos sors intestinis eluenda dicitur, in pristinum suum locum, tanquam in cellisimam urbis partem repositus, & demum extructus, à tertio foetore nil detrimenti accessit; quia exhalationes ex illic collectis sordibus erumpentes recta sursum tendunt, ac sine ullo damno in sublimitatem aëris distribuuntur, quæ in decliviori urbis loco facilius in aedes penetrare, illicque contentum aëra inquinare possent. Quemadmodum è contraria parte Diogenes Cynici in pedes illuc unguentum facilius

ejusdem nares feriebat; quàm aliis, qui tantum caput eadem licura inungebant. Ex allatis forsitan rationibus etiam modò dictus fons eminentiorem situm obtinuit, quo vapores ex illic congesto fimo in alium protrusi à ventorum perflatu citius dissipentur. Imò latrina sinistro loco extructa, ac spiraminibus necessariis delicturæ, integras quandoque ædes, & in his contentum aëra foetore suo spurcare solent.

Pluribus etiam in urbibus malus mos inolevit, ut, hominibus per plateas adhuc ambulantes, interdum istiusmodi sordes evehantur (qui tamen obscenus labor consultius noctu suscipi posset) & quod magis est, easdem mox in loca domiciliis vicina, aut prope moenia, vel ubi cives frequentius obambulant, aut illac alias transire sæpius coguntur, palam abjicere haud verentur; quamvis multo commodius hæc recrementa in profluentem devehi potuissent.

Quilibet etiam carnifex, qui brutorum cadavera inhumata linquit, haud exiguam multam sufferre deberet; quia intolerabilis exinde emanans putor aëra valde inficere posset: aliàs teterrima hujusmodi cadavera in profundius flumen commodè projiciuntur.

Illud miror, olim adduci potuisse templorum custodes, qui valerudinis humanæ conservationem exactius novisse debuerunt, ut in aedibus sacris, atriiis haud exceptis, locum sepulturæ dederint, arcaeque reponere concesserint: imò ex ipsis templorum pomeriis cæmeteria confecerint: inde enim nil aliud expectandum erat, quàm quod sæpissime factor teterrimus è cadaveribus illic sepultis exhalarit, cujus infectione plurimi illorum, qui hæc loca frequentabant, multivariis oppressi fuere morbis.

Ab hoc perverso sepeliendi ritu temporis successu tandem fundus in cæmeteriis, templa tingentibus, ita in altum excrevit, ut plurimis locis agri planities hæc tempestate ad ipsas fenestras usque ad clathros ascendat: omnesque jam, qui vel sacris præesse, vel iisdem saltem interesse cupiunt, per tot gradus illic descendere, quot olim sursum adeundo fecere, adigantur: quas ob causas etiam ex hæc monumentis perpetuo vapores maligni spiritusque foedi odoris ubertim expelluntur, qui levi negotio in patentes adhuc poros, seu glandulas miliaris cuti substratas, prima luce è lecto ad sacra properantium, illapsi, sanguinique commixti multiplices pravasque corporis affectiones progignere possunt.

Sic quoque nonnunquam Romæ contingere solet, ut hi, qui singularis curiositatis gratia subterraneas collapsorum sepulcorum speluncas intrant, à virulentis exhalationibus prehensi, antiquitatis desiderium vitæ dispendio luere, sæpissime cogantur.

Pisci è gentibus olim singulari rerum notitia cluebant, qui Deorum templa, aedesque sacras in sublimioribus locis ut plurimum extruxere: quemadmodum splendidissimum templum Hierosolymitanum in colle, & Samaritanum in monte Garizim, aliis nunc omissis, condita fuere; de quibus diffusius egit *Joannes Baptista Villalpandus* in descriptione templi *Ezechieli*; nec non doctissimus *Jacobus Febula Leo Ebraeus* libro de extructione templi Hierosolymitani; *Joannes Seldenus* in aureo de jure naturæ ac gentium juxta Ebraeorum instituta libro; nullo etiam modo absolutissima templi Hierosolymitani ichnographia, in Ducatus Wirtembergici viridario Sturgardiæ asservata, hic reticenda est. Huc quoque referri possunt ea, quæ de hac re extant apud *Pitruvium* in *architectonicis* libr. 1. cap. 4. ac libr. III. cap. 1. At jam dudum *Lilius Gregorius Gyradius Ferrariensis* sepulcretis, intra ac circum templa structis, dicam scripsit in libello de viribus sepeliendi cap. V. quem *Joannes Faes Lunenburgensis* luculentis annotationibus illustravit: utrobique enim diffusius de

hoc instituto agitur; quare benevolentem lectorem è ablegatum volumus.

Multæ interdum evaporationes ex ipsa terra in atmosphæram incumbentem à tremebunda terra, ab igne subterraneo, à montibus sulfur flammisque eructantibus, à fumantibus cryptis, à profundioribus detectis specubus, atque à virulentis immaturisque metallorum fumis assurgunt, quæ proxime circumfluum aëra vehementer inficere solent, ut plurimum ac valde perniciosorum affectuum causæ fiant.

Sidera verò, planetas, excepta Luna, atque cometas tam crinitos, quàm barbatos veneniferos radios, aliosque putidos vapores emittere haud credimus, quia graviores istiusmodi corporum celestium particulæ è consueta sua operandi sphaera in tellurem ejici nequeunt, quicquid pro stabilenda hypothese recepta ex adverso oblatret astrologorum vulgus: sententiam aurem hæc non ideo respicimus, ac si cum *Aristotele* ejusque asseclis vastissimum æthera, ac globos candentes circa umbilicum ejusvis vorticis sese volventes, seu stellas fixas omnis corruptionis ac interitûs expertes itatueremus.

Aër igitur, quotiescunque ex levissima quavis causa plures mutationes subit, diversarium etiam, & quidem quo magis à serenitate sua declinat, ac seculentus sit, èd graviorum in corpore humano quarimoniarum auctor existit, sub quo pariter diversas tempestatum vicissitudines, astus nimios, frigus intensissimum, calum ultra quam conducit pluvium, ac tempora sicca aëri canis comprehendimus.

Hominum ceteri autem aër sit exitialis, quando hic, illic, pallustria, squalore sarentia ac nebulosa loca perpetim incolere, aut quoties diutius gurgustius, ergastula, castis vel cubilibus situ mucorove inquinatum immorari coguntur: potissimum verò, ubi lectisternia vel omnino desunt, vel delassatis ac frigore ferre confectis ipsorum membris fovendis non sufficiunt; vel quotiescunque è locis temperatioribus subito in summe æstuosa se recipiunt, revera vuidæ corporis partes inde multum exhauriuntur, pinguesque liquefunt, quæ necessario toti machinæ deflagrationem minantur: vel si vicissim calidiorem locum deferendo, gelidiorem intempestivius perant, nil obstat, quin sudor jam in superficiem corporis propulsus sub cute vere crasseat, aut ad interiora retrudatur: experientiâ rerum magistrâ, quilibet subitaneas mutationes sanitati vim inferre, comperitum est.

II. Alimonium tam quotidianum hominibus, quàm cæteris animalibus pro hac vita sustentanda summe necessarium esse, quotidiano rerum usu edocemur; quare etiam cogimur tam sæpe ejusdem delicias devorare, quia in illo contentum vitæ nectar tam levi negotio deflagrat ac consumitur: non tamen dubitamus, quin temperatus, statisque horis modice sumtus probæ notæ cibus ac potus ad tuendam sanitatem summe conducatur. E contraria verò parte detestanda luxuria desuere, atque esculentis potulentisque sine ordine, sine mensura, sine selectu se ingurgitare, summe noxium est: præsertim tamen si caro suilla recens, nec rite salita aut fumo indurata, pisces paludosi, putridique nequissimi, ac reliquæ carnes putrore corrupta, cibi præpingues, placenta, antrocreata, ova fatida aut butyro fricta vel nimia quantitate, vel haud debito tempore ac hora assumuntur, si etiam absque selectu vappa, vina pendula, ætate rancida, sulfuris fimo nimium inquinata, ob immaturitatem acerba, pluribusque aliis modis corrupta, vel etiam zythum recens, adhuc turbidum & non bene fermentatum, aut vetustum acescens, aqualque palustres ac quitas non exiguis hauribus bibunt: facienti namque ac insalubres ejusmodi potus totum sanguinem vitiosis, erudis,

dis, terrestribus ac limosis, imo quandoque virosis particulis inficiunt; unde æquabilis particularum textura motusque earundem intestinis pervertitur.

Quando milices cibos concoctu difficiles, aut multivarios qualitatibus differentes, ut aqualiculi rptionem miscerentur, simul liberalius ingerunt; & vicissim si iterum fame per aliquot dies fere enecti sunt, data mox occasione se totos cibis denuo insarcunt; quando & se plures ex illorum belluonum classe non solum tota die, sed & in seram usque noctem compositionibus, aliisque sordidæ gula illecebri irretiunt; si insuper ex iisdem quidam debitum ordinem, & cibum sumendi tempus non observando, omnia esculenta ac potulenta, brutorum instar, abliguriunt: ab enormi enim hac ingluvie cruditates in variis visceribus congeruntur, ac vasa tam sanguinem, quam lympham ferentia nimium distenduntur, ut interdum rupti soleant: & sicuti immaturum, aut jam invite corruptum vinum, nimia quantitate haustum, pleuritim ac peripneumoniam facile accessit: ita quoque frumentum pluviosâ tempestate collectum, vel ab insectorum examinibus carere ova sua deponentibus depravata, & in panem excocta, magnam sanitati vim inferre posse, luce meridiana clarius est: haud minus in vituperationem veniunt illi, qui abstinentem, vel vinum adustum quotidie, mox summo mane jejuno ventre, integris scyphis, imo integris congiis hauriunt. De vini abusu legi meretur celeberrimi *Phillip. Jac. Sachli* à *Levenheim Ampelographia*; de noxa aquæ palustris egit *Columella de re rustica lib. I. cap. 5.* vitium voracitatis ac temulentiae reprehendit *Leonardus Lessius S. J. Theologus in hygiastico*; nec non *Ludovicus Cornarius* in dissertatione de vita sobria commotus. *Gregorius Horstius* in tractatu de sanitate tuenda, ac ex hodiernis incomparabilis *Helmontii* sequacibus celeberrimus *Engelbertus Holterhofius* de hominis vita brevi ac longa: quæ scripta digna censet, ut à cunctis tam sobrietatem amantibus, quam avidis belluonibus legantur, atque valitudinis præcepta in iisdem expressa probe observentur.

Huc etiam abusus tabaci pertinet, cujus herbae accensæ succus creber efficit, ut philocapni perpetuo fatigentur *pyralismo*, probos etiam ex corpore humores instar rivuli perennis emulgentes, unde singulari macie, erit gravissimo satore, animique torpore ac temulentia fere continua laborant: qua virulentia plantæ hujus fumos ore attractos pollere ipsa testis est quotidiana experientia, ac celeberrimorum auctororum scriptis confirmatur: præterea quoque suffitio hæc tantum sensus in ventriculo stuporem acciere solet, ut illis fellatoribus appetentiam cibi, nonnunquam & potus penitus dejiciat. Cur autem nonnulli ex recentioribus medicis, quos inter eminet *Isbrandus de Diemerbroek* artis medicæ nuper *Trajecti ad Rhenum* Professor famigeratissimus, succum tabaci temperatum, ceu nobile remedium prophylacticum contra pestem laudaverint; nullam aliam ob causam id fecisse opinor, quam ut saliva in glandulis ac ductibus suis lentore ac motus inertia contaminata lubricitatem nancisceretur, ac expulsiōni magis apta fieret: quam lubricitatem, *caryophyllos* ac alias res mandendo, ut infra patebit, melius procurare possemus. Si enim singulari virtute alexipharmaca ac vi purgandi aëra polleret hæc planta, nullus profecto militum, hajulorum ac rusticorum a febribus malignis aut peste infestaretur: cui tan en tot contrariorum eventuum reclamant experientia: unde fumum tabaci præsidium adeo excellens prophylacticum adversus dictos morbos, quemadmodum nuper minus recte creditum fuit, haud esse existimamus.

Hodie apud plerosque fere mos ed pervenit, ut quilibet nicotianam vitam fastigiat leviter collibus indefinenter spiritu per nares attrahat, quem postea unâ cum muco per palatum in ipsas fauces trahunt;

& quia deinceps sæpe sæpius in ipsum ventriculum decidit, planta hæc stupefaciendi prædita virtute eundem tam male multare potest, ut sterruentes fraterculi omnem interdum cibi appetentiam perdant, quæ solitæ consuetudinis abstinentia unice redimunt. Non tamen insicias ibo, quin tam fumus, quam pulvis hujus plantæ nonnunquam remedii loco adhiberi possit. Hisce duobus recensitis modis adhuc peior est frequens exercitatio mandendi fetidam ac viciam nicotianam conditam, qua non tantum probæ nocte lymphæ uberim ex ore expulitur, sed etiam saliva inde contaminata ac deglutita stomachi sensum plane invertere, ac desiderem ab opere suo facere potis erit. Inno plerique illorum belluonum vini non tantum meri, sed & maxime adusti strenui potatores sunt, qui simul peti fumum & suctu haurire, & ejus pulverem anhelitu naribus ettrahere, & frustula dentibus mandere optime norunt, adeo ut uxoribus suis, ac liberis necessarium victus & amicitus penum temere detraxisse haud sufficeret, nisi simul sanitatis salutisque jacturam faciant. Unde apud nos quondam conjux excubitoris cujusdam pessimam mariti inuiciliter nicotianam consumendi, & cum hæc omnes facultates suas devorandi assuetudinem erga vicinam suam hisce verbis reprehendebat: *Per animam! virum similem meo Johanni Wenceslao haud invenies: quoties tabacum impetrat, tunc dæmonem sumantem fugit, mendicam herbam vorat, merdamque naribus attrahit, ut ventru intestina eidem dilacerentur.* Qui de hujus herbae tam uso, quam abusu plura scire cupit, legat *Joh. Chrysofomi Magneni* exercitationes, *Jacobi Balde S. J. tityram in tabacum*, ac *Neandrum*, præcipue verò doctissimum Gallicum scriptorem *Pradaum*, qui juxta carissimi conterranei sui *Renati Des Cartes* hypothesen, tam de dicta herba, quam etiam de partibus corporis utilitatem inde capiendis, satis ingeniose dilucit.

Secundum enim naturam se habente systasi, ac motu ipsius salivæ, valetudinis bonæ signa inde petuntur, præsertim si tenui suo condimento sallo non orbata sit: poterimus igitur, neglecto suctu tabaci nauseabundo, multò suavia ac elegantius salivam proicitare, mandendo *cinanemum*, *caryophyllos*, *corticis mali citrii vel aurci*, *cardamomum*, *cubebas*, *pyrethrum*, *zedoariam*, *zingiber*, *angelicam*, *baccas juniperi*, *semen seniculi*, *cruca*, aut *nasturtii*, & inde paratos passillos aliaque innumera; quom plures consortio nicotianam fumigantium interesse vix queunt, eo quòd tetrum hunc odorem cane pejus & angue fugiant. Ac præterea hujus plantæ acris sal narcoticum cerebro ac ventriculo sensus hebetudinem tam profunde imprimit, ut non tantum omnis cibi ac potus, uti antea diximus, appetentia aboleatur, sed etiam memoria debilitetur, ac superior menti inducatur.

Omnes igitur tales detestandi, apud quosdam tamen inevitabiles, excessum atque errores, quos committere solent sanitatis negligentes; ut & ex adverso rustica ac inculta passimonia, illata civibus militibusque famas & annona difficultat ad hanc lucem dirisque alios affectus excludendos plurimum faciunt: inordinatam namque ac perversam in ventriculo cotionem & digestionem sequitur sanguini à sua crasi naturali recessus: & ex laudabili, florido, spiritibusque turgido succo fit impura spiritibusque destituta, ac iners, ut ita loquar, *vappa*; unde corpus humanum sensim sensimque hinc veneno progignendo ac recipiendo aptum redditur.

III. Exercitationes corporis immodica, ac quæ frequentius sine emolumento repetuntur, simulque diutius perennant, sanitati non semper adeo salutare sunt, ac quidam existimant: quum non tantum probi humores sanguinem in medioeri spissitudine conservantes, magno impetu ex corpore expellantur, sed

omnes etiam *artus ac membra*, spiritibus dissipatis, exinde collabescant ac debilitentur, ac ad munia sua obeunda inepta reddantur, ut deinceps sanguinis ac *lympha* circuitus maxime impeditus maligni hinc febribus animum præbeat: imo statim post nimios corporis motus gelidi potulentorum haustus, confestim magnas pulmonum, ventriculi, hepatis intestinorumque, ut & pancreatis inflammationes excitare queunt: omnia quippe frigida, sive intra corpus, ut *cibus & potus* assumantur, sive ab extus illud, ut *humida ac frigida conclavia*, *ventus frigidus*, *aqua gelida*, ac *virentes cespites* feriant, *poros cutis* patentes subito obstruunt, ac perpetuum sanguinis circuitum impediunt.

Valde æstuantia *balnea ac laconica*, in quibus longius ac ultra debitum tempus morari, vel etiam mox iisdem valedictis largiorem gelidum potum capere solemus, sanitati nostræ non minus obfunt: statim enim ac *balnea* calore sanguinem superant, ejusdem etiam liquoris concitator motus, in quibusdam partibus impeditus, facillime inflammationes excitare solet.

E contraria parte otium desidiosissimum, somnusque profundior & protrahior, perinde ac excedentes exercitationes sanitati vi n inferunt, & corpus iners animumque socordem reddunt; nam in translatione temporis tam perniciofa, tamque futili non solum magni cruditatium per vices in corpore aggestus fiunt, sed etiam liquida corporis cruditate, lentore, ac coctionis impotentia concaminantur, quæ impediunt, ne excrementa singularum partium per debitos purgationis tubulos amandentur; unde spiritus oppressi ad functiones edendas inutiles fiunt: quibus ita in corpore aliquandiu stagnantibus exitiosa oboriri solet *opilatio*, quam sequitur *inflammatio*; & huic tandem supervenit *enormis vasorum inflatio* & contenti humoris *putor*, ita ut ubique fere erumpere, ac vicinas partes inundare tendat: quæ certe phænomena nil aliud, quam eisdem affectus, de quibus agere constituimus, nobis exhibent. At tamen hæc mala omnia moderato corporis exercitio, animi tranquillitate, somno ac vigiliis modum non superantibus, cæteris quoque rite observatis, averti possunt.

IV. Quum hætenus accurata mente lustraverimus, qua ratione immodicæ corporis *exercitationes*, & vicissim etiam nimia *quies ac desidiosa vita* præsentem morbum producere, fomitemque illi tribuere soleant: simili etiam modo *vigilia protrahæ* (sive in *computationibus*, aut *excubiis*, aliove nocturnis *excursionibus*, apud ægros, aut *sponsam*, inter legendum aut scribendum, sive consulto, sive animi motore, aut quacunque tandem ex causa instituantur) admodum nocivæ sunt, ac sanitati vim adferunt. Haud absimili modo *somnus* in desidiosis, ciboque ac potu infaris luronibus, in meridianam usque lucem protrahæ, concoquendo cibo ac chylis perficiendo ineptus est; quo & *libera suliginum* per cutem *exhalatio*, aliorumque *excrementorum expulsio* impeditur: unde homines supinæ pigritiæ dediti ad quosvis labores suscipiendos impares sunt, ita ut angustiis pressi sudorem merdamque excludant, ac ad plures eosque graves morbos propensionem nanciscantur.

Statim à largiori *cana cubitum ire* somnoque indulgere, omnino noxia, ac verbis verberibusque digna consuetudo est: præsertim autem *meridianus* post lautius prandium institutus *somnus* valde nocet, quem lenta ciborum digestio in ventriculo subsequitur. Ut igitur in omnibus aliis rebus, ita & heic, medium tenere, probatissimum sanitatis tentamentum est.

V. *Præditæ insensibiles exhalationes* per poros cutis & *glandulas miliarias*, *alvus* diutius *suppressa*, *urina* vix *profluens*, *consillarum*, ductumque *salivam* in naribus fundentium *expletiones*, *excreationes sputi* in pectore *oppressa*, *menstrua* in fœminis non bene respon-

dentia aut *commorantia*, *hemorrhoides* statis aliis periodis *cruorem fundentes obserata*, & similia *secretionum impedimenta* plurimas *sordes ac corruptos* in corpore *humores sanguinem* inficientes coacervare solent. Vicissim etiam omnes *largiores evacuandi actus*, sicuti *alvi fluxus diuturnior*, *enormis undique rivis fluentes sudores*, *acre purpurei sanguinis profluvium* è naribus, *monstrifici mulierum menses*, *hemorrhoides liberalius cruorem fundentes*, *gonorrhœa*, *pollutiones nocturna*, ac detestandæ *masturbatorum libidines*, *albus mulierum fluor*, *Venus immoderata*, totiesque ad lassitudinem iterata, vires corporis vehementer atterunt, ut *contagionem* eò facilius, citiusque in corpore nidulari, morbumque hunc producere possit: quibus etiam vehementer ac crebrius repetitæ *alvi purgationes*, *clysters* ac *venæsectiones* accenserentur debent: cum tamen hodie adhuc morbis acutis & malignis, suavis plurium Medicorum, noxia hæc arma inferantur, licet numerum ab intempetivo fortiorum istiusmodi remediorum usu enectorum integra cœmeteria vix capiant, atque sic experimenta per mille mortes faciant.

Præmica ac erythina remedia copiose & abundanter adhibita ingentes in corpore humano tragedias excitare queunt: moderate verò ac necessitate premente usurpata, sanitati admodum proficua sunt. Et quemadmodum *retenta ac corrupta excrementa* magnum corpori detrimentum facere queunt; ita etiam ex adverso *excreta largiter profusa* easdem calamitates progignere valent: ut incomparabilis *Heronymus Mercurialis* in aureo de arte gymnastica opere libr. IV. fatus id comprobat. Quis quæso! *retenta* post largum cibum & potum *excrementa* innoxia unquam deprehendit.

VI. Ex *animi motibus*, fomitem febrim malignam largientibus, vehementiores hic tantum in centum veniunt; uti sunt *ira*, *terror*, *amor*, *timiditates* ac *trepidatio* recens conscripti militis pone mœnia ac propugnacula tantum cacantis, qui spiritus vitales mirabilem in modum exhauriunt ac disturbant, ut per totum corpus, imo singulos artus, tam intus, quam extus, summum virium dispendium ac languor animadvertatur; ac in eodem sanguinis transitu liberior inhibeatur, qui tali modo affectus necessario sistitur, ut inflammationes inde gignantur.

VII. Hisce causis externis merito annumeratur *venenum ab agris exhalans contagiosum*, quod ab adstantibus alius subinde per respirationem in ipsos pulmones illabitur, subinde ore exceptum in *gulam* ac *ventriculum* protruditur, ac subinde quoque in laxiorem *cutis texturam*, aut eidem substratas *glandulas miliarias* penetrat; sicque plerisque corporis recessus occupat, ubi statim vires suas extendere, atque ferocire solet; osculaque arteriarum ac *lymphæ ductuum* constrictione spastica ocludit, ut postea, sicuti aliquoties dictum est, *inflammatio varicosa* in ipsismet arteriarum ramusculis contrahatur. Maximopere etiam *contagione* hac virulenta se facillime contaminare solent plerique, qui *horrorem* quendam ab agris, aut ab exhalantibus *sudoribus ac excrementis* eorundem contrahant, unde *spiritus* quasi in carcere oclusi, vel potius *suppressi* malignitatem hanc è corpore expellere, ejusque *favitiæ* habenas injicere haud valent. Juxta plurimorum quidem sententiam contagium hoc primæ externarum causarum, aëri scilicet, asponi debisset; quoniam autem sæpissime, dum locus hæc grassatur, aër nullis impuritatibus aut veneniferis exhalationibus scæter, ideo tali veneno peculiaris hic locum assignamus: aramen haud inficias imus, ubi morbus hic latius serpsit, diuque perseveraverit, aëra tandem quoque *spiculis contagii virosis* corrumpi ac inquinari posse.

CAPUT VI. De causis antecedentibus hujus morbi.

EX causarum antecedentium numero, sicuti in plerisque aliis morbis gravioribus, hic merito sequentes duas præcipuas recensendas esse existimo, *cachochymiam* nempe ac *cachexiam*: quibus si corpus lacessitur, ad multivarios morbos recipiendos disponitur; præsertim autem tam fluidorum, quam consistentium corporis partium prævitæ constitutiones jam ante febrium malignarum eruptionem à causis externis, forinsecusque concurrentibus occasionibus pederentim subrepere possunt; sicuti præcedenti capite diffusius de hac re egimus.

Quando itaque plures ex hisce causis externis in corpore humano concurrunt, vimque suam sæpe diu exerunt, vel adhuc peioribus associantur, non possunt non valde perverfas ac periculo plenas in omnibus vitæ actionibus mutationes progignere; ita ut postmodum omnes probæ notæ humores ex quibus ipse sanguis principem locum tenet, ab æquilibrato ac indole naturæ convenienti deflectant, & qualitatibus salubrium loco præposteras integritati corporis proprietates sibi adfiscere cogantur. Hi humores, inquam, mediante calore interno pederentim putorem nulli ita pervertuntur, ut etiam malignæ eorundem qualitates magis magisque incrementum capessant; donec tandem omnia è diversis salibus aliisque texturæ particulis connexa ac humoribus innatantia corpuscula à se invicem dissolvantur ac colliquefiant, speculenta autem, terrestres ac limosa particula ex adverso magis indurentur: hinc particulis salium volatilibus, quæ aliis oleosis ligatæ sunt, dissipantur, & scillim è corpore avolantibus, reliqua volatilia acida arsenici instar rodentia corpuscula ab oleosis illis demulcentibus evoluta sanguinis aliisque humoribus tam diu implexa permanent, usquequædam per febris alicujus impetum ad oscula arteriarum, in hoc vel illo labefcente viscere aut alia corporis parte projiciantur, quæ dein irritando ac convellendo eadem constringunt, aut alias feculentis modo recensitis particulis opplent; ac obstructions illic efficiendo, continuoque impetu appellentem jam inquinatam sanguinem sistendo varicosam & corrodentem inflammationem procedunt.

Qualitas hæc humorum virulenta vocem, fossilibus aliis competentem, non respicit: à Paracelso enim ejusque sequacibus *Realgaris*, id est, exhalationis cryptarum nomine venit, ac nihil aliud est secundum Dornam, ac Guilielmum Johnsonum, quam unum fossilium, qui arsenici aut auripigmenti naturam habet, sicuti disertius hoc vocabulum Jacobus Pancretius Bruno Medicus ac Professor Noricus celeberrimus in lexico suo Castelliano explicat, estque *Realgar* duplex vox Arabica, scilicet *Riholgaris*, quorum *Rihon*, ventus, exhalatio, aut odor exhalans è re est, à radice *Raba*, signif. 3. valde eluit ac fertur terra; signif. 6. percepit odore suo rem signif. 8. pass. vento perflatus fuit. Algarum verò cryptam, speluncam, antrum, ac cavernam significat, à radice *Gara* venit in depressiorem cavamque terram & regionem, quæ *Gaur* dicitur.

Quoniam verò ab illa digestionem putorem inducente totus sanguis unâ cum lymphâ quammaxime læditur, spiritusque animales simul hebescunt, ita ut naturæ, ad ingratum hunc hospitem è modo suo, imò è toto corpore tunc expellendum, occupatæ vix amplius sufficiant: idcirco quibus hæc obveniunt, nisi probatissima ac citâ medicatione labem hanc emendarint, luxuriam veneni hujus lethiferi alterius perfecte adiguntur; donec inde huic hos-

ti vincendo impares ægri omnino succumbant, vel ex adverso spontaneo motu, aut natura adjuvante, per insensibilem exhalationem venenum hoc dissipetur, vel proliciendo sudorem expellatur, aut ejus specula alio quocunque modo infruantur, obtundantur, invertantur, involvantur ac præcipitentur.

Malis hisce progignendis haut parvam commodat operam concoctionis ciborum in ventriculo depravatio ex supra recensitis causis externis emergens: hinc chylus cruditate aliisque vitio laborans inde fecernitur, qui in reliquis coctionum officinis in deterius transmutatus in sanguine nullatenus meliorescere, multoque minus in ultimis secretionibus emolumento esse poterit; quia juxta tritum medicorum axioma vitia concoctionis prima non in secunda, multo minus in tertia corriguntur.

Accuratiori enim microscopiorum examine comperitur ut D. Leewenhockii observationes ad illustr. Henr. Oldenburgium perscriptæ *Actisque Philos.* N. 117. septemb. 26. anni 1675. pag. 378 insertæ affirmant, sanguinem è corpore sano emissum è minutissimè, mollissimè ac summe rubicundis globulis constare, qui per minimos arteriarum ramusculos propulsi, tandem & arctius compressi, ellipticos solida seu ovi oblongi figuram acquirant, ac ita ad transitum aptiores fiunt; quamprimum verò globuli isti, instar ovorum diutius coctorum duritiem p. n. nulli, in vasorum osculis aggesti hærentes, efficiunt, ne sanguis libere & oblique ullo obstaculo persuere possit.

Nobis igitur & hic talem corrupti sanguinis indolem ad antecedentes febrium & præcipue castrensiū causas referre licebit.

Sic etiam interdum sanguinem aliosque corporis humores putrescentes in peste febribusque malignis sæpe frequenter iterata experimenta, ope microscopiorum instituta, vermiculos exiguos, ascaridum instar, teste acutissimo Kircherò in pestis scrutinio exhibuisse, constat: hoc certe summam malignitatem ac extremam corruptionem sanguinis arguit, si quis hujusmodi ingraus hospitibus in corporis recessibus domicilium concedere adigitur, ortis à fructibus, frumentis, vino, cerevisia ac lacte per insecta, quæ ova sua in hæc res ubertim deponunt, corruptis; eaque cibi commixta, ac assumpta, & in ventriculo fota ac emollita, ob exilitatem suam ipsomet lactium tubulos cum chylo subintrare, sanguinemque insectis scatentem, ac verminosum reddere solent; ita ut prorependo ac mordendo in arteriâ ac venâ, constrictiones spasticas excitent.

Reliqua verò insectorum exigua ova, ab hominibus, in cibo ac potu deglutita, ac diutius intestinis inhaerentia tandem in vari generis lumbricos excluduntur; qui pro insectorum varietate tam figurâ quam magnitudine differunt: ex eorundem numero lumbricos teretes intestinorum, ascarides, lumbricos, tæniarum instar, latos perque omnia intestina extensos, aliosque cucurbita semen referentes in ductu choledochi ac juxta cystin felleam hærentes, originem suam trahere censemus.

Hujusmodi vermes singulare repentium genus constituere, ut falsò quidam opinantur, haut crediderim; cum n. l. nisi monstruosa repentina insectorum ova, in alieno hospicio ægentia, sint, quæ, cum ipsidem exterior aëris subtilioris aut materia æthereæ impressio deest, ex circumcincta curricula sese penitus evolvere, aliarumque muscarum instar alas suas explicare, & circumvolitare hinc valent; ex adverso verò ob humorum, ac nutrimenti copiam in permagnos lumbricos ac reptantia ova excrescant. Rarâ quidem res est, quod dicta ova interdum in perfectas muscas, scarabæos, papiliones, culices, ac alia id genus reptantia insecta in corpore humano exclusa reperiantur, quæ tamen è veris physicæ scientiæ principis à solerti sapientiæ alumno facile comprehendi potest.

De

De modò recensitorum veritate assensum nobis præbebant recentiores, sedalique rerum naturalium, seu operum summi creatoris indagatores; quorum nullus mentis tam inops erit, qui cum gregariis ac è trivio litteratoribus credat, multivarias *lumbricorum* species ex putridis tantummodo rebus, absque suæ speciei *semine*, originem suam ducere: at multiplici experientia freti doctiores comprobant *insecta*, in *lumbricorum* pullitie, *ova* sua prius in putida ac humida loca semper deponere, quæ brevius vel longiori tempore postea, pro locorum ac ipsorum ovorum indole, moveri, eque centro ad circumferentiam membra sua evoluta expandere incipiunt: uti hanc *genesi* profundioris doctrinæ philosophus *Franciscus Redi* *Arcetinus*, Magni Ducis *Etruriæ* nuper *Archiatr* in *observationibus de insectis*, aliique viri celeberrimi eadem auctoritate cluentes, sufficienter erudito orbi litterario scriptis suis exhibuerunt.

Hiscæ merito adjungi videtur amicus noster integerrimus, ac abstrusiori litteratura politissimus, plurimum reverendus *Job. Rodolphus Ferer*, *Ecclesiæ* primariæ *Diaconus* vigilantissimus, ac humaniorum artium *Professor*, decus civitatis nostræ optatissimus, qui non minorem in cognoscendis rebus naturalibus, ac in abstrusiori theologiæ sapientia se probat; ut sequens observatio satis superque acutissimum ejusdem ingenium prodat.

Ante biennium extremo autumnii ægrotabat filiolus ejusdem natu minimus, qui die quodam intra paucas horas septuaginta & amplius majorum tertium *lumbricorum* per fecellam deposuerat; quo pacto sollicitus parens mox ad genuinam hujus mali causam penetrabat, ratus, horum vermium examen non aliunde, quam à polluto lacte vaccino, à liberis suis comesto, originem traxisse; quod boves lactariæ prædium pascentes aquæ fontanæ, ac putealis purioris defectu, pluviam è tectis collectam, stagnandoque putrescentem potare cogentur, quæ præter hæc in cupis sub dio asservata omni volatilium insectorum spurcitie vermibusque scateret: unde assererat, facillime fieri potuisse, quod minutissima hæc ovorum rudimenta cum chylo in vaccis sanguini sese commiscuerint, quæ postea nondum exclusa ulterius in mammarum glandulas lac fecerentes, tubulosque lacteos intrusa, & in lac abscondita ab infantibus tandem comesta sint: pro quo malo avertendo omnibus viribus postmodum se sollicitum esse velle. Cujus eleganti ratione suffultæ narrationi nil amplius addere malui, quam eandem me de horum *lumbricorum* ortu fovere sententiam.

CAPUT VII. De luiis hujus causis proximis seu internis.

EX supra allatis patet, duas principales causas internas esse, à quibus absque aliarum interventu febres castrenses & reliquæ maligna producuntur ac foventur: quarum prior majoris distinctionis gratia, continens seu proxima causa, febrium essentiam ac indolem exprimens, appellari potest: quæ verò nil aliud est, quam arteriarum capillacearum *spastica contractio*, aut interna intra earundem extrema oscula ab aggesto crudiore viscidioraque sero contingens *obstructio*: unde interceptum sanguinis circuitum necessario partium aut viscerum *inflammatio*, seu *varicosa arteriarum capillacearum expletio* ac *distensio* consequitur: quæ nobis præcipuam certe febrium continuatum malignarumque conditionem exhibent.

Internarum causarum altera, quæ verius proxima febrium castrensiarum malignarum materia indigenti

posset, est virulenta illa particularum heterogenearum crudarumque in sanguine ejusve sero contenta *coeries*, quæ vel forinsecum per contagionem humores subivulit, vel à recensius provatarctis, ac antecedentibus in corpore delitescens causis fovetur, ac excluditur.

De modo, quo prior internaque causa principalis producat, jam in præcedentibus capitibus satis superque egimus, adeo ut nulla ratio sit, cur una eademque res tot vicibus repetatur, quum inde eruditus ac benevolus anagnostes haud difficulter dictorum memoriam in consilium advocare possit. Priori igitur causa interna principali superius satis explicata, accingamus nos ad materia febrium malignarum proximam considerationem; utpote à qua hi morbi consistunt & foventur, atque tot inde mirandi effectus tamque gravia symptomata conjunguntur, aut superata demum febrim comparent.

Et quamvis proxima hæc febrium malignarum materia in ipso sanguine aut ejusdem sero contineatur ac involuta sit, nec antea forinsecus quicquam, quod nocere posset, operetur; nisi quamprimum virus illud, contagionis vi attractum, in vestimentis, lintheis, aut lectisterniis diutius aut contumacius hærendo per patentis cutis spiramenta in corpus humanum, aut per anhelitum, vaporis specie aëri permixtum, vel in ventriculum, vel in pulmones suscipiatur: nihilo secius tamen de eadem febrium materia, seu veneno pessifero ita sermonem instituere, ejusve proprietates rursari consabimus, ac si illa solitaria & absque ullo subjecto seu domicilio subsisteret.

Sic etiam ipsamet materia febrium malignarum proxima bivarium dividi potest, alio enim modo agit ejusdem volatilior portio, & alio modo fixior ac crudior ejus pars. Remur itaque fugitivam materiam proximam febrium malignarum castrensiarum epidemiarum esse venenum seu sal acidum volatile, corrodens, effertum (arsenici seu realgaris instar) quod vel in sanguine ac lympha progenitum, partim à fixis acidis salis particulis, partim verò ab oleosis vinamque redolentibus mediante diuturniore mora seu degestione putrorem inducente sui juris sit; vel quod foris per contagionem in ambitum aut cavitates corporis male disseptis suscipitur: unde adstipulante perennis circuitu, quo sanguis à corde per arterias amandatur, nunc internis visceribus sese insinuat, nunc partibus externis implicatur: & quamcumque partem occupat (imo quoque reconditos spirituum animalium canaliculos) eandem etiam insolito irritamine convellente ac excedendi vi lacebere non desinit, usquedum vel à contractis arteriarum osculis, sanguine remota patiente, varicosa, lateque se extendens inflammatio, in viscere ac corporis parte, cui inhaerescit, exciteretur: vel ab ipsa denique corrosis suffusiones acrioris sanguinis tam in cute quam in partibus internis nonnumquam adjunguntur: unde tot variolorum, anthracum, pustularum, phlegmonesque vitia derivari debent; vel à nimis eorundem vasorum distensione per diapedesin transudante tenuiori acriorique sanguine varia exanthemata, morbilli ac erysipelata producuntur. E contraria verò parte dicimus fixiorem febrium materiam esse crudioris, indigestam, viscidam, terrestrem, seculentamque tam purpurei lactis, quam lympha partem; quibus & minimi sanguinis globuli indurati à nobilissimo *Leewenheekio* detecti, annumerari queunt: unde arteriarum oscula, tubuli excreantes ac lympha ductus obstrui, sanguinisque ac lympha perennis motus impediri solet.

Si autem hæc obstructions pertinaciores remaneant, atque vel vehemensior corporis aut animi motus, vel nimia repletio, crapula, vins adusti abusus, aut excrementa retenta, balnea Venusque sanguinis motum eis partes affectas concitatiorem efficiant, aut vasa turgidiora reddantur, ramusculi arteriarum retro

retro divaricantes ac per anastomofin juncti certo inflammatione varicosa inficiuntur: singulis enim fere pulsus cordis rhythmis sanguis recens propulsus alterum cis oscula hærentem protrudere gestit; at quia ulterius moveri haud potest, ideo ad latera divergens rutiliora diverticula quaerit, quæ tamen non invenit, unde necessario omnes arteriarum in parte affecta anastomofes ramulique protensi præter naturam inflantur, ac distenduntur, & sic inflammationis varicæ fiunt.

Hæc, quæ modo pro materia februm stabilienda attulimus, haud à re ipsa atque veritate distare meam forsitan sentient, quotquot in rerum naturalium cognitione, artisque chemicæ experimentis atque laboribus apprime rectissime versati sunt. Qui enim varias, alias si separatim sumantur, innocuas corporum particulas, salibus, pariter seorsim vitæ immunitibus, jungendo, earumve texturas immutando in præcensissimum venenum magna cura conficere norunt; vel qui dissolutionis ope aliisve artificii compendiis latians venenum è naturali aut arte confiato corpore extrahere sciunt; vicissim etiam, qui virus, summe noxium, manutatio laboris adminiculo è rebus expellere aut aliorum corporum additione illud ipsum affabre sopire, infringere, vel deprimere valent, ita ut amplius nocere nequeat, vel quod magis est, in præcellens medicamentum vertatur, hi, inquam, omnes, ea, quæ hæcenus de febribus castrensibus epidemiis earumque causis in medium protulimus, si non certissima, vero tamen quàm maxime similia esse judicabunt.

Maxima obstupescit admiratione, quotiescunque recorder, periosque medicos fere ad nostram usque ætatem, in indagandis genuinis febrium malignarum, ipsiusque pestilentia, causis, tam socordes fuisse, quod existimant, ac si cause horum morborum ab occultis qualitatibus ita dependerent, quæ nullis, quamvis solertissimis, vestigiis possent indagari: unde non mirum, si in sanandis hisce aliisque morbis acutioribus, nec non ipsa peste apud ægros tam parum profecere.

Quod si autem accuratius pensaremus, quibus modis venenum hoc fugitivum in corpore pogenitum, aut aliunde per contagionem susceptum, inibi vim suam exerat, palam fiet, operationem ejusdem adeo viriliter ac manifeste se gerere, ut nullus dubitationi amplius superstit locus, quin materia harum febrium proxima à manifestis ac judicio nostro eruendis qualitatibus oriatur: manifesta quippe qualitatis indicium certissimum est ipsa manifesta operatio; & ex operationibus qualitates rerum æstimare solemus.

Exemplum hujus phænomeni satis evidens exhibet nobis vulnus recens ac profundum, homini aut animali influctum, quod solutionem continui esse dicunt, in qua operatio manifesta alicujus cultri, ensis, aliisve instrumenti animadvertitur, cujus aciei aut cuspidi in corpus magno nisu protrusi, molliores ejusdem partes resistere non valent. Nonne hinc edocemur, manifestam hanc operationem non occultis, sed evidenter qualitatibus ac causis adscribandam esse.

Porro, quoniam ex observationibus constat, magnetem filo appensum, aut aquæ suberis ope innatantem, & æquilibrio inhaerentem ad utrumque polum vergere, ferrumque, ut vulgò creditur, attrahere, imo quoque acum magnetem tactam, licet variis inde modis declinet, polos respicere; experientissimi in rerum naturalium cognitione judicant, ad hoc præcellensissimum naturæ phænomenon producendum liberam materiam caelestem fluidissimam è particulis corporeis subtilissimis invisibilibusque constantis, ac copiose meatu seu interstitia magnetis pervadentis illapsam ac egressum concurrere, qui talem positionem eidem conciliet, ita ut à magna appellentis

hujus materia caelestis quantitate activitatis sphaera ad certam à magnete distantiam atmosphaera instar constituat, unde tam miræ magnetis operationes sequuntur, ad quem non modò ferrum, sed alii etiam magnetes in hac activitatis sphaera materia caelesti innatantes, ac haud procul ab ejusdem influxu positi, propelluntur; in ejusdem verò egressu corpora illa repelluntur. Fuere quidem plurimi ex philosophis, qui has magnetis virtutes occultis qualitatibus, nec unquam recludendis proprietatibus adscripserunt. Testimonia interim pro utraque sententiâ luculentissima nobis exhibebunt celeberrimi viri; inter quos saltem Guilielmus Gilbertus, Medicus Anglicus in physilog. nov. de magnete passim, Nicolaus Cabrus S. J. in philosoph. magnet. Renatus des Cartes nobilis Gallus in princip. philos. parte 4. Petrus Gassendus, Thomas Hobbes, Athanasius Kircherus, Vincentius Leorandus, uterque soc. Jesu in magnetologia, ac illustrissimus Robertus Boyle passim in opusculis suis sufficiant: quorum scripta, cui sententiæ magis sit fidendum, benevolus lector ipsemet evolvet.

Nonnunquam etiam varios ac graves morbos, remediis quibusvis secundum artem frustra adhibitis, vix obediens, per extus appensa, vel quocunque modo corpori applicata amuleta, ex rebus ut plurimum vilissimis ac abjectissimis, vel omni prorsus odore carentibus constantia, sublatis fuisse vidimus.

Huc ergo referenda etiam mihi videtur medicina diastatica seu magnetica, ubi non infimi subfellii auctores, remedia effectus suos indistans agendo obtinere, perhibent: quo de post Paracelsum videntur Joan. Ernestus Burgravius, Andreas Tenzelius, Rosolphus Goklenius, Robertus à Fluctibus, Kenelmus Digbeus, Joan. Baptista van Helmont, Petrus Servius Medicus Romanus, Petrus Borellus, Sebastianus Wiridigius, Thomas Bartholinus de transplantatione morborum; præsertim autem Guilielmus Maxwellus de medicina magnetica opere novo, ejusdem edit onem procurante Georgio Franco, Medico Palatino ac Professore publico celeberrimo; quem, ut reliqua doctissimi hujus acutissimi Scoto-Britanni scripta, si eorundem copiam nanciscatur, publicæ luci non invidet, obnixè rogamus: quemadmodum egregium hunc tractatum ex liberalitate generosissimi D. Polieri de Borans, Serenissimo Electori Palatino à secretioribus tunc temporis consiliis sibi communicatum, licet tertium illi non addiderit librum, typis imprimi curavit. Hic D. Polieri ideo mentionem fecimus, quòd hujus viri nobilissimi vix satis deprædicandam encomiis humanitatem, studiorum olim socius amplissimus ac excellentissimus Joannes Otto M. D. Præses causarum forensium ac criminalium dexterimus mecum plus vice simplici expertus sit.

Hinc plurimi ex viris doctis, iisdemque sinceram pietatem colentibus, solita præjudicatione moti, omnes istiusmodi operationes in distans, omniaque appensa, tanquam nefandæ magiæ rea ac illicita, damnarunt; quia occultas hæc virtutes omnem naturalem potentiam superare opinantur; quibus plures tamen hanc ob causam adhuc adstipulantur; ideoque iisdem remediis uti nefas esse, tota die declamant, & in omnes ac singulos mirum in modum debacchantur. Plures enim hisce rebus omnem penitus virtutem præcidunt, quòd tales lapides, herba, radices, ligna, ossa & similia omnis odoris ac saporis plerumque expertia sint; neque ulla res, quocunque modo patetur, sive hisce adminiculis porriuncula ab ægrotantis corpore sociata sit, sive secus efficaciam suam in distans transferat.

Verùm ex adverso omnes, qui naturæ arcana abdicataque rerum causas, & exinde resultantes effectus ruspantur, nobiscum æquissime judicabant, plurima

eaque profundi spiritus effluvia, subtili ac pellucida caelesti materia turgida è periaptis aut in distans agentibus exhalantia in ratiorem cutis texturam penetrare, ut suppressi vel ad ferociam conciti spiritus animales in ipsis nervis cordarum instar ad quemvis motum suscipiendum per universum corpus excentis, sic inde pervadantur, illustrentur, excitentur, ut etiam sopiantur, quo & laborant peccantium in corpore humorum, ubi hæreant, feliciter ac confortium è sede sua non tantum deturbare, sed etiam è corpore ipso eliminare, atque ita ægros tam ab hac lue, quam ab aliis quibuscunque agrimoniis liberare valeant.

Uberiorem hujus rei explicationem desideranti elegantissimorum tractatum illustrissimi Roberti Boyle, nobilis Angli, de atmosphaera corporum consistentium, de mira subtilitate, natura determinata ac insigni efficacia effluviis, aliorumque viri hujus celeberrimi opusculorum decies repetitam lectionem commendatam cupimus, ut in quibus plurima effectuum dictorum experimenta passim occurrunt, quæ stentis scrutantibus summo animi oblectamento erunt.

Nobis itaque haud absimili modo demonstrare fatigentibus proximam febris castrensis contagiosa causam & inde emanantes proprietates ab evidentibus ac manifestis, non verò occultis qualitatibus oriundas esse, omni cura incumbit, ut cunctos effectum operandique modor ejusdem disjunctis vicibus ita examinemus, quò de illorum competentibus qualitatibus nullus omnino dubitanti locus relinquatur; sicuti in sequentibus capitibus aliquo modo prolixius hac de re agere nisi sumus.

Unicum adhuc rationibus conquiritis confirmandum superest, morbi videlicet hujus causam proximam seu materiam, ut supra jam innuimus, etiam in veneno seu sale acido, corrodeute, effero, volatili, sulfureo, arsenicum amulante, seu, ut chemici loquuntur, realgarino consistere.

Quoniam cujusque veneni indoles est, quotiescunque homo, vel aliud animal ejusdem, licet sat exigua, imò minima quantitate, particeps sit, jam omnes eorundem, jam quosdam principes, & ad vitam summo necessarias functiones insolito impetu ferire, effronique licentia pervertere, spiritus animales, vitæ nostræ rectores, dispellere & ad insaniam adigere; motum quemvis, ut & digestiones ac secretiones naturæ congruas ex humoribus, chylo scilicet, sanguine, lymphæ, ac vehiculo nervorum ita turbare, ut nunc ultra modum congelentur ac indurescant, nunc nimis colliquescant: ex quibus tandem plurimum, si non omnium in tali corpore functionum lesio aut abolitio, singularumque partium corruptio polluat hoc acri veneno partes necessarias sequitur: quod vel subito ferociendo, vel pederentim ac clanculum serpendo, hominem nihilominus in maximum sanitatis ac vitæ discrimen conjiciet.

Hinc gravissimis rationibus impulsis affirmare cogimur, febris maligna castrensis causam alteram proximam seu materiam quoddam è recensitis modò venenis esse, eo quòd, ad stipulante experientia (sicuti jam in antecedentibus dictum fuit, & infra porro fufius explicabitur,) simili prorsus modo in corpore humano ferociat, taliumque funestorum effectuum, & inde consequentium insultuorum eventuum mater exiit: venenum enim dicitur, quòd per venas eat.

Hoc autem virus vim suam mediante assiduo putrefaciente calore exserere constat; cumulas enim ac stagnantes mox eruditates digestio hanc colluviam putrore polluens sequitur; unde postmodum humoribus nimium dissolutis illibata adhuc sanguinis particulae ab eodem veneno separantur, aut peritus invertuntur, qualitatemque virulentam acquirunt. Sic etiam putridi ac hostilis hujus calor vi

particulae salium, graveolentes instar urinæ, volatiles, pinguibus ac fibratis aliàs involutæ extricantur ac aciescunt, quæ antea ipsum acidum obvolvendo, id neutri potentia particeps reddebat, ac intra vaginulas suas reconditum conservabat; nunc verò fugitivæ ex iisdem è corpore in auras avolando, ipsammet contagii materiam exhibent; & fixiores intus delitescendo tam diu arteriarum oscula, lymphæ ductuum exiles canaliculos, glandularumque tubulos aliaque partes aut integra viscera ita depascunt ac erodunt, donec inflammatio confirmetur, exanthemata ac pustulae erumpant, vel partes penitus sphacelo corruptæ sint: ni venenum cito natura vel arte juvante invertetur, hebesque fiat, aut alio, ubi nocere vix amplius potest, amanderur. Siquidem omne acidum, quam primum à pinguium seu oleosarum ac fibratarum particularum, seu spicula ejusdem acutiora obtundentium, involventium ac occultantium, compedibus exolvitur, reliquo corpori, ventriculum si excipias, summe noxium existit.

Atque ut exemplo clarissimo dicta magis confirmetur, perscrutantium oculis lignum putridum exponere sufficit, quòd, licet cremetur & in cineres redigatur, partem salis lixivii vel plane nullum, ex quo dein sal volatile, urinam redolens, confici posset, suppeditat: sique hoc ideo, quia sal ejus lixivium seu fixum, dum lignum referatur atque putrorem natum est, non concrevit; sed particulae ejusdem dissolvuntur, sique juris fiunt: unde hujus ligni sal volatile urinam redolens, mediante putredine sese prodens sensim in auras avolat, & quoties crematur, nisi in excipulis colligatur, facile pariter evanescit. Cum asseris hæc, si placet, confer, quæ de iisdem collegit illustris Joannes ab Helmont pluribus in locis, præsertim verò in tractatu Blas human. §. 38. 39. 40. 41. 42. cujus ipsamet verba hic apponere consulum duximus.

» Alioquin multa sunt fixa, resistuntque perspirabilitati, si calore urgeantur, quæ aliàs erant in se » volatilia. Quare alcali non generatur in cinere ab » igne efficienter, quamquam effective inde procedat. » Quippe officium ignis est quidem accendere, con- » sumere, & separare, non tamen quicquam produ- » cere: Cum non sit dives semine, ipse destructor se- » minum, ignis: ex seminibus autem procedit om- » nis generatio. Dum ergo alcali fixum fit ex sale » antea volatili, non est productio rei nova, sed rei » alteratio saltem. Alcali enim materialiter quidem e- » rat in concreto ante cremationem, stuebatque unà » cum Mercurio atque sulfure; verumtamen, dum ig- » nis tollit Mercurium & sulfur, sal quidem, tan- » quam principium magis subsistens, in liquatione » concremationis arripit sibi vicinam sulfuris five pin- » guedinis partem; eamque, dum ab ignis tortura non » sat valet tueri, partim sub larva Gas simul avolat, » atque empyreumatis odorem acquirit, partimque » apprehenso, sulfuri colliquando incorporatur, & » verus carbo fit. Quapropter sulfur conjugio salis » jam fixus, non celeriter è carbone in fuliginem ten- » dit; sed sensim, ac non nisi aperto vase, adeoque » cum sulfure priori (nam hinc sulfur rei plerumque » acutum salis volatilis saporem retinet) ac tandem » cum sulfure carbonitio justum sui salis volatilis » pondus evolat. Quòd sane nusquam est manifestius, » quam in carbone mellis. Hic enim si vase clauso ur- » geatur, candenti igne immutabilis perseverat; va- » se autem aperto ita utrumque abit, ut porro nil ci- » nerum residuum unquam superfit. Materialiter ergo » sal alcali præexistit in concreto ante conflagratio- » nem: quoniam formaliter totum sal in concreto e- » rat volatile, & non in forma fixioris alcali. Quòd » jam imprimis liquet in cruore, qui totus absque re- » sidentia ulla per poros insensibiliter exhalat volati- » li; si autem concrematur, plurimum salis fixi » in cinere suo relinquit. Denique lignum pini, quòd » parum

parum cineris, minusque salis dat, in cinerum
 clavellorum præparatione totum calcinando ver-
 titur in alcali. Etenim è Scandia advehuntur no-
 bis cineres clavellati *Wedaſchen* dicti, è pino ple-
 rumque, & quercu, nonnulla cremati, qui cum
 humidioris aëre cados, quibus vehuntur, inficiant,
 sale nimirum liquato; itaque ligna cadorum, sic
 salita, dum cremantur, liqueſcunt inſtar cornu, ac
 fere in ſalem degenerant, etiam pars cinerum nem-
 pe ſal ſic, ratione contenti ſalis; quod dein *Paraſ-
 chen* nominant. Alioque enim cineres ejuſdem lig-
 ni, ablato ſale manent cineres, & non ſunt ſal.
 Unde nimirum conſtat, ſalem ex cinere, ſalem
 deinde per colliquationem ſibi ſimilem efficiere, &
 quidem fixum. Ac proinde in concreto, ratione
 ſalis & colliquationis, fixitatem alias non exiſten-
 tem, ſuboriri. Ita, dum vini tartarus crematur,
 vix uncia ſedecim ejus dant binas uncias cum di-
 midia ſalis alcali; ergo tredecim cum dimidia un-
 cia volatiles calcinando perire. Hæc tamen ſi di-
 ſtillantur, ac demum imbibantur, in ſuo carbone
 reſiduo adhuc quatuor uncias ſalis cum triente dz-
 bunt per cohobationem. Ergo quod de quatuor
 & triente uncias factum te arbitro; idem
 judica de duabus uncias & ſemiſſe prioris alcali.
 Huc facit, quod alibi de aqua vite, fi-
 xata in alcali tartari, dixi, idemque aceto e-
 venit diſtillato. Hinc itaque apparet, ſal vo-
 latile rei fixari in ſuo alcali fixato. Imo pari-
 ter totum cinerem antea fuiſſe volatilem, fixarum-
 que ſub prima colliquatione combuſtionis; ſalis
 autem volatilia, quæ eſſentiis propinquiora erant,
 in prima ignis torura, ſimul cum eſſentiis abſcel-
 ſiſſe. Nota tamen, quod tamen ſi alcali è ſpiritu
 vini fiat, in tartari ſalis fixo; nihilominus quate-
 nus ſal aquæ vite connoſcit eſſentiæ mutatum ſit,
 in fixitate tamen univoce amborum unum ab al-
 tero ſeparabile eſſe, atque diſtingui. Quatenus al-
 cali è ſpiritu vini, aſſuſa aqua forti, ut rubicun-
 dum; alcali vero tartari non mutat colorem.
 Quod circa etiam eſt ſua, inter alcalia republica
 & adulteratores morietæ; plurimum circa ſal tar-
 tari laborant, ſpreto alcali ſalis petræ. Etiam ſal
 alcali paratum, ut dicitur hic è ſpiritu vini, per
 ſui fixationem mutat ſaporem lixivii tartari ſic;
 ut evadat baſicum. Sanech Paracelli adſcribens,
 qui antea ſaporem lixivii habebat, expertus baſami
 erat, & cauſticum referebat. Tandem huc quadrat
 quod ligna cariola atque putrida vix ſalem in ſuis
 cineribus relinquunt. Quippe ſal volatile abſcelſiſ-
 ſimè ſulphure per fermentum putredinis; adeoque
 tantumdem ſalis ſuit volatile in re, ſive concreto;
 quantum ſalem in cinere deſicere reperitur, id
 eſt, totum. Unde ſequitur, quod ſal volatile, tam
 à ſulphure quam à mercurio reperitur, idem ſit me-
 terſiliter cum alkaliſato; ac proinde volatile alca-
 liſatur, & viciliſim alkali volatilifatur, manente forma-
 li concreſci diſtillatum, & ſulfur carbonis ſibi ejuſ-
 dem ſpeciei, licet hoc carceratum, illud vero libe-
 rum ſit.

Huc quoque adde experientiſſimum *Ottomem Ta-
 chenium* in *Hippocrate ſuo* (chimico & cæcæ medicæ)
Hippocrate, quibus adde acutiſſimum *Joan. Bapt. Al-
 pruni Medicum* *Vendehonnæſem* in experimento *Me-
 dico de conſtitutione Viennæſi*.

Quia nihilum ſere in rerum natura venenum repa-
 ritur; quæ ſalis coidam luxuriantia, corrodenti,
 ac convellentis ortum ſuum debet, ideo morbi, quæ
 tractamus; materiam fugitivam proximam eſſe ſal ve-
 renum, in antecedentibus jam dictum eſt; idque fa-
 cili negotio probabimus; cum quotidie varium do-
 loris, morſus, læs, pruritus, roſionis, imo etiam
 odoris, & peris, ſerporis, ac caloris ſenſum à di-
 verſis inviſibilibus tamen, varièque modificatis, æ-

Tom. II.

ri aut liquoribus quibuſvis innatantibus ſalium particu-
 culis mox in intellino ſenſiles quaſcunque corporis par-
 tes perſeptantibus oboriri animadvertimus. Quoniam
 itaque in febribus caſtrentiſſimis multivariis dolores, iccus,
 iritamina, ſpallicæ conſtrictiones tam intra quàm ex-
 tra vaſa, ſanguinem ac lympham ferientia, eorun-
 demque eroſiones itidem percipiuntur, quæ ſenſus
 perturbaciones ac iritamenta non poſſunt non ab a-
 crioribus ſalium particulis excitari. De quibus vito-
 ram noſtra ætate celeberrimorum ſcripta, præſer-
 tim autem *M. Malpighii*, *Caroli Fracaſſati*, *Joan. Al-
 phenſi Borellii*, *Laurentii Bellini*, *Roberti Boyle*,
 nec non *Henrici Oſtenburgii Acta Philoſophica*, *Tho-
 mas Bartholin Acta Medica Hæſnienſis*, & in ſis expertiſ-
 ſimi *Oſi Borrichii accuratiſſimæ obſervationes*, cum
 ejuſdem *Hermite vindicato* legi merentur.

Quæ ſupra recenſita ſunt, materiam hujus morbi
 fugitivam proximam acidum & corrodens venenum eſſe
 nobis perhibent; idque patet exinde, quod ſtamma
 aut *chryſiſe* inſtar partes corporis viventes corrode-
 re celerique impetu dilacerare atque divellere ſolet;
 unde etiam in extremitatibus arteriarum ac lymphæ duc-
 tum oculis ſpallicæ conſtrictiones humorum circuitum
 penitus inſerpiunt efficiuntur. Experiencia
 enim quotidiana conſtat ſtammam, aquam fortem,
 mercurium ſublimatum, aſſenicum, atque alia vene-
 na corrodentia propter acidum luxurians, cujus ſpi-
 colis è thecis ſuis jam evolucæ ſunt & extant, hæc
 penetrandi vi pollere; hujus dogmatis teſtes ſunt
 labores pyrotechnici: imo *Hippocrateſis* jam tempore
 hæc aſſertio innotuit, ac procul dubio à *Prifci* *E-
 gyptius chemiſtæ* ad *Græcos* delata fuit: de quibus vi-
 deatur ipſemet *Hippocrateſis* libro de veteri medicina
 §. 24. editio. *Antonii vander Linden* atque in
 hunc commentarii *Michaelis Littmulleri*, quem mors
 iniqua præmaturè è conſpectu noſtro rapavit;
 ut & *Wilhelmus ten Rhyne*, *Medici Baravia Jaca-
 trentium* in *Java majori* luculentè ad hunc *Hip-
 pocrateſis* textum annotationes.

Ne vero volatile hujus veneni, quod explicatio-
 ne parum diſtaltatis adfect, nobis avolet, perniti-
 con ejus motum, quo univerſum ſanguinem totam-
 que lympham in corpore deſtudentem celeritè
 penetrat, eodemque humores ad ſtagnandum ſolli-
 citat, conſtrictæ omnes ſpallicæ excitat, ſimulque ſpi-
 ritibus in la ebriſ ſuis vehementes turbas ciet, atque
 in arteriarum ramuſculis extremam varicoſam di-
 ſtentionem ſeu inflammationem efficit, ſicque perbre-
 vi temporis momento totum hominem inquinamento
 ſuo prævagatur, paucis verbis demonſtraſſe ſuf-
 ficiat.

Tandem hujus luiſ cauſam proximam alteram, ſeu
 materiam fugitivam etiam in eſſero ſulphureoque, ſeu
 aſſenicum participante veneno, quod Paracelli al-
 ſectæ realgarinam vocant, conſiſtere exiſtimamus.
 Superius jam realgar apud chemicos ſanum cryſta-
 tum ſignificat (ſub quo etiam innaturæ hydrogry,
 ſimilis ac ſandatacha exhalaciones comprehenduntur)
 indignaviſſimus; & quia febris caſtrentiſſis cauſa præcipua
 ſeu materia peſſifera volatilis proxima evaſit fugitivam
 & corrodentem acrimoniam, mercurii ſublimati aut ar-
 ſenici inſtat, quamvis non in tam excellenti gradu,
 habeat, inconsiderantiæ nos alicujus reos ſi-ri vix
 credo, quod eſſectum noſtrum ab eſſero ſulphureoque
 realgaris veneno quam proxime produci ſtauerimus.

Quorum delicatè aures vedolæ peregrinæ du-
 riam ſerte vix poſſunt; nobis, quod in explicatio-
 ne cauſæ barbæ hæc voce uſi ſumus uti, ignoſcant;
 commoſiore namque hic nos vocabulo deſtitui in-
 genue ſatemur: quum multæ hodie occurrant res,
 quæ propriis nominibus exprimi hæud queunt; ma-
 xime vero ſi eandem purioribus Latinis vocabus,
 à clariſſis ſcriptoribus olim uſitatis, omnibus ner-
 vis exprimeat, contenderemus. Phylci enim, alique
 è doctri-

Z z

è doctri-

« doctiorum classe plures tantâ genuinarum vocam
 « inopiâ hastenus laborarunt, ut etiam iisdem inda-
 « gendis curam amplius haud magnam impenderint,
 « quo res odorantes & sapore refertas decentibus no-
 « minibus insignirent, ac in certos gradus seu classes
 « distribuere, cum tamen artis optica gnari, ac
 « musici omnibus coloribus sonisque convenientia no-
 « mina quàm elegantissime imposuerint. Si itaque per-
 « sonatus ille pialque *Basilii Valentini* (quem alii
 « *Tritheimium* fuisse arumant) ac magnus *Paracelsus*,
 « quod ejusmodi vocibus mentem retque suas expli-
 « caverint, censuram evitarunt, nos quoque ipsorum
 « vestigiis hic insistentes excusatos fore confidimus;
 « tantoque magis, cum doctissimi viri hodiernum i-
 « dem faciant, quos inter solus *Carolus de la Font*
 « *Med. Doct. & Profess. primarius in Academia Aven-*
 « *nionensi* sufficiat, qui in *dissertationibus medicis de*
 « *veneno pestilenti* pestem nullatenus ab occultis qual-
 « tatibus, sed à *venenosis ac corrodentibus fossilis* seu
 « *arsenici exhalationibus* aëra inquinantibus oriri asserit:
 « quoniam verò elegans hic *tractatus* nuper in paucio-
 « rum manibus versaretur, nunc verò tertium lucem
 « publicam novis praelis Jenæ aspexit, ideo ipsum auc-
 « torem lector benevolus adeat, aut Anglicam lin-
 « guam callentes; harum dissertationum compendium
 « ex *Henrici Oldenburgii Actis Philosophicis* No. 73.
 « anno 1671. 17. Julii fol. 2210. saltem percur-
 « rant, ubi sententiam auctoris primo mox obtutu
 « percipient, quod Latine translatum hic inferre volui-
 « mus, cujus verba sic se habent.

« In priori harum dissertationum Auctor agit de
 « natura ac causis pestis, ad qualitates occultas aut
 « astrorum influxus haud confugiendo; sed venenum
 « pestilens ab aëre, præsertim exhalationibus arse-
 « nici infecto ac corrupto, deducendo, quod vel res-
 « pirationis ope per os, aut nares attrahatur, unde
 « pulmones ac cerebrum afficiantur, vel curem pe-
 « netrando in reliquas corporis partes sese insinuet:
 « ubi non coagulando, (uti *D. Willisius* statuit,
 « cujus sententiam tamen Auctor satis modeste exa-
 « minat) sed corrodingo vim suam inferat, quæ
 « non à calore, aut ulla primarum quatuor in scho-
 « lis celeberrimorum qualitarum, sed à certa particularum
 « salis corrodentium, ex pluribus effectibus ipsius
 « arsenici patet, textura dependeat, quos juxta
 « seriem recenset; præsertim verò ea, quæ in ca-
 « daveribus à peste demortuorum conspiciebatur, in
 « quibus non solum interior ventriculi tunica, sed
 « reliqua etiam intestina corrosa, nigra, sphacelo
 « affecta ac corrupta fuerint. Minime tamen infi-
 « cias ita, quin huic ex arsenici profapia veneno e-
 « tiam aliæ exhalationes, præcipue verò ab hydrar-
 « gyro, sociari queant, quæ, si jungantur, ac cum
 « aliis simul volatilibus particulis sublimantur, sum-
 « me destruentia fiant, & potissimum in corpora præ-
 « aliis disposita, quæ nempe cacochymia, pletho-
 « ra, obstructione, subita humorum conturbatione
 « ab imaginatione, metu aut consternatione excita-
 « ta laborant, suscipiantur. Quantum ad ipsius pes-
 « tis propagationem, existimat ac evincere con-
 « tur, eandem, sicut vulgo putatur, non ita con-
 « tagiosam esse, adeo, ut si decem forte pestis la-
 « bem ex contagio hauserint, mille repertos iri, qui
 « ex aëre ipsius pestis seminaria in pestilenti consti-
 « tutione traxerint. In posteriori verò dissertatione
 « Auctor diversos sanandi pestem modos exhibet,
 « quibus corrodescentes particule vel expellantur, dis-
 « pergantur, involvantur, retundantur, figantur,
 « aut in earundem transitu, dum corpus pervadunt,
 « impediuntur; ubi & diversa suggerit remedia, quæ
 « ab eodem cuilibet dictæ methodi membro conve-
 « nientia judicantur: tandem breviter finiendo, opti-
 « ma consilia, se contra pestem præveniendi, ad-
 « dit; quorum hæc tria primaria inculcat: ab aëre

« scilicet venenoso procul secedere, eundem corrige-
 « re, aut seinet ipsos contra aëra pestilentem muni-
 « re: ubi simul, quomodo duo postrema omnium
 « optima expediiri queant, mentem suam detegit.

« Constat ex adductis, Auctorem hujus libri statue-
 « re, continentem pestis causam alteram seu materiam
 « proximam, esse *virum de arsenico* participans, quod
 « quandoque è *cryptis terra* exhalando per aëra disper-
 « sum, & inde respirationis ope, aut per meatus cuc-
 « tularum, glandulasque miliaris in corpus huma-
 « num attrahatur: quicquid autem sit de hoc, quod
 « in præsentia rerum magis defendere, quàm in hinc
 « devincti essemus, asserto, demonstrasse sufficiat,
 « materiam febrium castrensiarum proximam volatilem in
 « corpore humano qualitatem virulentam, exhalationi-
 « bus arsenici ac hydrargyri ipso effectu respondentem
 « acquirere; quia tam dictæ exhalationes, quàm vi-
 « rus in corpore humano productum partes rodendo,
 « spiritibusque disturbandis occupatum sit. Quapropter
 « eandem ob commodioris vocis defectum *realgari-*
 « *nium*, seu *essentiam sulfureamque venenum* nuncupavimus;
 « quia tam fossilium *virulenta exhalationes*, quàm ve-
 « nenum *pestiferum* in corpore humano contractum cor-
 « rodendo, constringendo spiritusque irritando partibus
 « viventibus cladem inferunt. Celeberrimos ergo hæc
 « in re viros securi sumus, qui *causis morborum vene-*
 « *niferorum* ejusmodi nomina imponere haud veriti sunt;
 « ex quibus si *Paracelsi scripta* illiade prolixiora legi for-
 « midarentur, solus *Johannes Hayne de morbis astrali-*
 « *bus* consuli poterit.

« His quidem omnibus, quæ hastenus de proximis
 « & internis febrium castrensis epidemiae causis in medium
 « protulimus, illorum sententia, qui magni *Helmontii*
 « placita amplectuntur, obstare videtur, asseverantium,
 « causas malignarum febrium proximas in tristibus,
 « molestis ac perversis ideis seu spirituum irritationibus,
 « terribilibus vestigiis generi nervoso imprimantibus, consi-
 « tere, quæ eisdem à functionibus suis naturalibus
 « recedere, & ex adverso operationes peregrinas vale-
 « tudini humanæ contrarias exercere adigant. Verùm,
 « si enunciationem hanc accuratius examinemus, aut
 « saltem mitius illa explicetur, utramque hypothesin
 « haud inter se pugnare, sed facili negotio alteram
 « cum nostra conciliari posse sententia, comperiemus;
 « modò nobilissimi *Helmontii* sequaces, tristibus hisce
 « ac molestis ideis, tanquam *charactere signis spiriti-*
 « *bus* non omnem corporis seu materiae essentiam adi-
 « merent; unde enim *exanthematon, macularum, pur-*
 « *pura, inflammationum, gangrana, (phaceli, aliorum-*
 « *que* in hoc morbo & peste sese manifestantium ef-
 « fectuum causæ explicarentur, nisi corporei quid, vi
 « sua corrodingo, tales in corpore turbis excitans, con-
 « junctum esset. Ipsemet *Helmontius* omnium optime
 « litam hanc dirimit, *tractatu de febribus cap. XVII. §.*
 « *8. h s* verbis:

« Neque ideo frustra conqueritur anatomæ, dissec-
 « tionum difficultates mox sub pyloro superare quas-
 « vis alias totius corporis, propter vasorum multi-
 « tudinem, glandulis intortam. Hinc namque exor-
 « bitationes alimenti, male digesti, maleque distri-
 « buti, itemque scoriarum, sive stercoreis liquidi, extra
 « orbitam alienati, vel humoris alimentarii ac sper-
 « matici degeneratio simul concurrunt; unde stoma-
 « chi œconomia evertitur. Cuncta siquidem concur-
 « runt in vasorum multiplicata textura, extremen-
 « torumque adhuc commistione. Quibus de causis vi-
 « rus surgit, alienaturque alimenta scopo, variat-
 « que per moram subeunt alterationes. Quas dum
 « topicus ibidem *Archeus* sua perferit ditone, an-
 « gustiatus, turbatus ac veluti demens diversimo-
 « de illa adhuc alterat magis, ac pro Venenorum
 « illorum suasu, varias confingit suarum perturbati-
 « onum ideas, ut *Protheum Poëtarum* exprimat,
 « variamque febrium scenam effingat. Non proin
 « tamen

» tamen virulenti hujus contagii metamorphosis fi-
 » nesque sunt medentium objecta. Nec enim tum ve-
 » nentorum symptomatumque est spectanda varietas,
 » quantum loci dignitas & perturbatio Archei, &
 » dein, quo medio compefatur virus, reducaturque
 » averfi, concitataque confusio Archei. Nam his fe-
 » datis, cessat mox ipsa febris, quæque materialiter
 » ibidem peccant, facile à natura domantur, atque
 » recedunt directe subacta. Hac scilicet via ita-
 » tim febres cedunt, ad appulsum alicujus ar-
 » cani; residuum autem expulsiõis, committitur
 » humeris naturæ, ut sua servetur Hippocrati dig-
 » nitas. Quod ipsæ naturæ sint morborum medica-
 » trices. Hæc de continuis; juxta atque interpo-
 » latis febribus & loco natalicio illarum. Huic quo-
 » que suppar est locus tractatu Demens Idea §. 35.
 » 36. Tantum abest, quod insanæ ideæ formaten-
 » tur à mente stultescere nescia. Nam patet, quod
 » ideæ sequantur perturbationes rerum, unde fiunt.
 » Quod maxime clarum est in Rabiente & Taran-
 » tola: quorum virus propriam, determinatam, æ-
 » qualemque amentiam producit, & ideæ sibi per-
 » petuo consimiles. Sic quoque fortis perturbatio nos-
 » træ imaginationis imaginem cudit, eamque impri-
 » mis in lordes aliquas, seu minus in ipsum ali-
 » mentam, vel etiam in partem solidam, & nostri
 » constitutivam. Unde videlicet continuata est idea-
 » rum novarum propagatio, ipsaque diversitas &
 » amplitudo, in maniacis.

Verum quia animi passiones, spirituumque perturba-
 tionem vehementiores externis procatartibusque causis
 supra jam annumeravimus, ut &, quomodo spi-
 rituum animales ab hoc veneno afficiantur. Sectionis hu-
 jus cap. 6. ac præsentis explicuimus, tristes hæc ide-
 as, seu spirituum turbationes, ni ab aliis sordibus in
 furorem agantur, aut causam procatarticam esse,
 aut, quod magis veritati consonum est, ob accu-
 mulatas prius lordes, causam antecedentem constitue-
 re, quarum idearum opera postmodum in ipso cor-
 pore illud pestiferum corrodens ac luxurians virus qui-
 dem produci, ultero largimur, eadem vero cau-
 sam proximam febrium esse negamus. Quod si sint,
 qui nos temeritatis aut impietatis arguerent, quod
 hujus ludi, & per accidens etiam pestilentia causam
 primariam ac proximam à sensibus nocis & corpo-
 reis tantum rebus oriri stauerimus, his respon-
 sa reddimus, nos pietatem piantes à jam recen-
 sitis superiores causas, seu iram Numinis divini non
 excludere; sed potius easdem ob sacramenti reve-
 rentiam, utut tacite, includere. Quis enim ex su-
 nioribus inficias ibit, quin bella injusta, generique
 humano exitialia, ira, vindicta cupiditas, cædes, stu-
 pra, comessationes, vinolentia, socordia, aliaque vitæ
 desidiosa illecebra infinitas fere calamitates morbosque
 præsertim autem ipsas febres castrenses (quæ cuncta,
 si juxta divinitus datam Philosophiam moralem lo-
 qui velimus, nil nisi delictorum fructus sceleribusque
 patris condigna præmia sunt) fortaliter post se
 trahant? Quoniam vero falcem alienam in mes-
 sem mittere, atque de fratre, qui ovo prognatus
 eodem, imprudentius judicare, nostri nunc non est
 instituti; justam tamen enormium & execrandor-
 um ejusmodi vitiorum reprehensionem, ac e-
 mendationem saluberrimo tranquillitatis vitæ præ-
 sidio esse ducimus; atque hoc, quicquid est operis, piis
 animarum ducibus, allibatorumque morum magistris
 commendatum volumus: nos interea corporis sani-
 tatisque curam duntaxat habentes in id præcipue
 intendimus, ut miseros morbo ægros; auxiliante
 Deo, ab hujusmodi valetudinis gravitatibus sine mo-
 ra vindicare, pristinumque iisdem vigorem congrua
 medicatione reddere valeamus.

Alteram causam corporis, fixior nempe crudi-
 orque materia tam ampla hic demonstratione non in-
 Tom. II.

diger, ac volatilior pars, de qua diffusus hæcenus
 cum ingenuo lectore sermocinati sumus; quia supra
 passim illarum cruditatium mentionem fecimus, & quod
 modo generentur, ac operationes suas edant, expli-
 cuimus: videbis ergo hujus sectionis caput II. IV. V.
 at VI. ne eadem tories sine urgente necessitate repe-
 tantur.

CAPUT VIII. De morbi hujus indole, in- vadendique modo.

Quamprimùm itaque hoc venenum in corpore
 humano productum est, aut per contagium
 ab extus eidem sese insinuavit, nullam certe mo-
 ram (quoniam cunctæ res creatæ motui un-
 dique subjectæ sunt) interponet, tam inter-
 na viscera quàm etiam externas corporis par-
 tes sensu præditas ut plurimum absque ulla remis-
 sione irritando, citillando, ac rodendo lacessere;
 quin etiam spiritus animales inibi latitantes ad
 truncem ac spasticum motum stimulentur; unde a-
 pud plerosque rigor ac febrilis horror sese prodit.
 Quod si ergo functiones, ob spiritus jam exhaustos
 vel à fordium copia propemodum suppressos, quo-
 ad motum internum vim patiantur, ac remissiores sint;
 venenum illud ac crudior limfa portio in affectis par-
 tibus magis magisque sæviet, donec tandem sedem
 sibi profundius figendo, convulsiones circa arteria-
 rum oscula, obstructions partium ob interceptam san-
 guinis circuitum, ac vehementes ob vasorum distensio-
 nem inflammationes varicosa producantur.

At præterea probe notandum est, venenum hoc
 ante rigoris irruptionem aut horrorem perceptionem
 circa ipsius morbi ingressum nullum adhuc certum ac
 definitum locum obsecisse; sed adhuc per totum fere
 corpus vagari, donec partem aut viscus ad resisten-
 dam impar, quemadmodum in erysipelate vulgari
 quotidie observatur, totum occupavit. Atamen gra-
 vante febre maligna venenifera corrodensque hæc ma-
 teria exacto rigore citius faciliusque internis, quàm
 externis (quæ ut plurimum mitiore erysipelate prehen-
 duntur) corporis partibus infigitur: partim propter
 spiritus admodum exhaustos aut suppressos, quorum
 penuria hoc perniciose ac fortiter proserpens vene-
 num à centro ad circumferentiam procellere amplius
 non valet; partim etiam propter cutem extimam, glandu-
 lasque miliarias contractas, aut viscido sero factas;
 ut, licet virulenta materia ad exteriora propulsa sit,
 beneficio tamen impulsus spirituum & virium evolare
 haud queat; sed à sanguine abrepta, denud versus in-
 teriora retrudatur mollioribusque partibus internis,
 dispositionem jam ad venenum illud recipiendum ex
 causis præcedentibus nactis, irtepat.

Sæviante itaque veneno hoc, limfa è ventriculi
 tubulis, intestinorumque, quæ nil aliud quàm ven-
 triculus continuatus sunt, glandulis extillans, ex
 acidiissimo salsoque succo in amarum, biliosum lixivium-
 que sal degenerat; & quum limfa non solum in his-
 ce cavitatibus, sed etiam passim in corpore ab ista
 virulenta colluvie corumpatur, nil aliud inde, quàm
 hujus biliosa ac lixiosa blenna inundatio speranda;
 quæ os, fauces, ventriculum ac intestina ita polluit;
 ut non solum plerorumque fere ciborum appetentia pro-
 sternatur, sed etiam summa cardialgia, oris amaro-
 fetorque, nidor è ventriculo, sitis inexplebilis ac aci-
 dorum delectum exoritur; à quo postea liquamine bi-
 lioso, copia sua ventriculum molestante, vomitus
 crebri ac enormes, & sæpissime biliosa ventris ali-
 rumque partium resolutiones subsequuntur.

Sæpius hoc malum cum rigore aut febrium hor-
 rore, sæpius etiam absque iisdem ægros invadit;
 nonnunquam sudores colliquescentes simul molesti
 sunt;

sunt; nonnunquam sudor penitus abest, ita ut vel fortissimis diaphoreticis aut hydroticis prolici vix possit.

Apud omnes autem ac singulos, quotquot hac febre infestantur, insignis statim omnium virium lapsus, omniumque membrorum lassitudo attenditur: imo nonnulli adeo imbecilles fiunt, absque metu syncope ne per momentum quidem erecti sedere, multò minus stare aut ambulare queant: quæ nonnisi è suppressis ac exhaustis spiritibus contingere solent, dum veneni corrodati vis undique explicata eorundem effectum longe superat. Et quia plures immodicus vigiliis aut soporibus gravibus, delirium, pervertis membrorum motionibus, jactationibus corporis vehementibus, tremoribus ac motibus convellentibus lacessiri vidimus, ideo virulentam hujus morbi causam universum corpus percipisse, nervorumque penetralia opplesse, judicamus.

Cumque sæpissime capitis dolores, angina, sanctorum ardor, lingua sicca & scabra, macula, pustula, artuum dolores, spasmus, profluvium ventris, intestinorum difficultas, alvus suppressa, tussis, aliaque symptomata ægros affligant, omnes humores tam sanguini commixtos, quam reliquos à veneno hoc corrodeute infectos & corruptos esse, indicio erunt.

A spiritibus suppressis, exhaustis vel à naturali constitutione aberrantibus, præsertim ipsius quoque cordis functiones, sanguinisque in ipso ad vitam necessarius motus vitatur, dum illud nunc debilitat, nunc vehementer, nunc cum suppressionum metu movetur; hinc variæ pulsus differentia, isque jam celer, debilis ac parvus, jam celer, frequens & vehemens, jam intermittens aut suspensus tactu percipitur: quæ pulsuum differentia à sanguine vel nimium resoluta, vel nimium coagulata proveniunt: attamen contra plurimorum Medicorum opinionem sanguis in venis versus eor tendens grassante hac febre nimis resolvitur: quod ex sanguine per venæ sectionem in his ægris educto patet, qui nunquam, ut aliàs solet, coagulabitur. Cis extrema verò arteriarum oscula sic obstructa aut contracta, crudior, viscidior ac seculentior sanguinis ac lymphæ pars proxime hæret, quæ pederentim, nisi sanguini circuitus brevi omnino restituatur, in putridam massam vertitur. Hæc lues juxta fueram suam indolem aliquas in ædes recepta tam diu sævire non cessat, usque dum simul aut progressu temporis plerique fere incolarum ferociam ejus experiantur.

CAPUT IX. De symptomatibus in hoc morbo contingentibus, eorumque causis.

EX omnibus symptomatibus nulla occurrunt, quæ certius indicant, aliquem castrensi, aut alia mali moris febre, correptum esse, præter lassitudinem ac debilitatem in plerisque artubus, defectum virium, cardialgiam seu præcordiorum anxietatem, oris ac linguæ (sabalba, turbida, ac retorrída saliva oblinitorum) amaritiam ac siccitatem, appetentiam ciborum abolitam, stomachi præsertim crebram nauseam à pinguibus, ovis, carne, piscibusque contractam, sitim, etiam quocumque fere potu, inextinguibilem, calorem ac æstum, non quidem externo semper atactu, sed ex frequenti ac celeri pulsū, respiratione difficili, sitique immensa æstimandum, & potissimum à meridie ad mediam usque noctem ingravescentem; unde ægrotanti quies infesta sit, noctesque cum labore transiguntur, capitisque vehementibus doloribus anxietatibus circa præcordia, jugi membrorum ac totius corporis agitatione, dum lecto tenetur, sudoribusque nonnunquam laboriosis, nonnunquam absque ullo sudore miser urgetur.

Sæpenumero quoque plurimi languentium perpe-

tuo vomitu, aut diuturno ventris profluvio vexantur: quo durante nil præter putridam utramque aut cineracem lubricam colluviem, temporis progressu magno cum virium dispendio profluenter deponunt; nonnunquam etiam apud ægrotum quosdam fluxus alvi istiusmodi in dysenteriam degenerat.

Communiter omnes fere, qui non ita periculose decumbunt, aut temperamento præditi sunt melancholico, seu humorum indole acida ac fixa, qui antea lue venera, scelotybe, aut quartana laborarunt, quibus etiam potior seri portio per sudores aut diuresin ablata est, quamplurimum alvo adstricti erunt; sic etiam si torminosi sint, aut abdomen à distentis flatibus valde tumeat, aut tympanites aut ileus præforibus sit, contumaciter anus inde obserari solet.

Urina in principio & augmento hujus morbi præsertim, turbida, lixiva, pauca quantitate, putridumque acidum spirans redditur; citrina quandoque nonnihil apparet, non admodum pura tamen, aut absque ullo laudabili sedimento vel nubecula erit; quæ licet adsint, ea tamen vel divulsa, vel ob salis acidi copiam nimium conglobata apparebunt; aut lotium omnino tenue ac dilutum erit. Interea haud satis penetrare possum, cur plures celeberrimorum Medicorum asserere ausi fuerint, urinam multoties in hisce morbis mox à principio usque ad declinationem naturali similem se exhibuisse; licet ego sancte adjurare possim, mihi nunquam urinam omnibus suis requisitis pollentem in febribus malignis observare contigisse; excipias velim primam morbi aggressionem, dum inflammatio nondum firmata est, dies indices, in quibus signa coctionis humorum apparent, ac ipsam declinationem, in qua aliàs omnia in melius vergunt. Verumenimverò haud ibo inficias, quin in ipsa pestilitate, in qua vel simplex adhuc systafeos humorum resolutio ac leve circuitus sanguinis impedimentum est; vel interanea pleraque sphaecelo correpta sunt, aut solus pavor pestem aliquibus produxit, urina naturali simillima conspecta sit. Sed inde inferre non licet, hæc se habere, quotiescunque omnium humorum confusio, cruditas congeries, ac internarum partium inflammationes ingentem sanguini labem imprimunt, ubi & ejusdem secretionis oppido vitiantur.

Et quamvis sat diu in hoc sterquilinio volutati simus, haud tamen à re fore opinor, omnes illos, qui urina naturalis in febribus malignis defensionem in se susceperunt, serio admonere, ut posthac urinam non tantum per transfennam caliginemque aspiciant, sed præsertim & ipsius pondus, & odorem, & saporem, & colorem, & systasin & contenta, & quantitatem excretam, atque alia quæcumque exactissime notare non dedignentur. Qui in pyrotechnia versati sunt, per artificiosam analysin in hujus liquoris qualitates penetrare possunt; maxime verò qui aliquoties phosporum inde pararunt. Nam simile examen celeberrimus Alpruni cum bubone pestilenti pyrotechnias ope nuper instituebat.

Perpaucos, quin acutissimos ac intolerabiles capitis dolores conquerantur, reperies, unde vel per totum morbi decursum, vel eodem incrementum capessente, vel horis saltem exacerbationum mente capti erunt, ac delirabunt. Hi etiam, qui non diu ante febris maligna eruptionem irascuntia exardescunt, vel nimium contristabantur, in furorem sæpissime aguntur, ac ad ipsam desperationem perveniunt: qui vel sibimet ipsis, vel adstantibus violentam manum inferre solliciti sunt; imò nonnunquam tantum roboris acquirunt, ut quatuor vel sex quandoque robustissimi viri illos in lecto aut cubiculo detinere vix valeant.

Ut plurimum etiam, imprimis verò in morbi augmento vigilia diuturna ægris admodum molestæ sunt, & licet obdormiscant, vel somnus non diu

diu durat, vel gravia insomnia, & crebras corporis jastrationes habent. Valde autem periculosum symptoma est *veterius*, à quo aegri difficulter excitantur, & quamquam expurgantur, nihilominus oculi mox iterum collabunt. qui postea aegre aperiuntur, caputque ipsorum ad tactum ligni instar durum est.

In hoc affectu tam *interni*, quam *externi sensus* vehementer hebetantur; nam non solum *intellectus* & *memoria* vim patiuntur; sed etiam *visus* ac *auditus* valde debilitantur; atque *gustus* & *olfactus* pervertuntur: quod non aliunde, quam à *depauperato* probo *sanguine* ac *lympha*, *spiritibusque* *dissectis* aut *suppressis*, qui alias in sanitate statu è *cerebro* secreti per *medullam oblongam* in *nervos* ubertim profluere solent, provenit.

Plures etiam variis moribus *convellentibus* petruantur; nonnulli in *dorso*, *lumbis* aliisque corporis partibus horrendos & intolerabiles sepiissime *dolores* patiuntur, ut quandoque *paralyti*, aut *spasmo* correpta *brachia* vel *pedes* loco movere non possint, eodemque fere modo, quo *arthritis* *vaga* laborantes, afficiuntur. Alii *pleuriti*, *tussis sicca*, *brevi* ac *velox respiratio*, & *asthma*, nonnunquam etiam *ardor* in *pectore*, vel in alterutro ejus latere molestiam parit. Quosdam similiter largissimum & periculo plenum *sanguinis profusum* tam in *naribus* quam in aliis locis affligit.

In aliis *sanguinis* per *venenum* resoluti *quisquilia*, & peregrina suis undis vecta *mixmata* intensioris sanguinis per arterias impulsos ope, in *cutem* tanquam *hius*, ex *alveo* suo exponuntur, quæ multivariis *maculis* distinguitur, dum hic atque illic in eadem varii generis *exanthemata*, *tubra*, *purpura*, *nigra*, & interdum *livida* erumpunt; quotiescunque per *diapedesin* sanguis ferosior ex arteriis extillat. Alii *pestula* variolis similes circa *pectus*, *super ventre*, & in *dorso*, in *ore* nonnunquam & *lingua* exoriuntur; subinde quoque quibusdam *cutis*, sed rarius, *parotidibus*, *ambracibus*, *bubonibus*, sub *alis* & in *inguinibus* pariter, ac in ipsamet *peste*, coinquinatur.

Faucium ac *stomachi*, & *orū inflammatio*, atque *angina* inter molestissima hanc *febrem* comitantia symptomata recensentur: *os* namque & *lingua* unà cum *faucibus* ad *ventriculum* usque *nigra* & *cinerea crusta* obducentur; interdum præ nimia siccitate & aestu *lingua fissuris* fiat: nonnunquam mirum in modum *incumescit*, ita ut eandem aegri vix ore retinere queant: unde *ardor intolerabilis*, ad *ventriculi* usque fundum quandoque se extendens *suboritur*; idque eo magis conquerruntur, quoties *acida* aut *acria* aegrotantes forberint.

Plura adhuc in *febribus castrensibus* contingunt *symptomata*, quæ partim supra *cap. III.* sunt tradita, partim in sequentibus *binis capitibus* indigitantur.

CAPUT X. De signis diagnosticis, eorumdemque causis.

EX ipsismet *symptomatibus*, seu *morbi effectibus* ac *productis signis diagnosticis* peti posse certissimum est, quo brevissimum lectorem remissum volumus, si ea, quæ modo tumultuaria lectione percurrebat, memoria exciderint; & licet in indagandis morbis diligentem se præstet, nihil fecius hæc *febris* difficulter in principio accurate dignoscitur, præsertim si ibi locorum nulla adhuc hujus affectus contagiosi indicia sese prodiderint. Interdum enim aegros, ad instar alterius benignioris, *febris horrore* aut *rigore* percellit; nonnunquam sensim subrept, dum eandem prehensi in omnibus *membris* delassantur, *ciborum fastidio* torquentur, atque *calore* non

admodum urente, ac sub *vesperam* iterum avolante, pomeridianis horis affliguntur; ita ut corporis emaciati ac virium jacturæ manifesta noceantur indicia, ac si *febris hectica* aut alia lenta laborarent. In pluribus, quia alternis diebus magis afficiuntur, *febrim tertianam* mentitur, ita ut ab *hemitritico* aut *tertiana nocturna* sæpius difficulter discerni queat; ut *continuant tertianam* tacuimus, quæ à nonnullis Medicis absque *malignitatis* nota hominem invadere solere perhibetur: quod quomodo veritati consonet, nos capere vix posse ingenue fatemur.

Sæpe sæpius hoc malum pro quacunque *ventriculi imbecillitate*, ab erroribus in cibo & potu commissis, insolitaque quantitate ingestis oriunda habetur, quam si *purgantibus* sive lenioribus sive fortioribus emendare, ac expugnare satagunt Medici, à vera certè medendi methodo aberrantes, aegrum in majus vitæ discrimen præcipitant. Plura, quæ & Medicos ipsos (nisi recta rationis lance omnes & singulas in hac luce circumstantias attendant) deciperent *symptomata*, hic in medium afferri possent, quæ tamen omnia ex sequentibus clarius innotescunt; ideo brevitati studentes, necramben sæpius recoctam opponamus, illis enarrandis supersedemus.

Dicipiendum itaque, num vera hujus luis dentur *signa diagnostica*, ex quibus *morbi partim presentia*, partim *molestia*, *malignitas* & *immanitas* vel ex adverso *benignitas* ipsius colligatur. Ante omnia autem cavendum, ne ex unico tantum signo *felicem* vel *funestum eventum* prædicemus: quis plurimi, quos evasibile credidere Medici, præter omnem spem obierunt; alii contra, de quorum salute omnes desperarunt, morbi victores exiit, atque de eodem triumphum eger. Quapropter plura ex hisce signis, si exactum velimus de morborum indole præbere iudicium, conjungenda sunt, atque ita *bona mala* numero superantibus, aegrum extra *vita periculum* versari, præsentibus autem multis *malis*, paucisque *bonis*, contrarium concludi debet. Interim tamen unicum ex *malis signis* plus vitium habere, quam aliquot bonorum junctum sumtorum, compertum est. Trivariam verò nihilominus adhuc in iudicio per signa faciendo falli possumus, quando nimirum ipse Medicus omnes & singulas morbi circumstantias non probe considerat; aut aeger, quod adstantes non attenderunt, *sinistri* quid perpetrat, ex quo sine dubio in vitæ discrimen præceps datur; vel ancillantes suo officio non rite, ut decet, funguntur, aut errores ab aegris admissos reticent. Ne autem *signorum*, ex quibus vera hujus morbi indoles cognoscitur, obliviscamur, omnia, quemadmodum explorando affectum occurrunt, juxta ordinem recensemus.

Facies in exploratione, quando ad aegrum accedit Medicus, primas tenet, quibus itaque hæc à statu naturali non multum recedit, nec tetrica apparet; *oculi* colorem vividum obtinent, pellucidi sunt ac splendent, lumenque sine molestia ferunt, palpebras recte aperiunt & claudunt, seseque libere huc atque illuc volvere valent; è *naribus* exhalans spiritus non friget; *tempora*, *frons* & *gens* ad tactum molles, nec instar ligni duræ; *auditus* integer est, *intellectus* & *memoria* non vacillant; *vox* non balbutiens, debilis, tremula vel interrupta; *os* interne parum, ac *lingua* mollis & glabra, *salivaque* satis irrorata, & nihil in *faucibus* impedimento est, aliis signis bonis concurrentibus morbus adeo periculosus dici non debet. Ex adverso, qui *vultum* emaciatum, luridum, tristem aut ferocem exhibent, aut adstantes aspiciere dedignantur, quibus *horror* comas erexit, *oculi* caligant, subfidem, *lacrymas* invitas fundunt, ac immoti tenentur; *nasus* acutus ac frigidus: *spiritusque* inde, ac ex ore friget, atque fermenti putridi instar foetoris *frons*, *mala*, ac *tempora* ad tactum aspera & lignosa; *visus* hebetior, *auditusque* propemodum abolitus est; quorum *verba* prolata ratione carent, & licet hæc

pollere existimentur, suis tamen narrationibus haud debito tempore & modo, ac præter consuetudinem prolatis se produnt; iisdemque varia phantasmata immiscunt, quibus memoria adeo labilis, ut quæ brevi antea egerint, comederint, biberint, vel locuti sint, amplius nesciant; sermo balbutiens, titubans, debilis, tremulus vel interruptus; quorum ora fetorem redolent, vel amaritiam biliosam aut sitim intensissimam conqueruntur, dum quoad interiora os aridum penitus, nigrum, pustulisque pollutum est; similiter lingua retorrída, nigra, ramida, filia, tremula, pustulisque undique conspersa; qui assumta difficulter deglutiunt, aut quibus pariter collum tumet; qui atrocissimis capitis doloribus exercentur aut vecordes fiunt, somno destituuntur, vertigo, sopor gravis, vel sanguinis è naribus profluvium extra tempus molestiam creant; qui creberrimo capitis motu in utramque partem furente, jamque nimio calore fere conficiuntur, jam in desperationem se præcipiant; quibus circa oculos, nares, labia, vel alias faciei partes motus spastici erumpunt, aut qui consimilibus accidentibus franguntur, in illis omnia hæc signa, siue singularim considerentur, siue simul sumantur: luculentum febris maligne incrementis, aut in culmen vergentis, vel causarum ferocia, ac certaminis discriminisque salutis, nobis argumentum exhibebunt.

Caput relinquendo ad pectus properamus, ubi sanguinis circuitus, cordis motus, arteriarum pulsus, respiratio, excretio, cum aliis è pectore prodeuntibus affectionibus nobis examinanda erunt. Non ita periculose decumbere, nec à febre castrensi quoad interiora profundius corripitur videntur omnes illi, qui cæteris signis consentientibus, pleno, vehementi licet, tamen celeri, & usque ad morbi declinationem æquali arteriarum pulsu gaudent, quare de iisdem bene sperandum est; quotiescunque verò pulsus plures subit mutationes, & vel celer, frequens, intermittens, & debilis est, vel celer & quasi depressus, atque contra iterum vehemens & æqualis deprehenditur, indicio erit, præter affectas partes internas, plures denuo nova inflammatione pollui, vel venosam hujus mali causam, transvehente sanguine, usque ad principes vitæ sedes penetrasse; vel etiam novas ac hostiles in sanguine reliquisque humoribus obstructions ac constrictiones, ac inde manantes arteriarum distensiones excitatas esse.

Pulsu intermittens, ac in debilibus corporis constitutionibus nonnunquam tribus, quatuor, vel quinque rhythmis peractis, post unum, duo, tria, aut plura intervalla rediens, juxta nonnullorum mentem forsitan non tantum à sanguinis in corde coagulatione, aut ab ejusdem polypo vel motu aucto ortum trahit; sed potior nobis videtur ratio, quòd venenum pestiferum spiculis suis acutioribus nervorum fasciculos pungat ac spiritus irritet, aut eorundem perennem influxum impediat; qui in statu aliis naturali, ex oblonga cerebri ac spinæ medulla in latissime expansum octavum par nervorum semper magna copia feruntur, internisque corporis partibus, earum functiones serensando, prospiciunt: de quo pluribus Th. Willis in anatome cerebri ac nervorum descriptione, atque speciosissime acutissimus Vieussens in neurologia egerunt.

Quando sanguis sub digitis ad undæ fluctuantis modum subrepat, vel jam præsentis, vel brevi subsequenti sudoris signum exhibet, interque salubria recensetur. Dum in pulsum examine comprehensimus, ac in latere brachii vel pedis opposito, consimiles fere ictus manum nostram percellunt, vel sub digitis formicino sanguis gradu movetur, seu, formicans sit, convulsiones intra corpus latere, ac iisdem jam arteriarum truncos majores infestari significat. Maxime verò hæc in iis animadvertuntur, qui febre

Castrensi propemodum conficiuntur, unde pessimorum signorum numerum obeunt.

Mediocris respiratio, quæ, dum spiritum trahimus, non admodum velox est, & in expiratione paulatim decrevit, subque finem parum quiescit, ipsos pulmones inflammatione nondum tactos esse, signum nobis certissimum præbet; ac valde brevis creberque respiratus in consistente ætate ac senio confectis, aut eisdem inflammatos, aut saltem tenaciori lymphæ oppletos esse, denotat; potissimum si ardorem ac gravitatem sub sternum conquerantur; interrupta verò spiritus reciprocatio in illis, qui lateris ac scapula doloribus lancinantibus exaguantur, animadvertitur; spiritus imo latere penitus, ac velox, in quo thorax valde distenditur, & abdomine intorsum truso in altum attollitur, atque frequens anhelatio ac rhonchus universam corporis essentiam, per lethiferum hujus morbi venenum omnino corruptam iri significat: idem etiam accidere à spiritu subito attracto, nec sine notabili expiratione aut frigide eliso, solet.

Qui quotidie, paroxysmi ad fastigium tendentis horis, aut dum æstus aliave symptomata ingravescent, (quæ post mediam plerumque noctem contingunt) difficultate respirandi, vel suffocationis metu inquietantur, his lymphæ ab æstu febris liquata exundat, & ubertim in thoracis cavitatem, aut ipsas pulmonum vesiculas depluit, quibus inhaerere solet, viscidique ac ad excretionem inepta redditur. Tussis sicca, aut à frigido potu originem habet, aut phlegmonem pleura, vel abscessum in pulmonibus latentem brevi rupturum, & per excretionem evacuatam iri; vel si æger jam antea phthisi aut hectica febre laboravit, horum affectuum majus incrementum indicat; ruptas vomicas excipit materiæ purulentæ ac cruentæ ejectio; qua non subsequente, puris collectio seu empyema super diaphragmate fit; tenuis aliquid modo & viscidum sputum magna copia per vices tussi excretum à superius indigitato pulmonum aut pectoris hydropis oritur.

Lethale hoc in affectu signum singultus censetur, præsertim ubi super diaphragmate ac circa stomachum convellentium moruum auctores pustula, exanthemata, carbunculi, & speciatim inus gulam ac ventriculi primum orificium exulcerationes ab inflammatione generantur, quæ illud ad spasticum ac perversum motum concitant; verum singultus in orificio ventriculi superiore sedem suam habens, simulque diaphragma in consensum hujus expulsionis ciens, licet non lethalis, periculosus tamen est: quod pariter de frequentibus vomitibus intelligendum est, qui eò magis periculi pleni sunt, quo certiores inflammationis ventriculi circa janitorem indices erunt.

Graviter ab hac lue, quam ferre possint, inficiuntur, qui syncopas enormes atque animi deliquia sæpius patiuntur; eoque magis affliguntur, quo diutius tam extra lectum, quam in eodem erecti sedent.

A pectore ad ventrem descendimus, qui si naturali mollitiæ gaudeat, ac diarrhoeæ, dysenteriae, torminum adstrictæque alvi immunis sit, bonum signum præbet; ex adverso abdominis durities nimia, vehemensque ejusdem ac tumescens distensio vel à flatibus exitum non habentibus, vel à retentis alvi coactis, vel à spasticis motibus crudelibusve coli doloribus, aut ab intestinorum inflammatione ac eorundem exulceratione provenit.

Nonnunquam etiam mictum venientes urinam sat exigua quantitate reddunt, cujus vitii sudores profusi, seri inopia, potationes denegata, alvi profluvium, intestinorum difficultas causæ esse possunt, aut serum, quod è duilibus aquosis ruptis aut distensis in ventris alveum aut thoracis cavitatem extillavit, renes functione

tione sua frustratur: *urina lixiva & rubicunda à copioso sale corrodeute acido fixo, sanguini lymphaeque innatante, exornitur; citrina vero salis volatilis in iisdem humoribus delitescens, unde colorem habet, particeps est crebrius atque copiosius cum levamine excrementum lotium à nimia & molesta vitiosorum humorum saburra corpus liberat; ac si jugem hujus præstanti humoris fontem magnæ imbecillitates exciperent, humorum in universo corpore colliquescentium, aut etiam sanguinis per obstructionem intercepti, certissimum esse indicium.*

Ne ipsam *ventris profluvium prætereamus, existimo, cineracea feces à lympa resoluta exundante, & affluenter è ventriculi tubulis glandulisque intestinorum (quas eleganter præclara eruditionis solidique iudicii vir nobilis Johann. Conradus Feyer Medicus ac Philosophus nostras celebratissimus in suo de glandulis intestinorum tractatu descripsit) delabente spumasque agente oriri, ideo quoque minus periculi portendunt, quam flava aut virides, quæ biliosam nidoreque confurcatam colluviem in ventriculo, aut egurgitatum fel sincerum è ductibus hepaticis cystideque profusam, eam causam agnoscunt. Sincerus etiam cruor in dysenteria per alvam egestus, grana ejusdem magna copia per exitum naturalem subtrahit periculiosior est. Lumbrici sæpius execrandis convolutionibus intensissimaque cardialgia ægros vexant, quæ symptomata non cessant, usque dum vermes loco suo decedant, ac vel ore vel ano proferant, (quod in hoc morbo sæpissime contingit) vel ex corpore alias decenter expellantur.*

Si *favina febribus malignis laborantes omnino non bubinant, melius est, quam si tali profluvio, licet stata periodus initaret, se polluerent; multo minus infolice uteri purgamenta, si intermedio tempore ac excedente quantitate fierent, salutis quicquam promittunt; imo, si tunc abortiant, periculosa plenum opus aleæ erit: omnes enim largiores evacuationes virium certe præsentissimam jacturam, inevitabilisque fati metum in hisce affectibus portendant, cum etiam vitæ nostræ rectores ipsimet spiritus simul cumulatum exhalent.*

Sudores sine levamine prorumpentes, vel ab interna anxietate, vel à nimia sanguinis refrenatione ab impedito circuitu, vel ab æstu colliquescente originem trahunt; similiter & male-olentes notabilem humorum in corpore corruptionem dicunt. Sudor frigidus præsertim malus est, ni mox crisis succedat, qui catarrhi suffocantis mortisque per sæpe prænuncius sit. Quoties à medicamine alexipharmaco sudor non effunditur, à diarrhæa, vel dysenteria, vel nimia feri ad renes amandatione dependet. Serum etiam nunquam per cutim ablegandum poros ob lentorem suum libere non transit, ita, ut multum laboris in sudore faciendo impendere necesse habeant; & licet tandem spes non decollet, sudor tamen prolectus ita tenaciter digitorum attractui adhæret, ac si corpus melle antea illitum fuisset.

Quando hac febre correpti, quemadmodum integra valetudine fruente soliti fuerant, in lecto decumbunt, licet situs deterior sit, inde tamen nullum certum sævitia morbi signum depromere possumus; sed si corpus indefinenter huc ac illuc perverise jactetur, brachia pedesque lectulo exercent, aut pedum alterutro vel utroque, ut valgi compernesque suescunt, distorti cubent, nec non in dorso jacentes genua antrosum, calcaneos vero, raris jam jam subsulturis similes, retrorsum ad nates usque protrudent; aut nullum omnino membrorum amplius levare, neque commode movere possunt, magnas profecto spirituum, ac inde emergentium functionum perturbationes produunt.

Plura quidem talia in medium proferri possent signa, quorum cum in superioribus mentio jam sit

facta, eadem hic repetere non opus est.

CAPUT XI. De signis prognosticis, bonum vel sinisterum morbi eventum indicantibus.

Fallax & periculosum est, de febris hujus castrensis eventu iudicium, antequam vel naturæ robur, vel morbus ipse victoriam reportavit: quod circa declinationem demum magis comparebit. Nihilominus tamen ex quibusdam signis desiderandum aut deplorandum morbi finem colligere poterimus; modo cuncta ejusdem producta solerti indagine examinare velimus: quorum cum notissima in antecedentibus jam allata sint, pauca tantum his superaddidisse in præsentia rerum sufficiat.

Ante omnia *quatuor signa principalia in hoc morbo consideratione digna sunt, in quæ spem salutis ægrorum locare possumus, 1. respiratio facilis absque ullo labore, absque ullis cordis anxietatibus. 2. pulsus æqualis nec multum à statu naturali recedens. 3. appetentia ciborum ac potus non penitus dejecta, nec nimis aucta. 4. sudoris cum levamine facilis eruptio: quibus vultum, sermonem, salivam, excreta & vocem, motum corporis & animi, si non multum ab ingenua sua indole desciverint, addere possumus.*

Nunc presso pede ipsas *crisum seu secretionum differentias, ac quo pariter modo proxima seu continens harum febrium materia naturali imperu sic subito, adjuvante medica arte, expellatur, antequam ulterius progrediamur, ordine recensebimus.*

I. *Omnium facilissima, ac eandem ob rationem saluberrima crisis per sudorem proveniens est: hinc maxime necessaria æstimatur, quod ejus opæ impeditus vel saltem interceptus totius sanguinis circuitus iterum referatur ac restituitur: quod ergo hanc luent impeditumve sanguinis motum convenienti medicatione superare queamus, præmissio, si opus est universali remedio, mox sudorem liberalius provocare contendimus, eodemque bis ad minimum quotidie inhaeremus, donec ex probe animadversis digestionum signis morbum penitus profligatum esse cognoverimus.*

II. *Post sudorem criticum frustra expectatum vomitio critica salutatis habetur, quæ, præ reliquis secretionum subsequentiis modis, quocunque certe vacat periculo, licet ægrum summa præcordiorum anxietate seu cardialgia, frequentique copiosissimæ bilis expuitione premat, aut eundem ad biliosæ colluviæ per os ejectionem sollicitet: talis vomendi actus, ut plurimum, diarrhœas biliosas symptomaticas subsequitur.*

III. *Vomitum securitatis causa excipit excretio critica, seu sputi bene cocti, purulenti aut etiam euenti ejectione per tussim; quæ debito tempore contingens in pleuride, peripneumonia, ac empyemate non nisi salubris esse potest.*

IV. *Huc merito, propter affinitatem cum præcedenti modo screandi, pyralismus refertur, quo lympha vitata ac pene putrida uberrim ac sat diu instar perennis rivuli per ductus salivarios ex ore defluit, ita ut ipsamet continens febrium materia simul è corpore penitus eliminetur; pari etiam jure in hanc classem reponimus, criseos tempore prorumpentem largiorem narium mucum: sive crassior ac dextre concoctus fuerit, sive tenerior, ichoris instar, ac putidus extiterit: unde tamen immaniores capitis dolores extemplo evanescent.*

V. *Minime nunc reticere debent ventris profluvia critica, sive bilem colore aliquatenus referant, sive cineracea sint fortis; modò non sint dejectiones sinceræ, nec amurcam ac fecem vini æmuleantur, aut atræ portunculæ, carbonum instar, excrementis immixtæ*

fiat: hi enim ejectiones plerumque lethi prænuncii sunt; illi vero paritibus vicibus ac scutillarum, quamvis ægri inde multum debilitentur, & materia virulentam educunt, & morbum infringunt.

VI. In hanc locum nunc pertinet diuresis critica, seu largius lotii profluvium: eaque ex jam recensitis crasse speciebus periculosa est: quia non tantum sanguis limpidiore sero spoliatur, atque pinguiora humorum particulae magis colliquefcunt, quod adhuc tolerabile foret; sed præsertim, quia inde haud inani conjectura arguari possumus, sanguinis ad lymphæ cursum in aliquibus partibus tunc apprime remoram pati, unde non solum vasa valde intumescant, sudores colliquefcientes exillant, ac lotium copiosius per renes elutriatur.

VII. Areolam hanc explent omnes feculenti & critici tumores, ac secretiones acrim humorum sub cute collectorum, uti sunt abscessus, bubones, parotides, phlegma, anthracis, pustulae, herpes, erysipelas, varioli, morbilli, ranula sub lingua, aliique nominibus nota, quæ licet subinde periculo plena sint, non tamen funesto semper exitu terminantur: imprimis autem salutare censentur exulcerationes labiorum ac limbi narium, in morbi declinatione sese prodentes: quia exedens ac virosum serum ab interioribus capitis partibus per naturæ robur extorsum protrusum haud amplius inflammationem intus fovere potest.

VIII. Tandem quoque critica narium hæmorrhagia notari debet: quæ si large ac die critico contingit, & licet ægrum fere neci det, salutem nihilominus pollicetur; si vero hoc narium profluvium quamvis crasin perfectam post se traheret, nullo modo quinque vel sex horarum spatio sponte silleretur, candente ferro naribus prope admo, aut ortica recenti contusa naribusque intrusa, vel linteis aceto madidis ac circa collum volutis, aut seroto applicatis remoretur necesse est; imo nonnunquam bursa pastoris recens trita & naribus intruditur, & carpis applicatur; vel sterus suillum aridum aut tostum, ac hæmatites aut creta trita per nares attracta hæmorrhagiam quamcumque mox sistit. Pauca contra cruoris stillæ sive diebus criticis, sive aliis intermediis prolabantur, magnum nobis de vita ægrotantis metum incutiunt. Attamen hæmorrhoides stillantes declinante morbo plethora laborantibus admodum proficuae sunt; ex adverso autem mensium fluxus maligna febrili incrementum capessente foeminis etiam si stans diebus prorumpant, ut antea notavimus, valde periculosus existit.

Si itaque plures harum excretionum aut fere omnes simul ægrum lassent haud evadet; sic etiam, quando horum ejectionum duo vel tres modum excedant, certo moriuntur: in hisce enim casibus tam solidæ quam fluidæ corporis partes præ nimio putore ac extrema corruptione colliquefcunt, constringuntur, sphaceloque afficiuntur.

Quemadmodum sudor universalis sine virium notabili dispendio bonus est: ita singulares, qui in capite, pectore, aut abdomine tantum profiliunt, perniciem minantur: quando in declinatione morbi æger nil sudat, difficulter evadit, aut in longum morbum producit: sudor calidus, nasusque frigidus mortem denunciant.

Singuli contentorum corporis motus qui diebus criticis fiunt, magis salutare sunt illis, qui alio tempore accidunt: malum quoque signum est, si mox à principio morbi, ea, quibus alias semper assuetus fuit, formidare solet æger, ac refractarius præter morem ad remedia sit.

Macula æquo maturum erumpentes similiter periculose sunt: ut & illæ, quæ serim apparent: septimo die absque notabili animi perturbatione in conf-

pectum venientes macula, ni statim iterum dispareant, id mali non portendunt, quod illæ: quæ contrario modo se habent: violaceæ, ex atro purpurea, livida & nigra nunquam bonæ sunt.

Mentes & oleriam insani in lectum deponentes, vel admodum debiles, vel mentis non satis compotes sunt.

Lethale signum est, quando decumbentes tempore alio se adere contendunt, rivilitia legunt, fracta voce rident, vel alio perverso modo ora distorquent: cantillans, aut absque deliriis solito audacior sermo, vel ex adverso timidior, ac instar infantu prolatus plus periculi plerumque quam securitatis indicare solet.

Sternutamentum pro bono signo habetur, ac naturæ, quæ parti in naribus affectæ succurrere molitur, robur significat.

Narium hæmorrhagia diebus paribus contingens, statimque cessans, ut plurimum, periculo non vacat.

Mensium fluxus, quamvis statim tempore sese prodatur, morbo incrementum sumente periculosus; extra consuetum tempus, etiam decretoriis diebus prorumpens, lethalis: at in declinatione, quocumque die promanet, modo antiquam periodum attingat, minus periculosus existit.

Os frigidum, lingua frigida, tremensque & nigra, dentium collisio ac stridor, orisque variæ distorsiones vitæ præfagiunt exitium.

Cuticula, si applicatione cantharidum sicca permaneat, aut si in vesiculam elevetur, nigroque colore compareat, summam humorum putredinem, sanguinisque ac lymphæ corruptionem indicat.

Sanguis à secta mox vena frigidus erumpens, aut qui postea in vase exceptus non coagulatur, signum lethiferum præbet: atque indicio est, venas sanguinis rivulo penitus depletas esse, nec quicquam ex arteriis in easdem profluere. At Deus omnino avertat à me ferissimam hanc, eamque funestam, sanguinis missionem, post quam nil aliud præter citam mortem expectari debet.

Quoties ægri nigrum aut valde viscidum sputum excreant, lethale signum est: quamvis etiam sat magna quantitate sputum tunc per ruffim ejiciatur, at viscidum, pellucidum, crudumve fuerit, semper aliquid mali portendere solet.

Difficulter evadunt, qui sine intermissione desperationem cogitant, aut detestanda fantur, nisi ab opiatis hoc contraxerint: cui dein malo cantharides applicatæ incantamento sunt.

Nec illi, quos nimius pavor, maestitia, vel ira vehementior, aut etiam Crapula à generoso vino, atque purgatio resinosa lecto affixit, sanitati restituuntur.

Remedia bona ac efficacia in principio neglecta, vel alias incuriosius adhibita nil boni portendere queunt.

Aura frigidiorum ambitus per totum morbi decursum periculosus.

Lectio perpetim affixi certius sanescunt, quam inquieti, extraque lectum versantes ægri.

Subito obtumescentes morti quam proximi sunt.

Alia mortis & salutis signa, ex qualitatibus corporis mutatione petenda, lector benevolus fusius è capite antecedenti, ut & scriptis virorum in arte medica excellentium, qui de febribus malignis, purpura ac peste commentarios suos dederunt, petat rogo. Opinor tamen, hic pleraque necessaria signa prognostica exposita esse.

SECTIO SECUNDA,

De Febris malignæ castrensis epidemiæ declinatione.

CAPUT I. *De variis declinandi modis, quorum ope febris maligna castrensis epidemia præcaveri potest.*

MOrbum hunc divina assistente gratia tribus modis præcaveri posse quotidiana nos docet experientia.

I. *Observatione debiti ac decentis vitæ regiminis*, quod in observatione sex rerum necessariorum, non naturalium à Medicis appellatarum, quæ non tam ad esse quam ad bene esse hominis spectant, consistit: hæcque sunt 1. *Oratio*, 2. *cibus & potus*, 3. *morus & quies*, 4. *somnus & vigilia*, 5. *excreta & retenta*, 6. *ac animi pathemata*.

II. *Debita medicamentorum applicatione*, quæ iis, qui vel dispositionem ad hanc litem in corpus suscipiendam præsentunt, vel in quibus una aut altera sex modo recensitarum rerum necessariorum, seu evidentium corrigi debet cito, tuto & jucunde exhibenda sunt.

III. *Mutatione loci*, quo in morbus ferocit: quotquot autem alienum solum, gravissimæ hujus litem virulentiam evitari petant, timiditatem prius exuere, benoquæ & pacifico esse animo, atque omnes excessus enormes vitare, amicè rogantur: nisi enim hoc faciant in locis longe distitis, nihilominus ab hoc morbo corripiantur; & sic patrios lares fugiendo, ni mox Parcarum furvæque mortæ præceptis obedire adigantur, diu tamen lecto teneantur.

CAPUT II. *Quomodo animi affectus sint sopiendi ac moderandi.*

Videmur quidem à consueta Medicorum via recedere, quod mox in principio, quomodo animi pathemata dirigenda sint, docere nisi sumus: quem etiam ordinem *Raymundus Mindererus* in libro de medicina militari olim quoque observabat. Sed quoniam constat, absque animi placatione, nec aëra purissimum inspiratum, nec laudabilem cibum ac potum sumtum, exercitationes aut requiem, nec somnum & vigiliis, neque excreta & retenta quicquam ad corporis vigorem, sanitatisque conservationem conferre; ideo prudentiores hæc vobis vitio haud versutos fore persuasi sumus, quod animum tranquillum ante omnia decreverimus.

Quotquot igitur loca febribus malignis epidemiis, seu hac castrensi inquinata inhabitare coacti, aliò se conferre non possunt, primario omnium peccatorum scelerumque commissorum memores, vera penitentia induti, respiciant, horumque veniam à summo rerum Gubernatore devotissimis suspiriis, precibusque ardentissimis in genus procumbentes efflagrent; & virtuti ac pietati posthac litaturi, à vitia perverti desistant, peccandique illecebras fugiant, necesse est; quod ubi præstabit, veramque in D. O. M. fiduciam collocabunt, eumque haud focata mente colent providentiam ac singularem ejus tutelam per omnem vitam suam; etiam in omnibus actionibus, experientur, ut inde summæ animi tranquillitas speranda veniat; cum ex adverso pervicaces Numinis contemtores, quia se omnibus flagitiis nobilitate unice student, semet ipsos supremi Ju-

dicis clementia defraudent, variisque mentis inquietatione, animi angore, ac conscientie moribus conficiantur; quæ certe haud parum ad harum febrium productionem conferre solent.

Idcirco: quisquis es mortalium, spem tuam & dum Sol justitiæ animi nubila feriat, & urgentibus angustiis in Deum tuum colloca, qui te nunquam deseret, sed saluum te vult, quoties peccata, suppetias ferente Deo, fugere, integer vitæ scelerisque purus vivere, atque nequitie viis relictis, tramite recto & ad vitam æternam ducente insistere tibi curæ cordique est: non enim Deum omnipotentem & ubique præsentem, imo & summæ sapientem, omnia providentem ac misericordem credere sufficit, nisi eundem scelerum simul vindicem ac justum revereri velimus.

Posthæc igitur quilibet omnem melancholiam, mororem, ac vanum periculi mortisque imminentiæ metum excutiat, iisdem vale dicat: laraque mente seipsum erigat, quo corpori robur non deficiat, ac spiritus inde suscitetur; & pro certissimo habeat se sub Numinis clementissimi turamino esse, ut ut medius inter ægros grassante lue versari teneatur. Nimis enim hunc morbum exhorrescentes, solo sapius metu, solaque forti sæpius animi impressione hujus mali crudelitatem experiuntur.

Spiritus namque animales ab angore ac timiditate, modum excedente, ita angustantur, & contristantur, ut virtute sua dilatante, partesque nobiliores perenni suo transitu roborante, quo felicitate eidem sua munia obeant, mirum quantum defraudentur; hunc singulis humorum, alios laudabilium, coctionibus turbatis ac vitariis, motibusque corporis perverfis delicta colluvies, hujus litem causa, proficiscitur; atque tandem propter omnimodam humorum corruptionem omnia naturæ prælidia corrumpunt.

CAPUT III. *Qualis aër eligendus, & quomodo vitiosis fuliginibus refertus corrigendus.*

Et quidem aër vitæ & morborum auctor juxta Hippocrati de flatibus libro essatum, qui si purus, lucidus, ac ventis salubribus perfusus, non potest non magnum sanitati condimentum esse.

Aëra igitur, sine quo ne per momentum vivere possumus, accuratius pensitantes, in illo occultum vitæ nostræ cibum esse deprehendimus: id quod felix ille, sic dictus Cosmopolites, *Alexander Sethonius*, observans in novi luminis chemici tract. XII. epilogo his verbis expressit: *Creatus homo de terra, ex aëre vivit: est enim in aëre occultum vitæ cibum, quem nos rorem de nocte de die aquam vocamus ravesaliam, cujus spiritus invisibilis congelatus melior est, quam terra universa*. De quo pluribus videri possunt nobilis de *Nuyement* libro de sale philosophico, seu spiritu mundi universalis, *Joh. Rishi Eolsati Phoenix philosophicus*, *Hygini à Barma Saturnia regna*, *Robertu Boile de aëris vi elastica*, cum aliis hujus viri celebrandis scriptis, *Johannu Mayow* quatuor primi libri tractatus medico-physici, *Sebastiani Wiridigii medicina spirituum curiosa*, *Joh. Henrici Koesseriini disquisitio physico-medica de spiritibus*, *Andrea Nineri tractatus de spiritu mundi, seu nobili aqua caraiaca*, & tandem *Christiani Adolphi Balduini aurum aura cum phosphoro Hermetico*, qui quasi in compendio omnia de spiritu mundi, in aëre natitante, notari digna luci publicæ ex, osuit.

Cum itaque aër spiritu mundi seu sale volatili at- heret, imprægnatur, ac ab omnibus veneficis & peregrinis exhalationibus aut vaporibus depuratus, ad vitam prolongandam, sanitatemque conservandam, quam maxime, necessarius sit; sæpissime autem

tum à variis ejus è terra, ac montium cavernis exhalantibus fumis, ab inséputis hominum, ac bestiarum cadaveribus oriundis fetoribus corruptis, (quod supra jam in prima sectionis capite V. §. 1. innuimus) indicatur, sanitati nostræ si velimus consulere, hæc loca deserere aut in salubriorem nos recipere; aut si hoc commode fieri non possit, debitis remediis aër corrigi atque depurari oportet.

Humidum, pessimeque olentem in aëdibus vel angiportis contentum aëra interdum bis, ter vel pluries, mane scilicet, circa meridiem, vespere & noctu, flamma è probe prius exsiccatis lignis juniperi, abiegno, aut piceo fulcitrata purgamus; huic scopo etiam pulvis pyrius parum humectatus, sulfur itidem commune, chalcanthum, resina, cornua caprina, acetum & similia in prunas coniecta aut accensa inserviunt.

Sanitati nostræ omnino consultum foret, si sterquilinia cuncta, sordisque à porcis, gallinis, anseribus, aliisque animalibus domesticis ex aëdibus ac plateis arcerentur. Eluvies in plateis, aut angustioribus aëdium areolis, decliviore facto canali in cisternas, aut profluentem rivum deducatur, ne stagnando putrorem contrahat. Neque etiam tolerandus est perversus mos impudicæ pubis, & puellarum natis muris fricantium, alvique coacta ad aedes sepimenta, pomeria, derelictosque urbis angulos deponentium, unde proximi vici fetore inquinantur. Pariter quoque sordidi homines, ac ancillæ urinam matolis noctu collectam in plateas non effundant. Neq. fetor excrementorum è sella familie aut cloacis publicis totam domum, totasque areas inficiat, ea probe obtegantur, aut in locum abditum transponantur, aut etiam à foris tempestive purgantur.

Carnificibus senatusconsulto seridè inculceret, ne feridas cadaverum quorumcunque detrahas pelles antequam in altiori, ab urbe tamen remoto, loco bene exsiccatae fuerint, aëdium superioribus contiguationibus suspendant, aliàs per totam viciniam terentibus inde exhalans squalor maximo cum sanitatis detrimento dispergeretur, navesque illic degentium perpetim feriret: imo grassante pecorum lue pelles nullo modo detrahant, sed ista cadavera profundioribus fossis integra occultent.

Pannos, lectisternia, lintea, vestimenta, ut & alia aegrotantium utensilia non statim ab aliis usurpentur, nisi prius probe lota, suffumigiis correcta, aërique puriori ad tempus exposita fuerint: quod etiam de omnibus aliis rebus quæ nos ambire solent, intelligi debet, ne aër inde magis conspurcetur, sed mundicie ejus opera detur.

Vita sordida luxurique dedita aëra in aëdibus ac plateis, homines proxime ambientem, contaminare solet, ita ut, experientia teste, eundem non possint non ejusmodi dira mala variisque morbi excipere.

Horis pomeridianis, hibernoque tempore, si cœlum favet, fenestras valvasque parum patefacito, liberalemque flammam è junipero in conclavi alito; ut aëre udo inquinato, seridoque expulso recens, ac spiritu æthereo turgidus intret, locumque perflet, quo facto mox iterum fores atque luminaria claudito.

Aegros invisuri, aut aliorum nebulo aëre domo exeuntes, caveant sibi, ne per plateas festinando spicula nociva in aëre volitantia concitatius inspirantes attrahant; atque aegrotantium aedes vix ingressi haud statim ad lectum sublimi anhelitu properent, ne malignam decumbentium auram sudoremque exhalantem per respirationem in semetipsos recipiant, neu per ejusmodi contagium inficiantur.

Curiosum est, inquit Tullius, ea scire velle, quæ ad nos non pertinent: idcirco nullus, nisi vocatus, aut munere devinctus qui terricium aegrotantium vultum exhorret, aut à nauseabunda aegros ambiente me-

phici contremiscit, febrim malignam detentes adeat. Sed hoc eo tutius expediet, ubi ante accessam vel aliquot grana juniperi, vel parum de radice angelice aut zedoaria, corticibus pomi citrei vel aurei, aut caryophyllum manserint.

Hunc etiam in finem haud parum emolumenti dabit casura fabæ magnitudine sindoni insuta, si naribus sæpe admoveatur; vel sequentes res lexico includantur.

℞. Rad. angelica rec. siccata, myrrha rubra selecta, casura, caryophyllor. ana ʒi. baccar. junip. gr. Lx. cymas ruta rec. tres, nucem myristicam totam.

Incisa & contusa in unicum saltum vel duos globulos coacta sindoni aut linteo involvantur, ac aceto rutato vel rosaceo intincta naribus frequenter applicentur; quibus etiam tempora & carpi simul fricentur. Necessitate urgente, si cuncta hæc ad manus non essent, rutam vividam manibus contritam, cum aliquot contractis juniperi granis itidem aceto humectam dicto modo adhibe; aut caryophyllor nucem myristicam, rutam vividam, baccasque juniperi simul contusas, acetoque madefactas temporibus ac carpi sæpius affricato, naribusque admoveo.

CAPUT IV. Quomodo victus ratio hic sit observanda.

Non minus eleganter quam scitè Hieronymus Mercurialis opus de arte gymnastica cetero dignissimum à victus erroribus auspicatus est hoc modo: Quamdiu homines paucissimè rebus contenti lantæ mensas & opipara convivia non cognoverunt, propinationisque post inductam paulatim consuetudinem penitus ignorarunt, (id quod primò illi seculum exstitisse, memoria proditum est) morbi neque apparuerunt, neque eorum nomina innotuerunt; sicut usque ad tempora Socratis distillationum, quas Graci κακίπες dicunt, nomen quo nihil hodie frequentius est, ignoratum esse tradidit Plato: quæ de re tunc temporis medicina aut paucos omnino, aut nullos usus, nullaque principia exstitisse certum est: etsi Homerum antiquissimum Auctorem scripserit Ægyptium multas herbas, multaque medicamenta habuisse. Postquam verò intemperantia nefanda lues, coquorum exquisita artes, delicatissima epularum condimenta, vinorumque peregrina temperatura inter homines irrepere, morborum simul varia continuo genera succrescentia ad invenendam medicinam eos coegerunt: quæ semper carere profecto licuisset, nisi humana, vel potius ferina ingluvies omnium vitiorum soboles, ejus usum omnium maxima necessarium effecisset.

Ne igitur, hi, qui sanitatis vitæque integritatis studiosi sunt, ad eos scopulos navim suam afflictam videant, cum pro perverso seculi more intemperanter vivunt, assidue tubercinantur, vino somnoque sepeliuntur, iisdem suasor essem, ut Medicorum innocua hygieines præcepta strictim observarent, & hisce tempestatibus certe morbi tot ac tantas strages haud ederent. Quo itaque medium in hac re teneam, consultum duxi locum ex Plutarchi præceptis sanitatis, tomo 1. Operum Græco-Latinorum Parisiæ 1624. editorum sat utilem iisdem commendare: Non igitur, inquit, imitari debemus bonos nauticatos, corpusque subinde impletum & oneratum, purgando sursum & proluendo evacuare: sicut illi ob avaritiam, multa in naves cum ingesserant, assiduo deinceps aquam exhaurire coguntur, sed corpora nostra habilia & expedita servare, ut etiamsi aliquando premanantur, ob levitatem suberâ insidar sursum sese effervant.

Qualem vero selectionem in cibo ac potu sumere, quemque modum in illis capiendis observare debeant, ipsis celebriores, qui de alimentorum facultatibus

ac re cibaria scripserunt, auctores præcipient: ex quibus Simeon Sethi de alimentorum facultatibus interprete Martino Bogdano Bernarium Archiatro, Melch. Sebizio ac Balthasaris Pisanelli libri de alimentorum facultatibus, Ludovicus Nonnus ac Joannes Brayerinus de re cibaria, Leonardus Lessius S. J. in hygiastico seu vera ratione valetudinis bona & vita, cum subiecto tractatu Ludovici Cornari eodem pertinente, præsertim verò omni exceptione majores Paulus Neucranzius de purpura cap. 20. ac Johannes Sigismundus Elsholzius in diætico nuper patrio sermone typis exarato; nec non Gregorius Horstius ac Engelbertus Holcerhofius de tuenda sanitate legi ac imitari merentur.

Ne igitur sine symbolo dato hinc discedamus, patiens tantum, qualiter homo cibi ac potus debita administratione febrem castrensem malignam declinare queat, iisdemque necessariis regulis lectorem instruere volumus.

Cibus & potus, licet bonæ notæ sint, ac laudabile nutrimentum suppeditent, sæpius tamen de die, & magna copia non ingerendus, quia succi nutritii elaboratio hoc modo turbatur; ita etiam esculenta sanguinem feculentum, spiritibusque orbem progengerantia interdici volumus, qualia sunt caro recens suilla vel putrida aut corrupta alia, pisces palustres putrescentes vel emortui, ova ad duritiem cocta, butyro fixa ac vetula, massa ex arina & spuma lactis pin'a, non fermentata, lagana, poma immatura, fructus dulces bilemque augentes, ut sunt pruna, mala persica, cucumeres, pepones & similia: sic etiam nec vinum largius ad ebrietatem usque, neque sulphuris fumo inquinatum, aut recens, acidum, austerrum, pendulum ac rancidum, nec cervisia hand bene defecata, non vetus, nec acescens bibenda. Vitam sedentariam exigentes, quia exercitationibus corpus non multum fatigant, nec assidua manuum opera victum quaerunt, cibus, alimonium bonum præbentibus, concoctu facilius parcius demeritis hora debita vescantur, vinum generosum vetus, vel zythum probe fermentatum beneque defecatum superbibendo.

Cena semper prandio parciore sit, nec statim à passu, ventriculo cibus onusto, nisi prius steterint, aut passus mille mearint, lectum petant; inter prandendum aut cenandum, vel sub vesperam pro sanguinis refectioe ac refrigeratione, embannatis loco, fructus acidiusculi, simulque nonnihil adstringentes, attamen maturissimi, ut sunt ribesia Europæa, fraga, bacca rubi idea, cerasa acida, mala, pruna Damascena, ac uva modice gustari possunt, cumque his, ne acor eorundem crudior ventriculo oblit, panis tantillum comedatur.

Quorum corpora nimio calore æduant, ab esu lactis, tormina sævissima, diarrhoeam vel vomitus biliosos excitante sibi temperent; operatorum & crebrioribus exercitationibus defessa corpora, quia vitiosorum humorum congestum sudore mox eliminant, non tantum lac, sed & alia interdici edulia facilius ferunt.

Quotquot autem ventriculum, ab hesternæ cenæ, cibo potuque nimium gravarunt, si postidie à quoque victu abstineant, nullo incommodo erunt obnoxii.

Quicumque prima statim luce Medici ægros contagio furente invisere debent, ossam cepe ac ovo sordibili auctam assumant, vel panem butyro illitum solisque ruta conspersum edant; vel ad minimum frustulum panis rutato vel alio aceto intinctum deglutiant, ne virus inspiratione attractum ventriculo vacuo diu inhaereat.

Jentaculis non assueti, vel ea ob nauseam formidantes, grana aliquot juniperi, vel angelica, zedoaria aut imperatoria radicem, corticeque mali citrei, ca-

ryophyllos, cinamomum aliaque spiritus suscitamenta manducando sanitati suæ consulere possunt: cepe autem esus hoc tempore multum conferret, modò ea deglutientes pessimum ex ore hectum non spirarent. Ego graveolentium horum loco somerem penem martium aromatibus conditum aut biscolum saccharo onustum.

Horum etiam perversa consuetudo merito detestari debet, qui vix orto sole vinum sublimatum, alioque generosiores latices liberalioribus, aut duntaxat brevioribus haustibus ingurgitant, vel abstinent, aut alium vinum integris fere mensuris hauciant: quorum in usu dignius perseverando ventriculi habitudo sensim relaxatur, flaccescit, ac ciborum digestio depravatur.

Quid de abominando atque nocentissimo tabaci abusu statuendum sit, supra sect. 1. cap. 5. §. 2. abunde explicatum est: hoc unicum solum hic concedimus, quod aëre præsertim nebuloso & humido, aut si caput distillationibus sit obnoxium, summo mane ac cubitum ituri unicam tantommodo fistulam fumificam exsugant: caveant tamen sibi omnes ab intemperato ejus usu.

Ultimò non ab re foret Medicos castrenses, si à scripto tedium hauserint, ad Raymundi Mundereri medicinam militarem notis Joannis Hiskia Cardilacii novis auctam, ac Joannis Valentini Wilii, quem ob præmaturam mortem merito lugemus, tractatum medicum de morbis castrensis internis cap. 4. §. 3. remittere.

CAPUT V. De modo gubernandi exercitationes, ac requiem.

Quemadmodum moderatæ corporis exercitationes naturam à multis molestiis, intra cæcis spiracula hærentibus fordibus liberando, sanguinemque, (ne particulae hujus duriores, crudiores & minus mobiles in vasculis tenuissimis varios morbos producturæ subsistant) in naturali motu juvando, ad sanitatis conservationem plurimum faciunt: ita motus vehementior ac diuturnior sanitati humanæ quantum maxime officit, quis omnes in corpore spiritus exhauriantur, singula membra cum visceribus debilitantur, ita ut particulae, sanguini ægre uniendæ, ad cæcis reticulum glandulasque miliaris rejectæ, ibique subsistantes per sudorem aut exhalationem exspirare nequeant.

Otiosa similiter segnisque vita, qua fuligines copiosæ in corpore accumulatur, propter motum autem partibus denegatum exhalare non possunt, valetudinis firmitati summe nocet: sic itaque suppressis spiritibus laudabiles etiam humores fordibus istis conspurcantur, ac deleteria qualitate imbuuntur: quapropter, si sanitati viribusque nostris prospicere contendimus, in motu & quiete medium teneamus necesse est.

Sudor à laboribus, vel aliis corporis exercitationibus in cutis ambitu frigus contrahens, & ad interiora pulsus, sanitatem vehementer lædit. Hinc quibus hoc accidit, cutim universam confestim satque diu pannis calidis asperioribus, ad poros patulos reddendos, perficari sibi patiantur; quibus hoc non arridet, in lecto probe lecti sudorem proluciant, quod id, quod frigoris impetu sub cute congelatur, expellatur; alias febrim quadam infestari possent, & si sudor præter omnem spem non excitetur, eundem cochleari rob sambuci, aceti aut aquæ, vel etiam posca medico diluti, è voto provocabis.

Qui prolixior de his institutionem desiderant, attentam mente Hieronymi Mercurialis totum de arte gymnastica opus perlegant, cum huic elegantissimo scripto, quod ad corporis exercitationes pertineant, nil omnino destit-

omnia infantibus ac pueris suis obvencientia morborum symptomata, accurate semper attendere. *Pneumonia* enim *Celsio Aureliano* auctore est specillum seu instrumentum, per quod aliquid in nares infunditur, sive infundibili sive siphonis formam habeat; ac ferreum aut corneum sit, perinde est: oriturque à verbo *εαυρυχου*, narib. instillo; quo usus est *Dioscorides* aliquot locis; ut & *εαυρυχου* ac *εαυρυχου* ibidem occurrit.

Hodie pariter in Gallis aqua Regina Hungaria in nares attracta usitatissima est, ita ut plurimi, cum à limido hoc liquore tunicae in naribus foramina confellim referentur, tabaci pulverem deferant.

Salivam deficientem *massichis*, *caryophyllorum* vel *radicis pyrethri* manducatione prolicimus: at si in locis infectis contagii tempore versatis, à salivæ deglutitione sedulo tibi caveas, ut cui forsam jam spicula lethifera ex aëre attracta inhaerere, & in ventriculum detrudi, illicque facillimè inflammationem aut gangraenam excitare possunt; ideo semper eandem expuere conducit, uti id diffusius à nobilissimo *Jacobo Joanne Wenceslao Dobrzenski de Nigroponte in praeservativo universali naturali* demonstratum est, quem videtis. Urina suppressa aqua *petroselinis* vel *raphani rustici*, cui guttae aliquot olei distillati succini albi instillentur, provocatur; aut in hunc finem mane ac vesperi de tinctura salis tartari gutta X. vel XII. in jure vel aqua fragorum assumuntur.

Menstruus fluxus in foeminis utero non gerentibus deficiens per sequens infusum emmenagogum, prius ab *Exc. Wepsero* longo usu probatum, postmodum verò à nobis hoc modo praescriptum, exciabitur.

℞. *Scobis calyb.* ℥j. *Cinamomi acuti*, cort. pomor. aur. ext. sic. rhabarb. electi sing. ℥ij. *caryophyllorum*, maceris singulor. ℥B. cortic. Winteran. salis absinthii, sem. fenic. singulor. ℥ij. *melissa*, *pulegii* singulor. M. A. N. B. sacchari ℥j. Contusis in pulverem crassum affunde vini albi veteris mensuram, aqua melissa mensur. mediam.

Sciat per biduum infusa; postea quotidie mane ac vesperi de claro liquore bibant ℥ij. quo sumto, corpus per horam movendo, sese calefaciant, omniaque frigida fugiant.

Similiter *antimonii diaphoretici martialis* grana X. vel XV. cum pauxillo *cinamomi* in vino vel jure mane ac vesperi deglutite, perque XIV. dies continue conducit.

Et quia grassante hoc malo virium quam maxime conservacioni studendum est, sudores etiam in laconicis prolechi, Venusque immoderata plurimum nocent.

De animi pathematibus, quæ potissimum alia enormes evacuationes, vires unà cum spirituum cohorte presternentes, consequuntur, in superioribus sufficienter dictum est. Hisce temporibus quoque post purgationes vituperatas, venarum etiam incisio, scarificatio & similes evacuandi ritus æquè noxii ac omnes errores in sex rebus necessariis deprehenduntur.

CAPUT VIII. Quibus remediis hic morbus praecaveri possit.

Quotquot, licet nullam in corpore mutationem, se ab hac lue correptos esse, percipiant, copiosis in sanguine stagnantibus corruptis humoribus referti sunt, feculentarum harum superfluitatum colluviem vere & autumnò per leniter purgantia, superiori capite indicata medicamenta eva-

cuare debent; plethorici verò, & quorum arteriæ ac venæ turgent, si ad id assueti sint, nec inde expavecant, secunda vel tertia ab assumto pharmaco die, ad sanguinem immittendum ac ventilandum, observato simul debito victus regimine, quinque vel sex aut septem ejusdem uncias è sella vena emittant. Hanc qui, ut & remedia purgantia reformidant, de die in diem à cibo & potu sibi detrahant, usquedum se melius habere, atque ventriculum & intestina à superfluis excrementis, corpusque ab humorum corruptela liberum esse senserint. Nec media ætate, praesertim diebus canicularibus, nec hieme horrida in partes saviente purgatio aut venesectio instituenda: his namque anni tempestatibus varios morbos, hac non saviente malignitate, incurere possumus, si ejusmodi admitticulis abuti velimus.

Qui vel leviter febris castrensis se tactos esse existimant, purgantibus omnino abstineant, atque scammonium, colocynthida, jalappam, agavicum, aliaque his similia cane pejus & angue fugiant: mox verò in principio, si cardialgia adsit, aut ventriculus ingestis corruptis scateat, mitius aliquod vomitorium assument, v. g. de *oxyaccharo emetico Daniellii Ludovici* ℥B. vel de tartaro emetico ejusdem auctoris duo vel tria grana in cochleari aqua fontanae aut juris calidi, postero mane diaphoreticis instituant, *antimonii diaphoretici* ℥B. vel *bezardici mineralis* ℥B. cum pauxillo conditurae rosarum, aut rob. sambuci subætherum sumendo; utque sudor velocitus atque liberalius prosiliat, bonum haustum decolli cornu cervi aut aliterius superbibant: absente autem emeticorum indicante, *antimonii diaphor.* ℥j. nitro adhuc gaudentis aqua distillata aut fontanae un. iis aliquot dilutam, ac sirupo violarum ad placitum auctam uno haustu ebibere, aut salis polyebresi semi unciam in jure largiori solutam absumere poterunt; postea sudoris expulsio tractari viderur, & ita sæpius à diaphoretico efficaciori semel aut bis sumto æger convalescit penitusque restituitur.

Infantes propter pituitæ tenacioris, vermiumque in ventriculo ac intestinis collectionem, potissimum, quando variolarum vel morbillorum indicia adsunt, commodissimè ac securissimè trochiscis nostris *hermetichis* laxantur, quorum compositio hæc est.

℞. *Mercurii dulcis* aliquoties sublimando optime purgati ℥B. *Diacydii sulfuru* fumo non infracti gr. xxxviii. *Cornu cervi philosophicè preparati* ℥j. *Cinamomi acuti* ℥j. *Sacchari albillimi* ℥B.

Misce, sicut cum lentore *tragacanthi* ac conditurae rosarum trochisci No. LXIV. sabæ magnitudine æquales; de quibus infanti unius anni unicus, bimulo & trimulo duo, quatuor aut quinque annos habenti tres, sex ad decem usque annorum pueritiam extendentium quatuor, vel trii in pulcra, aut alio quocunque modo exhibeantur.

Praeter hæc, licet praemissis purgationibus, beneque instituta victus ratione corpus satis deteresum aquæ colluvie vitiosorum humorum liberatum sit, alia etiam medicamenta huic veneno è diametro opposita in usum vocanda sunt, quando majori securitate minorique infectionis metu inter hac lue detentos vivere volumus; ex quibus sequentia excellent.

Quæ itaque forma pulveris aridet, his sequens praescribatur.

℞. *Radicum angelica*, *carlina*, *zedoaria*, *radicum fraxinella*, *helenii*, *holi Armen.* singul. ℥B. *Myrrha rubra selecta*, *cinamomi optivi*, *caryophyllorum*, *nucis myristica* singul. ℥j. *Sacchari albillimi* ℥vij.

Misce

CAPUT VI. De modo regendi somnum & vigilias.

Quia capite praecedenti, quomodo corporis exercitationes grassante hac febre sint instituendae aut moderandae, explicuimus, haud difficulter illinc quoque somni ac vigiliarum regimen desumi posse existimamus; nihilominus tamen unam vel alteram animadversionem addendo, commentarium hac de re magis intelligibilem reddemus, ex quo etiam nonnihil pateat, quomodo & quando somnum vel vigilias capessere sanitati conducatur.

Cavendum itaque, ne in excessu, aut defectu eorundem peccemus, sed, sicuti in motu & quiete, medium tenemus. Ab immodicis namque ac intempestivis vigiliis spiritus fugantur, sanguis acrior ac crudior evadit, calor natus obtunditur, ciborum concoctio depravatur, vires labefactantur, sensusque omnes obscurantur. Contra somnus nimius, meridians praesertim modum excedens, alimentorum digestionem retardat, imperfectamque relinquit, ac excrementorum egestionem remoratur; dumque ventriculus denuo cibo ac potu, prioribus nondum digestis, oneratur, chylus certe à fecum inutilium magmate haud decenter fecernitur, sed turbidus crudusque ac feculentus permanet, & postquam sanguini commiscetur, peregrinam atque hostilem eidem larvam inducit, motuque corporis deficiente bona malis tam diu commixta permanent, donec humores omnes putrescant, cruditatem limosam, vasa angustiora obstruentem, contrahant, atque acrimonia corrodeute partes singulas sensim sensimque depascent.

Aegrorum curam habentes, totasque noctes insomnes traducunt interdum per unam aut alteram horam dormiant, cibosque cocti faciles capiant. Ne quoque ab aegris exhalantes malignae fuligines tam facile contagionis ope per respirationem sese insinuent, nea spicula sua profundius in pulmones, ventriculum aut cerebri meningas adigantur, jejunos ad aegrum appropinquet nullus sive Medicus sit, sive alius, sed semper aliquid praegustent necesse est; vini autem potui largiori non indulgeant, quia ebrii partim lecto affixis non recte prospicere, & partim faciliorem ad luem hanc per contagionem hauriendam dispositionem nanciscuntur.

CAPUT VII. De modo excrementa in corpore praeter naturam retenta, expellendi, probosque humores retinendi.

Venter quotidie ad minimum semel ministerio officioque suo fungatur, necesse est: quod majori valetudinis levamento mane mox à somno sit; si autem quotidie ciborum recrementa tam mature deponi non possunt, fellae cum egerendi nisu saepius insidendo, (qua consuetudine non neglecta tandem adstrictissima alvus obediet) ventris coacta è corpore extrudentur.

Pessime sanitati suae consulunt, qui in pertinaci aevi segnitie purgationibus exemplo, clysterum injectionibus, ac glandibus perpetim se macerant: à binis enim posterioribus excretionum modis, si nimis acra immixta sint, ani sphincter, sedisque venae nonnunquam ita inuruntur, ut fordes ventris, licet ex intestinis reliquis ad rectum usque protrusae sint, excerni tamen nequeant; & sic alvi contumacia, quam his remediis tollere male satagunt, eò

magis augeatur.

Aequè boni, quam vitiosi humores cum ipsa bile in cyli sua, magna vi è corpore per medicamenta purgantia fortiora expelluntur, ita ut deinceps magna versus inferiora detrudendum, ac per alvum eliminandum partim non satis humectetur nec lubricum reddatur, partimque ob exhaustam bilem stimulo ac nisu debito, quo felicius & facilius egeatur, careat.

Improvidae purgationes, experientia recte, novas constrictiones spasticas ac inde oriundas inflammationes in ventriculo, intestinis, pulmonibus, partibusque aliis internis frequentissime excitant: proinde prudens Medicus tam recte, quam loci symptomatumve circumstantias probe observet, ne alium hostem, quam antea morbus fuerat, magis faventem, detestandis hisce evacuationum officijs, in corpus illiciat, quam exturbet: cujus etiam in *sest. 1. cap. X.* paucis mentio facta est.

Plurima à purgantibus remedijs damna exhibentur in doctissimo venerandi *Wesperi* nostratis libro de *cicuta aquatica historia ac noxis*, qui infinitis fecerit observacionibus; quarum aliquot jure meas, bonà cum *auctorum* celeberrimi gratià appellare possum; quod experimentis illis non solum frequenter interfuertim, sed etiam iidem suppetias ultro tulerim; quod & alii viri solertissimi, ut ex ipsomet opere patet, ingenue praestiterunt. Quam ob rem aequum lectorem ad scriptum illud elegantissimum, pro asserto nostro vindicando, evolendum obsecro.

Quoties autem alvum adstrictam nonnisi remedium operà ad excrementorum egestionem sollicitare possumus, mitiora nobis sufficiant, inter quae sequens usui externo conducit.

℞. Butyri rec. unc. ij. vitellum ovi, croci triti, gr. x.

Haec probe subacta (quibus ad placitum de *luteo sambuci pulvere* ʒj. commisceri potest) crassitie nucis myristicae vel juglandis ano intrudantur; vel *globuli* è panis fermento, sale consperso formantur & exsiccantur, quos postea in usum vocando, unum, duos, vel tres butyro aut olivo illitos podici intrudimus. Qui à flatibus ventri inclusis obstructiones alvi incurrunt, pari modo *globuli* è *saccharo moschum* spirantibus, oleo communi vel butyro intinctis utantur. Hoc in casu quoque tutissime *glandes*, (non saepe reperendae,) ex melle cocto, salis communis addito pauxillo, confectae applicantur. *Globulis* autem atque *glandibus* propter excrementorum nimiam duritiem nihil proficientibus, clysteres emollientes domestici cum fructu injiciuntur, qui ex *libra lactis dulcis tepidi*, cui *vitella ovorum durorum*, mellis cochlearia duo, vel *saccharum tritum* admixta sint, componuntur; vel *lactis loco*, aqua fontana aut *juvis carni* mensura media substituitur, cui *sursurum*, *berba malva* aut *althea*, *florum chamamelis* singulorum manipulus, *seminis auisi* ʒ ij. incoquantur, colato juri postea butyri recentis *unc. ij.* mellisque recentis cochlearia duo addendo; quoties aquam fontanay assumimus, parum adhuc salis communis insperimus.

Infantes à sola *candela* è *cera*, aut *syringer clysteris butyro* vel oleo illita in anum lenta incursionibus saepius alvum exonerant; quibus etiam externa remedia superiora recensita, commode applicari.

Unguenta, cataplasmata, ac olea hic epomphalina egregie alvum movere solent: uti est unguentum de *cyelanine* seu de *artanite*, oleum epomphalimum *Floravanti*, cataplasma ex *cumino* cum *felle tauri* mixtum *Seb. Astrii Rubeaquensis*, descriptum à *G. H. Welshio* in *exoter. cur. & observ. chil.* II. 501. linimentum è *salvia* recenti cum butyro coctum, ac hujus plantae pulvere aspersam, ac unguentum contra *vermes*

mes correctum in Noctibus nostris hibernis ; ut & sequens mixtura , quæ conficitur ex olei à lathyride Fernelii , ac linimenti à salvia singulorum uncia , oleique epomphalini ʒj. Cuncta hæc vel ventri toto , vel si fortiora sint , umbilici regioni illinuntur. Huc quoque spectant unctioes pedum cum helleboro uirgine hermodactylis , hyoscyamo , sempervivo , succo pœonia ac sebo paratæ , ac ab eodem Welschbo exor. cur. & obs. chil. II. 596. descriptæ. Si oleum lini calide liniteis exceptum læpius ventri toto imponatur , etiam pertinacissimæ ventris obstructions reserabuntur.

Alvus externa remedia respuens , lenientibus & emollientibus internis medicamentis ad officium compellenda est : quod fiet , quando mane ac vesperi horis duabus ante prandium & cœnam cremoris tartari probe triti ʒj. in jure carniū parum ebulliens assumitur ; vel præsentē biliosa in ventriculo colluvie sequens pulvis eodem tempore cum jure tepido forbetur.

℞. Crem. tartar. ℥j. Ocul. cancor. ℥ss. Antimon. diaph. c. niro. gr. ʒ. Dacryd. sulf. par. gr. ij. Ol. nucis myristica expr. gr. ʒ. M. f. p. s.

Pulvis cholagogus celeberrimū Wesp̄eri huic intentioni etiam lætisfacit , cujus hæc est descriptio.

℞. Cremor. tartar. ℥ss. Dacryd. c. sulf. par. gr. ij. Nutri ppt. gr. ʒ. M. co.

Felicem effectum in contrumacissimis aliis alvi obstructionibus à passularum laxantium usu , de quibus mane ac vesperi bonum cochlear assumitur , experti sumus , & infantibus etiam , ut ut minori dosi , tenuissime exhibuimus : modus illos parandi sequens est.

℞. Prunor. Damascen. maturor. à nucleis liberat. ʒiiij. F. lior. fenna sicc. select. ʒj. Tartar. alb. puriss. ʒj. Sem. feniculi ʒij.

Incisa & contusa in aquæ fontanæ mensura media ad dimidū confiant. lente coquantur : colato jura add.

Passular. minor. probe lotor. & select. ʒviiij. Sacchar. albi. ʒiiij.

Hæc iterum coquantur , donec mellis fere spissitudinem habeant ; postea ab igne remotis , & tam diu , donec refrigerant , agitatissimè commisce cinamomi selecti pulveris ʒj. atque ita in pyxide pura ad usum seruetur.

Sola folia fenna cum prunis Damascenis urgente necessitate , coqui , jusque calide , addito saccharo , hauriri potest.

Sambuci flores nondum aperti , aceto , pipere ac macere conditi , & saccharo oleove aspersi embammatis instar in mensa assumti alvum laxare solent.

Lactuca junior cum jure carniū bullita ac butyro recentis , salisve , pipere macerisque paucillo aucta pariter alvum sollicitat.

Succus nasturtii aquatici cum jure sumtus , ventrem laxat , si mane ac vesperi reperatur , ac per aliquot dies continuetur : quod & præstat succus cochlearia eodem modo ingestus.

Imo quotidie secunda hora ante prandium de sequenti pulvere dosi in jure salis experie sumi poterit.

℞. Crystallor. tartari , antim. diaph. florum salis ammoniaci cum hematite , salis absinthii singulorum ʒiiij. F. pulvis tenuis , divijus in doses VIII. aquales.

Quomodo ex adverso in diarrhæis aliisque alvi profluviis procedendum sic , infra sect. III. cap. 14. satis explicabitur.

Sudoris quidem in hujus sect. cap. V. aliqualem mentionem fecimus ; nihilominus tamen delicatuli , si qualemcunque mutationem percipiunt , frigidæque eorundem membra horrior quatit , de extracto

Tom. II.

nostro tberiaci grana V. in catapotis , vel bezoardici mineralis grana X. cum sirupo oxyacantha seu berberum , vel citri , aut mica panis , vel conditura rosarum subacta deglutire , vel etiam aliud diaphoreticum quorum infra descriptiones aliquot exhibebuntur , sumere poterunt.

Cerebri fordium , ut dicunt , in naribus extillatio , propter ductuum in iisdem à spissiore blenna oppilationem , intercepta , erubinis ac prarmicis optime resolvitur & educitur : quo varii pulveres à tabaco , aromatibus ac plantis odoratis compositi pertinent , quorum copiam nobis Dn. Prædus nobilis Gallus in elegantissimo tractatu de tabaci per naves attrahendi præparatione primum Gallicè edito , nunc verò Germanicam in linguam verso à G. K. M. D. exhibuit ; quibus hic subjungere volumus pulverem tabaci compositum , communicatum ab Illustrissimo Comite Maximiliano Francisco à Furstenberg , unde hodie apud nos sub nomine pulveris tabaci Comitis Maximiliani venum exponitur , cujus hæc est descriptio ,

℞. Tabaci virginiani. lbij. Iridis florentina lbj. Ligni rhodii lbj. Cyperi rotundi ʒiiij. Camomii , styracis calamita , summitatum amaraci , rosismarini , lavendula singulor. ʒij. Caryophyllorum , maceru , florum rosarum rubearum singulor. ʒij. Radic. ellebori albi ʒiij. Ziberbi , moschi orientalis spiritu rosarum soluti singul. ʒb.

Fiat ex omnibus pulvis non admodum tenuis : verum malus mos , pulveres prarmicos liberalius ac frequentius attrahendi , hic merito rejicitur.

Huic quoque sequens pulvis ad roborandum caput efficacissimus viribus accedit , si quantitas lentis subinde naribus attrahatur : qui ab amico communicatus hoc modo , ut sequitur , paratur.

℞. Tabaci virginia i ʒj. florum betonica , coryophyllo : um ; nucu miristica singul. lb. mochi orientalis spiritu rosarum soluti , ambra-chryca singul. lb.

F. secundum artem pollen probe in vase custodiendum clauso.

Huc quoque elaeosaccharum nostrum prarmicum peraginet , quod usu frequenti probatum quoque propalare volumus , & sic componitur.

℞. Sacchari candi albi , radicis piperitidis siccata sing. ʒiiij. balsami apoplectici optimi ʒj. olei thymi , amaraci utriusque distillati singul. ʒb.

M. f. pulvis subtilis , qui in vitro optime clauso asservandus.

Sic aliquoties hæc tinctura prarmica , quæ Exel. Job. Sophronium à Korak auctorem habet , satis antiquas ac pervicaces cephalæas post purgatum corpus cum extracto cathlico ac mercurio dulci persanavi , & hoc modo componitur.

℞. Radicis ellebori albi ʒi. pyrethri ; amaraci floriferi siccati singul. ʒb. Spiritus vini optimi , quantum sufficit , ut tres digitos supereminat.

Scent aliquamdiu in loco tepido probe vitro inclusa , donec inde tinctura fortior extrahatur , quæ per philtum ut clarescat trajicienda : in hanc postea penna immergenda , qua nares , quoties inibi blennam stagnantem resolvere ac expellere studeas , illinire potestis. Nos interdum quoque aquam amaraci in qua ellebori albi fibra bullerit , si hunculo vel rhinenchyte in nares infantum oppletas injecimus , & ita eisdem à suffocatione liberavimus.

Modum , quo à variolis obstructæ nares maturè reserari queant , nobiscum olim communicavit Emmanuel Stimmer , Senator amplissimus , comparet & amicus integerrimus , quem propter egregias animi dotes , ingenique , quo pollet , acumine , honoris causa hic nomino : quod sciam , eundem ad

Aaa

omnia

Misce, fiat pulvis subtilis, de quo mane ac vespere cochlear dimidium comedant, vel vino aut melle dilutum potent.

Condituram vel eclogma desiderantes hunc pulverem uni vel duabus libris rob. baccarum juniperi vel sambuc. commixtum mane ac vespere, quantum apex cultri capit, deglutiant.

In forma pilularum aut conditura sequens probatur:

℞. Aloës Socoterina, gummi ammoniaci, Myrrha rubra, terra signata singul. ℥ij. croci orientali ℥j.

Misce, fiat cum theriaca Andromachi catapotia pili magnitudine, de quibus duo mane ac vespere sumenda: aliarum etiam pilularum theriacali tuendi se contra febres malignas gratia è rebus ad theriacam necessariis artificiosa virtum extractione paratarum duo vel tria grana in unam pilulam redacta felici successu quotidie deglutiantur.

Compositionem extracti theriaci licet satis laboriosam sequenti modo, sect. 3. cap. 2. sæpius feliciter obtinui, autemque affirmare, eandem omnes alias longo post se intervallo relinquere, cum summo studio vires earumdem rerum in hoc extracto conserventur, exaltentur, ac in exiguam moleculam contrahantur.

Qui liquidis delectantur, mane in cochleari cum vino guttas sex ad decem usque de elixiri proprietatis Paracelsi debite secundum Joannem Franciscum Viganii parazo, vel loco hujus de sequenti mane ac vespere XII. XV. ad XX. guttas in vino, jusculo, aut aqua scabiosa sumant; cujus hæc est compositio:

℞. Aloës socoterina, myrrha rubra, croci orientali, rhabarbari veri, radice zedoaria, angelica, inula, corticis citri siccati flavi extimi singul. ℥b.

His contulis & concisis affunde aceti acerrimi ℥iiij. & spiritus vini à phlegmate liberi mensuram mediam: stent per dies aliquot in loco calido, vitro probe munito, inclusa; essentia postea clara fervetur ad usum.

Quibus acida grata sunt; de sequenti aceto alexipharmaco cochlear unum mane ac vespere assumant, vel frustulum panis in eo madefactum deglutiant, aut ossa, jusculo, vel cibi commixtum hauriant:

℞. Radicum angelica, inula, carlina, fraxinella, tormentilla singul. ℥j. baccarum juniperi ℥ij. zedoaria, zingiberis albi singulor. ℥b. corticis citri, winterani, cinamoni optimi, nucu myrsifica, caryophyllorum, myrrha selecta, singulor ℥j. croci orientali, casura singulor. ℥j. foliorum ruta, herba scorodii, torismarini, storum centaurei minoris, rosarum rubearum, calendula singulor. M. j. seminis citri, feniculi singulor. ℥j.

Incisis & contulis affunde aceti acerrimi ac fragrantissimi mensuras tres, & ubi in loco calido per duas hebdomadas in vitro capaciore probe clauso steterit, acerum, reliquo magmate post prelum rejecto, clarum in aliud vitrum effundatur, & ut supra dictum fuit, capiatur.

Nonnulli quoque domo egressuri orbiculum de pomo citri recenti cum ipso cortice comedunt: qui commanducatus, meo iudicio, haud contemnendus; in peste Viennensi eodem cum fructu usi fuerunt.

Tria trium celeberrimorum Physicorum Amstelædamensium Francisci de le Boë Sylvii, Pauli Barbette, & Francisci van der Schagen prophylactica medicamenta intra corpus juxta eorumdem præscriptum assumpta, maximo cum fructu virtutes suas exerunt; qualia sunt aqua prophylactica vel acetum antiloimicum, conditura prophylactica & pulvis alexipharmacus.

Nullis aliis balsamis aut aqua distillatis, aliisque

operosis compositionibus contra hanc lucem opus habent, qui in modo descriptis, & sect. 3. cap. 3. adductis remediis acquiescunt. Lectorem autem his non contentum ad Auctores eos, qui de peste scribere, remittimus, nosque ad curationem harum febrium, tertiamque sectionem accingimus.

SECTIO TERTIA.

De tuta hujus luis curatione.

CAPUT I. De optima medendi methodo in curatione hujus morbi attendenda.

Quoniam inter omnes Medicinæ partes genuina medendi methodus primas tenet, siquidem illa modum docet, quo deperdita jam sanitas per certas indicationes iterum restitui possit; ideo etiam hic nobis probe observandum venit, ut ex veris artis fundamentis curationem hujus mali tutam desumamus; quam obtinebimus, ubi secundum certas indicationes, indicata remedia ex infallibilibus hujus luis indicantibus causis desumimus.

Cum itaque universalis methodi medendi scopus sit, ut contraria contrariis curentur, atque indicationes curationis generatim in hoc consistent, ut omnium morborum cause inhibeantur; inde sequitur per remedia istdem contraria, partimque nocentis sublacione, & partim deficientis additione hoc fieri debere: sublata enim alicujus rei causa tollitur etiam effectus.

Merito igitur reprehendendi sunt omnes qui, empiricorum more, minus perspectis causis, imo vix animadversis morborum phaenomenis, mox se ad persanandos quosvis affectus accingunt, quo jurata sua remedia secreta sat caro pretio misere afflictis aegrotis venundare possint.

Ut autem ad propositum nostrum eo commodius perveniamus, occasione febris castrensis maligna epidemica certæ indicationes adinveniendæ, quas ad triplicem hujus luis causarum numerum dirigi queant; atque ut decentem curationem obtineamus, sequentia peragenda sunt.

I. Ut acidum volatile, corrosivum, effervens, sulfureum, seu resgarinum, sal virulentum, internarum illiusmodi inflammationum sæpiusque gangræne causa, evacuando, infringendo, invertendo, absorbendo, dispergendo, precipitando, aut figendo viribus suis orbetur.

II. Ut sanguis, ejusque serum, succus nervorum seu spirituum vehiculum, ac omnes, quocunque nomine veniant, in corpore peccantes aut in putrorem abeuntes, vel etiam ob lentorem stagnantes humores immutentur & emendentur, naturalemque dulcorem, systasin debitam, ac motum convenientem redipiscantur; & si qua cruditate laborant digerantur, ac ad maturitatem perducantur, lentoremque deponant.

III. Ut inordinata vivendi vitæque ratio deservatur; ex adverso autem hygieinæ præcepta, quæ in debito sex rerum necessariorum usu consistunt, & partim ad opprimendum morbum, partim ad pristinam sanitatem recuperandam necessaria sunt, observentur.

Nihilominus tamen diligenter hæc tria notanda digna sunt. I. Ut curatio tuta, cita & jucunda fiat. II. Ut à mitioribus ad fortiora remedia gradum ascendamus. III. Ut communia auxilia singularibus præferamus.

CAPUT II. De inventione remediorum,
ex tribus hisce indicationibus provenientium.

Quum in præcedente capite, inque prima indicatione, malignitatem hanc corrodentem evacuando curari posse statuerimus, plurimi forsitan existimabunt, nos per purgationes sæpius repetitas aut sanguinis missionem crebriorem ac largiorem hoc effecturos esse: quod tamen nequaquam intendimus. Candidus quippe lector ex supra dictis satis colligere potest, quantopere fortiores & inflammantes purgationes, qualia sunt *agaricus*, *scammonium*, *turba*, *esula*, *jalappa*, *colocynthis*, atque ex his paratæ *pilula*, *eclegmata*, aliæque formulæ fugiendæ sint, ut per quæ partes jam tum debiles magis irritantur & inflammantur.

Sic etiam quam maxime reprehendendi sunt illi, qui nullam febrem malignam absque semel instituta, ut de sæpius repetita taceamus, venæsectione curari posse existimant; cum tamen in febribus castrensibus duo duntaxat casus, sique rarius observentur, & in quibus sæpe sæpius nullus Medicus præsens, vel tunc nondum vocatus est, in quibus scilicet *vena* locum habeat, abundantia scilicet sanguinis & veneni corrodentis revulsio ac derivatio, antequam profundus partibus, quod vel in principio erumpentis horroris aut rigoris, vel eodem finito contingit, sese insinuaverit. Quapropter Chirurgus confestim vel horrore aut rigore durante, vel mox eodem peracto, dum vires adhuc constant, ægerque plethoricus alias sit, *venam* tunc dat, sibi que, ne sanguinem nimis profundat, caveat; imò multò minus, ut plures ex Medicorum filiis perpetam consueverit, in tertium, vel quartum, à morbi assultu, diem laborem hunc differat.

Haud vero arbitrari debemus, eos, qui in sanitate statu sanguinei reperti sunt, hoc morbo postea prehensos, ejusdem purpurei liquoris ubertate refectos esse; fastidium enim ciborum, ut plurimum, præcedens, ac per aliquot dies durans, omnem hanc sanguinis affluentiam, imò & ipsum corporis vigorem consumere atque tollere potest, ut deinde hanc ob causam *detractione sanguinis* non opus sit: præsertim vero depravata ciborum digestio, chylive turbata secretio, iræ, terroris ac pavoris imago, virium conservatio, atque iterata veneniferæ, acidæ ac stagnantis malignæ causæ in sanguinem commixtio penitus dissuadent, ut ægrum in majus adhuc vitæ periculum præcipitemus, ac unâ cum sanguine spirituum reliquias provocemus.

NOTA.

DE sanguinis missione ejusque necessitate in febribus non tantum simpliciter malignis, sed etiam vere pestilentibus, multa scribit, Leonardus Botallus in suo de curatione per sanguinis missionem Tractatu, quorum hæc est conclusio. His observatis, nemo rationis capax, jure in his morbis vituperare sanguinis missionem potest, sed misericordè, & tanquam divinum auxilium commendare, extollere, & confidenter usurpare: quod ipse profectò ab annis quindecim facio. Ideò in morbis pestilentibus in obsidione Rupellarum, & Montibus Hannoniæ ab hinc quadriennium, & Parisiis toto hoc biennio, & Cameraci anno proximo actò, in omnibus meis ægrotis (qui innumeri fuerunt) nullum præsentius ac salutarius reperi ipsa larga & tempestiva sanguinis missione. Huius rei testes esse possunt, & thedarius Clarissimi Viri Domini Bel-

lievre, à Secretiore Regis Consilio, qui Montibus Hannoniæ & exanthematis, & carbunculis amplissimis & profundissimis, & angina vehementi fuit obseptus, cui sanguis nostro consilio quater fuit missus ex brachiis, nunquam infra seculum, præter aliquot uncias quæ fuerunt detractæ ex venis sub lingua, & præter cucurbitulas cum scarificatu scapulis applicitas. Et præfatus Chamvis, cui in dicta urbe mane circiter libram cum dimidia detrahi fecimus, & à meridie ex eodem vulnere libram, idque ex brachio partibus qua habo insignis pridie ejus diei cooperat apparere, & statim post maturam sanguinis missionem pyroticum apponi iussimus. Quartus hic jam erat dies morbi, nec illum antea videram, & nisi febris die sequenti magna ex parte remissa fuisset, denuò detraxissem sanguinem, at septimo, sudore multo liberatus est.

Sed unum exemplum afferam dignum restu. Luterii Capluzum, (Hic Philosophiæ & Medicinæ candidatus erat qui præceos adipiscendæ causâ Botallum sequebatur, quique testis fuerat curationum Cameraci & in exercitiis à Clarissimo hoc viro per sanguinis educationem institutarum, in iis omnibus febribus in quibus nares stillabant, quamvis de genere pestilentium essent, cum capitis & lumborum doloribus gravissimis, & urinarum turbulentia & confusione, atque etiam cum exanthematis, aut parotidibus, quas mors excipiebat nisi largè ab initio sanguis fuisset missus) quem superius nominavi, ad me venientem in vicum Bethysi, insignis febris corripuit; quem dum lassum, & longè distantem à suo domicilio video, in meum hospitium accubare facio; cui postridie mane insigniter febricitanti, cum exanthematis minutulis & purpureis, venam aperui basilicam dextram ad seculum, sanguine puro existente: postridie purgavi corpus ex syrupo rosarum laxativo, & decocto foliorum fenæ. Sequenti die, qui erat finis tertii, ingravescebat febris, & abscessus erupit supra cubitum dextrum, ex quo iterum tantundem sanguinis detraho impurissimi; à meridie iterum circiter libram ex eodem vulnere, & pyroticum abscessui appono. Die sequenti, qui erat quartus, mane, dum me vider, quasi defensus, me obsecrat, ut illi injuriam & noxam à qua me affecerat ignoscere velim, interim ut illum domo ejicerem ageremque quicquid velim tanquam de homine multis modis perditissimo, tum præ morte, cui se proximum putabat, tum præ infamia & periculo, quod videbat imminere domui & familiæ meæ toti ejus causa. Ego ex eo rogo unde hæc verba? Ille, Peste gravissima me correptum video. Unde hoc colligat postulo? Ad inguen sinistrum, inquit ille, erupit mihi hac nocte insignis pestis. Reregit; attingo, illumque in spem erigo, significans illi genus mali jam mihi paruisse primo ipso die, dum exanthemata eruperunt. Quare reduco illi in memoriam, me illo die ab eo petivisse, num nocte pulices habuisset molestas: cui respondit, ne unam quidem, quamvis tota nocte pervigil fuisset. Quod verum esse ille intelligens, in meliorem spem se erigere coepit. Ego consideratis, bubonis magnitudine, & febris incrementis, & urinarum incendio, crassitie, confusione, & cruditate, venam aperio basilicam ex ea parte, sinistra scilicet, ad libram unam sanguinis purissimi (nam ipse hæc omnia præstabat, ne genere morbi aperto chirurgis, domus mea infamaretur, utque pestilens; ut mos erat, concluderetur) statim post pyroticum buboni applicavi. Vespere aliquid sectionis urinae exhibere ceperunt. Die sequenti mane, quæ erat quinta, alius bubo sub

sub axilla dextra insurgit, febris remissior, urinae meliores: hoc ipso die, imo etiam pridie, duo ex meis famulis qui illum inferviebant, & mali speciem subolebant, rogant me, ut illis liceat, aut ad eam non amplius redire, aut à me omnino recedere. Quod Caplanus fortè intelligens, dum ad illum accedo, me statim sic alloqui cepit: Non ignoro quanta animi molestia debeas opprimi mea causa, qui jam vidor mihi ita morbo levatus, & viribus restitutus, ut non diffidam me posse in equum proficisci ad meum hospitium, vel rus. Qui sermo fuit mihi jucundissimus. Itaque jubeo parari illi gradatium equum, & à duobus meis famulis comitari, qui panem diebus ter quaterve, Sanguinis missione repetita, pristinae sanitati divina gratia fuit restitutus, ut patet ex binis ejus Epistolis quas ad me postea scripsit; (eas in sequentibus adferet vir Clariss. verum nos brevitate gratia hic omittimus). Non ignoro me à multis hoc loco accusatum in temerariis; quod jure quidem fieret, si ipse hoc alibi, quam in meo hospitio praestitisset, aut jam illum manifesta peste correptum, ad me duxisset; sed assiduum agerantem, domi meae receptum, sua in extrema angustia explodere, quae fuisset immanitas? Nam neque ipsa prima luce in pedes, neque in equum consistere ullo modo potuisset, propter frequentes nauseas, gravissimos capitis & lumborum dolores, ardentissimamque febrem: quis illum sic laborantem, ac morbum dissimulare minimè valentem, eo tempore quo pestis per totam urbem luxuriabat, recepisset? Perisset ille, & ego infamiam non effugissem. Ita & illum, & me cum tota familia, Deus optimus maximus incolomes servavit. Quod illum saepe viderem, & confidentissimè ter quaterque in die tractarem, venam tunderem, bubonibus castica apponerem, hanc confidentiam (praeter Dei gratiam) exhibuit artis usus, quo didici, Pestilentium febrium & earum symptomatum vim omnem extingui tempestiva & justa sanguinis missione, quam ipse in me aequè ut in meam familiam posse & solete exequi sciebam. Ceterum etsi de aliis remediis in illo usurpatis nihil dixerimus, utebatur tamen ille apocematis refrigerantibus, & detergentibus & cardiacis. Sed scopus propositus est tantum dicere de sanguinis missione.

Habes igitur hic mirandum exemplum, sed profectò primum (rhedarii scilicet) non minus mirum fuit, quamvis is non tam citò fuerit restitutus; in illo enim parcius ac tardius jussu sanguis fuit missus: nam primo die quo ad illum accessi, qui erat secundus à morbo, etsi sanguinem mitti imperaverim, id tamen minimè fuit factum, quoniam accesserant quendam Chirurgum, qui dixit lunam esse in signo infansio, nec id fieri debere ante biduum, sicque discessit. Quare postridie mane alterum Chirurgum accessu jussi, qui, me praesente, venam aperuit ad sesquilibrium, & à meridie ad parum modum.

In Episcopo Sistrinensi nepote meo (biennium agitur) pestilenti, eaque ardenti febre correpto, ante diem quintum circiter libras quatuor sanguinis detraxi, & cum in sulam mihi tunc proficisci necessè fuisset, curam ejus commisi Marefcoro eruditissimo Medico, qui illi adhuc bis terve sanguinem misit; unde ad me scripsit, ultimam speciem se ponere in phlebotomia terribè à se celebranda, qua praestita liberatus est. Et Henrico uni ex meis famulis, Montibus Hannoniae eodem febris genere, pestilenti scilicet, prehensio, septies saltem sanguinem misit, & nunquam minus libra una sanguinis fuit detracta, bis verò supra libras duas uno die.

Multa sanè alia nobis exstant exempla, ad hoc

Tom. II.

nostrum institutum pertinentis: verum quia res est de qua latius seorsum agere institui: inde plura nunc dicere desinemus: dicentes demò febrim nullam pestilentem esse, cui non conveniat aequè, vel potius magis, missio sanguinis, quàm Synochae putridae. Haecenus ille.

Sic Petrus à Castro in febre maligna pundiculosis curatione admonet sanguinem per venam sectam statim esse detrahendum, & maximè quantum fieri possit ab initio. Est enim, inquit, haec operatio tanti momenti, ut illa neglecta vix sanatum eventum in hac febre vobis sperare liceat, quantumconque blateret indoctum vulgus, cujus perniciosa perulantia licentiam in hoc tibi arripit, peritiorum etiam Medicorum operationem arguendi accedendi. Non vos ista deterreat, & à recto medendi tramite latum unquam avertant. Extrahite in principio asacriter sanguinem, pro plenitudine & vitium ratione, summam vero ad quartum usque; quinò etiam & illo toto tempore, quo non admodum diffusa fuerit contagionis semina: cum plethora autem etiam post dispersionem. In sequentibus postquam de variis venis, variis nominibus, (pro ratione philosophiae hae) fundendis verba fecit, tandem addit: Nec tamen semper sola plenitudinis praesentia debet esse invisibilis norma ad tundendam venam in hac febre: multa enim occurrunt quae istam operationem impedire valent: alia quae illam, si non omnino tollant, saltem minuant & coarctent, illud facient symptomata prava & gravissima, quae in principis solent quandoque praemalignitate apparere, facientia colliquationes, synopsos, exolutiones, anxietates, & alia quae aureo illo capite 14. lib. 1. de arte curativ. ad Glaucosifas vos docebit Galen. Hoc verò iuxta librario vitium agerantis, multitudinis plethorae, accessionum, confluxionis, aetatis, habitus corporis, cauae alicujus procaereticae violentiae, & aëris ambientis; circa quem alta mente reponite auream Hippocrat. sententiam lib. 4. de ratione victus 1. 19. Cum fuerit aer abunde calidus & siccus, ita ut eundem ab eo corpus evaporet, nempe tum à sanguinis missione abstinemus, etiamsi morbus magnus sit, vigerisque aetate homo. Licet non semper aetate media gallari solet hic morbus, sed saepe atrocius irruat hyeme, ut nunc experimur.

Tandem & post alios multos Clariss. Sydenham, non tantum ea quae de venesectione in peste celebranda attulimus, scribit: Sed etiam haec habet in Scheda sua admonitoria de novae febris ingresso nuperimè edita. Malignitatis in febribus opinio humano generi ipsa pulveris pyrii inventionem lethalior fuit. Cum enim eae febres praesertim malignae dicantur in quibus intensioris praeteritis inflammationis gradus conspicitur, hinc Medici se ad usum Cardiacorum, & Alexipharmacorum nescio quos contulerunt, quò scilicet per cutis poros expellant quod somnient venerunt (hoc enim est dicendum, nisi valint verba haurire, quam illud quod potest intelligi seridè proponere) ex quo factum est ut regimè calidissimum, methodumque hinc patem iis morbis adaptaverint, quae frigidissima tum remedia, tum regimen praeter ceteris sibi postulabant. Quod quidem satis arguitur tum in variolarum, qui ex calidissimis in rerum natura affectibus est, tum in febrium aliarum curatione. In quam errorem fortè inciderunt ex conspectu petechiarum macularum pustularum, & caeterorum id genus exanthematum. Quae tamen omnia in plethorae subjectis, inflammationi, acri sanguini jam diu plus satis à febre accenso, superinductae, omnino debentur. Uipote quae raro sponte sua

Aaa 3

esillo-

efflorescunt, præterquam sub adventu pestis ipsius, atque in initio invasionis istarum variolarum confluentium, quæ summæ inflammationis participes sunt.

In hoc enim morbi genere maculæ liventes in variis corporis partibus unâ cum pustulis primùm erumpentibus, comparent; atque æger eodem tempore sanguinis excretionem, vel per meatus urinarios, vel cum tussi per pulmones, fatigabitur; cum ita valida exagitatione, atque orgasmo ab inflammatione orto, sanguis ferociat, ut diffractis jam repagulis, in cavitates corporis præceps ruat. Et licet maculæ istæ purpureæ in hac febre non à tam intenso sanguinis calore, qualis is est qui istiusmodi hæmorrhagias excitat, ortum ducunt, ab eadem nihilominus inflammatione, sed gradu remissiori producantur; & quoties ista sanguinis excretio (unicum in variolis symptoma cui devincendo nondum par est ars medica) non accedit, refrigeranti regimini facillè cedunt. Quòd si malignitatis præsentiam non tantùm è maculis purpureis colligant, sed etiam ex eo quòd observaverint febris symptomata subinde fuisse mitiora quàm quæ ejus naturæ competere viderentur, ægrum tamen magis viribus occisum fuisse quàm pro ratione temporis à quo cepit ægrotare; Respondeo omnia hæc exinde tantùm procedere, quòd natura à primo morbi impetu quasi oppressa, devictaque, non satis valida est; ut symptomata regularia, & magnitudini morbi consona exerat, omnia verò phenomena prorsus sunt anomala. Etenim perturbata œconomia animalis, & quasi disjecta, febris exinde deprimitur, quæ obrinente genuino naturæ ductu vigere solet. Cujus rei experimentum haud vulgare occurrisse mihi memini multis abhinc annis, in Juvene quodam ad quem accerlebat. Quamvis enim ferè animam agere videretur ille, calor tamen in externis partibus ita ad tactum sentiebatur temperatus, ut si tem mihi derogarent adstantes amici, quoniam assererem eum febre laborare, quæ ob sanguinis oppressionem (cujus mole, exitu negro, quasi strangularetur) se explicare & ostendere palam nequibat; quòd si venam incidere, febrem illico satis violentam statim animadvertent. Aperta vena, & sanguine paulò copiosius edocto emicuit febris, quæ vehementiorem nondum mihi videre contigit; quæ non nisi tertie, quartave demum phlebotomie cessit. Hæc omnia adfert vir de re Medica quàm optimè meritis ut probe importuno diaphoreticorum molimine, febrem, malignam, si placet, nomine venientem; quæque vel sua sponte, vel in ipsis morbi principis, eductis aliquot uncis sanguinis evanescere potuerat, vehementius accendi, & in morbum jam radicatum confirmatumque abire; atque capropter sanguinis missionem priori multo jure apud veros Medicos sub februm initia meriti, quàm aliud quodvis præsidii genus.

Non est sanè quòd hic quæ in cap. de Peste jam attulimus, recinamus; imò tum nihil ex proprio usu suppetebat unde hujus, vel illius Practici firmaretur sententia; at circa febres malignas multiplici experientia edoctis satis superque constat, venæsectionem iteratam, nulli nocumento, at omnibus magno cessisse bono; Itaque etiamsi non unica methodo ad eundem scopum plures collimare posse concedamus, non minùs interim confidenter phlebotomiam, remediis, tum à Clariss. Autore mox recensendis, tum etiam in sequentibus ulterius explicandis, intermiscemus, cum de februm anomalarum cura apud nos agerur; dummodo contraindicantia prorsus non prævaleant; quòd nobis hætenus videre vix contigit. Consultò hic absti-

nemus ab adducendis exemplis eorum qui in febris mali moris, cum pulsu admodum depresso, alvi fluxu seroso, madore corporis universo & dejectione virium totali, per sanguinis missionem aliis præsidii oportune interjectam restituti sunt, dum alii eodem tempore & loco timidioribus commissi Medicis, cardine medicamentis quasi prægnantes acheronta citò nimis transfretarunt. Omitimus præterea pleuritides purpuræ adjunctas cum imminente suffocatione, ut & febres enormioribus stipatas symptomatibus, in quibus eadem methodus omnino pro votis cessit. Hæc, inquam, omnia omitimus ne nimii hoc in capite simus. Sufficiat Lectori Doctissimo Clarissimo Viros pronunciantes, jam audivisse.

Nos in hac parte per vocem *evacuare* nihil aliud intellectum volumus, quàm ut hujus morbi fomes, potissimum in pectore, ventriculo ac partibus vicinis latens, inque bilioso, Ixivo, tenaci & amaro liquamine consistens, securiori vomitorio, *salsæ nempe vitrioli, oxyaccharo emetico Dan. Ludovici*, vel ejusdem *tarta. o. emetico* ejiciatur, simulque etiam venenum volatile corrodens, quamvis internis partibus jam inhaereat, hac concussione extricetur, ac superveniente sudore expellatur; vel ut virus hoc volatile, & quidem omnium optime per *diaphoretica ac alexipharmaca & invertentia* eliminetur. Ne verò per *diaphoresin* laudabiles simul & noxii humores expellantur, artis opus est, ut hoc venenum prius *refringatur, invertatur, recundatur seu precipitetur, vel absorbeatur, seu imbibatur aut involvatur ac lentori implicetur, aut dispergatur ac diluatur, interceptetur, aut figatur ac ligetur aut spirituum ferocia demulceatur, vel defectum eorumdem resarciatur, sanguinis ac lympha motus restituitur, aut humorum putredo inhibeatur, vel omni possibili modo virulentia hac evettatur.*

Tam diversis igitur huic veneno resistendi modis diversa quoque, variasque virtutes habentia remedia experantur: Speciminis ergo loco sequentia sint.

Omnia ergo, quæ hoc acidum corrodensque volatile venenatum sal infringere, invertere, ac retundere valent, omnino contrarias acido qualitates habeant, necesse est: hæc itaque cuncta partim *precipitando*, ac partim *absorbendo* aut *imbibendo* spicula hujus veneni inania reddunt.

Ex *precipitantium* strictim sumtorum numero huc pertinentium sequentia haud infimæ erunt notæ: sicuti sunt *ostreodermata* pleraque, *lapides* è triplici regno desumpti, ac *gemma, corallia* scilicet, *margarita, concha margaritifera* aut aliarum *ostrearum testa, chela lapidesque cancerorum, bezoar orientali ex animalibus desumptus, aut in agris Siculi collectus occidentali dictus; nec non cristallus, smaragdus, hyacinthus, amethystus, granatus, aliæque gemmae; & si quis hemaisen, silices, aliæve vires lapides ad hanc classem referre vellet, huic certe nullo modo refragatur.*

Quo etiam citius ac majori impetu quicquid est hujus veneni *infringatur ac invertatur* simulque obstructions arteriarum à crudiore, viscidiorre, ac ad morum inepta lympha ortæ, tanquam inflammationis causæ referentur: necesse est, ut in subsidium veniat omnes *sales spiritusque volatiles*: uti sunt *sal & spiritus cornu cervi volatilis, sal viperarum, serpentum, lumbricorum, ungula alci, sanguinis ac cranii hominis, eboris, tartari, fuliginis, urina, omnia volatilia*: nec non *spiritus urinae aut salu ammoniaci, ejusdemque flores ab hamaitate, chalcantubo usque, sulfure aut chalybi scobe ele-*

vati

vati : quibus jure merito annumerare debemus *cafuram*, tanquam excellentissimum *sal volatile oleosum aromaticum*.

Huc quoque pertinent omnia remedia, quæ luxuriam ac spicula hujus venenati salis occultare, absorbere ac imbibere possunt : ex quorum numero ante omnia terra simplex elementum, seu terra virginea aut magnetica est, ubertimque in plurimis corporibus terrestribus reperitur, sicuti est terra signata, *bolus Armena*, terra *Lemnia*, *Melitenis*, unicornu fossile, *marga* ac *creta* : cujus indolis quoque sunt ex animalium classe *cornua ossa*, ut & *cornu cervi usum*, *ossa hominum cremata* ; imo etiam omnes metallorum ac venarum metallicarum *calces*, quæ plerumque nil aliud sunt, quam talis terra præparata ramentis metallicis ac pauxillo salis fixa : uti sunt *antimonium diaphoreticum*, *pulvis fixus antimoni albus*, *cerusa antimoni*, *specificum stomachicum Poterii*, *bezoardicum minerale*, *Solare*, *Lunare*, *Joviale*, *Martiale*, *Saturnium* ; nec non *diaphoreticum Martiale*, *Dan. Lud. ac diaphoreticum Joviale* seu *antibioticum Poterii*, *sulfur antimoni fixum diaphoreticum*, *crocum Martii*, *diaphoreticum magnum Fabri*, *antipestiferum Frid. Hofmanni* & similia.

Ex involventium ac implicantium classe hæc, quorum vel glutini spicula hujus corrodenis salis involvuntur, vel ramosis pinguium particulis implicantur, sunt : ut tanquam glutini seu visco virus hoc inhaereat, in usum vocanda sunt animalium *cornua ossa*, *dentes* ac *ungues* ; nec non eorumdem partes membranaceæ, & ex quibus gelatum jus excoqui potest. Frequentius tamen sequentibus uti solemus, *cornu cervi* videlicet, *cornu alces*, *rhinocerotu*, *unicornu marino*, *dente hippopotami*, & *opri*, *mandibula* ac *ossibus lucii piscis*, *ungula alces*, *cabalina*, *gummi Arabico*, *cerasorum*, *lacryma draconis arboru*, *tragacanthæ*, ac imprimis multis succis concretis è plantarum classe, uti sunt *sapæ*, *extracta*, *rob*, *gummi*.

Ex oleosis implicantibus excellent *butyrum*, *olivum*, *adeps humanus*, *catulorum* ; nec non *amygdala*, *pistachia*, *nuclei pini*, *semina frigida majora*, & *minoræ*, *jemen cardui benedicti* ac *lactis*, *papaveru*, *cannabis*, *lini*, *violarum*, *napi*, *nasturtii*, *urtica*, *sesami* ac plura alia, cum eorumdem oleis expressis ac pinguedinibus.

In dissipantium ac discutientium censum primario veniunt, *spiritus* ac *sales volatiles* antea dicti : quibus & sequentia, quæ simul balsamina virtute ac fragante odore suo suppressos & tenebricosos spiritus suscitare, refocillare ac erigere queunt, accensenda ; quo postmodum tam remedium horum ope, quam etiam spirituum subsidio ad hujus veneni è suo nido expulsionem conjunctis viribus se accingant, ac ejusdem impetum superent : ut sunt *inula*, *angelica*, *valeriana*, *imperatoria*, *chamæleon*, *rosmarinus*, *amaracus*, *scordium*, *dittamnium Creticum*, *serpillum*, *thymum*, *calamintha*, *origanum*, *ruta*, *absinthium*, *calendula*, *sambucus*, *cortices pomi citrei* & *auræ*, *semen fenculi*, *anisi*, *seselios*, *grana juniperi*, *cinamomum*, *cortex Winterani*, *kinkinna* celebre antipyreticum, *caryophylli*, *nux myristica*, *macer*, *crocus*, & sexcenta alia : quæ propter sal volatile oleosum suaveolensve virtute aperiendi & penetrandi superbiunt, ut eò facilius feliciusque sudorem elicere valeant, seroque immerfas particulas veneni per cutis spiracula eliminant. Et quia hic videmus fragrantia hæc salia oleosa prodesse, merito etiam operam impendamus, quò omnes spiritus, olea atque salia volatilia, chemica atque parata, per sæpius ite-

ratas elevationes ac admixtione cinerum, conia cervi usi, vini sublimati, aliarumque rerum, quibus scorizæ adhaerent à fordibus qui quilibet empyreuma, fuliginem, rancorem, ac fetorem spirantibus purgantur, donec sales nitido ac sincero suo colore nivem aut glaciem purissimam emulentur, spiritusque pelluciditate ac candore ipsam æthera fere superent : aliàs hæc remedia, si istidem immixta permanent, acore suo hæc inflammationes multum augerent, partesque adhuc magis lacerarent. Unde nulli suafor esse, ut spirituum cornu cervi non bene depurgatum, & cui fetos oleum adhuc supernat, vel *sulfuris balsamum* ab optimis licet cultorum fabricis Smalcaldæ confectum, in hisce morbis intra corpus assumeret, si velit majoris periculi exors vivere.

Quo etiam adhuc magis virulentum hoc sal dispergatur, omnium optime largiori aquæ potu aut zibus potulentis convenientibus à se invicem separari ac dilui poterit ; quam ob rem aqua potu adeo necessarius est, ita ut per totum morbi decursum eadem carere haud possimus, & si fontana aut putealis vitio quodam laboret, bullitione solitaria, aut cum aliis rebus corrigi debet, cui postea immisceamus *sapæ*, *rob*, *siropos*, *succosve acidos* ac *refrigerantes* ; vel eidem immergere solemus, *cerasa acida*, *pruna*, *fructus oxyacantha*, *pomum citreum*, *nitrum vitriolatum* & similia. Nec ullo jure hic acidulas reicere possumus, tanquam excellentissimum hujus veneni diluens : quarum in febribus malignis usum ego olim, cum in illis oris degerem ; summe salutarem expertus fui ; ac in hac te forsitan nobiscum sentiet *Elias Rudolphi Camerarius*, *Archiatrus* ac *Professor Wirtembergicus* celeberrimus ; in suis de acidulis dissertationibus. Hisce tiam addamus *serum lactis caprilli*, *bubuli*, aut alterius probæ notæ, quod teste excellentissimo *Christophoro Hardeero Polzaro* nostro felicissimo egregium in diluenda acrimonia hujus veneni operam præstare solet ; hic enim vir optimus primum nobis *serum lactis caprilli* in febribus malignis commendavit : quibus tandem adjungenda sunt jura carniuum suaviora ; quibus hic pingua ac oleosa merito associari possunt.

Quo etiam hujus veneni impetum intercipiatur, ac ejusdem penetratio impediatur, in usum quoque vocanda erunt adstringentia è plantis desumpta, quæ plurima terra virginea referta sunt : exempli loco sunt *radix tormentilla*, *pentaphylli*, *bistorta*, *runicum*, *plantago*, *pyrola*, *virga aurea*, *dens leonis*, *Janicula*, *stipes papaveris rheados*, *rosa rubra*, *baulaustia*, *galla*, *serba*, *cydonia*, *mespila*, *bacca myrti* ; itemque succorum inspissamenta è *spina Egyptiaca* seu *akakia*, *hypocistide*, ac *catechu Nerlingensi* conflata.

Ad figendum ac ligandum hoc venenum acida requiruntur, quæ simul spiritus suppressos odore jucundo suscitant, virtuteque sua suaviter adstrictoria ventriculæ staccidæ ac relaxatæ roborant, hujus fermentum seu magis volatilem balsamumve lymphæ partem à biliosa bienna corruptam corrigant, putredini resistent, & inde sanguini in salis stricis resolutio debitam & æquabilem spissitudinem largiantur, sitimque insuper intensiorem extinguant, hæcque sunt *mala citrea*, *aurea*, *berberes*, seu *fructus oxyacantha*, *cydonia poma acidiuscula*, *mala granatorum*, *cerasa acida*, *bacca rubi idæi*, *oxytriphylon*, *acerosa*, exque his expressi succi, aut alia inde parata gustui gratæ compositiones ; itemque *acetum*, *nitrum vitriolatum*, *nitrum preparatum*, vel ejus spiritus *sulfuris acidus*, *spiritus vitrioli* ; quibus etiam *sulfur vivum crudum* aut *sulfur pellucidum Lausannense*, vel hujus flores sublimati annumerari possunt.

Na autem quidam existunt, nos nobismetipsis contradicere, dum in precedentibus contraria contrariis collenda esse asserimus; jam autem acidam ipsius veneni alia quoque acida expellere nitamur, cum per que morbus, illic prior & maximo plausibili sententia, magis augetur, quam auferretur: illi responsi loco habeant, ab usu acidorum modico in febrium castrensiu curations nullum omnino formidandum esse periculum, cum per acida hoc fixa veneni luxurians volatilis ac erratica magis, ne nocere possit, ligetur. Quemadmodum enim acetum, nitrum, huiusque spiritus, ac alii acidi latices, venenatum, essentiam, acidum volatile realgarinumque sal in stibio, hydrargyro, mercurio sublimato, aliisve vitulatis fossilibus ac plantis figunt ipsique omnem nocendi vim adimunt: simili profus modo haec eundem in corpore humano praestant effectum, dum non tantum huius visus corrodeus hebetant, ligant, spiculaque, ejusdem obtundunt; sed & insuper ventriculum à bilioso liquamine liberant, sanguinemque depurant, ejusque systasin in aequilibrium redigunt; ut & universum corpus cum humoribus in illo fluctuantibus à graviore putredine ac corruptione defendunt: praesertim autem impetuosiores sanguinis à corde propulsi motum aliquo modo mitiorem reddunt.

Huc etiam illa pertinent, quae propter salis volatilis, seu terrestribus fecibus inhaerentis, copiam, (ita ut quam diu humidæ fiat, à nullo calore sal hoc volatile avolet, sed ipsi constanter inhaereat) putredinem vehementer arcant, sudoremque vi sua penetranti procurant: inter quae gentiana, zedoaria, zingiber, myrrha, nuses immatura, sumaria, carduus benedictus, scabiosa, centauryum minus, ex his herbis distillata aqua, vel à cineribus producta salia excellunt: ex modò recensitis medicamentis Nathanaël Hodges in sua tomiologia sive peste nuperè Londini grassante narratione historica lect. VII. zingiber miris laudibus extollit, & quomodo pulvis ejus ad sudandum, conditura vero tanquam prophylacticum in peste conducatur, fufus pertractat.

Tandem ejusmodi quoque requiruntur medicamenta, quae ope oleosarum partium seu sulfuris sui facile dissolubilis (quod tamen terrestribus scortis seu innato limo circumdatum est, ac inde ægre separari potest) vim habeant sudorem non solum egregie proliciendi venenumque expellendi, sed etiam spiritus animales irritatos perturbatosque & inordinate commotos sedandi atque ad aequilibrium reducendi, omnes peregrinas in corpore humorum fluctuationes erraticas ac resolutiones in sanguine, aliorumque liquorum, in ductibus aquosis aut ipsis nervorum canaliculis contentorum, compefendi, dolores mitigandi, simulque optatam homini tranquillitatem conciliandi. Robur tamen horum medicamentorum in eo consistit, quod lubricis ac oleosis suis particulis cerebri poros ac meatus leniter oblinant ac obstruant, & cancellis quasi sanguinem includant, somnum creent, & praeterea exortum, medium aut extremitatem nervorum, per quas vias spiritus animales influunt, feruntur ac egrediuntur, lieu suo oppilent; ut vel circa nervorum fines spiritus coerceantur, & à causa dolorificæ removeantur; vel circa eorundem principium influxus spirituum uberius inhibeatur, ne inde magis ad furorem agantur, dispergantur ac perturbentur. Oleosa n. haec seu sulfurea, quia ut dictum, facile dissolvuntur, mox in omnibus humoribus ac succis corporis humani intimius permiscuntur; unde tam exigua quantitate assumpta magnam feri secretionem, & inde sequentem sudorem promovent. Quamobrem à veteribus Me-

dicis nulla fere antidota, nullum philonium, nullum alexipharmacum, imò nullum etiam compositum exhibitum fuit, quin de hisce rebus, opio scilicet aliisve anodynis abundanter factum esset: hinc autem eorundem remedium dissolutioni sal in sanguine fluitans volatilis, ac ipsum ferum quoque suppetias ferunt. Haec medicamenta tam interne quam externe, non sine magno & ægroti & Medici emolumento applicari solent. Interne omnia, quae ex variis papaveris speciebus conficiuntur remedia conducunt, ut sunt semen papaveris albi, capita papaveris, papaveris erraticum, opium, diacodium, syrupus papaveris erratici, ac essentia ejus, laudanum (potius laudandum opiatum) crocum, castoreum & sexcenta alia. Omnibus hisce palmam mihi videtur praeripere artificiose elaborata ac efficacissima essentia opii Joannis Langelotti, quam in epistola ad praecellentissimos Naturæ Curiosos descripsit: hanc secundum viri celeberrimi praescriptum saepius paravi, eademque adhuc summo cum fructu in multivariis affectibus utor: inde tamen has quatuor remedium formulae commodioris exhibitionis gratia consilare volui.

I. Pilulae anodynæ Regiæ viris exhibendæ.

℞. Essentia opii Langelotti ℥j. cinnabari antimoni purificatæ, unicornu fossili albillimi singul. ℥ij. pulv. croci orientali, sanguinis draconis veri singul. ℥j. ambry chryses gr. xvi. moschi orientali gr. viii. olei cinamomi distillati guttas viii.

Fiat massa pro pilulis pondere gr. j.

II. Pilulae anodynæ hystericae.

℞. Essentia opii Langelotti ℥j. extr. croci, extr. castorei singul. ℥j. cinnabari nativa preparata, diaphoretici Jovialis singul. ℥ij. olei succini albi guttas xx.

Fiant pilulae pondere grani unius.

III. Pulvis anodynus.

℞. Coralliorum rubecorum preparat. ℥ij. sanguinis draconis veri, unicornu fossili sing. ℥ss. essentia opii Langelotti ℥j.

Fiat pulvis subtilis.

IV. Elixir anodynum.

℞. essentia opii Langelotti ℥j. spiritus vini tartarizati ℥iv. misceantur bene.

Soluta per filtrum trajiciantur, & in vitro probe munito asserventur. Dosis à gutta I. ad II. III. ad VIII. usque.

Attamen Essentia opii Langelotti dictæ laudanum opiatum Franc. Merc. van Helmont Johann. Baptistæ F. haud inferius est: cujus descriptionem Robertus Boyle à jam laudato Helmontio sibi communicatam per Henr. Oldenburgium in Actis philosophicis 26. Octobris 1674. N. 107. fol. 194. luci publice exposuit: quam etiam hic æquo lectori noce invidere volui: sic enim se habet:

℞. Opii minutim ac frustillatim concisi ℥iv. succi cydoniorum tepidi recentis lb. iv. vel lb. v. pond. civ.

Stent in loco moderate calido per octiduum, aut decem & amplius dies, donec penitus fermentarint, postea tincturae per eolum trajectæ adde

Cinamomi opr. caryophyllorum, nucis myristica singul. ℥j. vel ℥ij.

Stent bene clausa per triduum, quadruduum, vel, quod melius, integram hebdomadam in digestionem; perque filtrum trajectus liquor in vase terreo super vaporis balneo ad extracti fere spissitudinem, aut quamcunque tenuiorem, si stillatim exhiberi debeat, evaporet; tandem adde quoque

Croci optimi tenuissime triti ℥ij. vel ℥iij. aut e-
jusdem extracti, quantum tot uncia suppeditant.

Fiantque inde, si spissius sit extractum pilulæ,
quarum dosis à gr. l. usque ad IV. si vero liquidius
sit, ejusdem guttur V. VI. usque ad X. & amplius
sumantur.

Nihilominus tamen præ omnibus ex regno ani-
mali se vegetabili paratis anodynis, metallorum &
fossilium in supremam puritatis gradum ævesta & fi-
xata auræ sulfura laudanda veniunt.

Externè bono cum fructu omnia emollientia & hu-
mectantia medicamenta cum diætiis adhiberi possunt,
qualia sunt flores chamæmeli, radix ac folia althææ,
flores liliorum alborum cum radicibus, folia & semen
hyoscyami, nuclei persicorum, semen melonum, papa-
veru, crocus, castoreum, pinguedo canina, humana,
burrum, iac, meconium s. opium galbanum cum variis
oleis, unguentis, emplastris & cataplasmatibus, ex his
vel aliis simili modo operantibus simplicibus con-
fectis.

Ex his jam adductis variis remediis, plurimè,
præter jam citatis, medicamentorum formulæ &
compositiones in commodiorem & temporalem e-
tiam usum, secundum artem paratæ, in officinis
pharmaceuticis prostant: e. g. theriaca Andromachi,
Astruciatum Danocratis, electuarium de ovo Maximi-
liani Imperatoris, discordium Fracastorii confectio alchemi-
ca, confectio Orvietana pulvis rubeus Pannonius, con-
fectio & species de hyacintho, species liberantis, pulvis
comitis herosina de Kent in Monconyssi itinerum tom.
III. ac medicina experimentalis Digbeona tom. I.
descriptus; hujus æmulæ pila regis Westeri, aqua
theriacalis refrigerans Riverii, spiritus theriacalis Pa-
racelsi, tinctura bezoardica Michaëlis aut Danielis Lu-
dovici, hujusque mixtura simplex, aqua prophylactica
Amstelædensium, & alia plurima, ut hic recensentur,
minus necessaris.

Verum quia egregias quoque virtutes possidet
confectio nostra alexipharmaca, ejusdem conficiendi
modum hic inferere nobis placuit, ut sequitur:

℥. Radicum angelica, chamaeleonis, fraxinella
singul. ℥iij. Radicum inula, zedoaria, tormentilla sin-
gul. ℥j. corticis citri extimi siccati, Winterani, folio-
rum cassiam Cretici, scordii, ruta, florum rosarum ru-
bearum singul. ℥j. baucarum herba Paradisi, seminis feniculi
singul. ℥j. gummi ammoniaci, galbani, myrrha a-
mara selecta, cinamomi acuti, croci orientalis singul.
℥j. zingiberu, caryophyllorum singul. ℥℥. terra sig-
nata, florum sulfura, unicornu fossilis, cornu
cerui philosophice preparati singul. ℥℥. antimonii
diaphoret. ℥iij. opii correcti, casura, salis cornu cer-
vi volat. salis succini oleosi singul. ℥℥. succi citri
recentis q. s. ad humiditatem pulverum omnium mel-
li juniperini, rob ribesiorum, rubi idæi, cydoniorum
singul. ℥xxxii.

Misce diligenter & pone ad fermentandum per
aliquot dies, pro dosi exhibetur in convenienti ve-
hiculo ℥j. ℥iij. ad ℥ij.

Dissiliorem pulveris rubei Pannonici utriusque
descriptionem hoc sequenti modo contraximas, quo
nunc uti solemus.

℥. Terra signata optima ℥vj. radices tormentil-
la, fraxinella & smaragdæ preparati singul. ℥iv. boli
Armenatis preparati, coralliorum alborum prepara-
torum, rubrorum preparatorum, concha margarifera
preparata singul. ℥x. unicornu fossilis, rasura eburi,
cornu cervi philosophice preparati, radices doronici
veri singul. ℥vj. santali albi vel citrini, corticis citri
extimi flavi siccati, seminis acetoje, opii, casura, cro-
ci optimi singul. ℥ij.

Fiat pulvis subtilis, qui servetur ad usum, do-
sis est à ℥ss. ad ℥j. ℥℥. ad ℥j. in convenienti ve-

hiculo ad sudoris elicium.

Supra sect. 2. cap. 8. pluribus extractum theria-
con egregium nostræ compositionis commendavi-
mus: cuius accuratam parandi methodum aquis
rerum utilium conscribis haud invidere volui &
conficitur ergo sequenti modo:

Extractum theriacacon egregium nostræ com-
positionis.

CLASSIS I. R. Radicum fraxinella ℥iij. iri-
dis Florentina ℥℥. zhabarbari vel Pontici, zingi-
beris, tormentilla, pentaphylli singulorum ℥vj. ca-
lami aromatici seu acori odorati, piperi Pontici utrius-
que ℥vj. angelica, gentiana utriusque ℥℥. aristo-
lobia longa vera ℥ij. asari ℥ij. Incisis & contusis
assunde aqua pluvia distillata, ac aceti distillati pa-
rioris, de utroque quantum sufficit ad debitam ex-
tractionem obtinendam: vel horum loco aceti distilla-
ti primæ prodeuntis aquam volatilem (quam imperi-
tores phlegma vocant) ac rorem mineralem. Ex-
trahatur tinctura in loco calido, atque bis vel ter
hæc liquores magmate post prelum relicto assundas,
quo omnis virtus ex his rebus extrahendo acquirat-
ur: à collecta hac tinctura in maris balneo ab-
strahere omnem fere liquorem, & spissamentum seorsim
asserva: aqua vero per distillationem prolella
ad extrahenda sequentis assumi potest.

CLASSIS II. R. Rosarum rubrarum exsica-
tarum, scordii nostratis sicci utriusque ℥℥. pra-
siti albi florum stochadis Arabica de utroque ℥vj.
calamintaba moniana, chamædrys, polii Cretici vel
montani nostratis, chamæpitios, florum hyperici singu-
lorum ℥℥. centaurii minoris ℥iij. Incisis & contusis
assunde pariter tunc quam prima distillatione partam
& si ejusdem quantitas vix sufficiat adde liquorum
prima classe nominatorum sufficentem quantitatem. Eo-
dem modo, ut plurimo in labore observation, ali-
quantia in loco calido digerantur, donec tinctura
extralla sit, quam uti prius exprimere, novis in-
fusionibus augere, colligere, per filtrum depuraret,
ac in maris balneo ex cucurbita vitrea humidum
distillando in spissamentum cogere debes. Extractum
inde prodiens spissamento classis I. addatur, aqua
vero seorsim collecta pro sequentibus rebus extrahendis
usurpetur.

CLASSIS III. R. Piperis long. ℥iij. albi
ac nigri, seminis petroselinæ Macedonici singulorum
℥vj. seminis annisi, anisi, feniculi Florentini, se-
selis Cretici vel nostratis, dauci Cretici de quo-
libet ℥ij. cardamomi minoris, cubearum utriusque
℥℥. Pmsa hæc eodem modo, ut superiores classes
tractanda, ut extractum spissamenti dictarum clas-
sum addi, & latex distillando acquiratur, ad reliquas
classes extrahendas assumi queat.

CLASSIS IV. R. Cinamomi veterum, seu ca-
ryophyllor. qui ipsomet cortice excellentiores, ℥xiiij.
casta, seu cinamomi recentiorum acuti ℥i. costi odo-
rati, vel corticis Winterani ℥vij. maceris ℥vj. In-
cisis & contusis assunde liquores, uti in præceden-
tibus classibus factum fuit, quo tandem extractum
reliquis iam collectis addi queat, & si quo aqua à
distillatione superfit, seorsim asservetur.

CLASSIS V. R. Myrrha r. sel. sale tart.
reser. ℥j. asphalti, seu resina succini, castorei me-
dullosi utriusque ℥ij. xyloballami, asphalti, de u-
troque ℥ij. Incisis & contusis assunde spiritus vini abs-
que phlegmate quantum satum erit. Fiat harum re-
rum extractio ut decet: & spiritum vini dein post
tincturas collectas abstrahere, resinaceum vero spissamen-
tum superius junctum extractum commisceatur.

CLASSIS VI. R. Seminis napi ℥℥. seminis
chlaspios ℥℥. Cum pauxillo aqua, ab antecedente
classis

classi IV. residua, fiat emulsio: qua fortiter per linteum expressa spissamentum collectis exactissime immisceri debet.

CLASSIS VII. R. Seminis citri decorticati, Nardi Indica utriusque ℥i. Libanarbi ℥vij. dictamni Cretici à stipite purgati ℥vj. nardi Celtica ℥℔. mari veri, amaraci de utroque ℥ij. Hac classis meo saltem iudicio, subtilissime teratur, ac per cribrum absque ulla alia preparatione trajiciatur, addaturque reliquis extractis collectis: cum hanc rerum virtus balsamina volatilis vix extrahendo, ob levissimam partium texturam, conservari possit.

CLASSIS VIII. ℞. Salis viperarum aut serpentum nostratum, vel in horum defectu, salu cornu cervi aut lumbricorum terrestrium, volatili candidissimi, ac optimi cum spiritu vini à scoris fetido sublimati unc. ij. quod cum spiritu virriol. Maris SUEVENSIS QUANTITATE ad saturitatis punctum ligetur, donec strepitus, inter infundendum omnino cesset.

CLASSIS IX. ℞. Terebinthina Chia, thuris mascei triti utriusque ℥. vj. mastiches selecta ℥i. Quae simul lenibus lignis solvenda ac reliquis extractis commiscenda sunt.

CLASSIS X. ℞. Succis hypocistheos, succi acacia seu spina Egyptiaca, gummi Arabici splendidi singulorum UNC. ℔. Hac tria simul in succo pomorum citreorum limido, aut vino cydoniorum, vel etiam in aqua distillata, à superioribus speciebus prolecta, solvantur, depurgentur, ac in spissamentum, ut prius cogantur, ut extemplo reliqua massa addi ac immisceri queant.

CLASSIS XI. ℞. Stryacis Calamita in lacrumis, sagapeni in lacrumis, terra Lemnia, aut Melirentis S. Pauli de quolibet UNC. ℔. opopanax selecti in lacrumis, galbani puri in lacrumis utriusque ℥ij. quae omnia vel seorsim, maxima vero hiberno tempore, terenda, vel hinc in pollen impalpabile redigenda, ac cum pulveribus classis VII. permiscenda sunt, quo sic reliquo spissamento jangantur.

CLASSIS XII. Postquam omnes antecedentes classes sic elaboratae, ac invicem mixtae sunt, adde juxta artis pyrotechnicae leges sequentia seorsim preparanda, videlicet: extracti scilly recentis, in elibano cum pane assata, expressa ac in viscosum spissamentum exhalata ℥ij. vel quantum scilla preparata sicca ℥iij. cum aqua fontana extracta suppeditant; extracti ab opii Thebaici ℥iij. cum aceti distillati & spiritus vini purioris PARTIBUS EQUALIBUS parati, ac denuo spissati; opobalsami Arabici genuini, vel eius loco, olei nucis myristicae expressi, vel utriusque ad compositionem assumi ℥. xij. extracti glycyrrhizae pellucidi, à recenti radice cum aqua simplici juxta Angelum Salam, seu optimum extractions rerum parandi magistrum, facti ℥i. ℔. extracti ex agarici ℥ij. ope spiritus vini confecti; ac tandem extracti croci cum liquoribus acidulis parati ℥i. Singula haec per vices rotati massa aequaliter commisceantur, ne grumi minus per tritum dispersi coalescant.

CLASSIS XIII. Tandem cuncta simul juncta in mortario calido, cum pistillo similiter calente, ramdum probe commiscere oportet, donec omnia diligentissime dispersa sint; & quia hoc spissamentum aliquando liquidius remaneret, ni crassitudinem ab aliis siccioribus rebus acquireret, ideo addere solemus pulveris antimonii fixi albi ℞. Valentini, seu magisterii antimonii diaphoretici ℥iij. boli Armeniaci ℥ij. Misce haec exactissime cum integra massa; ne autem pinguisculum hoc pollen intermiscendum in globulas vix separabiles ardeat, sindoni aut linteo raro includi debet, ut instar amyli aut farinae inspergi possit.

CLASSIS XIV. Operatione ad hanc metam provocata, totum extractum adhuc diu manibus malacissandum erit: cui tandem partitis stillis addantur oleorum amaraci, anisi, feniculi, cinamomi, caryophyllorum, rosarum veri, omnium distillatorum de quolibet GUTTÆ DECEM: qua deinde omnia probe unita, ac per aliquot horas malacissata in pixide metallica ex auro, argento, plumbo candido Anglico, aut lamina conglata usui ulteriori asserventur. Hujus extracti seu spissamenti dosis postmodum erit à grano hordei ad duo, tria, quatuor ad quinque; quod catapotiorum forma exhibendum, aut in convenienti vehiculo dissolvendum.

EXTRACTUM THERIACON ita paratum etiam basis est sequentium compositionum: qua similiter in hujusmodi affectibus summo cum sanitatis emolumento potui dari possunt, v. g. PILULÆ seu EXTRACTUM BEZOARDICUM nostrum: R. Extracti theriaci nostri bezoardici minerali utriusque ℥ij. misce haec probe: cujus dosis in febb. maligna erit à granis decem ad duodecim pro adultis. PILULÆ BEZOARDICÆ ANODINÆ sic fiunt: R. Extracti nostri, antiseptici Pot. de quolibet ℥ij. cinnabaris stinnios vel nativa, sulfuris antimonii fixi utriusque ℥. vj. resina succini ℥℔. misce: fiat massa: cujus dosis à granis V. ad X. usque ad XV. erit.

Illa remedia, quae pro symptomatum variâ in hoc morbo saevientium indole multivaria quoque esse debent, infra in singulis symptomatum capitibus reperientur.

CAPUT III. Quae remedia statim in prima hujus morbi aggressionis agris sint adhibenda.

SI penitus extra dubium est, hominem hac febre castrensi maligna prehensum ac infectum esse, quod ex omnium membrorum lassitudine, gravibus animi deliquiis, capitis doloribus atrocissimis, vehementique cardialgia cognoscitur; adeoque infirmi videntur aegri, ut praec debilitate haud amplius erecti stare queant; si nunquam, vel turbate saltem dormiant, interno aestu & siti intensa premantur, oris amaritiam incusent, debilis aut laboriosa respiratio, pulsus frequens ac celer, & urina turbida atque lixiva sit; ciborum summo fastidio ac nausea, quam vomitus enormes excipiant, vexentur; vel in potissimis tantum membris dolores lancinantes ventrisque tormina sentiant, alvi profluvio torqueantur, rigor aut horror morbum procedat, & subsequens calor post vesperam ingravescat, alternisque diebus aegrum magis laceffer.

Quae itaque haec accidunt, non statim absque ullo observato temperamenti aut sexus discrimine purgans remedium, aut sanguinem mittere convenit: quemadmodum hisce tempestatibus maligna saeviente febre non tantummodo veterinarii, sed etiam plures ex doctioribus medicis, antiquo Barbarorum more, haec praesidia adhuc plerisque aegris mox praescribere, medicationemque suam auspiciari consueverunt.

Ante omnia vero, ut jam dictum est, distinguenda sunt ipsa aegrorum temperamenta, aetas, ac sexus; imo quoque distinguendi ipsimet affectus: cum longe alia ratione curatio in majori humorum putore ac resolutione, quam in minore, requiritur, seu ubi sanguis ac lympha plurimo acido fixo seu melancholico succo secatet: quorum haec

hæc longe facilius spirituum ac salium volatili-um applicationem fert, eorundemque continu-um usum postulat, dum in magnis humorum re-solutionibus à putore ortis acida ac terrestria fi-xa, seu alcalia insipida cum adstringentibus ac opiatis omnem medicandi scopum absolvunt. Sup-ponimus tamen, impeditum sanguinis circuitum mox è primo morbi insultu spirituum ac salium volatili-um usu prius restitutum, aut ventriculum à crudis, indigestis, viscidis, biliosisque fordibus lenioris vomitorii ope purgatum esse.

Ne autem quicquam, quod in huius morbi medela necessario observari debet, omittamus; i-deo absque ulla interposita mora ægri non tantum in lecto stragulis bene cooperti decubendi sunt; imo per totum morbi decursum hoc modo requi-escant in lecto lecti, quo ab aere frigidioris inju-riis tuti degere queant: ubi simul provideant ad-stantes ac medici, ne frequentius, inopportunitus, vel tempore aliis minus convenienti ægri stratis exiliant, ac corporis membrorumque jactatione con-tinua sibi met ipsos labores arcessant; neu multa loquantur, sed taciturni sint: quam garrulitatem *M. Valerius Martialis* in *Matbone* salte perstrin-xit libro IV. epigr. 81. his versibus:

Declamas in febre Matbon: hanc esse phrenesin.

Si nescis, non es sanus, amice Matbon!

Declamas æger, declamas hemitritatus:

Si sudare aliter non potes, est ratio.

Magna tamen res est: errans cum viscera febrè.

Exurit, res est magna tacere, Matbon.

Si enim juxta *Nicolai Tulpii* Amstelædemen-sium Consulis amplissimi monita observationibus suis subnexa hemicrania laborantibus tacere convenit, multo magis hoc effatum ad ipsas febres malignas, quæ hemicrania periculosiores, extendi po-terit.

Neque minus noxium esse nimium corporis aut membrorum motum ex ipsa *Galenii* Medicorum antesignani sententia verum esse comperimus, sta-tuentis febri acuta laborantes ab omni motu esse removendos; quo etiam referre possumus nobi-lem questionem ab *Hieronymo Mercuriali* de arte gymnastica libr. IV. cap. 7. motam, an corpora ægra ullo pacto exerceri conveniat? unde locum, qui maxime ad nos spectat, huc inserere consul-tum duximus.

Quocirca secundum istos corpora, quæ immodica in-temperie calida laborant, nullis vehementibus remis-sive exercitationibus accommodantur; quod calor, qui dimitti debet, ab illis potius augmentum susci-pit: quemadmodum *Galenus* de *Premigene*, summa caliditate laborante, narrat, qui necdum à vehemen-tioribus exercitationibus, info & ab exiguis deambu-lationibus in porticu, ante balneum factis, magno-pere ladebatur. Unde merito condemnandus est *As-clepiades Prusensis*, qui in ardentibus febribus, re-ferente *Celso*, gestationibus utebatur: in aliis vero febribus, & morbis, medicamenta ac vomitiones tol-lerens, inedia, siti, vigilia, luce primis diebus ægro-rantes, insular torroris, excruciat: aliis autem die-bus ambulationibus, gestationibus, balneis lectulisque pensilibus exercebat.

Multo minus febri maligna atrocius derenti abs-que manifesta læsione virumque detrimento erec-ti in lecto aut sella insidere; imo adhuc difficilius stare aut ambulare possunt; quam ob causam eò magis solliciti sumus, ad ægrum quò citius eò me-lius ac firmiter lecto assigendum.

Quo itaque juxta propositum nostrum genuinam-que medendi artem curationem ritè prosequamur, ante omnia examinabimus, num sanguinis missio, ut quibusdam placet, in principio huius febris lo-cum inveniat, adæquatamque ac sufficiens in mor-

bo hoc expellendo auxilium prestet: quod insu-um in his duntaxat aliquomodo valet, qui plethora, seu sanguinis, & quidem laudabilis abundantia, possent, quibusque vires adhuc in-tegræ, vel nondum omnes dejectæ sunt: ubi mox durante febris horrore aut rigore, vel eo seclim ab eodem finto in brachio alterutro, sub lingua, aut in pedibus aliquot sanguinis uncia, nec fo san ultra quatuor aut quinque detrahantur, & ne ul-lum animi deliquium aut syncope superveniat, ante & post venam seclim sequens alexipharmaca refrigerans potinacula duobus partibus haustibus ab-sumatur.

℞. Aqua scabiosa ℥iij. aceti antiloinici, fe-rupi rubi idæi, singul. ℥i. antimon. diaph. ʒʒ. salis absinth. ʒj. Misce ad vitrum.

Post venam seclim ac epotum alterum haustum æger in lecto ad sudandum sollicitandus est. Ca-vendum autem quàm maxime, ne hominibus val-de debilibus, aut jam nimium ægritudine confec-tis, urgente cardialgia, inque sanguinis penuria, ac morbo jam ad aliquot dies sæviente venam tun-damus; aliàs in præsentissimum vitæ discrimen hac sinistro admota operatione ægri præcipitentur. His igitur ob rationes, quantum possumus, in febre calidissima aut alia maligna, imo in cunc-tis intermittentibus, à seclione vena abstinemus ideo, quod ne ullam quidem felicem effectum in-de obtinerimus, nisi in vere sanguineis mox in prima morbi accessione, & quibus vires nondum exhaustæ fuerunt.

Supra dudum diversis in locis perniciosam istam medendi methodum deestati sumus, quæ ægro-tantium plurimi in principio statim cujuscunque af-fectus medicamentis fortioribus purgantibus, in a-criori atque irritante resina consistentibus, dilania-ri solent: ac nos hæc, nisi urgente duro necessita-tis telo, nec in præsentia, neque alio morbis in usum abhibere consuevimus; cum pyrotechnicæ sol-ertia nobis multo sæviora, tutiora ac certiora re-media primas vias detergentia suppeditet, quæ in hujusmodi insensitibus valetudinis maximo cum fructu exhiberi possunt.

Verum enim verò, si quis ex omnibus circum-stantiis persuasus sit, medicatione per inferius gut-tur purgante hic opus esse, is vulgarioribus rejectis purgantibus omnibus, mox post morbi exortum pilulas sequentes una vice deglutiat.

℞. Mercurii dulcis optime mitigati ʒj. antimon. diaph. cum nitro ʒʒ. extracti bellebori nigri dia-phor. gr. iij. Mercurii vita per exhalationem sumi virulenti correcti gr. j.

M. F. cum pauxillo theriaca pilula No. V. vel X.

Vel in jure calido in tinctura salis tartari sibiata *Frid. Hofmanni* xx. vel xxx. assumat guttas.

Imo antimonium diaphoreticum ad integram drach-mam in aquæ scabiosæ ℥iij. ac fir. violar. purp. ʒʒ. una vice instat potus refrigerantis assumtum securissimum detergens ac purgans, biliosam cor-ruptamve aut aliàs etiam viscidamque colluvi-em è ventriculo ac intestinis expellens, erit: quo dein summe volsilia, ac maxime pene-trantis diaphoretica eò liberius radios suos per quosvis corporis ductus trajicere, vasorum san-guinem ferentium obstructions coepiss refe-rare, interceptumque purpurei laticis circuitum ad perennem suum motum, nature congruum, reduce queant: dicta porio nonnunquam e-tiam, si fauces ac gula blenna tenaciori obli-ta sint, vomitum movet; & cum nitrum ab antimonio diaph. nondum elotum est, aduicis ad quatuor scrupulos in jure non salio exhibe-ri *Foretit*. Sic etiam antimonii diaphoreici ʒij. ac

ac florum salis ammoniaci cum hamatite sublimator. ℞j. inter se mixta cum jusculo salis experte sumi solent.

Pari modo sal polychrestus à ℞ij. ℞iij. ad ℞ss. in juve largiori non salito, vel aqua fontana gelida, aut cœciliæ bordei mensura media solutus, ac intra horæ spatium brevioribus aliquot haustibus sumtus, sufficienter & absque noxa primas vias, si plurimis fecibus sint refertæ, expurgat; quibus verò dulcia arident, huic jentaculo detergenti immisceant sirupi violarum præparati ℞j. eodemque recensito modo utantur.

Non hic reticere debet diacetateffon, à Moje Charæ Helmontio adscriptum, sub finem pharmacopœie suæ chemica expositum; quod à ℞j. ad ℞ss. & ℞ij. in conditura rosarum, aut rob domestico, vel aqua convenienti dissolutum dari potest, cujus descriptio hæc est.

℞. Antimonii crudi, & salis ammoniaci, tritorum & simul mixtorum singul. ℞vj.

Sublimentur ex arte flores inflammabiles rubri: borum ℞iij. nitri purissimi ℞viii. distonentur in ollis sublimatibus, & flores absque ulla sui perditione colligantur: flores detonatos elue aqua calida, donec nulla amplius sulfugo gustu deprehendatur. Sicco huic leni calore pulveri affunde spiritum vini purissimum, ad quatuor transversorum digitorum eminentiam, omniaque vasi vitreo excepta, agglutinato recipiente, distillentur igne primum lento; qui tandem ita urgeatur, ut materia ebulliat ad siccitatem usque. Relictus verò pulvis perfecte exiccatus per dimidiam adhuc horam igni exponatur, & ad usum servetur.

Huic modò recensito medicamento procul omni dubio haud absimilis erit Georgii Thomsoni, Angli ac chemiatri celeberrimi pulvis emeto-diaphoreticus; quem olim in hamatiasi, nuper verò in epilogismis chemicis ampliter commendabat. Nec quoad operandi modum ac dignitatem inferius erit viri expertissimi ac humanissimi Petri Gabrielis, Præfecti hortorum Serenissimi Ducis Wirtembergici arcanum emeto-diaphoreticum, quod æque ac sal antiloimicum Fournelli certissima contra pestem, aliasve lues epidemias pestilentes antidota, eodem auctore, sint: ac quia utrumque hoc remedium, tam quoad præparandi modum, quam quoad exhibendi rationem à laudato Gabriele, tanquam singulare secretum ob signata manu dehinc V. annis apud Wirtembergico legatum fuit; ideo illud, invito auctore, propalare nolumus.

Quod vomitoria concernit, eadem in principio hujus luis in plurimis ægris non tantum summe proficua, sed & maxime necessaria experti sumus: ex quibus nos tutiora tantum eligimus. In quibus itaque ægrotantibus vehemens cardialgia, oris amaror, appetentia ciborum omnino dejecta, ac nausea animadvertitur, illis statim tutius aliquod emeticum propinatus; urgente necessitate parum curantes, sive mane sive vesperi hoc fiat. e. g. de tartaro emetico Dan. Ludovici, (cùm Mynsichtianus incertius operetur) grana duo, robustioribus autem tria, vel in pauxillo juris, aut in cochleari aqua fontana, in qua mox funditur, vel in forma boli cum tantillo conditura rosarum rubrarum exhibemus; dumque venter valde exagitari incipit, nulloque adhuc præfente vomitu vehementius laceffitur, sorbitionem juræ, aut seri lactis caprilli calidorum largius frequentiusve hauriendo idem rejectus provocabitur: cujus etiam remedii ope nonnunquam simul affellandi conatus augetur.

Si autem intentio sit, obtenta vomitione simul per inferiora corpus detergere, huic pulvisculo e-

metico XV. vel XX. grana cremoris tartari commixta exoptatum effectum præstabunt: quo augmento omnium prius celeberrimus Christophorus Harder nostras usus fuit; cujus luculento testimonio fultus, eodem modo illud remedium postmodum propinate incepti. Verum hac tempestate adhuc securior reddi solet vomitio, ac sordium in febrium principio per alvum deturbatio; si de antimonio diaphoretico, tartaro tartarificato, floribus salis ammoniaci cum hamatite sublimatis singul. gr. X. cum tartari emetici GRANO UNICO permixta in jusculo salis experte simul exhibeantur. Nos huic scopo insistentes, lapissime summo cum ægremum levamine sulfuris stimulos aurati cum sale ammoniaco ac terra Tripolitana sublimati, atque à falsugine iterum, ope filtri, aut requiei, liberi ac correcti grana duo vel tria cum tantillo theriaci in pilulam redacta dedimus.

Quibus liquida potius arident medicamenta, eandem virtutem in oxyacchari emetici Dan. Ludovici ℞ss. experientur, quod ex croco metallorum & non autem ex vitro ℞ij. ut sirupus emeticus Angelii Sala paratum sit: vomitiones à jusculorum sæpius iterato haustu, uti superius, promoventur. Quibus res angusta domi est, chalcantibi graminum seu atramenti sutorii aut tinctorii frustulum fabæ quantitate, in aqua vel jusculo solutum, ad vomitum stimulandum assumant: chalcantum enim, teste Riverio in obs. c. IV. §. 99. etiam in peste melle & aqua dissolutum, admodum profuisse constat. At nonnisi maxime urgente necessitate illis, qui graciliores aut aliàs non solido temperamento sunt, vomitoria exhibeantur; qui v. ad phthisin inclinant, aut angustius pectus, latissimasque in macie scapulas habent, iidem vomitus interdicti sint, oportet.

Quamprimùm etiam hac lue infectus quis deprehenditur, vinum, zythum, alioque inebriantes potus, cibosque pipere aut aromatibus aspersos, vel etiam pingua edulia cum piscibus, lacte, ac ovio butyro frixis ceu pestem fugiant. Corpus autem, juxta Plutarchum in præceptis sanitatis, ita validum est nullum, cui conturbato & inflammato vinum adhibere non adferat aliquid damni. Quam vini noxam M. Tullius Cicero lib. 111. de natura Deorum hæc quoque sententia firmavit: Quia egrotis, vinum scilicet, prodest raro, nocet sæpissime, melius est, non adhibere omnino, quam spe dubia salutis in apertam perniciem incurrere. Exemplo igitur vini, aut interdicti potus loco bibant audacter nectâr & pemiscitreis ac saccharo paratum, vel fontanam sirupis refrigerantibus, aut rob ex succu acidu auctam, vel cui immersa sint cerasa acida, pruna alba serotina, raxeni oxyacantha, aliive fructum acidusculi; nec non decollum hordei, cornu cervi, acidulasque, si in promptu sint, bibere convenit; nonnunquam & serum lactis caprilli prodest, cautius tamen exhiberi. Ex cibus tantum jus bubulum aut gallinarum, vel ossa farinacea, aceto nonnihil aut succo citri diluta laudantur; interdum etiam passulas minores; poma aut pruna cocta, cremorem hordei aceto aut succo citri recentis imprægnatum & similia concedimus; corpus ægri ab aère externo frigidoque ambiente, ne venenum introrsum repellatur, diligenter præmuniendum est.

CAPUT IV. *Quomodo ager in augmento
hujus morbi tractandus.*

OMnes illi, qui propter cardialgiam prægressam, tris amarorem conatumque vomendi, emetico, ad colluviem biliosæ, sordiam ac creditam in ventriculo fluctuantium (in quibus etiam portio materiæ virulentæ pars latitare solet) expulsionem jam usi fuerunt, neque hac operatione omnem vitiosam faburam egerunt; aut qui ab hisce symptomatibus liberi vomitione haud indigent, cuncti hi certe bis quotidie, mane videlicet hora quinta vel sexta, ac vespere hora quarta vel quinta à medicamento affabre alexipharmaco assumpto unam vel duas, pro virium ratione, horas in lecto probe recti sudorem proliciant; si tuncque innoxiam, quam sæpissime eosdem mirum quantum affigit, non diu latent; sed illam vel potu decocti orinarum, vel aliis julebi cardiaci refrigerantis, non tamen admodum gelidi, extinguere nitantur: etiam subinde refectionis gratia assumi queant orbiculus ex pomo citreo decotto, pruna aliquot Hispanica, aut cerasa acida in aliqua fontana emollita; vel cydonia condita, aut berberes seu oxycantha racem conditi; singulis duabus aut tribus horis elapsis cochlearia duo egregie alicujus mixtura alexipharmaca & cardiaca ægro exhibeantur; noctu autem, seu tempore somni julebus alexipharmacus oporetur; interdum noctuque sæpius sphaera seu globus spiritus refocillans sect. 2. cap. 3. descriptus, vel fal-ciculus foliorum ruta recentium aceto antiloinico aut alio probæ noctæ imbutus naribus admoveantur, atque iisdem tempora, carpi ac præcordia sæpissime quoque illinantur.

Quolibet peracto sudore, aut aliis singulis tribus horis cochlearia aliquot perisana hordei aut jusculi corroborantis succo citri, vel aceto sive simplici, sive alexipharmaco aliore fragrante conditum, aut quibus acetosa hortensis vel oxycrithyllon bullierit, forbeant; ac stragulae duabus horis post finitum sudorem matutinum, seu ante meridiem hora octava sternantur; circa vespere autem hic labor intermittatur; quoniam anxietudines tunc propter quotidianas exacerbationes ingravescant. Teste enim experientia in omnibus morbis acutis febrilibusve malignis pleraque symptomata astuque interni propter majores sanguinis per arterias propulsi refrenationes, tempore distributionis chyli contingentes, crebrius ac crudelius, quam aliis horis, ægrum sollicitant; quæ etiam symptomata à quocunque pleniori aut minus convenienti victu, aut potulentorum inebriantium abusu accessi solent. Cubiculum, casa, tentorium, aut alius locus, in quo ager decumbit, semper summo mane, post meridiem, ac noctu, sic etiam post sudorem elicium aggestis flammis è ligno juniperino, abiegno, aut pineo ab exhalationibus putridis, dum fores ac fenestræ patent, expurgetur; dein mox iterum, præsertim aère frigido & nebuloso claudantur. Æstate verò aut flagrante canicula ades perviæ sint vento, quo miasmata pestifera eò melius atque liberius è conclavibus abripiantur; aliquoties namque dum

Urit & exsiccat siccantes Julium agros,

propter liberioris auræ, spiritu æthereo imprægnatæ, interdictionem, ægri in effeto ac putido aère languidam exhalare animam, qui sine dubio in recenti spiritibusque turgida aura refocillari, imo servari potuissent: cui enim bono inclusus aër,

Tom. II.

cujus pestilens ac gravis, ut Tullius loquitur, est respiratio. Similam affecti aëris noxiam nobis suggerunt etiam rarissima experimenta Job. Mayow in tract. I. de sale, nitro, ac spiritu nitro-aereo cap. ix. descripta, quem legere, eademque experimenta absque magnis sumptibus ipsemet instituire poteris.

Valde emicax nobilisque aqua spiritus nostros reficiens aëri nos proxime ambientem innatat; quæ si artificiosa manu colligatur, & ab adherentibus sordibus dextere purgetur, plurimes certe suaviter olentes lætices effetu suo felici superat. De qua legi certe meretur Andrea Nineri dissertatio de spiritu mundi, seu aqua roborante universali; sicuti & hi, qui jam superius sectione II. cap. 3. allegati sunt viri clarissimi.

Et quævis in aère frigido undique nos cingente restauratio ac cibus pro vita nostra sustentanda lateat, cavendum tamen, ne durante aut incrementum fumente morbo, ager nimium aures frigidiori, excepta facie, alterutroque brachio se exponat; inde enim pervium cutis reticulum glandulæque iterum occluderentur, ut ab impedita exhalatione veterum hoc corrodens ac luxurians ad interiora retrocedere cogeretur; atque corpus male affectum denovo morbis confligaretur.

Sequentia igitur medicamenta ad sudorem expellendum in hoc morbo efficacissima deprehendimus.

℞. Antimonii diaphoretici ℞j. floram salis ammoniaci cum sulfure sublimator. ℞ss. bezzardii mineral. gr. v. casura gr. i. Milce fiat pulvis subtilis qui pauxillo rob sambuci vel condura rosarum vrborum commixtus in forma boli deglutatur; vel cum aqua cardui benedicti, fumaris aut scabiosa cochlearibus ℞v. ac sirupi ex acido citri ℞ss. in portunculam redactus, exsuriatur: eodem modo etiam sequens pollen parari ac exhiberi poterit:

℞. Antim. diaph. ℞j. cornu cervi philosoph. præp. bezzard. occid. singul. ℞ss. bezzardii miner. gr. v.

M. F. pulvis subtr. pro unica dosi. Vel

℞. Floram salis ammoniaci cum sulfure elev. ℞j. bez. mineralis gr. v.

M. F. pulvis subtr. qui vel in decotto ordinario, aut jusculo calido hauriendus.

Si natura hisce medicamentis ad sudoris expulsionem incitari vix potest, quod melancholicis, hypochondriaca affectione, scelerybe, ac lue Venerea laborantibus sæpissime accidit, atque aliis nulla præsens sit diarrhoea aut dysenteria, sequentia certe conducunt, si in eorundem usu tam diu perseveremus, donec sudorem illum lentum, mellisque instar cuti ac manibus adhaerentem, ut plerumque est, nacti simus.

Salis volatilis puriss. cornu cervi, aut viperarum ℞ss. gr. xv. ℞. vel ℞ss. cum condura rosarum ac pauxillo sacchari in bolum cogatur; vel quod melius, aqua distillata fragrantis unciis duabus vel tribus dilutus, sirupoque competenti sociatus uno haustu forbeatur. Horum salium loco autem spiritus volatilis cornu cervi purissimi ℞j. substituat: sic & mixtura simplicis Danielis Ludovici, aut scid. Hofmanni tantundem cochlearibus aliquot aquæ cardui benedicti vel scabiosa commixtum, & cum sirupo rubi idæi aut acido citri suaviter redditum, exhibetur; cui etiam pro ratione morbi antim. diapher. & salis absinthii singul. ℞ss. addi poterit. Volatilibus atque summe penetrantibus ejusmodi remediis, sudorem provocantibus, tam diu insistendum erit, quam diu pulsuum rythmi inæquales percipiuntur; aut per aliquot intervalla pulsus penitus deficit, manumque tangentis non ferit; aut malignitas morbi partibus profundius implicata est, ac inhaeret.

Bbb

Qui

Qui difficiliore ad medicamenta sunt, illi bezoardici min. gr. x. vel de sulfure stimulis diaphor. fixi gr. iij. cum paucillo theriaca, diascordii Fracastorii, mica panis vel conditura rosarum rubrarum pilula redacta, deglutiant; imo de pilula nostris bezoardicis ʒʒ. devorent; aut etiam tantundem de pilulis bezoardicis anodynis; sic quoque proderit extractum theriacum nostrum, aut theriaca caelestis Greiffii vel Hoffmannii ad gr. v. pro sudore eliciendo una deglutire, vel in aqua cardui bened. ac syr. ex acido citri soluta haurire; praesertim si ventris profluvium metuat, aut jam jam agrum laecelat. Ab assumptis mox alexipharmacis, & spiritibus salibus volatilibus, aut extractis, essentis ac tincturis pyrotechnias ope productis, ad sudorem dō feliciter promovendum, bonus haustus potus consueti, aut julebi refrigerantis superbibatur.

Potest etiam confect. alexipharmaca rubra, diascordii Fracastorii, vel confectio de hyacintho ʒj. ʒiij. aut ʒjʒ. aut pulv. rubei Pannonici, vel specierum liberantis aut pulv. conf. de hyacintho gr. xxx. vel lx. aqua cardui benedicti, scabiosa aut sumaria cochlearibus aliquot, aceti antilomici cochlearibus duobus, ac syrapi cydoniorum, rubi idai, aut de succo citri uno cochleari poriuncula instat hidrotica exhiberi. Sic etiam, si diarrhoea adsit, sequentem bolam mane ac vespere deglutire poterunt, ut sudorem inde expectent: qui conficiatur de theriaca Veneta ʒj. ac terra signata ʒʒ. invicem mixtis, addendo parum sacchari; vel de extracto theriaco aut theriaca caelestis gr. v. in pilulis devorare queunt.

Pauperiores, vel quibus alia nimium curia suppellex est, cochlear unum rob sambuci aut juniperi, cum aqua fontana & aceti probi cochlearibus duobus in potiunculam redigant & bibant; vel pulv. pyrii ʒij. aut sulfuris nativi ʒj. in aqua solutam, sic quoque pulv. card. bened. aut redicis gentiane contusa, vel chameleonis, fraxinella, angelica, inula aut perastidis cochlear unum, cum vel absque rob sambuci in modico aceti, jusculo, aut aqua fontana assumant, sudoremque inde expectent. Imo pulvis alexipharmacus popularis sect. 11. cap. 8. descriptus hoc modo exhibitus similiter proficius erit.

In extremo necessitatis casu summaque remediorum penuria sulfuris citrini triti, aut nitri depurati, vel etiam salis communis ʒij. boli rubri, aut rubrica fabrilis, aut etiam hamatidis ʒj. rob sambuci, aceto & aqua commixta conferunt: sed juxta praescriptam methodum haec remedia iterari debent, ut sudor exoptatus singulis vicibus inde erumpat.

Abhinc pluribus annis sequenti pulvere diaphoretico ad febrem malignam expellendam summo cum agrorum levamine usi fuimus, de quo durante morbo quotidie bis dosim in convenienti vehiculo liquido, mane nempe hora quinta vel sexta, ac vespere circa horam quartam vel quintam, aegrotanti exhibere solemus; utque inde per horam integram, aut amplius sudorem in lecto stragulis probe coopertus provocet, curamus: hujus pulveris permiscendi modus hic est, ac in officinis nostris pharmaceuticis semper paratus invenitur:

ʒ. Antimonii diaph. ʒiv. bezoardici mineralis, cornu cervi philos. prap. singular. ʒj. Misce: fiat pulvis tenuis, de quo, pro qualibet dosi adultis propinanda, drachma media in separatam chartam appendi debet.

Quaecumque data opportunitate, quotiescumque aliquot chartulae hujus pulveris diaphoretici aegris distribuuntur, simul sequentem mixturam liquidam, ad diluendos pulveres vehiculis loco, hoc modo paratam transmittimus.

ʒ. Aqua cardui bened. scabiosa, vel sumaria ʒvj. vel de singula ʒij. syrapi de rubo Ideo, berberum, cerasorum acidorum, aut de succo citri pro lubitu ʒij. Misce ad vitrum.

De sequentibus aquis cardiacis spiritusque refoecillantibus singulis tere horis duo cochlearia exhibeantur.

ʒ. Aqua florum acacia, melissa singular. ʒij. syrapi ex succo pomi citrei, vel rubi idai ʒj. Antim. diaph. ʒj. bezoar. occid. ʒj. Misce ad vitrum. Vel ʒ. Aqua cardui bened. ʒv. prophylact. Amsteladamentium, syr. rubi idai singular. ʒj. conf. de hyacintho ʒij. Misce ad vitrum. Vel ʒ. Aqua florum persicorum, fragorum, singular. ʒij. cinam. sine vino distillata ʒʒ. corall. rubr. prap. coram cervi philos. prap. singular. ʒʒ. bezoar. occid. ʒj. sacchari diamargaritum ʒʒ. Misce ad vitrum. Vel ʒ. Aqua florum acacia, rosarum, melissa singular. ʒj. cinam. sine vino distillata ʒʒ. antim. diaph. ʒij. bezoar. minor. unicornu foss. sing. ʒj. lacch. diamargaritum ʒʒ. confect. alchermes compl. ʒij. Misce ad vitrum. Vel ʒ. Aqua scabiosa, sumaria, singular. ʒij. syrapi florum tunica ʒj. sal. c. c. vol. puriss. ʒʒ. unicornu foss. margaritarum orientalium prap. singular. ʒj. Misce ad vitrum. Vel ʒ. Aqua acetosa, card. bened. singular. ʒʒ. flor. acac. ʒj. corall. rubr. prap. concha margaritifera prap. singular. ʒʒ. sacch. diamargaritum ʒʒ. Misce ad vitrum. Vel ʒ. Aqua cichorei, acetosa singular. ʒʒ. cinam. sine vino distill. mentha crispae singular. ʒʒ. diaph. Jov. seu antihellici Poterii ʒi. elix. prope. cum spirit. salis tart. par. ʒj. syrapi rubi idai ʒj. Misce ad vitrum.

Qualibet certe ex hisce aquis cardiacis adhuc multo efficacior fiet, si eidem de spiritu cornu cervi ab omni phlegmate libero ac subtilissimo ʒj. vel ʒij. aut amplius, vel de ejusdem sale volatili nitidissimo, ac ope vini sublimati a scoris adustis per elevationem purgeto ʒj. ʒʒ. aut ʒij. immisceantur: imo spiritus salis tartari, spiritus ac floret salis ammoniaci volatiles ad ʒj. additi, eisdem pariter efficaces reddunt. Cuncti enim hi spiritus ac sales volatiles potentissime quovis internas inflammationes resolvere ac dispellere solent: quae etiam de aliis quibuscumque volatilibus medicamentis tam balsaminis ac aromaticis, quam urinam redolentibus intelligenda esse, autumat, quemadmodum haec absimilem ob rationem casata, tamquam egregium sal volatile oleosum aromaticum, in vini subtilissimo spiritu soluta, ac crocus eodem vino sublimato distillate extractus; salisque balsamini seu sulfuris aurei anodynii particeps, absque ullo sanitatis detrimento in morbis hisce acutis, etiam criticis tempore, inter se commixta integris cochlearibus exhiberi possunt.

Julebi cardiaci sequenti modo parari poterunt, quos postmodum, ut & mixturas cardiacas alternatim aegro propinare debemus: ad syrapium igitur de roto citro, aut simplici hujus mali succo, rubi idai, cydoniorum, cerasorum acidorum, oxyacantha seu berberum solitarie, vel junctim sumptorum ʒij. aqua scabiosa, card. bened. vel sumaria, vel unius, vel inter se mixtarum ʒij. aqua prophylactica Amsteladamentium ʒj. nitri purissimi ab antim. diaph. elutriati ʒi. & spiritu sulfuris aut chalcantibi quantum satis est, ad gratum acorem obtinendum, bene inter se invicem commisceantur. Quibus itaque consultius videbitur, condita aut eclegmata mollia corroborantia ac refrigerantia praedictis medicamentis superaddere, aegros itidem sequentibus felicissime operantibus solabuntur, quae sic parari solent.

ʒ. Condi-

℞. Conditura ros. rubr. ℥iij. succi ex integro malo citreo cum extimo cortice flavo, confect. alch. rmes compl. antim. diaphor. singul. ℥iij. Misce: fiat mixtura mollis, detur ad siccile. Vel

℞. Conditura oxytriphylly ℥iij. succi ex integro malo citreo cum extimo cortice flavo, diaph. Jov. seu antihellici Poterii, confect. alchem. compl. singul. ℥j. Misce: fiat pariter mixtura mollis, cui interdum de theriaca Androm. aut confect. de hyacintho ℥ij. addere possumus.

Vel etiam hoc conditum exhibeatur.

℞. Conditura ros. rubr. oxytriphylly, sirupi ex roto citro, singul. ℥ib. conf. alchem. compl. specierum confectio de hyacintho, antim. diaph. singul. ℥iij. Misce diligenter ad siccile.

De his conditis interdum sæpius quantitatem medie, cubitum autem ituri totius juglandis capiant.

Ne igitur in proliciendo sudore oleum & operam perdamus, dum sæpe sæpius ab omnibus narratis remediis madorem vix obtinere possumus, alia certe adn-inicula huic scopo intervientia adhibere necessitas efflagitat: è quibus frictions meo saltem sensu, optima erunt; vel pedibus etiam linrea calefacta, aut lateres calidi, aut facci pissis vel ceraforum ossiculis repleti ac forni supponantur; imo quandoque sub alas, ac ad inguina vesicæ, aut utriculi aquâ calidâ, vel tepido lacte repleti applicentur. Hæcque eo magis urgeo, ne præter spem æger morbo hoc succumbat, cum sudor in omnibus febribus malignis adeo necessarius esse judicetur, ut eundem etiam in ipsis morbis, sudore colliquescente corpus pessundantibus, sicuti Anglicus sudor est, (cui similem sæpius inter ipsas malignas observavimus) haud declinare queamus; quia curatio ipsius sudoris Anglici juxta Levinum Escherum Medicum celebrem, quoque consistit in diara tenuissima, bezoardicorum usu, ac tempestiva sudorum extractione: si enim sudores, inquit vit largiori encomio dignus, subsistunt, mors præforibus est; si uberius effunduntur, sudore fetido æger exolvitur. Corp. medic. imperial. lib. III. tit. 2. §. 2.

CAPUT V. Quid circa statum hujus morbi, ac circa crisin agendum.

Quotiescunque ergo medicamentorum dictorum debita ac diligens administratio observatur, astuteque simul etiam apud ægrum officio suo decenter funguntur, de felici hujus morbi crisi, & hanc subsequente salutari eventu bene sperare juemur; & quamquam febris hæc ob vesipellem suam indolem plerumque stans diebus indicibus criticisque difficulter includi queat, nihilominus tamen septimo, nono, vel decimo quarto die morbus in melius mutatur: quod præcedentes horum indices, quartus videlicet, sextus aut undecimus forsitan signis suis salubribus ostendent. Quas ob causas sedulo attendendum, dum morbus jam augeri desit, ac in statu est, utrum natura, seu totius corporis temperies per corruptos humores, ac virulentas impuritates oppressa, & in furorem adacta bidrosi, diuresi, diarrhæa, hæmorrhagia narium, excreatione, vomitu, hæmorrhoidibus, abscessibus, ac in foeminis purgationibus mensuris ab hisce febribus se liberare omnibus viribus contendat? quæ nocte crisin præcedente ex certis signis, quorum uberiores enumerationem superius sect. 1. c. 9. 10. & 11. invenies, cognoscuntur; an verò harum secretionum ac evacuationum nulla eveniat? quæ ex contrariis

Tom. II.

certe signis addiscuntur.

Interim cuncta, quæ, dum morbus in statu versatur, penes ægrum observatu digna sunt, octo his regulis includimus.

I. Ægrum circa statum pleniori victu non onerandum esse.

II. Medicamenta alexipharmaca sudoremque pel-lentia statis suis horis, ad tempus usque criseos, continuanda esse, ut ita naturæ eò melius in expellenda hæc malignitate per sudorem occupatissimæ succurramus.

III. Sudorem postea criticum, haud absque remediis alexipharmacorum etiam efficacissimorum ope, quam diu adhuc manifesta eruptionis suæ indicia animadvertuntur, vix tota die ac nocte duret, promovendum, nulloque modo remorandum esse.

IV. Ventris profluvium criticum, ante diem tertium non supprimendum esse.

V. In vomitibus criticis longiora juscula potumque largiorem mox in principio hujus conatus data, eluere virulentas sordes ac biliosa liquamina è ventriculo ac intestinis; ac diutius & frequentius ea exhibere, nefas esse.

VI. Excreationes criticas bechicis detergentibus ac dissolventibus juvandas esse.

VII. Narium aut alias hæmorrhagias, nisi diutius durent, ægrisque animi deliquis superveniant, non sistendas esse: quibus tamen in casibus remedia cardiaca refrigerantia, simulque modice adstringentia plurimum præstare possent: interne de sequenti mixtura singulis fere momentis cochlear unum exhibere conveniret, cujus hæc est descriptio.

℞. Aqua flor. acacie, acetosa, plantaginis, sirupi coralliorum Zwelferi singul. ℥j lap. hæmatit. p. ap. croci vitrioli & tis probe e ori, sangu. dracon. arboris veri sing. ℥ij. Misce ad vitrum.

Externe acetum rosaceum linteum exceptum, carpis, fronti, temporibus & pudendis, vel cataplasma ex rubrica fabrilis aut hæmatite, vel etiam terra vitrioli dulcis cum aceto in pulvem redactum temporibus ac fronti in narium hæmorrhagia, in nimio autem mensium fluxu hypogastrico applicentur.

VIII. Ulcera, bubones, aliosque tempore criseos erumpentes tumores, ne malignitas hæc retrorsum pellatur, maturantibus cataplasmatibus, aut emplastris convenientibus emolliendos esse.

Hic tamen ulteriori silentio minime prætereundum, quod fere plerique, & ex iisdem medicorum antesignani, in scholis nuper docentes, discipulis suis, ceu dogma summe necessarium, inculcarint, ægrotantes in statu febrium acutarum criseosve tempore remediis multitudinem, quocunque nomine audiant, nullo modo aggravandos esse; sed naturæ, ac cujusvis constitutioni totum hunc laborem committi debere: eandem enim propria virtute resistentes sordes è sede sua dimovere, ac cum agrorum levamento expellere valere. Cui sententiæ nos quidem olim fere subscribebamus, ni quotidiana experientia ac dura necessitas nos contrarium edocuisse. Quoniam, quæso! fundamento tunc vires miseri ægroti innituntur, quando easdem plane suppressas, ac morbi violentia superatas conspicimus. Quotiescunque igitur morbi savities eo perveniret, ac crisis nullatenus erumpere posset, anne tunc Medicum à recta discedere conscientia oportere opinamini? ut tantummodo nudum spectatorem, non autem valetudinis strenuum vindicem sese exhibeat, donec subruto naturæ robore æger tandem in conspectu sui morbo penitus conficiatur. Verùm enim ve-

Bbb 2

20, si

rd, si unquam salutaria consilia, & efficacissima remedia prodesse queunt, ea profecto febribus malignis acrius tendentibus maxime necessaria fore asserimus: & præsertim pyrotechnias ope purificati spiritus oleosi, salesque volatiles liberaliori dosi exhibitum tunc laudabiles, ac egregias suas virtutes in pene moribundis monstrare poterunt: quemadmodum spiritus vini casura ac croco pregnans, tinctura bezoardica Michælis, mixtura simplex Dan. Ludovici, spiritus theiacalis Paracelsi, spiritus cornu cervi purissimus, aliique efficacissimi liquores integris cochlearibus absque ullo metu subsequenti symptomatum mortali luctantibus infundi queunt: unde confestim insignis immutatio percipietur; quia æger non tantum in faucibus, aut trachea hærentem viscidam, crudam, tenacemque blennam, suffocationem eidem minitantem, ampla excreatione, aut mitiore vomitu, aut consequente alvi profusio, vel largiore sudoris imbre, non sine manifesto levamine, ejiciet; sed etiam inde spiritus animalibus propemodum expressis nova supplementa scribentur, ut natura fere succumbens victoriam ab atra Parca reportare queat. Recensitorum veritatem quidem innumeris exemplis, quibus ipsimet sæpenumero interfuimus, abundanter confirmare possemus, si instituti ratio id exposceret, aut brevitatis studium nos inde non abstereretur. At loco omnium quarumcumque potentissimarum probationum hic sufficienti firmissima testimonia collegarum ac amicorum integerrimorum, qui in semetipsis, dum febribus perverissimæ moris, purpuraque laborarent, excellentes penetrandi vires spiritus cornu cervi defecatiissimi, aliorumve salium volatilium, me superperas ferente, plus vice simplici experiri fuerunt: ex quorum numero præ aliis erunt Vir nobilissimus, amplissimus ac excellentissimus, Job. Henr. Kœfflerius, Augustissimo Induperatori à Consiliis ac professor P. Medicinæ olim Friburgi celeberrimus; nec non Mattheus Harder, Job. Conradus Peyer, ac Job. Conradus Wepfer, Philosophorum, Anatomicorum atque Medicorum nostratium triga exoptatissima.

Exinde igitur benevolus lector procul omni dubio judicabit, nostram de febribus malignis cognoscendis ac curandis sententiam à nuda, nuper in scholis docentium, auctoritate, atque ab inani conjectura, aut contemplatione consilii experite minime dependere; sed rationi ac experientie unice subnixam residere: inque eodem asserto ed magis confirmamur, quod certiores sumus, non paucos celeberrimorum Medicorum, è breviario ante decennium vernacule à nobis edito, in veram febres malignas mœdendi methodum pettractatos fuisse, qui antehac secundum vulgariis receptas opiniones rebus medicis operam darunt.

Quæ porro in criticis hujusmodi expulsionibus, si æger nimium delassaretur, summeque debilis fieret, observanda sunt, inferius in curatione symptomatum fuis explicabuntur.

CAPUT VI. Quomodo æger in declinatione morbi tractandus.

Postquam per dictas crises luis hujus contagiosæ causæ penitus è corpore expulsa fuit, exemplo ab ulteriori remedium superiorum præscriptorum usum abstinendum; excepta mixtura qua cardisca, de qua sæpius cochlear unum exhibeatur: ne ab impetuosis proritato sudore contumacior alvus, sudores colliquescentes, vel ob humoris largius ab intus profusi dispendium ipsa tabes contrahatur.

Crisin verò munus suum absolvisse partim ex symptomatum remissione constat, partim ex pulsu, urina, respiratione, ac læto vultu, aliisque circumstantiis naturaliter se habentibus colligitur. Vires interea moderato ciborum boni succi, seu laudabile nutrimentum suppeditantium, ac concoctu facilius usu restaurentur: summopere autem, ne æger esca nimium infarciantur, caveamus; sic n. ventriculi temperies ac functio denuo turbaretur, ita ut appetentia ciborum profus deiceretur, vel etiam viribus adhuc fatiscens recidivæ supervenirent.

Quoniam autem sæpius ab ejusmodi secretionibus virus hoc omnino expellitur, neque plane consumitur, quod ex pulsu celeri, urina flammea, perseverante sicut æstuque nimio ægrum adhuc molestantibus, observatur; ideo quotidie semel duntaxat unum ex supra dictis nobilioribus diaphoreticis sumere, atque sic reliquias virulentæ atterere ac funditus profligare oportet. Quamprimum verò æger de die in diem melius se habere incipit, alternis tantum diebus, ac parviori manu sudorem cientes remedium propinare, mixturamque simul cardiacam ac alia corroborantia & refrigerantia non negligere conducit, donec venenum hoc radicitus extirpatum sit; quilibet tñ. prudens Medicus ex supra memoratis satis superque colligere poterit, quomodo omnibus symptomatibus succurrendum sit.

CAPUT VII. Quomodo curatio in gravidis aliisque debilioris constitutionis hominibus instituenda.

Quandoque evenire solet, ut etiam infirmæ constitutionis homines, rarioris texturæ virgines, aut gravidæ mulierculæ febri hæc maligna corripantur; at tamen mox à quovis sudore syncopas atque animi deliquia pati solent, ut singulis fere momentis à nimia membrorum concitatione medios inter amplexus extremum halitum efflare videantur: quam ob rem ad sudorem fortius eliciendum plane non sunt compellendi; quod etiam de gravidis aliàs intelligi debet. Præsertim autem spiritus salesque volatiles, atque oleosa aromatica penetrantiora assumta gravidis obsunt, quia inde perlevi momento non tantum abortire, sed haud raro vitam amittere possent: nihilominus tamen ejusmodi ægris mitiora remedia alexipharmaca statim horis, ut sæpius inculcavimus, exhibere quam necessarium est, inter quæ sequens potiuncula excellit.

℞. Aqua scabiosa vel card. bened. ℥j. sirupi è succo citri, vel rubi idæi ℥b. unic. foss. bezoar. occid. cornu cervi phil. præp. sing. ℞b. Misce pro unico haustu. Vel

℞. Antim. diaph. ℥i. cornu cervi philos. præp. unicornu fossil. sing. ℞b. M. F. pulvis sub. in jusculo aut decocto ordinario totus sumendus, donec lenis mador cum ægrotantis levamine per cutis spiracula sensim exudet.

Huic quoque intentioni sequentia, videlicet bezoardicum minerale, Lunare, Solare, aut sudoriferum maximum P. Joh. Fabri, seu Dan. Ludovici ad gr. x. specificum stomachicum Poterii ad gr. xx. in pauxillo conditura rosarum aut oxytriphylly sumta, congruentia sunt.

Cæterum iisdem ægris quoque mixtura cardiacæ ac refocillantes enixa diligentia frequentissime sunt exhibendæ: at quia à suaviter & vehementer olentibus mox læduntur, etiam nec confectio-

tionem

tionem alchermes ferre queunt: ubi & reliquas ægrarum circumstantias apud imbecilles hæc ritè advertere oportet. Maxime verò tunc omnes potus refrigerantes ac mixturæ cardiacæ *siropu* aut *coagulis acidis* exaltandæ sunt, quo in foemelles menstruus fluxus intempestive erupitur compesci, aut in gravidis embryo conservari queat.

CAPUT VIII. *Quomodo infantes hac lue correpti tractandi.*

Infantes ab uno ad sex annos difficulter ad sudorem persudantur: quapropter in hujus defectu sæpius nonnihil ex alexipharmacis mitioribus ac jucundioribus porrigendum; aut si medicamenta penitus respuerent, iisdem cibo vel potui commixtis fallendi sunt: ex quibus mixturam sequentem sæpius felicem experti sumus, singulis duabus horis cochlearia duo exhibendo.

℞. *Aqua flor. acacia, card. bened. singul. ℥ss. sirop. è succo citri, aut rubo idæo ℥j. antimoni diaph. bezoar. occid. sing. ʒ. ʒ. Misce ad vitrum.*

Vel ℞. *Sirop. citri ℥ij. bezoar. orient. unicornu marini, marg. orient. præp. singul. ʒj. aqua flor. acac. ʒj. Misce ad vitrum.*

Hæc aqua corroborans spiritusque illustrans pariter conducit.

℞. *Aqua card. bened. scabiosa, fumaria, siropi acidæ citri, aut de rubo idæo sing. ʒj. antimoni diaphoretici ʒij. bezoar. mineral. salis cornu cervi volut. singul. ʒss. Misce ad vitrum.*

Vel de sequenti pulvere quotidie ter quantum apex cultri capit, in pulve vel siropo rub. idæi dandum.

℞. *Antim. diaph. ʒij. unicornu foss. cornu cervi phil. præpar. sing. ʒj. succini albi præp. cinnab. antimon. vel nat. si-g. ʒss. sacch. albiß. ʒj. M. F. pulvis subtilis.*

Mensura dimidia decolli cornu cervi aut alterius ordinarii ʒij. diaphoretici ʒss. ad ʒj. semper ad li, ac quoties infanti potus exhibetur, probe agitati potest; deque eodem antim. diaph. gr. v. vel vi. in jure exhiberi.

Adeo consueta nobis est methodus, sagaciores delicatuloſve infantes fallendi, dum iisdem recensita aliaque alexipharmaca in *offis, jusculis, aut in ipsomet potu* exhibemus. Jam diu hisce delicatulis, omneque remedium formidantibus, sequentem potum summo cum fructu præscripsimus:

℞. *Sacchari albi, antimon. diaph. cornu cervi phil. præpar. ʒij. vel ʒj. bezoardici min. ʒj. aqua fontana mensuram integr. bulliant aliquandiu; ac ita turbide potus præbeatur.*

Sic etiam de magisterio antimoni diaphor. ʒj. vel de bezoar. orientali ʒj. ad ʒij probe trito aqua fontana aut potui assueto permisceri, ac ad situm ætatumque febrilem compescendum dari solet: quemadmodum nuper etiam summo cum emolumento hæc Serenissimo Principi Wirtembergico hæreditario ab Archiatris tunc præsentibus consueta & applicata fuerunt.

Adultiore ætate pueris media saltem pars remedium hujus sect. 111. cap. 4. recensitorum convenit: qui quoad reliqua, ut maturæ ætatis homines, tractandi sunt.

CAPUT IX. *Quomodo capitis doloribus, delirio, & phrenitidi hoc morbo durante succurrendum.*

Quotiescunque in acutis morbis, aut febris malignis ægri capitis atrocissimis doloribus vexarentur, sequente epithemate frontis summo cum fructu notabilique dolorum remissione usi fuimus.

℞. *Nucleorum Persicorum ʒss. aut horitu loco nucleorum malorum Armeniacorum, vel amygdalarum amararum tantundem, seminis peponum decorticati, papav. alb. singul. ʒij. aqua fontana ʒiv. vel hujus loco aqua hyronica, & verbena singulor. ʒij. M. F. lege artis emulso; cui adde aqua ros. fragrantis, aceti antiloinici, aut in hujus defectu, rutæ, vel aliis singul. ʒj. nitri puri ʒij. casura, croci orient. singul. ʒss. Misce ad vitrum.*

Hoc emulso reperfato, lintea rara complicata imbuuntur, quæ mox fronti atque temporibus applicantur, & quamprimum exiccantur, iterum renovellanda sunt; quod opus diemque noctamque continnetur, usquedum capitis dolores profus evacuerint. At sedulo cavere debemus, ne quicquam ipso actu frigidum fronti adhibeatur, alias perquam levi negotio pejora symptomata in capite aut ipso cerebro, qualia sunt morbus attonitus, lethargus, hypocophosis, vel omnimoda surditas, aut etiam oculorum caligo seu visus hebetudo & abolitio succrescere possent.

In hujus epithematis defectu, sequentia substitui possunt: brassica capitata sale condita, sempervivum contusum, folia vitis vel salicis, flores sambuci vel rosarum rubrarum aceto conspersi, panis domesticus cum sale culinari, vel sal aceto commixtum, puls pomorum putridorum nigrorum, aut fungi rosa canina aceto aut alii liquori immerſi ad tempora ac frontem applicantur; imo & gallina nigra aut alia sana, vel columba vivens per medium dissecta cruore ac interaneis adhuc calida capiti imponatur. Sic etiam in summis debilitatibus, dum animam quasi agere videntur ægri, epithemata pone carpos, ac in cordis, seu potius ventriculi, serobiculo applicari possunt; ex quibus forsitan subjunctum præ aliis excelleret:

℞. *Rad. angelic. irid. Florent. singul. ʒij. corticis pomi citrei recentis extimi flavi ʒss. flor. rosar. rubr. sambuci, cymatum ruta recentis, amarici, seminis melanthii, caryophyllorum, cinamomi, nucis myristica, baccarum juniperi singul. ʒj. casura, croci orientalis singul. ʒss.*

Quæ incisa & conusa tribus laevioribus sacculis includantur, & aceto antiloinico, rosaceo, rutato, aut caltha hortensis intincta brachiis ac præcordiis alligentur; ac quoties sicantur, denuo mox liquore dicto immerſa adhibeantur. Pariter prodest pomum citreum vel aureum orbiculatum discissum, aceto conspersum ac iisdem locis applicatum; infantibus vero paucillum de conselt. alchermes in vino solutum, ventriculo ac brachiis imponi solet.

Pedum plantis acie panis fermentum, bacca juniperi, ruta, aut semen erua cum aceto in pulvem redacta, vel fermentum ac allium aut cepa cum aceto tritæ, raphanus item rusticus recens radula comminutus cum fermento ac aceto, vel lutum salis & aceto commixtum sæpius admota profunt.

Quando vero tales ægroti intensus delirius aut phrenitide vexantur, præter diligentem horum epithematum applicationem in utroque brachio ac pedibus, & phreneticis etiam pone aures, can-

tharidum aut aliorum *acrium*, quasi *cauteriorum* ope, *ulcuscula pellucida* excitantur: oportet autem hec tam diu tenere exulcerata, neque pati cicatricem ducere, donec *vesania* (connatam hic non intellectam volumus) penitus extincta sit, mentisque iterum compotes fiant aegri: quem effectum ab applicatione *emplastri de meliloto*, cui quarta pars *emplastri exulcerantis*, *vesicatorii dicti*; addatur, obtinebis.

Ad exulcerandam ergo cutim, nobis familiare est *emplastrum exulceratorium Augustanum*, hoc modo à nobis correctum & concretum:

℞. *Cantharidum*, *cera flava*, *singul.* ℥iij. *ol. rosacei*, *resina larigna seu terebinthina* *ling.* ℥j. *thuris*, *myrrha*, *mastiche*, *casura*, *sing.* ℥j.

Thuris ac myrrha pulveres subtilissimi in terebinthina liquentur; mastiche & casura in oleo rosaceo solvantur; cera fusa adde terebinthinam, in qua thus & myrrha jam liquata, dein oleum rosarum cum adjunctis, ac tandem pulverem cantharidum; & sic constabitur emplastrum efficacissimum.

Hujus *emplastri laudes vix satis prædicari possunt*, uti plurimis observationibus constat.

Hoc *emplastrum interdum Imperialis monetæ*, nonnunquam *palmae mediæ latitudine ac cultri dorsî crassitie alutæ aut linteo superinductum*, locisque debitis applicatum post elapsas horas duodecim detrahatur: deinde *ulcusculum*, nisi ultro rumpatur, *forfice aut lanceola incidendum*, serum proficiens *linteolo rariori sicco excipiendum*, & quoties hæc *ulcuscula*, ut supra indicavimus, *aperta tenere non opus est*, mane ac vesperi, donec *consolidentur*, *foliis brassicae, beta aut hederae butyro recenti obductis tegenda sunt*; verno ac æstivo sole, dum *solitæ plantæ recentes non habentur*, auctore excellentissimo *Johanne Avimiano*, per celebri *Doctore Medico nostrate*, *cuti læsæ folia calthæ palustris cum butyro*, maximo agrorum commodo, imponuntur.

Quod si verò *celerior cutis exulceratio in hisce affectibus desideretur*, pro *efficacia emplastri hujus exaltanda*, ejusdem *uncie mediæ integram cantharidum tritarum drachmam adijcere solemus*. Quibus hoc *emplastrum non superpetit*, *cantharides ac semen crura contusa præxillo fermenti panis commisceant*, aut *iithymalem, ranunculum, vel flammulam Jovis recens contusam*, donec in *pustulam elevetur*, applicent, cæteraque ut præcedentia tractentur.

Solertissimus *Johannes Conradus Hollander*, medicinae *Docteur apud nos excellentissimus*, ac in secretiori *pyrotechnia versatissimus summo cum fructu spiritum cornu cervi aqua temperatioribus infractum capiti in phrenitide applicare solet.*

CAPUT X. *Que remedia in sopore gravi, lethargo, & ex adverso, qua in nimis vigiliis conducant.*

Quotquot autem in hoc morbo *sopore gravi*, aut *veterno seu lethargo* corripuntur, *isdem*, uti superiori capite modò diximus, *statim in brachiis, pedibus, cervice, aut inter scapulas exulcerationes fortiores fiant* necesse est: postmodum sequentes *sacculi in vino & aceto rosaceo æquali mensura junctis calefacti capiti imponantur*, & inæquam refrigerint, *mox iterum hisce liquoribus calidis immergantur*, & tam diu applicentur, usque dum aeger ab hac *narcosi liberetur*.

℞. *Herba betonica, cymar. origani, amariaci, flor. spica horrensie, rosar. rubear. sambuci* *singul.* ℞j.

nitri puri, sulfuris flavi *sing.* ℥j. *sem. cumini, feniculi* *singul.* ℥ij. *Incisa & contusa duobus sacculis latu injuuntur.*

Hic *sacculi nonnunquam ita sicci super fornacem aut operculum alternatim calefacti summo cum ægri levamine adhibentur*; quia crebra experientia compertum est, *humidos sæpe sæpius, cum gelidi fierent, majorem noxam, quàm fructum attulisse*: hanc igitur *cautelam ubique in ejusmodi remediorum applicatione*, si caput aliquo labore affectu, *cautiores Medici observent*. Nonnunquam *lethargo detentis salutare est emplastrum, exulceratorium derafis capillis toti capiti impositum*: hoc enim modo serum in anfractibus cerebri fluctuans potentissime è latibulo elicitur.

Vertex & tempora frequenter oleo succini albi, aut rosmarini distillatis illinantur; interne de sequenti *mixture antiapoplectica sæpius interdiu ac noctu unum vel duo cochlearia exhibeantur*:

℞. *Aqu. flor. lilior. convall. & flor. spica horrensie cum vino simul distillarum, amarici* *singul.* ℥j. *spir. cochlearia* ℥j. *salis cornu cervi vol. purissimi, spir. salis ammoniaci vol. sing.* ℥j. *essentia castorei* ℥j. *Misce ad vitrum cerato obturandum.*

Naribus quoque spiritus salis ammoniaci volatilis, spiritus fuliginis, aut sal ammoniacum in lixivio fortiori solutum, vel superius sect. 11. cap. 3. descripti noduli admoveantur: interdum *corium antiquum, aut schidia sulfure illita præ naribus accendi solent*, donec aegrotantes è *sopore expergiscantur*.

Et quia in febris malignis, imprimis cum morbus *increscit, vigiliis ægri moleste ferunt*, ita ut ab earundem *diurnitate quandoque in delirium delabantur*, necessario *auxilia ad illas abigendas in usum trahi debent*: ex quibus præterito cap. recensita *epithemata, linteæ in spiritu cornu cervi madefacta, ac capiti imposita, atque vesicæ in cute, per emplastrum exulceratorium excitatae, valdopere conducunt*; præsertim si *papaver aut opium extus non deficiat*; intus enim *opio factis remediis, nisi diaphoreticos causa, morbo incrementum capeffente, ad vigiliis arcendas uti velle, esset certe languentem ad immanes ac desperabundas mentis aberrationes, præsertim si estantes torve aspectent, cogere*; at tempora *isdem sequenti linimento anodyno sæpius calide inungantur*:

℞. *Ungu. de hyoscyamo, vel olei populni* ℥ij. *olei nucis myrsicæ expressi* ℥j. *opii aceto soluti* ℥j. *ol. chamamelis distillati, succini albi distill. singul. gr. iij. M. F. absque igne linimentum, quod detur in pyxide.*

Quamprimum v. morbus *declinare incepit, ut nihilominus vigilia invalidis magnas adhuc creent molestias, somni tempore sequens emulsum anodynum uno haustu epotetur.*

℞. *Sem. peponum vel cucumer. decorticati* ℥j. *lactuca, papav. albi singulor.* ℥ij. *decolli cornu cervi* ℥iij. *M. F. lege artis emulsum: cui adde sacchari diamargaritæ* ℥ij. *antim. diaph. lapid. cancr. præp. sing.* ℥j. *Misce ad vitrum.*

Sic etiam tunc profant *gr. 111. vel 1v. de theriaca celesti, aut de nostris pilulis bezoardicis anodyni ad somnum capeffendum, deglutita.*

CAPUT XI. *Quomodo oris fauciumque inflammationi, aphthis ac anginae prospiciendum.*

Quibus ægris lingua ac os intus tenaci & viscida crusta, ab illicita vitæ salavæ orta obducta sunt, iisdem antequam nihil cibum, potum vel medicamentum sumant primo spatula, vel cochleari eandem defricent, simulque *salvia* folio viridi fontana innatante lingua à sordibus curatius detergatur; deinde os atque fauces aqua limpida, in cuius sextatio nitri purissimi, aut sulfure, aut sale ammoniaco præparati, vel, quod adhuc efficacius, nitri vitriolati ℥ij. solutæ sint, diligenter gargarizent atque eluant.

Hoc in casu, antequam inflammatio hæcum partium mortem alicui minuetur, *venæ* sub lingua, *ranina* vulgo appellatas, absque ulla mora *uendere* proficuum erit: sed maxime cavendum, ne à chirurgo fortiter ac profunde scalpello feriantur; aliàs sanguis tanta quantitate profluere possit, ut ipsius animæ tum sanguine expositio metuenda foret: cui mature sistendo nil aliud, quam *candentis ferri* tactus, frustra aliis *ischanis* prius applicatis, necessarius est.

Si v. post hæc omnia rite applicata nihilominus lingua, oris ac faucium inflammatio nimis ingravesceret, eaque in oris siccitate, lingua arida fissa ac nigra aut squalida cinerea crusta obducta, inque faucium ac gula exulceratione, fissuris ac ardore furorrem suum ostenderet, ab acerbis, acidis salisque, ac omnibus quæ *speculu* pungentibus horrent (qualia sunt nitrum, *chalcantuum* ac ejus spiritus, spiritus sulfuris, *alumen*, *acetum*, *diamoron*, *serupi acidi*) plane abstinendum esse, ipsa hujus affectus necessitas exigit; è contraria autem parte os lacte tepido, aut ejusdem sero, aut hordei cremore, vel succo è *gammarum fluv. atibus*, aut succo *raparum* sæpissime detergi ac eloi debet.

Sequens etiam *gargarismum*, seu potius *apozema*, de quo interdum calide haustulum capiat æger, quam maxime conducit:

℥. Hordei mundati manipulum, cornu cervi rasi ℥ij. herba solidaginis media, florum malva arborese. singul. manip. medium, sol. sedi major. recent. manipulum; *gammarum fluv. conus*. No. XII. sem. cydonior. plantag. singul. ℥ij. Incisa & contusa cum aqua font. ℔ij. vel sextarius duobus ad tertia partis exhalationem coquantur; dein jure hoc colato os sapius eluatur; ac subinde forbillando ℥j. vel ℥ij. æger lente deglutiat.

Post singulam gargarisationem de sequenti mixtura medium vel integrum cochlear sensim frequenter delingat, cujus descriptio sic se habet.

℥. Lenceri sem. cydon. aqua ros. facti, mellis rosacei, vel sir. de siliquis singul. ℥ij. succi sempervivi recent. cochlearia iij. Miscantur probe ad siccitate.

Vel de hac butyri compositione interdum frustillum fabæ majoris quantitate capiat:

℥. Butyri rec. probe loti ℥ij. diacod. Mont. ℥j. Pulv. diarragacanthi frig. ℥b. boli Armen. præp. ℥ij. Miscantur diligenter ad ollam.

Nonnunquam in fusculo calido pulveris è creta compositi *Mynsichti*, aut diarragacanthi frig. ℥b. singulis sex horis hauriat: quæ egregie ardori faucium, gula ac ventriculi medentur.

Sic quoque profunt radix *althææ* saccharo condita, succus *raparum* cum pauxillo sacchari ad spissitudinem

serupi decoctus, ac cochlearim haustus; oleum *seminis raparum* cum saccharo cando linctura; item oleum *anysdalarum* dulce cum sirupo *sempervivi* mixtura sæpiusque deglutitum injurias faucium læsarum abigere solet.

Tonsillæ viscida quandoque lymfa ita infarciuntur, faucesque eadem simul oblinuntur, ut collum enormiter inde tumescat, ægerque vix, ac ne vix quidem deglutire quicquam valeat, (imprimis si *phlegmone* easdemprehendat, extus ergo collum circumquaque frequenter illinendum erit oleo *chamameli* vel *liliorum alborum* per infusionem paratis, aut etiam summe anodyno oleo è floribus composito *Cosmæ Stotani*; ab inunctione qualibet collum superinducto emplastro incognito seu *santalino*, *diachylo cum gummi*, ac cataplasmate de *melliloto* circumdandum; pariter & bono cum fructu unguentum *Jovis magmate* suo non spoliatum cataplasmatibus instar usurpari hic poterit; *proluviem* ventri calide applicate, pauperum ac rusticorum euporiston, non tamen contemnendum remedium est; aut epithema è nido *hirundinum*, albo *Græco*, butyro, melle & lacte conficiatur & imponatur; vel butyrum recens cum floribus *chamameli* aut *hyoscyamo* in linimentum coctum calide admoveatur: intus os ac fauces quoque sæpius lacte tepido, in quo *ficus* ac *althææ radices* aut *folia bullerint*, atque parum sacchari solutum sit, vel alio liquore emolliente gargarizent.

CAPUT XII. *Quomodo pleuritidi, asthmati, peripneumonia & tussi medendum.*

IN singulo horum quatuor symptomaton semper post mediam horam ab assumpto medicamine *diaphoretico* (in cuius exhibitione nimis calida vitentur) bonus haustus sequentis *apozematis bechici* calide bibendus, cujus descriptio hic subjuncta est:

℥. Rad. inula, tussilag. singul. ℥j. glycyrrhiza, irid. Florent. sing. ℥b. herb. hyssopi, veronica, scabiosa, flor. papav. rhæados sing. manipulum. passular. min. ℥ij. sem. fenic. ℥ij. ficuum pinguium No. X.

Incisa & contusa coquantur in aqua fontana Mij. ad quartæ partis consumptionem, de colato dein jure scyphus mane ac vespere mox post sumtum *diaphoreticum* seu *alexipharmacum*, ac noctu circa nonam horam exhauriatur, usquedum respiratio difficilis & tussis cessaverint.

Quod si verò lymfa in ipsismet bronchiis ac vesiculis pulmonum ob summum lentorem, obque summam cruditatem, aut inflammationem eandem exsiccantem stagner, ex magis incidentibus ac resolventibus *apozema bechicum* confici, ac eodem, ut superius, modo exhiberi debet; quod juxta hanc formulam parari poterit.

℥. Rad. imperatoria, angelica sing. ℥j. irid. Florent. inula, aristoloch. vera sing. ℥b. scilla siccata ℥ij. cort. ligni sancti ℥j. herb. præsii albi. hisopi, pullegii, *salvia* sing. manipulum, bacc. junip. ℥ij. sem. fenic. ℥b. ficuum pingu. No. XVI. passul. mai. ℥iij. mellis recent. ℥vj. Aqu. font. ℔vj. Coquantur in caldario, in vase exacte clauso recondita per trihorium, juri per colam trajecto, si resixerit, adde sirupi de pezo ℥ij. spiritus salis ammoniaci vol. ℥j. Misce diligenter.

Externe interea sæpius de die adipe capi aut anseris, oleo *chamameli* per triplam infusionem parato, unguento de *cynglosa*, pectorali *Augusti*, vel unguento de *hyoscyamo* pectus calide inungatur; vel *diachylon* cum gummi parti affectæ imponatur, si

dolor pungens in alterutro latere se prodit. Nonnulli lateri dolenti lac tepidum in vesica bubula aut suilla inclusa applicant; vel poma putrida cum lacte caprillo in pulv. excoquant, crocique pulveris tantillam inspergant, quam linteis exceptam calide parti affectæ sæpius imponunt.

Aliàs in principio febrium malignarum, si statim hæc symptoma in pectore laborem ægro facessant, mixtura simplex Dan. Ludovici spiritus diapente, seu spir. theriacalis, spir. vini croco ac casura satiat, tinctura bezoardica, spir. cornu cervi, ac sal ejus vol. purissimum, spiritus ac flores salis ammoniaci volatiles largiori dosi exhibita, aut aliis alexipharmacis ac bechicis juncta quammaxime conducunt; quibus & fixiora, ut antim. diaph. bezoardicum minerale, Joviale, flores sulfuris, aliaque sexcenta, aliorum diaphoreticorum loco, ante apozematis bechici usu assumpta, miram opem præstant; sique in suffocationis periculo versentur ægri, etiam spiritum cornu cervi ab integra drachma ad ℥ij. in convenienti vehiculo præbere, aut de mixtura simplici Dan. Lud. vel spir. theriacali Paracelsi à ℥ij. ad ℥℥j. uno haustu ebibere; vel etiam cum albumine duorum ovorum de spiritu vini croco & casura facto cochlear unum vel duo; ac storum salis ammoniaci cum hamatite, sulfure aut chalcanto sublimatorum ℥b. inter se mixtis potui dare, est quasi ægrum ex Erebi faucibus eripere: subinde quoque hi spiritus, si ægri alto presententur veterno, soli cochlearium ori infunduntur.

In communi v. thoracis phlegmone, si cruentum pus in resolvendo moram trahit, de sequenti pulvere singulis sex horis ægi drachm. integram assamant.

℞. Sangu. hirci juxta Helmentium exiccati, lap. cancr. preparatorum, mandib. lucii piscis, sulfur. vivi, singulor. partes aquales. M. F. pulv. subtr. ad scaturam.

Interdum ad spuri excretionem eò melius promovendam, passula Corinthis aqua mollita, vel harum sapa aut parum rob baccatum sambuci sumantur; nonnunquam saccharum candum in ore dissolutum idem præstat.

Quod si autem febris decreseat maligna, colluviesque humorum vitiosorum tamen in pectore magna copia stagnet: unde ab eodem infarcto difficultas spirandi & alia mala inferuntur: nil igitur melius sequenti linctu materiam viscidam resolvit, attenuat, atque maturat, si subinde cochlearium deglutiat.

℞. Sirupi scoloryrbici, de peto olei amygd. dulc. singul. ℥ij. spir. cochlearia ℥b. sp. salis ammon. vol. ℥j. aqua florum acacia ℥j. Misce ad vitrum.

Rufficis autem, ac pauperculis subsequens hæc mixtura egregia erit.

℞. Ol. lini rec. expressi, oxym. helleborati Gesneri utriusque partes aquales. Misce: fiat linctus; de utrovis duo cochlearia singulis horis ager delingat.

Quibus hæc formulæ non arident, hanc sibi parari curent.

℞. Olei amygd. dulc. recens expressi, sir. de erysimo Lobelii singul. ℥j. antimonii diaph. ℥j. vel hujus loco diaph. Jov. ℥b. aqu. hyssopi ℥j. Misceantur, & ut superiora in usum vocentur.

Olim tanquam secretissimum euporiston habitum fuit stercoris caballini succus expressus, calide, in pleuritide, peripneumonia ac colicis doloribus epotus, & per sudorem iterum expulsus. Nos eodem pariter summo cum fructu hoc modo uti solemus.

℞. Hippenteron, seu scybalorum recentium ster-

coris equini No. V. aqua card. bened. flor. acacia singul. ℥ij.

Stent per trihorium in loco calido, dein succus inde exprimitur; cui adde

Lact. de scilla ℥j. spir. cornu cervi volat. purissimi ℥j. Misce, ut duobus haustibus post sex horarum intervallum epotari queat.

Ne igitur reliquæ viscidioris pituitæ in bronchiis hærentes tandem vomitum aut empiema efficiant, quod ex perpetua tussi sicca divinandum esset, conducet secretum hoc lac sulfuris verum, si inde mane ac vesperi integrum qualibet vice cochlear æger assumeret: cujus parandi modum nobiscum ulero communicavit celeberrimus Joh. Henr. Kœsserlinus amicus singularis; qui sic se habet.

℞. Sulfuris vivi aut crudi optima nota P. j. salis tartaris purissimi ac siccissimi P. ij. Misceantur, ut fiat inde pollen tenuissimum; quod in lebeo ferreo super igne carbonum tamdiu agitur, donec instar hepatis, colorem rufum adipiscatur: massa huic liquefacta, ac in mortario calido tusa affundatur spiritus vini, ab omni phlegmate liberi, sufficiens quantitas, & in leni cinerum balneo mox extrahatur tinctura saturata qua repetitis vicibus cum vino sublimato collecta postea aqua fontana affusione præcipitetur: pulvis dein præcipitatus cis filtrum hatens, probe prius exiccatus, denuo cum salis tartari duplo in lebeo ferreo urendus, vinique spiritus extrahendus, ac fontana præcipitandus est hu aut ter. Ultima autem vice spiritus vini ab hac sulfuris tinctura per alembicum, absque præcipitatione, ad siccitatem abstrahendus est, atque relicto, in cucurbita vitrea fundo, pulveri mox spiritus rosi majalis, vel aqua æquinoctialis pluvia, aut grandinis putrefacta distillata debita quantitas affundenda: qua postmodum è mari balneo iterum in vas recipiens evehantur, & videbis simul sulfuris scoben tenuissimam in oleum transmutari; quod tamen mox liquoris permiscetur, eidemque turbidum lacteum colorem, ac gratum saporem impertietur.

CAPUT XIII. Qua remedia in vomitione enormi & singultu convenient.

Quia vomitus, licet crebrius ægrum molestant, quandoque critici fiunt, seu in quibus universa colluvies virulenta, singularis secretionis ope, è toto corpore ad ventriculum è tubulis extillans per superiora, seu proximam viam largiori imbec rejicitur, non statim ab exortu sistendi sunt; diutius autem perseverantes sequentibus remediis, linteolo mundo vel corio exceptis, ac extensis, & scrobiculo cordis applicatis compescuntur.

℞. Fermenti pro panificio nucis juglandis quantitatem, theriaca Andromachi ℥j. nucis myristica radula trita ℥b. Misceantur omnia probe ad emplastri spissitudinem.

Similiter etiam sequens emplastrum stomacho extus impositum conducit.

℞. Empl. diachalcit. compl. Hildani nostræ correctionis ℥ij. theriaca Andromachi ℥j. ol. nucis myristica expr. ℥b. menth. distillati gr. X. Fiat mollius emplastrum aluta superi inducendum.

Sic quoque haud contemnendam in vomitu, nauseante stomacho, ac singultu, operam præstare solet hoc balsanum, præ stomachicis aliis, utilissimum.

℞. Olei ros. rubr. per triplam infusionem parati; myrtini comp. nostra correctionis singulor. ℥ij. racamahaca purissimæ, styracis in lacrimis, mastiches selecta,

asa dulcis singul. ℥j. Soluta lenibus lignis, ac per linteum colata agitentur, donec pene refrigerint; quibus dein adde theriaca Andromachi ℥iij. bals. Peruan. olei nucis myrist. expr. singul. ℥j. ol. absinthii distill. caryoph. distill. m. m. m. distill. chamameli, distill. singul. ℥j. Secundum artis regulas hæc omnia exactissime commisceantur, postea servantur in pyxide aut vitro probe munita; & quoties opus erit; inde aliquid aluta superinducatur, ac stomachi cavo extus imponatur: si autem plus aquo liquidius sit hoc balsamum, potest rosæ rubræ, balaustium ac bolo Armenate tritis ad desideratam crassitiam cogi.

Muscus pruni sylvestris, aut panis nucis myristicæ frictus, & aceto humectatus; vel sacculi absinthii, mentha crispæ; floribus rosæ rubræ repleti, vinoque madefacti, & cordis serobiculo impositi, multum præstant.

In hisce casibus (aliter ac in principio vomitus critici) ægri à crebra iuscutorum aut aliorum potulentorum sorbitione summopere sibi temperent; ac virium conservandarum gratia cerasa acida, sirupi subacidi, cydonia, mespila, pruna sylvestria condita, & alia nonnihil astringentia modice sumantur: quæ etiam omnia remediis in singultu, per totum præxeos nostræ tempus summe proficua esse apprehendimus: interne hisce symptomatibus præter theriacam celestem, extractum theriacum nostrum, pilulas bezoardicas anodynas, anodynas regias, ac hystericas fere nulla alia remedia adhiberi queunt, cum nauseans ventriculus tam largiores potus, quam titillantes res profus respuat; unde his contenti plura ad horum symptomatôn mitigationem addere superfedemus.

CAPUT XIV. Quid in diarrhæa & dysenteria agendum.

Diarrhææ criticæ ante triduum non sistendæ sunt: quod si autem diutius durando ægrotañtis vires nimis exhauriant, remediis acidis nullo modo intermissis, etiam sequentia leniter astringentia & conslipantia in usum trahantur medicamenta.

℞. Theriaca Andromachi ℥j. terra signata ℥ss. sirupi cydonior. ℥ss. Fiat cum potu consueto haustulus una vice exhibendus. Vel ℞. conditura ros. rubrarum ℥ij. terra signata ℥j. essentia opii Langelotti gr. j. Misce: fiat cum paniculo sacchari bolus, totus simul deglutendus.

Cornu cervi usum, radicis tormentilla pulvis, pulvis coralliorum, vel semen plantaginis ad ℥j. sumta etiam profunt: præsertim si debito tempore, quo sudores aliâs in his ægris provocare solemus, sumantur, ut hydrosin inde expectent.

Si vero profluvium hæc ventris ab ubere colluvie biliosa ex colliquescentibus humoribus ad ventriculum & intestina tendentibus oriatur, acidi certe potus, acidaque mixtura corroborantes frequenter exhibendæ; quatum hæc sequenti modo in usum vocari possunt.

℞. Aqu. flor. acacia, cerasorum nigr. melissa, fragorum sing. ℥ss. sirupi rubi idæi, berberum, ribesiorum singul. ℥j. antim. diaph. ℥ss. bezoar. min. ℥ss. Misceantur ad vitrum, & inde ager singulis fere horis cochlearia duo sorbeat.

Si quis autem lacteo colore magis afficiatur, huic talis compositio ut supra exhiberi potest; cuius parandi modus sic esto.

℞. Aqu. card. bened. scabiola, sirupi ex toto citro sing. ℥iij. & ij diaph. ℥ss. smaragdi præp. bezoar. occid. bezoardici min. ℥ss. Misceantur ad vitrum.

Externe venter singulo trihorio elapso hæc oleorum miscela calide totus inungatur necesse est.

℞. Olei cydoniorum colli, mastiches sing. ℥j. nucis myrist. expr. ℥j. Soluta dentur ad sitile.

Non minus salutare est cataplasma ex diacydone cum vino rubro in pulvem cocto, ventri calide impositum, cui pro re nata pulverem hamatris, mastichen, nucem myristicam, ac rosas rubeas immiscere poteris.

Dum hæc ita commendamus, tacite omnem volacilium usum tanquam suspectum, & ad humorum totam resolutionem plurimum stimulantem rejicimus; quibus in per intervalla carere haud possumus, cum nil magis spirituum penuriam extemplo resarciat, ac lymphæ coagula impediatur, præ hisce salibus ac spiritibus volatilibus. Sed opiata medicamenta præcedenti capite indicata etiam hic cum emolumento assumi queunt.

Pro potu ordinario emulsum amygdalinum cum decocto radicis bistorta vel tormentilla paratum interserviet; pauperiores decoctum radicis bistorta vel tormentilla solitarie, aut aquam ferrariorum, aut in qua argilla vel silices candentes extincti sunt, bibant. In coquendo jure bubulo, gallinaceo, agnino semper ichthyocolle ℥j. ollæ indantur, de quo postmodum mane hora septima, circa meridiem, vespere hora quarta, ac hora septima, noctu nona hora ac sub mediam noctem aliquot cochlearia præbeantur. In contumaciori profluvio alvi carduus benedictus in aqua coctus, & interdum aliquoties sorbitus egregiam remedium erit: delicatioris vero solam aquam ejus distillatam decoctis loco bibere poterunt.

In dysenteria eadem conveniunt medicamenta; vel de sequenti pulvere ℥ss. singulis sex horis in emulso amygdalino exhibentur.

℞. Croci vitrioli ortis dulc. sangu. drac. arboris veri, coralli. rubr. præp. unicornu f. ss. cornu cervi phil. præp. terra signata singul. ℥j. essent. opii Langelotti gr. iij. M. F. pulvis sub. ad scat.

Huic quadrat, ut etiam hic interserviat, uterque pulvis, quo in difficultate intestinorum utimur, & sic paratur.

Pulvis antidyfentericus.

℞. Sacch. alb. terra Lemn. sing. ℥ij. unica foss. corall. rubr. præp. singul. ℥j. sangu. drac. veri, smaragdi præp. boli Arm. præp. cornu cervi phil. præp. sing. ℥ss. essent. opii Langelotti, ol. nuc. myr. sing. ℥j. M. F. pulvis sub. cujus dosis ℥ss. qua singulis sex horis in emulso amygdalino ulci assumatur.

Pulvis stipticus pro pauperioribus.

℞. Rad. tormentilla, bistorta, consol. maj. flor. ros. rub. balaust. sem. papav. alb. singul. ℥ss. terra signata, boli Arm. singul. ℥ss. nucis myrist. ℥ij. opii ℥ss. sacch. alb. ℥ij. M. F. pulvis sub. ut superior sumendus.

Durante dysenteria conveniens potus pariter erit quodlibet ex decoctis superioribus; vel lac bubulum in quo chalybs extinctus sit; iisdem ad sitim interserviat, vel succeris aut prunorum silvestrium decoctum in aqua fontana. Cydonia, mespila, cyasbatas, corna, rubi Idæi fructus, ac rubesia condita, aut eorundem gelata coagula frequenter sumta profunt. Venter inungatur mixtura oleorum hoc capite descripta, aut cataplasma illic allegatum imponatur; vel theriaca Andromachi ℥ss. cum vitrioli Martis ℥j. rosbambuci commisceatur, tritici inungatur, ac ventri imponatur.

CAPUT XV. *Quibus remediis ventris durities diuturnior, tormina ac flatuum inclusiones tollende.*

Alvus ad triduum adstricta externe glande ex melle, saponi, sale gemma, aut lardi salis frustulo ad officium compellitur; interne idem præstant pruna Damascena cocta, cremor tartari, haustus aqua, cui manipulus stromaciacæ nostratis aut stromaciacæ vel persicorum tantundem incoctum sit; bonus seri caprilli, in quo nitri puri ʒj. soluta sit, haustus, aut pilula Rusi aliquor deglutitæ. Ubi tormina atrocissima simul ventrem infestant, statim clyster è solo jure calido, cui oxysacch. emet. ʒj. & but. recent. ʒij. commixtæ, vel lac tepidum, cui de oïco lini cochlearia sex ac vitella duo ovorum addita sint, injiciatur. Venter interea unguento de bysocyano, cujus succi duabus antim. diaph. ʒij. olei anisi, vel succi singulo ʒij. additæ sint, calide inungatur.

Clysteribus nil proficientibus ex electro metallico antihæctici Poteri globuli, magnitudine pili, formati deglutiantur; à quibus ingentis semper exoptatum obtinebis effectum.

Etiã ventrem laxat antim. diaph. nitro non spoliatum, ac flores salis ammoniaci, si de quolibet horum gr. xx. vel xxx. mane ac vesperi in jure infuso hauriantur; neque etiã reticere debemus succum cochlearia, aut nasturtii aqu. si de virovis recenti cochlearia tria in jure salis experte bibantur: à quorum usu appetentia ciborum dejecta redit, spiritusve omnes agiles, sanguisque à lympha ad motum aptiores redduntur; deinde ad aliquot dies de tintura tartari stibata Frider. Hofmanni gutt. xx. fumantur.

Contra colicos dolores, pertinaciter assilentes, in hujus morbi declinatione, associatis enematis ac unguento anodynò ante descriptis, hæc posito duobus haustibus evacuatæ summe proficua est:

℞. Hippenter. rec. No. V. aqua rosarum, flor. acacia singul. ʒb. stent per aliquot horas in loco calido; succo de n. expresso adde olei amygd. dulc. hirsipi papav. err. singul. ʒj. sperm. ceti rec. antim. diaph. sing. ʒij. cinnab. antim. sal. cornu cervi vol. sing. ʒb. confect. alchem. compl. ʒj. Misceantur probe ad vitrum.

CAPUT XVI. *Quibus remediis exanthemata, anthraces, bubones, morbilli atque variolæ tractandi.*

Quocumque morbi tempore exanthemata eum tem fedare incipiant, sive id paribus sive imparibus diebus contingat, in diligenti supra jam præscriptorum medicamentorum alexipharmacòni usu perseverent necesse est: iisdem enim malignitas maximo cum ægri levamine, nobiliora viscera deferendo, ab interioribus ad exteriora per sudorem propellitur. Quamprimum tamen suspicio de variolis aut morbillis prorupturis adest, naturam officio suo rite fungentem fortioribus sudorem pellentibus non obruamus; quòd si autem veneno huic eliminando impar, & affectibus istis quasi succumbere, vel saltem aliquo modo opprimi videatur, remediis modò supra sect. 111. cap. 8. recensitis utendum erit; emulsa quoque profunt è seminibus nari, nasturtii, cochlearia, melonum, violarum, urtica & simil.

nec non decoctum ficuum cum sacch. cando. At horum ope nullum sudorem per vim evocare instituant: tunc enim sudor limpidiorem lymfam vitiatam, non autem crassiore ac purulentam ejus portionem expellit: unde plus damni, quàm fructus sudorem magno æstu ac vi expulsam sequitur; atque varicelli inter sudandum difficilius, aut ne vix quidem erumpunt, quàm cute sicca, attemen molli, uti id quotidianâ experientiâ compertum est. Videatur de hisce affectibus celeberrim. Tb. Sydenham in variis opusculis.

Bubones, parotides, ac carbunculi apparentes per repellentia, ac jure siccantia retro agendi non sunt; sed extrorsum, quò felicius prorumpant, per optima remedia alexipharmaca promovendi: externe v. resolventibus, maturantibus seu suppuratoriis, ac emollientibus cataplasmatibus aut emplastris constantè tractandi: ex quibus conducunt ungu. Jovis unâ cum magmate suo cataplasmatibus instar impostum; pul. è farina & lacte cocta, cui mel crudum ac succum chelidonii majoris addatur; fermentum (aut massa pro panifico) quod allium, cepas aut scillam contusam immixtam habet; cataplasma è lupino aut faba fressa, radice althea, mercuriali, malva, floribus chamameli, meliloto, semine lini, sangrati, aliisve maturantibus cum lacte aut aqua coctum, cui butyrum recens, unguentum populnum, aut de bysocyano additum sit; radix lili albi vel marragii recens cum cepis contusa, ac pauxillo fermenti & butyro subacta, cui aliquid, dicitur causa, de iberiaca permisceri potest; item medulla panu siliginei, aut alius albi, salis tamen, cum lacte vaccino aut caprillo tandem excoqui solet, donec in pulmentum vertatur, cui sub finem coctionis florum chamameli manu tritorum bonam quantitatem, & pro lubitu pauxillum croci inspergere poteris: Si verò adhuc fortius hoc cataplasma expetere, adde allium, cepas, aut radices lili albi recentes contusas: emplastra dein post usum cataplasmatum convenientia erunt, emplastrum de meliloto, diachylum cum gummi, magneticum Angeli Sala, ac emplastrum de cicuta nostræ descriptionis, & exulcerans Augustanum, aliaque plura.

Emplastrum de cicuta hæc est descriptio:

℞. Resina flava recentis, succi cicuta lissati singul. lbj. galbani puri lbj. olei è lateribus, olei cera, vel ol. de cornu cervi ʒij. M. F. empl. molliu.

Interea satis mirari nequeo, doctissimos alioquin viros reperiri, qui emplastrum magneticum ob arsenicum additum tuto in usum vocari non posse existimant, cum tamen virulentia arsenici à sulfuris ac stimulis acido penitus fracta & fixata sit, ut ejusdem spicula, aliàs luxuriantia, schematicum ob horum accessum jam mutarint, & retusa sint.

Horum certe remedium opera crustæ putridæ ac corruptæ, unâ cum pure bene cocto in anthracibus ac bubonibus facilius ad separationem & exitum disponuntur, ut minori postea negotio decidant. Quamdiu verò materia ad perfectam suppurationem nondum pervenit, unguentum fuscum Felici Würzli, aut Egyptiacum Hildani illinatur, cavumque dein ulceris unguento maturante repurgetur.

Bubones nonnunquam profundius intra cutem latentes lapide caustico ex argento vel salibus lixivis composito, aut ferro candente, vel scalpello ad puris effluxum aperiri debent; postea ut alia ulcera matura tractandi sunt: potest etiã, ne malignitas latius serpat, magnete arsenicali dicto sæpius circum anthraces aut bubones circulus duci.

CAPUT XVII. *Quid in convulsionibus ac morbis spasticis agendum.*

Variae convulsionum species febrili castrensi epidemia laborantibus, in diversis corporis partibus, facie, manibus, pedibus aliisque erumpentes, quandoque superveniunt: quando itaque motus spastici faciem tunc distorquent, vertex, & cervix; quando brachia, cervix ac spina dorsi inter scapulas; quando pedes aut aliae partes spasmico corripiuntur, universa spina dorsi cum osse sacro sequenti oleorum mixtura calide inungantur:

℞. Olei vel pingued. castorei, & floribus Sitarani, lumbric. terrest. singul. ℥ss. succini albi distill. ℥j. Misce ad fistile.

Interdum mane ac vespere quotidie ℥ss. vel ℥j. pulveris hujus antispasmodici paucillo conditurae colarum commixti deglutiantur:

℞. Antim. diaph. unic. foss. cornu cervi psil. prop. succini albi prop. singul. ℥ss. cinn. b. antim. vel nat. ℥j. sacchar. albis. ℥j. M. F. pulv. subt. ad scaturam.

Quibus res angusta domi, mane ac vespere radicis valeriana tritæ ℥ij. in aqua aut jusculo fumant.

CAPUT XVIII. *Quando sitis intensa restringenda.*

Quia vinum in febribus continuis malignis carne pejus & angue fugiendum est, variis potus cocti ex aqua parari debent, quibus sitim aegrotantes mitigent: interea luxuriosi Bacchi nepotes mutata secna aqua urim restringere cogantur, nisi stygiæ abire ad undas velint. Conducunt itaque decoctum hordei, cornu cervi crudum, vel asinum; vel bibatur aqua in qua cerasa acida, racemi oxycanthæ; pruna alba, aut passula Corinthiaca aliquandiu immerse sint; aut spirita, vel panis è simila, aliave crusta panis tosta nu. eque myrsinica fricta aqua injiciatur, ut pro potu ordinario inserviat; præterea diarrhoea in aqua fontana silices, chalybs, ferrum aut argilla ignita extinguantur: tussi humil assigente in aqua fontana sextariis quatuor manipulis sursari: vel avena mundatæ coquantur: in siti intensissima, absente diarrhoea, nitrum præparatum, nitrum violatum, vel pulv. pyrius in aqua solutus, aut, quod in otis fauciumve inflammatione præstantissimum audit remedium, albumina aliquot ovorum aqua fontana exacte commixta bibantur.

Opulentiores ex syrupo è succo citri, rubi Idæi, acetosa, berberum, oxytriphylli, ribesiorum, cerasorum acidorum vel cydoniorum, refrigantes & cardiacos sibi parari curent potus, quibus ad gratum acorem conciliandum spiritus chalcantbi vel sulphuris guttas aliquot pro lubitu instillare, atque sæpius bonum haustum pro siti extinguenda capere possunt.

Extemporales quoque potus è pomis citreæ recentibus ac saccharo paratus fere omnibus aliis liquoribus hic, ob suavem acorem ac summam fragrantiam, à corticibus communicatam, palmam præcipit, quis acido succo ferociam tumultuans coluviei biliosæ in ventriculo fluctuantis, lymfæque putrescentem ac colliquescentem compescit, simulque ob sal. vol. oleum, excellens spiritus reficiens ac cardiacum remedium est: hanc tamen efficaciam aliis quoque acidis, quæ ad gustum gra-

ta existunt, inesse, notum est: quibus pleraque è cydoniæ ac rubi Idæi parata remedia accenseri possunt.

℞. Aqua fontana mens. i. cui infunde radula detritum corticem flavum pomi citrei majoris succulentis, dein discisso pomo manu succum fortiter expressum aqua instilla, addendo sacchari integri ℥ij. vel ℥ij. & hic potus siti sedanda proderit. Vel ℞. Flor. ros. ℥ss. vel ℥vj. pom. citrei cum cortice disciss. No. i. ℞. sulf. q. s. ad grat. acor. ob merendum, aqua fontana serv. mens. j. sicut per 8. vel 12. horas infusa; dein colentur, addendo sacchari ℥ij. vel ℥j. s. tintura sapidissima. Vel ℞. Condit. ros. rub. ℥j. vel ℥ij. succum & detritum corticem pomi citrei, aqua fontana freg. mens. j. ex commixtis fiat potus extemporales. Flores conditura rosarum turcar. vel oxytriphylli ℥ij. vel ℥ij. in aqua gelida diluunt, ac potant Ros vitrioli aliorumque fossilium, nec non stannios latices acidi cochlearum exhiberi intensam sitim restringunt: rarius tamen exhibent.

Poma, pyra, rapæve, curata condita, ac à rusticis comesta, nulli febrili maligna laboranti exitio sunt, sitim enim magnam, ardoremque in faucibus extinguere solent; quare hand absque ratione Plinius histor. natura. l. xxiii. uvas in aqua coacti servatas commendat his verbis: *Saluberrimas putant Medici uvas in aqua celesti servatas, etiam si minime jucundas: sed voluptatem earum in stomachi ardore sentiri, & in amaritudine secoris, fellis que vomitionis in cholera, cum ardore febrium aegrotantibus. Ino declinante jam morbo, si alvus adstricta est, uvæ in vino aromatico allervatæ profunt.*

CAPUT XIX. *Quomodo aeger in victus ratione, decubitu, ac aëris moderamine tractandus.*

Præter jusculi gallinarum aut è carne bubula ac agnina confecta, aliisque efficaciora vix quicquam ciborum sine molestia aegri sumunt: diarrhoea vero agrum instantem osse fatiantæ, quæ tamen ex jure carnis parari possunt; aut tremor hordei succo citri vel aceto auctus; quibus & profunt gelu gallinaceum succo citri ubertim conditum, quo & cremor hordei gratior redditur, si tantum hujus, quantum illius commisceatur; pruna Damascena cocta, pulmenta ex pomis, & quæ sunt alia facilius digestionis esculenta concodantur: vitandi contra cum piscibus omnes cibi pingues, aromatis vel pipere nimium conditi, flatulenti, ac cruditarum auctores.

In lecto ita aeger decumbat, ut aëra ambientem proximam excludere, ac facilius ad sudandum se componere queat; torale autem plumis admodum repletum non sit, ne propter gravius sibi impositum pondus difficiliter aeger respiret: ab externo aëre frigido omnino arcendum est aegri corpus; lecti recentis spiritibusque aetheris turgidi flamen in cubiculum intromissum conducatur; neque propter syncopes aut animi deliquiorum metum languens crebrius è lecto surgat aut alveetur: satius ergo erit aegrotanti lectum ante meridiem, dum febrim assus aliæque imbecillitates aliquantum remiserunt, sternere; multo enim facilius tunc extra lectum per exiguum moram sedere potest, quam sub vespere, quando tam æstus, quam alia symptomata majus incrementum resumere; vel si debilitates majores sint, quam ut cretius esse possit, mox ex uno lecto in alium trans-

transferatur; ac quotiescunque vesicam aut alvum exonerare cupit, eidem pelvis ex orichalco, aut ea quam *Gr. Fabr. Hildanus* descripsit, supponatur; & hoc modo animi deliquia eò certius declinabuntur.

Aër in conclavi vel cubiculo sæpius suffumigando accensis lignis juniperinis aut abiegnis corrigendus est, ut supra sect. 11. cap. 3. jam protulimus.

CAPUT XX. *Quomodo æger in statu convalescentiæ tractandus.*

Quamprimùm morbus declinare incipit, appetentiaque ciborum ægro redit, ventriculus non statim mulis crudis concoctisque difficilibus, aut supra jam interdictis cibis onerari debet, aliàs per facile recidivas efficeret febris; sed de die in diem ita paullatim dimensus cibis augendus, usque dum tandem ventriculus liberaliora ingesta absque omni molestia ferat, nulloque labore digerat.

Vinum non concedatur, donec stomachus modicam ciborum quantitatem retinere possit; quod si fiat, in prandio & cœna aqua dilutum modica quantitate hauriendum; extra autem hoc tempus vitari debet. Non dandum in febre, nisi veteribus, vinum, nec nisi declinante morbo *Plin. histor. nat. lib. 23. cap. 1. memorizæ prodidit.*

Si post uberem nutritionem scrotum intumescat inflammatione, unguentum *Jovis cum magnate suo* calide sæpius imponatur; intus verò profunt *diaphoretica*, ut in morbo prægresso.

Si verò decumbenti in statu convalescentiæ pedes intumescant œdemate, mane ac vesperi hæc *somentatio* pedibus prodest, si per mediam horam vaporem calidum inde emanantem excipiat, quæ sic paratur:

℞. Salvia, flor. chamameli, serpilli, origani, ramul. pinastri, baccar. junip. singul. manip. ij. vel iij. decoquantur in aqua aut vino albo aliquamdiu; dein omnia simul in situlam fundantur; utque vapor fervidus pedes ubertim lambat, silices, lateres, aut sacramenta ferri ignita per vices immergenda; pedes operculo situla cancellato mox insistant, ac linteis circum quaque muniantur, quo vapor eò fortior versus pedes feratur.

Interne, corpore intumescente, prodest *salis polychrestii ℞ss. vel antin. diaph. ac flor. salis ammoniaci sing. ℞j.* si in jure salis experte assumantur.

Moderatæ corporis motiones instituuntur; ægerque diutius ob virium debilitatem extra lectum non ambulet; vires tamen omnes brevi tempore, ubi aère simul exteriore iterum frui datur, recolliguntur.

Alvus quotidie suum faciat officium, necesse est. Veneri immaturius non licent; ira, timor, ac terror vitentur.

Si corpus omni humido spoliatum sit, conducit per 14. hebdomadas serum lactis caprilli, mane ac vesperi calide ad ℞xij. potum, in effeto spiritibusque orbo sanguine, plerisque sensus hebescente, appetentiam sitaque naturalem suspendente, succus nasturtii recens ad cochlearia 3. vel 4. in jure non salico, mane ac vesperi, per duas hebdomadas calide potus admodum efficax erit.

Intertrigo emplastro saturnino aut *spermatis ranarum* eluditur; si verò sub cute sphacelus delitescat, excindendus, ac unguento *Egyptiaco* separandus, & si cui aliud ulcus sanandus est.

Quod reliquum est, ex sect. 11. ubi vitæ victusque ratio præscribitur, hic reperatur.

Faxit D. O. M. ut omnia, quæ hic proposuimus, in gloriam ejus sempiternam, miserorum salutem, medicæque artis honorem cedant. Cujus sanctissimæ voluntati, æviterne providentiæ, imperiscurabili sapientiæ, ac infinitæ misericordiæ nos, ac nostra studia, haud fixata mente, supplices commendamus. *Hæcenus HENRICUS SCRETA.*

DAVIDIS HAMILTON,

Equitis Aurati, Regalis Societatis Londinensis utriusque SOCII, Nec-non Magnæ Britannæ REGINÆ Medici Ordinarii,

TRACTATUS

de FEBRE MILIARI seu VESICULARI; (quæ ad malignas suo modo pertinet, & Puerperis sæpissime funesta est.) Accessit FEBRIS MILIARIS HISTORIARUM FASCICULUS.

De Nomine hujus Morbi, Genere, & Speciebus.

Febris Militaris, à Pustulis sive Vesiculis, Seminis Militi speciem quodammodo præ se ferentibus, & præcipue circa Partes superiores apparentibus, Nomen accepit. Mihi tamen videtur potius nominari debere Febris Vesicularis. Quia Pustulæ sunt Vesiculæ, primò sero limpido, deinceps subalbo, Perlarum colore non absimili, plenæ.

Non desunt, qui Febres solummodo Pestilentiales Petechialesque opinantur Malignis adnumerandas. Censeo tamen & alias, Specie diversas, Malignarum Classi debere referri.

Primo, quæcumque febres vel contactu, halituve, vel quavis alia Contagione trahuntur.

Deinde, & istiusmodi Febres quas statim ab Initio Dolor vehemens, & alicui Parti affixus comitatur, viz. Capiti aut Intestinatorum Rensusve Regioni, aut etiam Artibus. Pariter ac si Ægrotus Cephalalgia, vel Dolore Colico, aut Nephritico, vel Podagrâ, aut Rheumatismo, vel etiam Doloribus Parturientis, tanquam originali Morbo, laborasset. Cùm tamen istiusmodi Febris Militaris Symptomata haud iis cessura sint Remediis, quæ, ubi Morbi ita nominati primarii sunt, valere solent.

Porro, & in quibus Spiritus Animales subito opprimuntur & delinunt; Et ubi prædicta Symptomata à nulla Causâ evidenti, sed à veneno quodam latente, pendere videntur: ab Antiquis Occultæ Qualitatis, à Neotericis Vaporum nomine designato.

Vel demum, ubi ex Causâ, ut videtur, non absimili, spem Salutis subitanea Mors excipit. Quæ omnia, ut Malignitatem ostendunt, ita & in Febre Militari observavi accidisse.

Et notatu dignum est, hanc Febrem eadem Malignitate ac Petechialis apud Indos grassari.

Hæc Febris specie duplex est, Simplex & Composita. Smplicem dico, quoties Pustulæ erumpunt nullæ, præter Miliare, de quâ hic differaturus sum. Complexam, cùm Pustula Papillares rubræ, Miliaribus sint interspersæ; quæque ubi solitariae sunt, à *Rash*, vulgò appellantur.

Et notandum est: Pustulas Miliare nonnunquam Variolis

Variolis immisceri, easque, dum intumescunt Variolæ, paulatim exarescere: Verùm post exiccatas Papillares superflites manere.

Febris Miliaris Descriptio.

Quo melius Febris Miliaris Historiam perscribam; Antecedentia, Concomitantia, & Consequentia enumerare placet.

Antecedunt, Constitutio Corporis imbecillis, siue eâ Naturalis est, siue ex Evacuationibus supra modum factis, Victu nimis parco Adventitia; Sanguis ferrosior: Mens imbecillior & timidiuscula ac facilius læsa ab externis, ut in Fœminis & effeminatis Viris. Cogitatio multa & intensa, aut mœstitia. Obstructio, vel Ulcus in aliquâ parte cum Dolo conjunctum. Unde Dolo Colico, aut Calculo, aut Renum ulcere, Podagra diu affecti, huic Febrî magis sunt obnoxii. Calor etiam internus in Mulieribus, cum vel sine Siti, & præcipuè sub tempus Puerperii; unde & Partus Dolores minus solito vehementes sunt, & Spiritus sine causâ evidente admodum deprimuntur, cum oppressione Pectoris suspiria cogente. Quibus, ut in aliis Febribus, hic etiam ferè semper accidit Frigus externum.

Hanc Febrêm sæpe comitatur Dolor, Colici, Nephritici, Pleuritici, Rheumatismatici, vel Parturientis æmulus. Nec non oppressio Pectoris, cum Depressione Spirituum. Dolo prædicto post biduum triduumve recedente, tonus Corporis horror, deindeque Frigus Calorque alternatim oriuntur. Lenior tamen hic Calor est, quàm in Febre vulgari continuâ, & naturali propius accedit: Dum vola manus Calore magis intenso efficitur, pars convexa mitiori. Pulsus etiam frequens est, sed debilis. Spiritus sæpe maximè deficient, & quasi ex magno pondere Pectus oppressum edit suspiria. Somnus obrepens subito est interruptus; omnium penè Symptomatum maximè inseparabile. Sæpe enim plures dies noctesque sine Delirio, aut Capitis Dolo, insomnes sunt: ferè multò diutius quàm in aliis Febribus. Cujus rei Exemplum vidi, præ aliis singulare, in Fœminâ quadam Illustri, quæ sub cura Doct. *Francisci Bernardi*, in hac Febre, sine Delirio, Dolo Capitis, per Mensem passa est vigilas. Lingua nunc Aphthâ albâ obducta est, nunc sanorum similis. Urina, nonnunquam, ferè ut Aqua communis, pallida; aliàs, naturalem præ se fert colorem. Quo Symptomate decepti Juniores Medici, frequenter ad Vapores, uti vulgò loquuntur, referunt. Hac Febre correpti aliquando Ventriculi ægitudine, præcipuè post somnum, patiuntur, & nonnunquam Diarrhæam, vel ex suâ negligentia, vel ex malâ Praxi: scilicet, dum Calefacientia, in Paroxysmis Hystericis usitata, sine Diaphoreticis, præscripta sunt. Unde, loco placidi naturæ progressus, Materiam Morbificam per Diaphoresin expellentis, rapida Fermentatio eandem in Intestina deturbat. Alvus nunc astricta, nunc cum Ventriculi ægitudine, & Intestinalium Doloribus soluta est. Modò multum sitiunt, modò parum. Aliquando manus & lingua, Medico porrectæ, tremunt; & Egri quasi cum Tremore loquuntur. Motibus etiam Convulsivis, Delirio, ac difficili Respiratione haud rarò premuntur. Quorum Symptomatum exacerbationes, Febris Intermittentis Paroxysmorum instar, recurrunt. Pectoris cum suspiriis oppressio, vel sine causâ evidente spirituum major defectus, Vigilæ, & Spirituum commotio, a *Hurry in the Head* vulgò dicta, quoties Egri ad somnum se componunt, nec non

Tom. II.

Pulsus frequens & debilis; quibuscumque aliis Symptomatis conjuncta, Pustulas Miliæres eruptiones semper prænunciant. Quæque omnia persistere solent, donec Pustulæ Miliæres emineant: deinde à plerisque Ægrotis liberantur.

Hæ Pustulæ, plerumque in Pectore, Collo, & Digitorum interstitiis, interdum etiam in toto Corpore sunt perspicuæ; &, paulatim indies auctæ tandem evanescent; Cuticulâ Pustularum sedibus subscabrâ manente. Nonnunquam pruriunt; præcipuè in Febre Miliari complexâ; ubi scilicet Pustulæ Papillares rubræ permixtæ sunt Miliæribus. Et observare est, hanc Febrêm, quò simplicior est, Symptomata habere eò leviora. Quæque hac ratione, tam incautis Medicis, quàm Ægris, incuriam frequenter creant. Unde Febris hæc vel magis sit periculosa, vel Morbus alius sæpè oritur. Ex minori enim cautelâ, quam primo loco adhiberi oportuit, gravioribus Symptomatis, scil. Ventriculi ægitudine, Appetitu diminuto, Calore interno, oppressione Pectoris, Spirituum depressione & suspiriis, Caloris & Frigoris irregulari recursum, vigilas & similibus, aliquando incipit.

In hujus Febris declinatione sudore frigido sæpe madent manuum superiora.

An Pustulæ Miliæres certo die apparere soleant, difficultimum est observare, cum prima hujus Morbi facies, & de eodem Patientis narratio, ad eò sint incertæ. Quantum autem assequi possum, eas opinor decimo vel undecimo die, à principio, plerumque pullulare; si modò Febris regularem habeat progressum: & circa decimum & octavum, vel ubi Materia morbifica abundat, circa primum vel secundum & vicissimum deficere.

Tempus Eruptionis observare, tentavi primò in iis Fœminis, quas tertio à partu die advocatus, de Horrore vel Frigore, & Calore subsequente querentes audivi. Cum enim Pustulas Miliæres in illarum Pectore & Collo inspectis viderim, eas judicavi à multis diebus Febre Miliari correptas fuisse. Et scrutinio factò ab usque Morbi initio, vel Calorem præternaturalem, vel partus alicujus Dolorem, cum vel sine sui, & cum maximâ Pectoris oppressione ac suspiriis, Spirituumque defectu, ante partum sensisse comperi. Quæ Symptomata, cum ab appropinquante Partu pendere putarentur, à Partu se bene habituras sperabant. Deinde, partus Dolores, etiamsi solito sint mitiores, eos tamen maxima Pectoris oppressio cum suspiriis, spirituumque defectus, (ab Obstetricibus Timor & Vapores dictus) pulsusque frequens ac debilis subsequuntur, Pustulasque Miliæres prænuntiare solent. Quarum Eruptioni in Puerperis ad sudorem in Lecto compositis, via sternitur. A primo itaque Calore interno, vel Dolo ante Partum, ad Eruptionem à Partu, dies undecim frequenter numero. Verùm Ægrotæ sui status Ignorantia & præpostera narratio, Medici prognosin ut plurimum ad eò confundit, ut ipsissimum diem vel curiosissimus haud indigitare noverit.

Febris Miliaris consequentia, quatenus meæ observationi occurrunt, sunt Tumor Femorum, Tibiarum, Pedumque, non semper indolens; ex tumescencia & abscessus Mammarum; depravata Memoria, Fluxus Lochiorum nimius, & Urinæ; affectus, Hypochondriaci aut Hysterici æmulus; Calor internus, cum debilitate, languore & diminuto Appetitu conjunctus. Horum inquam, nunc hæc nunc illa contingunt, quoties Febris, vel ex suo malo more, vel Medici malâ Praxi infelicem habet exitum.

Ccc

Df

De Febris Miliaris Causis Internis.

Quod ad Causas Febris Miliaris internas attinet, partim à Sanguinis & succi nervosi serositate nimia, & quadam Acidâ Acrimonia; partim etiam à Succo Nervosi nimia commotione, pendere videtur. Quæ mea conjectura ex hujus Morbi præcedente Historia, ex Medicamentorum huc pertinentium effectu, & ex Cadaveribus hæc Febre mortuorum dissectis, probabilis videtur.

Sanguinis Acrimonia seu Aciditatem arguunt secretionem huic Febri peculiarem. Urina enim hæc magis decolor est, sanorumque similior; emittiturque majori copia, quam in Febre Ardente, ubi Sanguis & Succus Nervosus Particulis Sulphureo-salinis imprægnantur. Et experimur Urinam decolorem copiose effluere ex usu Oxymelitis Scillitici in Hydrope incipiente. Ptyalismus etiam in hæc Febre plerumque copiosior est, quam in Ardente. Ideoque hæc sitis ut plurimum minor est, & Lingua viscoso humore minus obducta. Porro, & Pustulæ Miliæres, quæ sero plenæ sunt Vesiculæ, ab Aciditate prædictâ secerni videntur; Non secus ac à quovis Acido affuso, fit Lactis serum.

Idem patet à Medicamentis juvantibus, Testaceis scilicet, ut Oculis Cancrorum & similibus, quæ Acidâ absorbent.

Nec minus ex Lædentibus. Omnia enim Saporem Acidâ, ut succus Limonum, &c. in hæc Febre nocent.

Serositas Sanguinis probatur, à Calore, qui hæc mitior, quam in Febre Ardente sentitur. Et quo simplicior est hæc Febris, eo mitior est Calor. Nam ubi Pustulæ rubræ, & Rash vulgò dictæ, Miliariibus sunt interspersæ, omnia Symptomata Febrim magis ardentem ostendunt. Et Anasarca laborantes, ubi Sanguis sero abundat, licet Febre aliquando Miliari, & Symptomatis Nervosis, vix tamen unquam ardente afficiuntur.

Idem probat, tempus, quo Pustulæ Miliæres erumpunt. Quæ ob Sanguinis serositatem, indèque Calorem & Motum mitiorem, non tam citò ac Papillares & Variolæ, ubi Sanguis sulphure magis abundat, expelluntur. Quemadmodum simplex Aqua, tardius quam Vinum aut Spiritus vini ebullit. Quam etiam ob causam Spiritus Animales in hæc Febre primò commoventur.

Remedia hujus Febris Curationi adhibita idem ostendunt: nimirum, continuata Diaphoresis, & Vesicatoria successivè apposita. Quæ serositatem Sanguinis, & Succo Nervosi diminuunt, eodem tempore quo eorundem Aciditatem edulcorant. Adde, & Curatio hujus Febris à Natura perficitur, Sanguinis serum, ex aliquâ parte in generatione Pustularum Miliarium, eliminando. Neque liquores diluentes & aquosiores, hæc adeò multum, ac in Febre ardente, profunt; ubi potius Pulli Gallinæ Jusculum copiosè bibendum est. Porro, & quæcumque feri diminutionem per Diaphoresin impediunt, Lædentibus adnumeranda sunt; ut Frigus externum, & Medicamenta Calefacientia sine vi Diaphoretica.

Tam aciditatem Sanguinis, quam Serositatem, Cadavera eorum quæ hæc Febre moriuntur, satis perspicuè demonstrant. In quibusdam enim Partibus sanguis coagulatur, & non secus ac Oleum ex effusione spiritus Vitrioli nigrescit. Idem tamen Sanguis extravasatus Linteum valde pallido colore imbut. In aliis Partibus, adeò serosus est, ut & ipsa Vasa Sanguinea verè palleant. Cujus rei instantiam profero, in sequentium Historiarum ulti-

ma. Et nuperrimè vidi non absimilem; in Juvene quodam Illustri, annos circiter unum & viginti nato, hac Febre mortuo, ex omiâ Morbi Curatione tempestivâ. In cujus Abdomine, Thorace, & Cranio apertis, Vasa quibusdam in Partibus, Sanguine nigricante & coagulato distenta erant. Sanguis tamen è Vasis discissis elapsus pallido colore Linteum infecit. Et non infrequenter experimur, è Venâ sectâ Sanguinem rutilantem fluere; à Vino nempe generoso copiosè ingesto. Colore tamen pallido linteum imbuti suam Serositatem ostendere. In aliis hujus Cadaveris Partibus, Sanguis serosus videbatur, & Pallido Colore tinctus; ut & Cor ipsum Plexus etiam Choroides, ob copiam Sanguineorum Vasorum ipsum formantium, semper ferè rubicundus, maximè pallebat: tum Acidi tum Serosi Sanguinis argumentum. Neque dubitandum est, Succum Nervosum, à Sanguine ortum, similem Naturam adeptum fuisse.

Intemperiem Febrilem in Liquore nervoso five spiritibus Animalibus primitus accendi, Symptomata Nervosa primò occurrentia, nempe Dolor, Spirituum depressio, Vigilæ, & similia supra enumerata, probant. Cum interim, Symptomata, quæ Sanguinis fervorem Febrilem indicant, uti Calor vehementis, pulsus fortis, Capitis Dolor, Sitis, Linguae siccitas, Urina rubicunda & parca, &c. omnino desunt. Demum in hæc Febre Juvantia, nempe Mens spiritusque ab omni tumultuario motu immutata, idem ostendunt. Hic itaque Commotio Febrilis, à Seri Sanguinis metastasi, in Succum Nervosum originari videtur, indeque in Sanguinem transfetri.

De Symptomatum Causis.

Febris Acuta continua, non Maligna, ex obstructione Glandularum, Cutanearum præcipuè, indeque Sanguineorum Vasorum Plethorâ pendere, plerique autumant. Et in Febre simplice Miliari Succo Nervoso idem accidere, verisimile est. Nam ut Nervi ex Obstructione tenduntur, ita ex Tensione Dolor oritur, hujusce Febris Symptoma omnium ferè primum. Ideoque Medicamentis Diaphoreticis, Plethoram & Obstructionem Nervorum Capillarium minuuntibus, potius quam Laudano consopitur, Uti & ex Petechiarum aut Variolarum eruptione, Aegri à Doloris, Symptomate eorum primario, magis liberantur, quam ab usu Laudani.

Succus Nervosus, Nervorum Capillarium obstructione auctus, & in suo motu repulsus, Motum irregularem imprimis spiritibus Animalibus, & Horrore Aegrotum afficit.

Calor autem succedit Frigori, ex Succo Nervoso in Sanguinem (tandem obstructione referatâ) copiosius transfuso, motumque Sanguinis citatiorem generante. Neque tamen hæc, ubi Sanguis scatet partibus seroso-acidis, quæ motum ejus inhibent, Pulsus adeò magnus est, ac in aliis Febris; quæ primò in ipso Sanguine, salinis sulphureisque particulis luxuriante, excitantur.

Calor & Frigus se mutuo excipiunt, sed irregulariter. Nimirum à serositate Sanguinis, Succique Nervosi ab eo secreti: qui exinde citius à Medicamentis, motu Corporis, multiloquio, vel Animi Pathematis, affecti sunt. Ideoque nihil magis conducit ad Caloris Frigorisque irregularem recursum cohibendum, quam mora in Lecto & Quietudo.

Pectoris oppressio & suspiria, à Liquore Nervoso, in Nervis Pectoris Capillaribus stagnante

nante orientur. Vesiculis enim seu Pustulis Miliaribus emissis. Ægri ab oppressione liberantur. Certè à Sero in Asperæ Arteriæ extremis Ramulis minimè pendet: Ita enim produceretur Asthma, & Pharmacis Pectoralibus oppressio allevaretur: quæ tamen hæc sunt inutilia, & quæcunque Pustularum Miliarum eruptioni incommoda.

Oppressionem hanc comitatur Spirituum defectus. Nempe ob Sanguinis serositatem, indeque parciorum in Succum Nervosum Spirituum secretionem. Oritur etiam à Succo Nervosi serositate, Spiritus Animales onerant. Serositate enim per Diaphoresin diminutâ, liberantur Spiritus Animales, viresque Æger recuperare videtur. Non secus ac Bajulator, qui deposito onere Spiritus statim refuit. Quod non accidit in Spirituum defectu, ex Hypercathartico orto. Et notatu dignum est hæc Febris Miliari laborantium, non secus ac oneribus defessorum, Pulsus eundem manere, dum Spirituum defectum passi sint, & ab eodem liberentur. Verùm ex Evacuatione nimia, Pulsus debilitas, Spirituum depressioni respondet.

A motu Spirituum Animalium magis celeri infomes sunt, sæpeque delirant; & quoties ad somnum se componunt, de quadam Sensû Interni Confusione queruntur.

Quando in Vigiliis Caput indolens est, à minori Impetu Sanguinis versus Cerebrum pendet. Licet enim motu paulò vegetiore circuit, quam in Sanis: remissius tamen quam in aliis Febris, si ve Intermittentibus si ve Continuis, movetur. Quæ mobrem & Sitis hic longe mitior est, quam in Febre Ardente. Et eandem ob causam Urina est magis decolor, Sænorumque similior: Et majori copia emissâ, ex Aciditate Sanguinis serum separante. Quæ de causâ frequentius etiam expuere solent.

A Serositate Spirituum Animalium Musculi antagonistæ non semper æqualiter contracti retinentur; unde fiunt Motus Convulsivi. Sin autem à serositate prædicta Contractio Musculorum fuerit debilior, Linguae Manuumque solummodo fit Tremor.

In hujus Febris principio, si Ægri, Similitudine Vaporum decepti, è Lecto surgant, calidave Medicamenta usurpent, Sanguinis Spirituumque motus exinde augetur: Et loco Pustularum Miliarum Natura ad Materiam morbificam intempestivam ac deviam Secretionem stimulat. Unde producantur Symptomata, secundum varias Partes in quibus deponitur, variata; Febrisque Miliaris sub alterius Morbi formâ delitescit. Si in Ventriculo, Nauseam & Vomitum parit; in Intestinis, Dolorem & Diarrhæam. In quo casu, Dolores & Diarrhæa, cuius leni & continua Diaphoresi, quam Laudano vel Astringentibus recedunt. Et si contigerint solummodo duæ tresve Sedes, absque Ventris Torminibus, Spirituumque Defectu, quæcunque Astringentia & Opiata censeto amovenda. Quippe sæpenumero satis est Materie, tam in Sedes, quam in Pustulas Miliaries distribuendæ. Quapropter & de earum Eruptione à Sedibus nihil metuendum est. Idemque experimur, ubicunque Materia abundat secernenda: Exempli gratiâ, in Variolis ubi nec Enema, nec Venæsectio, Pustularum Eruptionem impedit. Nec quicquam mali accidit à Catamenis, toto Variolarum cursu lentè effluentibus.

Pulsus denique fit debilis, à Serositate Sanguinis Succique Nervosi; & proinde Spirituum Animalium paucitate, Cordisque laxiore Systole.

Tom. II.

De Signis in hæc Febre Prognosticis.

DE hæc Febre Prognosis ita instituenda est. Si Ægrius sui Regimen in principio omiserit, Medicusve Pharmaca calida Diaphoresin minimè excitantia præscripserit; licet Symptomata ab initio fuerint mitiora, Morbus tamen sæpe in pejus ruit, & vel mortem, vel ægritudinis diuturnitatem minatur.

Si ab initio Pars aliqua doleret, vel Æger indolenter calefceret, aut è Ventriculo ægrotaret, deindeque Calor & Frigus alternis vicibus, intervallis tamen inæqualibus recurrerent. Spirituumque defectus, & Pectoris Oppressio cum Suspiriis, facili respiratio conjuncta sint, tandemque Pustulæ cum leni & perpetua Diaphoresi sese ostenderent, res plerumque in vado est.

Delirium, Motus Convulsivi, Convulsio, vel Apoplexia, si ex Signis hujus Febris Pathognomonicis, nempe summâ Pectoris Oppressione, cum Suspiriis, Spirituumque Defectu, Symptomata comitantia viderentur, & in principio acciderent, facilius Medici diligentæ Praxique regulari cedunt. In progressu verò, & declinatione, ubi Æger imbecillior est, & Pustulæ Miliaries, aut ex impresso Frigore, aut forsan à malâ praxi delitescunt, in Cerebrum Nervosque letialis fit metastasis, & brevi Mors sequitur.

In hæc Febre, suppressio Diarrhææ subitanea, si ve sponte, si ve Astringentium, si ve Opiatorum ab usu sit, Apoplexiam cavere jubet, Præcipuè, si iste Morbus, ex Plethora & Partium structura, staret in prociutu.

Citrinus Urinæ Color, qui subito in pallorem transit, de metuenda Metastasi Medicum monet.

In Puerperis hæc Febre correptis, Diarrhæa Symptoma periculosum est. Non modò enim Pustularum Eruptionem, sed & Fluxum Lochiorum impedit.

Respiratio difficilis, Vox faucibus hærens, & linguæ Tremor, inter periculosa Symptomata collocanda sunt. Præcipuè, Dyspnœa Nervosa.

Ægri, quò magis somnolenti, eò felicius convalescunt.

Qui mitioris sunt Indolis, facilius quam qui Feroces & Iracundi, liberantur.

Si Natura & Medicus, quasi junctis manibus procedant, statim à desiccatis Pustulis Ægri vires recuperant. Nisi, ex abundantia Materie Morbificæ, Reliquiæ super Partem aliquam separentur.

In Febre Scarlatina, si Pustulæ Miliaries Colori rubro extincto superveniant, salutem promittunt.

De Febris Miliaris Simplicis Curatione.

EX hujus Febris Miliaris Simplicis Natura descripta indicationes curativæ sunt hujusmodi. Nimirum, Sanguinis & Succo Nervosi Aciditatem dulcescere, eorumque Serositatem diminueri, nec non Spiritus Animales liberari & restaurari: Et hæc Methodo obviam eundo periculosis Symptomatis, Spirituum Animalium Sanguisque Motum ad æquilibrium restituere. Quo facto, Pustulas Miliaries è Materia ritè præparatâ genitus, solito tempore expectare licet.

Ad sanguinis Succique Nervosi Aciditatem (unde Coagulationes sanguinis, & seri secretiones proveniunt) edulcorandam, Medicamenta, vulgò Alcalina dicta, & præcipuè Tinctas, sunt eligenda: E quibus sunt Oculi Cancrorum, Margari-

garitæ præparatæ, & similia. Et ad eorum serofitatem simul minuendam, quæ etiam lenem & continuum Diaphoresin promovent, maximè omnium profunt: in quorum numero Pulvis è Chelis Cancrorum compositus, Lapis Goensis, & Bezoar Orientalis, præcipuum locum obtinent. Horum enim usu, dies aliquot repetito, Sanguinis & succi Nervosi vitia corriguntur; Pulsusque ad fortiorem motum restitutus, magisque æquabilem, Pustularum Miliarium eruptionem accelerat. Equidem, si nulla ratio Diaphoresis habenda esset, neque alicujus Indicationis, nisi ut Sanguinis Spiritusque Animales exaltentur; calidiora Cardiaca, uti Radicem Serpentariæ Virginianæ aut similia, vel etiam Vinum ipsum tutò & copiose sumere liceret. Hæc autem & hujusmodi, in hæc Febre, viz. ad Pustulas Miliaries expellendas, rarò locum habent. Nam Sanguinis Fermentatio vehementior, & Materie morbificæ contemporanea secretio, non bene conveniunt. Et sæpe calidiorum usu, Delirium, Motus Convulsivi, & similia producuntur. Omnes itaque Secretiones, sive Naturâ, sive Arte effectæ, faciliùs lentè procedunt. Id quod à Medicamentis Testaceis obtinetur; quæ dum Calorem fovent medicrem, simul & edulcorant, & Diaphoresin promovent.

Ad Serofitatem minuendam optimè etiam respondent Vesicatoria: Nec non ad Coagulationes sale suo Volatili impediendas. Nullum itaque aliud Remedium Spirituum Animalium Commotionem magis sedat, Somnumque conciliat, aut Spiritus depressos levare solet. Materiam enim morbificam ex aliqua parte eorum ope dimiuit, Naturam reliquam, viâ sibi consuetâ, facilius amandare potest: tantum abest ut Pustularum Eruptionem impediant. Neque tamen plura unâ vice Vesicatoria, sed alia post alia, applicanda sunt, nisi grande aliquod Symptoma exigat. Notandum autem est, postquam ulcus prioris Vesicæ siccatum fuerit, quamprimum aliam debere excitari. Cum sæpe observaverim, omnia Symptomata statim à siccatis priorum Vesicarum Ulceribus ingravescere, iterumque ab aliis Vesicis excitatis fieri leviora.

Anno 1697, quidam hæc Febre correpti non modò Capitis Dolore, sed & Tumore affecti sunt: Attamen ex Vesicatoriis successivè appositis, diem imminutis. Ex appositis pone Aures disparuit Frontis Tumor; Temporum & Oculorum, ex tertio inter scapulas, & Genarum similiter, Labiorum, Fauciumque, ex aliis super Brachiis, Femoribus, Tibiisque, ut in sequentium Historiarum primâ fusiùs ostenditur. Et notetur quòd ex minimo temporis intervallo, à prioris Vesicæ exiccatione ad generationem alterius, & Dolor & Tumor aucti fuere.

Anno 1704, quorundam in hæc Febre Fauces occupavit Dolor, illius qui in Anginâ æmulus. Quo percepto Symptomate, licet multi subitò mortui sint, eo tamen leni & continuâ Perspiratione domito, omnes sub meâ Curatione evaserunt.

In hæc Febre, Cathartica rarò sunt admittenda, non nisi grande aliquod Symptoma indicaverit. Emollienti verò Enemati, ad primas Vias mundificandas, sæpe locus est.

Rarò etiam Sanguinis emissio permittenda, nisi ex urgente aliquo Symptomate, viz. Asthmate, Pleuritide, vel simili indicaretur.

Animi Pathemata in hæc Febre vitanda sunt. Et quæcunque commovent Spiritus Animales, sive grata sive ingrata fuerint, noxia sunt. Quietudo etiam in lecto imperanda est. Contrario autem in hac Febre incipiente regimine, Pustularum miliarium materia versus cutem motura, aliò ree

pulsa, Symptomata periculosa producit. Quibus Symptomatis, si talia adhibeantur, medicamenta qualia ad primarium Morbum inepta sint, vel mors, vel Morbus Chronicus, sine ulla postea Pustularum eruptione, sequitur. Unde discimus qui sit, ut Puerperæ ex hæc Febre feliciter emergant. Ob id nempe, quòd in lecto tranquillo animo se continentes, lenem & perpetuam Diaphoresin sibi conciliant; cibisque Potulentis, calefacientium Pharmacorum loco refocillantur. Sæpe enim observare est, eas, quæ in lecto bene se habere visæ sunt, si inde surgant, tanto spirituum defectu correptas fuisse, ut moribundæ videantur, & ex iis nonnullæ subitò obierint. Quæ etiam nimis properè lectum renunt, se tantum Histericè affectas æstimantes, statim in pejus ruunt.

Hujus rei instantiam jam præ oculis habeo in Domina *Shepherd*, in Vico vulgò vocato *Bartholomæ lane*, habitante, & cui D. *Lancashire* fuit Pharmacopœus. Illa Pectoris Oppressionem cum Suspiriis, nec non Confusionem interni Sensus, Cordisque palpitationem passa est: quæ Symptomata, & Ægra, & astantes, Vapores æstimarunt: Ideòque necessarium esse putabant, ut è Lecto resurgat. Simul ac verò induerat Vestimenta, Tremores & Motus Convulsivi, prædictis Symptomatis sunt adjuncti. Ego jam ad Illam vocatus; ex oppressione Pectoris, cum Suspiriis, Spirituumque defectu, Febre Miliari laborare censui, & in periculo stare, nec sine leni & continuâ Diaphoresi servari posse. Præscripsi itaque in lecto quietudinem, seclusâ Visitationum turbâ; Vesicatorium inter scapulas applicandum; Bolusque sequentem sextâ quaque horâ cum Julapio sumendum.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Sperm. Ceti, a ʒj. Croci gr. vj. Syr. Paralyf. q. s. M. s. Bolus.

Qua methodo adeò lætè res cessit, ut intra biduum Motus Convulsivi penè penitus aboliti fuerint. Pustulæque Miliaries, jam tandem enatæ, altius indes emicuerunt, serumque in iis, usque ad earum exiccationem, videbatur magis incrassari & albescere.

Puerperæ hæc Febre laborantes, & nimis citò lectum renuentes, nonnunquam ex improvise moriuntur: uti accidit Domine *Barkley*; ad quam licet vocatus eram, tamen ante adventum meum mortua est. Amici Illam, nullo Morbo, præter Vapores vulgò dictos, affici putarunt. Et proinde exurgere, immiscere se Colloquiis, & similia, sanæ instar, agere voluerunt. Ego verò, ex dolore Femoris oppressionem Pectoris, suspiriis, spirituumque defectu mihi narratis, ipsam Febre Miliari perisisse ratus sum. Et allata Candela, Pustulas Miliaries quamplurimas super Pectore adhuc eminentes vidi. Et nullus dubito, quin ex frigore, materiam Pustularum in Nervos repellente, hæc Mulier morte subitanè oppressa fuerit. Id quod etiam quibusdam Parturientibus in simili casu accidisse memini. Ideoque, ubi ad Parturientes vocatus, Febria Miliaris signa viderim Pathognomonica, moram in lecto, ut Ægra ad partum se componat, impero.

In prædictæ Domine dissecto Cadavere, nil morbosum conplexi præter Polypum, Qui ab eadem causâ ac ipsa Febre, viz. serofitate acidâ proveniens, minimè mortis causâ existimanda est.

Sæpe etiam observare est, eos qui in lecto bene se habere visi sunt, si exurgerent, tantum spirituum defectum sensisse, ut moribundi viderentur, cujus rei in Historia casus D. *Smith*, in *Aræ Bartholomæ Clæse* vocatâ, exemplum dabimus. Ideòque Cautela, tum à Parturientibus, tum à Puerperæ observanda est, ut si Pectore oppresso & languore, sine causa evidente affectæ fuerint, statim

Obste.

Obstetricis ope partum avelli curent, & spretis mulierum argumenculis in contrarium, ad eliciendam diuinam Diaphoresin se lecto assigant.

De Curatione Febris Miliaris Symptomatum.

Singulis Symptomatis iisdem Remediis occurrendum censeo, quibus uti malimus, si solitariè apparuerint; nisi aliquid Symptoma contra indicet, quod à perito Medico perspicendum est.

Capius vel parus alterius cujuscunque Dolor, longè certius leni & continua Diaphoresi, quam Opiatis consopitur. Quemadmodum in Febris petechialibus Variolisque, nullo modo Dolores sedari vidimus, donec expellenda materia super cutem emineat. Cum itaque vel parturienti, vel dolore quovis laboranti advocatus sim, & Spirituum defectum pulsusque frequentem ac paulò debiliorem viderim; omnis Hypnoticis, Naturæ morem gero, & statim Diaphoresin excitare soleo. Si autem Doloris vehementia Opiatorum usum indicaverit, Diaphoretica admiscenda impero. Aliàs aut non sedant Dolorem, aut ejus loco aliquid mali afferunt. Et si pleuriticus si dolor, vel alicubi Inflammationem ostendat, Venæsectio rarò est omitenda.

Quoties Calor & Frigus alternis vicibus & irregularibus recurrunt, ut plerumque solent; lenis Diaphoresis, ex Pulv. è Chel. Cancr. comp. usu, valdè prodest; si modò sine Calefacientibus sumptus fuerit. Quod, etiam à nonnullis parvi pendatur Remedium, multoties tamen ejus virtutem expertus sum. Hæcque, ex multis aliis, uno Exemplo in D. *Bousson*, D. *Sabat* pharmacopœi Filia, satis patebit. Illi secundo die à partu, doluit Abdomen prope Cocam. Qua in parte lenito dolore, calore deinde & frigore alternis, nec non Vigilis & oppressione pectoris cum Suspiriis, & Languore, afflicta fuit: tandemque post dies aliquot pustulæ Miliæ exudarunt. Solo itaque pulveris è Chelis Cancrorum compositi usu sexta quaque hora, ad continuandam Diaphoresin; omniaque Pathemata prohibendo, Agramque Cibis fovendo Potulentis, Vinoque paucò Canarino, illamque dies quatuordecim post emissas pustulas lecto aligando; æquè feliciter convaluit, ac si non ægrotasset. Etiam ante partum calor Hæcticus, Tussis, difficilisque Respiratio, Tabem minuarint. Constat itaque multis hæc Febre correptis sanitatem redintegrari longè difficilior; aut ex debita Cura in principio omissa, quasi Agra tantum Hystericè laboreat, aut valde Calefacientium abusu, materiam scilicet Morbificam, non criticè, sed symptomaticè expellentium. Et observatu non indignum est, quòd hæc currente Febre, ut prædictum pulverem, experimenti gratia, omitendo, non solum cessavit Diaphoresis, sed Symptomata omnia pejora videbantur: ita & illius usum repetendo, quæcunque laudabiliora renovari.

À Vigilis levantur, Vesicatoriis, & quietudine in lecto, remotis omni strepitu Animique pathematis.

Ad Delirium maximè prodest Antimonium Diaphoreticum, per se sumptum. Quod licet à quibusdam Medicis, ut effæta Calx æstimetur; sæpe tamen, & semper per se optato successu, non modò in Vigilis, sed & in Delirio præscripsi.

Sæpe etiam pacantur Vigilæ, leni & continua diaphoresi. Ad quam efficiendam, si pulveris prædicti usus sit irritus, Spiritu Cornu Cervi, aliis Medicamentis præferendus est, & in posseto Salviato potius bibendus, quam Salviæ infuso. I-

Tom. II.

deò scilicet, quòd plus nutrimenti in hæc Febre magis necessaria, suppeditet.

Opiata, si unquam in hæc Febre, post Vesicatoria adhibenda sunt. Et urgente Diarrhæa, vel pustularum eruptione remota, Conf. Fracastorii aut Theriaca Androm. locum præcipuum tenet.

Nihil à me expertum est, quòd feliciter motus convulsivos in hæc Febre compefcit, quàm omnes illinire Arius Succini Essentiâ; illiusque quasi viginti guttas à quovis conveniente liquore sæpe exhibere.

In oppressionem Pectoris cum suspiriis præcipuè Asthmate Convulsivo conjunctis, eadem fere, nempe lenis & continua Diaphoresis, Spiritus Cornu Cervi, & Vesicatoria, summe sunt utilia.

In Spirituum defectu, nihil magis valere expertus sum, quàm Aquam Theriacalem, vel per se; vel in vehiculo cum Salis Vol. oleosi guttis aliquot, & Croci Pulvere; præcipuè si Cordis Palpitatio eundem comitetur.

In Tremoribus, Spiritus Animales aptis sunt reficiendi Medicamentis; è quibus Crocus maximè prodest. Nec non cibis potulentis magisque nutritiis, uti Pullorum jure, & similibus.

In convulsione universali, præcipuè à materiæ morbificæ versus interiora Metastasi ortâ, Cucurbitulis cum emissionem sanguinis usus sum feliciter. Deinde calefacientes spiritusque volatiles Aegrotorum ori ingerendos, nec non Enemata, imperare soleo. Quæ quidem in convulsionibus, præcipuè puerorum, sunt proficua.

Aegritudo cum nausæa, pectorisque calor signa sunt Apharum imminutum. Quæ mitigantur Symptomata Diaphoresi continuatâ, donec lingua Aphthæ oblecta fuerit. Et observare est, eodem tempore augeri Aphthas, Pustulasque Miliæ exarscere. È contra simul ac lingua Aphthæ nudata fuerit, Pustulas Miliæ elevari, & nonnullam Febris reliquias, post desiccationem Pustularum, in Aphthas nutriendas derivari.

Vomitioni occorro, addendo pulveris è Chelis Cancror. comp. scrupulo, salis Abinthii gr. X. Præcipuè si calor Febrilis æqualibus intervalis fuerit repetitus. Nisi aliquid Symptoma (uti Tonsillarum Inflammatio, quæ salis lixivialis usu augeatur) contraindicet.

In Diarrhæa, quam sæpe astringentibus augeri expertus sum, vel eidem suppressæ aliud Symptoma pejus succrescere, Vesicatorium utiliter præscribo. Ut hujus & Diaphoresis conjunctâ ope materia serosa ab intestinorum glandulis revellatur, Margaritas etiam, vel per se, vel cum aliquo conveniente Diaphoretico, scrupuli pondere, sumendas vicibusque aliquot repetendas jubeo.

Vesicatorii efficaciam ad Chronicam Diarrhæam frequentissimè expertus sum. Cujus rei jam præmanibus habeo instantiam in Domina *Washra* puerpera, Mercatoris Hispanici in *Gloakane* habitantis uxore; cui Dom. *Sherwood* est Pharmacopœus. Horrore primò corrupta fuit, deinde frigore & calore, incertis spatiiis recurrentibus: Nec non oppressionem Pectoris cum suspiriis, Spirituumque defectu. Pulsus etiam ei debilis ac frequentissimus. Et passa est Vigilias, ferè usque ad enatas in lingua Aphthas. Sub earum autem eruptionem erat admodum somnolenta; uti & Apharum tempore infantes sunt. Aegritudine etiam ventriculi premebarur, & Diarrhæa, cujus vi improba Lochia ei suppressa sunt. Hanc mulierem sequente methodo multos dies continuatâ ad sanitatem restitui.

R. *Sper. Ceti*, Pulv. è Chel. Cancr. comp. an. ℥j. *Croci* gr. v. *Syr. Paralyt.* q. s. *Mf. f.* Bolus sumendus

ccc 3

mendus sexta quaque hora è Cochleari Julapii communis. Et applicetur Vesicatorium inter scapulas. Horum usu emicere Pustulæ Miliæres, & paulatim mouebatur Diarrhœa.

Et cum Aphthæ postea enatis creverunt Pustulæ Miliæres, sine astringentium usu. Hujusmodi quidem medicamenta Ægrota in promptu habuit, sed neque sumpsit, neque iis opus fuit.

Si Theriaca, aliave Opiata usurpanda viderentur, opportunè id sit, post apposta Vesicatoria quæ prava Opiorum effectus inhibent.

Hoc etiam potenter efficiunt sudorifica opiatæ admixta. E multis hujus rei exemplis, unum dabo in quadam Domina Roberts. Illa secundo à partu die, Dolore colico, sine vomitione aut Diarrhœa, sed admodum vehemente & abdomini affixo, correpta fuit. Quapropter coactus sum, Laudani liquidi guttas centum, sesquihoræ spatio sumendas, imperare. Attamen paulò postea pulveris è Chelis Cancr. compositi salisque volatilis oleosi Dosis majorem offerendo, multas sudavit horas, dolorque sine ullâ superflite querelâ evanuit. Contra ac in eadem muliere, & in eodem casu, sub cûra alterius doctiss. Medici acciderat. Ille enim, dando Laudanum sine sudoriferis, dolorem equidem sedavit, diu tamen ægra de quadam inquietudine subsequente querebatur. Et liquido mihi constat ex Laudano per se sumpto, omnes évacuationes plerumque supprimi. Quod si aliter contingat, forsitan non Laudano, sed aliò referendum est. Similiter ac si ex sumpto Cortice Peruviano, aut vino Claretto, ob materis morbosicæ congeriem, Fibrarumve intestinorum imbecillitatem, vel quandam Antipathiam, sequeretur Diarrhœa. Neque post sumptum Laudanum sudor nonnunquam profluens, & Variolarum extumescencia, quicquam redarguunt. Quorum neuter à Laudani naturâ, sed potius à Morbi conditione immediatè pendet. Nam ut in Febris, durante fermentatione, sanguis velocius movetur, naturaque secretionibus minime vacat; ideoque urinam tenuè Ægri meiunt, desinente verò, crassam cum Hypostasi turbidamque: pari modo, ubi motus sanguinis ex sumpto Laudano citatior compescitur, Nervi relaxantur, Porique aperti fuerint, in Febris sudor, in Variolis pus eliminatur facilius. Natura itaque medicamenti non ex aliquo remoto & incerto, sed ex proximo illius effectu definienda est. Laudanum enim in quibusdam alvum movit. Quam observando regulam, Medici de Laudani, aliorumque Pharmacorum usu vel abusu, rariùs disceptantes, magis amicè honorificèque convenirent.

Hoc mihi in memoriam revocat effectum Laudani memorabilem in Fœminâ quâdam, ad insigne Solis in vico *Chancery-lane* vulgò dicto habitante. Illa, cum post abortum dolore Colico vehementissimo laboraret, Laudani magnas sumpsit doses, & per se repetitas. Unde Urinæ, sedum, Lochiorumque orta supressio, maximusque tumor ventris brevi expectandam mortem prænuntiavit. Postquam autem inquisitione facta à morbi usque initio, inspectisque præcedentis Medici præscriptis, jam memorata Symptomata, à Laudani abusu, ut dictum est, provenire cognoverim; Enema injiciendum imperavi. A cujus operatione peracta, omnia, non sine astantium stupore, disparuere Symptomata; quippe, non à morbo, sed abusu Laudani, oriunda.

De Febrî Miliari composita.

Febris Miliaris composita est, ubi Pustulæ Miliæres, Papillis rubris (à *Rash* vulgò dictis) Petechiis, Variolis, aut Morbillis sunt intermixtæ.

Symptomata eadem ferè sunt, ac in Febre Synochæ dicta. Spirituum tamen defectu & suspiriis Ægroti magis opprimuntur. In vigiliis etiam proniores sunt; & eorum Urina sanorum est similior.

In Febre cum Pustulis rubris aliquando Pustulæ Miliæres non tantùm illis intermixtæ sunt, verùm etiam penitus desiccatis supersunt. In Variolis & Morbillis Pustulæ Miliæres plerumque præcedunt, & in principio eas comitantur.

In Febre Miliari compositâ Symptomata sanguinis potius quàm nervosi generis vitia præ se ferunt. Ubi nempe Pulsus frequens est & fortis, calor intensus, lingua sicca, sitisque haud mediocris. In Febre Miliari simplice, è contra. Verum defectus Spirituum, & oppressione circa Pectus coacta suspiria Symptomata sunt utrique communia.

Quod ad curationem attinet, ubi Pustulæ Miliæres Variolas & Morbillos comitantur, Diaphoretica medicamenta paulò calidiora tutiora sunt, quàm in Variolis per se existentibus.

Frigus externum, aut regimen quocunque modo frigidum, periculosum est, & mortis causa nonnunquam subitaneæ: tum etiam, cum pleraque Symptomata optatum Morbi eventum promittunt.

Quamobrem & opiatæ ealida, ut Discordium, & similia, feliciter cedunt, quàm Discordium vel Laudanum, quoties Variolis Pustulæ Miliæres conjunctæ sunt.

De Morbis quibusdam Febrî Miliari supervenientibus.

Præter Febrî Miliari consequentia, de quibus ante mentionem feci, & in sequentibus Historiis facturus sum, duo sunt, quæ paulò frequentius eidem superveniunt; nempe Artuum inferiorum Tumor, & calor Hæcticus.

Tumor Pedum & Tibiarum, nec nèn Femorum Inguinisque fit, aliquando sine, verùm sæpius cum dolore haud mediocri, tumori præeunte. Ille autem Tumor, ex materis morbosicæ congestis reliquiis, in his Febris non ritè curatis, contingit. Cujus rei etiam si plura exempla proferre possim; Methodum tamen, quâ morbum profligare soleo, hic annexere sufficiat.

Ea autem est: Pilularum Catharticarum, cum Opio vel aliquo Opiato, singulis noctibus sumendarum præscriptio. Opiatum mihi usitatum, est Pilula de Cynoglossa ad ℥ss. Catharticum verò eligo, secundùm Coincidentia. Verbi gratia in Appetitu & Digestione diminutis, Pilulas Stomachicas ad ʒss. in Lochiis aut Mensibus suppressis, Pilulam Aloëphanginam, aut Fœtidam. Aliquando etiam Resinæ Jalap. gr. iv. vel v. jubeo addenda. Et nonnunquam decocti amari sine fœna haustibus in die propino. Si Cathartica paulò fortiora usurpanda sunt, alternis noctibus adhibeo; & decoctum aliquod Stomachicum diebus interpositis sumendum præscribo. Et post plura alia Medicamenta frustra sumpta, haud rarò feliciter usus sum hæc methodo.

Sin autem adsit Tumor indolens, Catharticis tutor sine Opiatis. Et si Febrim Miliarem comitemur tanquam Symptoma, solâ continuatâ Diaphoretici dissipatur.

Spiritus etiam Cochleariæ, tam Simplicis quam Cathartici, usus, in hoc casu maximè prodest. Simplicis efficaciam expertus sum in Domino *Bel-lusis*, circa ætatis annum octogesimum, Febre vehementi

menti correpto, meaque curæ à Regâ Majestâte commadato. In quo jam extinctæ Febris, Tumor ab inguine usque ad Pedum Digtos supervenit, qui post Vesicatoria frustra adhibita, tandem Spiritus Cochleariæ simplicis usui cessit.

Spiritus autem tam Simplicis quam Cathartici, scilicet cum Jalapio præparati, usum conjunctum, expertus sum felicissimum in *D. Lane*, quæ aliquot ante annos puerperio cubabat, hæc dolore vehemente, cum tumore ab inguine ad Pedum usque Digtos, affecta, duorum Medicorum celeberrimam curæ submissa fuit; sed id incassum. Eundem itaque Fœminam, spiritu Cochleariæ simplice, ad 20. vel 30. guttas, è conveniente vehiculo ter in die sumpto, & spiritu Cochleariæ cathartico, tertio quoque die deglutito ad guttas 100, nec non Pilulâ *Matthie* die purgationis hora somni, penitus curavi.

Calor Hæcticus, Appetitus diminutio, Spiritusque vitalis defectus, locum habent inter ea, quæ Febris Miliari superveniunt. Præcipue, si Patientes nimis citò de lecto resurgant. Cujus rei vidi quamplurima exempla.

Methodus, quâ hic bonis avibus utor, est hujusmodi. Sumantur manè dies aliquot, Salis Absinth. gr. 10. aut 15. ex Aq. Spadanæ haustulo; & deinde paulatim ejusdem Aquæ ℥ij; nempe, si Spiritus maxime defecerint. Aliàs ex haustu Aq. Barthoniensis, superbibendo ejusdem ℥ij. similiter. Ut hoc modo aciditatis, ubicunque in hæc Febre peccantis, reliquæ, unâ cum prædictis Aquâ & sale, excernantur. Quod si salis Absinthii usui caput doleret, præscribo Medicamentum aliquod lentivum, 3. vel 4. quoque die hora somni sumendum. Salsa & Acida à cibis amovenda, nimisque corporis Animique motus cohibendus. Nam ex alterutro Recidivam sæpe fieri expertus sum. Nec quicquam Febris intermittens, è præproprio Corticis Peruviani usu, Recidivæ, certius occurrit. Cujus rei instantiam, in *Dom. Warrant* in *Milk-street* habitante, & jam ferè moribundâ, vidi insignem: postquam duo alii Medici non incelsbres, pro eadem, re infectâ præscripserant. Et nonnunquam Lac Asinum, cum Testaceis Pulveribus, & præcipue margaritis, prodesse solet.

Historia Febris Miliaris cum Apoplexiâ.

Julii 16. 1697. ad Digniss. Virum *Dom. Muschamp*, Vicecomitis de *Lansborough* Maritum in Plateâ vulgo dictâ *Pallmall* habitantem, evocatus sum: Cui *Dom. Malpas* erat Pharmacopœus; idem qui jam Regius. Annum agebat Ægrotus sextum & quinquagesimum. Constitutione erat pituitoso-sanguineus, & obesus: Appetitu gaudebat optimo: deditus negotiis & cogitandis. Ab aliquo retroacto tempore cum Asthmate ac Nephritico dolore laborasset, Calculos nonnullos, usu Olei Lini ad Cochlearia tria singulis noctibus à me præscripto, cum Urina emisit. Proximè præcedentibus aliquot hebdomadis, calore interno, deinde & languore, sive spirituum defectu, sine ulla causa evidente, affectus est.

Supra dicto die subito correptus est Apoplexiâ. Ut ex Antecedentibus jam memoratis, Respiratione cum stertore somni profundi æmulo, sensibusque læsis externis omnibus, certò comperi. Illamque à seroso potius quam grumoso sanguine stagnante oriri, facies ejus minùs rubicunda mon-

strabat: ut clariùs patebit ex meis observationibus, quas de Apoplexiâ alterâ à stagnante & extravasato sanguine grumoso, alterâ à seroso, si vnam DEUS atque otium dederit, posthac in lucem emissurus sum.

Ad serosi sanguinis stagnantis excitandum motum, ac Ventriculi & Intestinorum onus amovendum, à quo sæpe tentatur Caput, sequentem Pulverem Emeticum præscripsi.

R. Salis Vitriol. ℥ij. s. Pulvis in doses sex dividendus. Sumat singulas ex Aq. Juglandis comp. Cochl. j. superbib. haustum posteti solis Card. bened. alterati.

Spiritum etiam salis Armoniaci naribus offerendum jussi. Et ut Ægrotum, tam à saburra in Ventriculo, quam Pulveris Emetici reliquis, nauseam sæpe sequente die creantibus, liberarem, Pilulas sequentes præscripsi.

R. Pil. Tard. Querc. ℥j. Resina Jalapii gr. iv. Syr. è Spin. Cerv. q. s. M. s. Pilula, finitâ Emetici operatione sumenda.

Ad serosum laticem minuendum, sanguinisque adhuc magis accelerandum motum, Emplastra præscripsi Vesicatoria, & mixturam spirituosam sequentem.

R. Salis vol. oleos. ℥ij. Spir. Lavend. comp. ℥ij. M. s. Sumat gutt. xx. ex haustu decocti Hordei Symplo violaceo edulcorati: Hoc jussit vehiculum, ut & lente augeam vim Pilularum, & Dysuria Dolorique Renum à Vesicatoriis, præveniam. Demum Emplastra subpedalia, ex Empl. Ceph. cum Euphorbio & Picis Burgundica ana a. p. curavi applicanda.

Die prædicti mensis 17mo Ægrotus assidentes mihi narrabant, illum statim à petacta vi vomitorii è somnolentia & stertore expergefactum, sensus omnes recuperasse.

Symptomata jam tum apparentia, hujusmodi fuisse, viz. Tumor faciei, & totius capitis: quod eo Anno in Febre Miliari commune erat. Calor etiam Febrilis, Pulsus frequens, sed debilis; cum defectu Spirituum, maximeque Pectoris oppressione cum suspiriis scilicet, à malignitate Morbi, non nimis evacuationibus. Quippe Pulsus, post eas finitas, nihilo quàm ante, debilior fuit. Neque subiit alterationem, quoties de Spirituum defectu Ægrotus querebatur. Urina tenuitate Aquæ & satis copiosa; Lingua humore albo & viscoso cooperta; Sitis immunis, etiam si & insomnis fuit. E quibus omnibus Symptomatis & præcipue ex oppressione Pectoris cum suspiriis, spirituum defectu, (signis mihi Pathognomonicis) Febrim hanc esse Miliarem, Pusillatque suo tempore expectandas præmonui. Nec quidem Apoplexiâ, si hic non fuisset Symptoma, sed primariam Morbum, tam citò & perfecte evanesceret.

Ut itaque secundum meam methodum in hoc Morbo consueta, lenem & continuam foverem Diaphoresin, irregularibus Caloris Frigorisque paroxysmis occurrerem, tandemque lentam Pusillarum eruptionem efficerem, sequenti præscripsi.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. ℥b. Sumatur bis quaque hora è Julapii sequentis Cochl. i. superbib. Cochl. iv. vel v.

R. Aq. Lact. alex. ℥vi. fl. Tilia ℥iv. Paon. comp. ℥vi. Margar. pp. ℥j. Sacchari albiss. q. s. M. s. Julapium.

Jussi etiam persistat in usu Decocti Hordei cum Syr. violaceo: Ut & diluendo à dolore Nephritico præcaverem, & satis materiæ fovendæ Diaphoresi suppeditarem. Verum ne frigido nimis regimine Spiritus Ægroti deficerent; singulis Decocti haustibus mixturæ spirituosæ antea præscriptæ

℞ccc 4 gutt

gutt. xx. addendas curavi. Ne omiserim indicationum, etiam si contrariarum, alicui satisfecisse. In quâ re Ars Medicinalis præcipua consistit.

Ad viscidam materiam linguæ obductam præscripsi Mucilaginem ex Sem. Cydon. & Pflyllii, Syr. è Rubo Idæo edulcoratam; cujus Cochli. j. sæpe fumeret sensim deglutiendo.

Die 18vo, Caput vi Vesicatorii detumuit superius. Urina coloratior aliquanto magis, & paucior. Spiritus, sudoris mediocris & mixturæ prædictæ cordialis beneficio, non tam multum defecerunt. Adhuc tamen depressi cogebant suspiria, cum querimonis de pondere Pectori incumbente. Quibus pensitatis, in omnium hætenus sumptorum repetitione persistere decrevi.

Die 19no, eadem apparere Symptomata, quæ antea. Si modò id excipias, quòd Caput leviter gravari incepit, & Alvus, non obstante Decocti Hordei cum Syrupo Violarum usu, astricta fuit. Quibus ut prospicerem Symptomatis, Renumque dolorem adhuc præcaverem, Clysterem sequentem præscripsi:

R. Decoct. commun. pro Clyst. ℥viii. Mell. Mercur. ℥iij. Sacch. rubr. q. s. Ms. f. Enema.

Die 20mo, ex Enematis usu liber erat à Capitis gravedine. Ulcere autem è Vesicatorio citius quam debuit exsiccato, prædictus Tumor spirituum defectus, pectoris oppressio, nonnihil renovari videbantur; sed sine quovis alio suboriente Symptomate. Vesicatoria itaque ponè aures applicanda jussi, decocti prædicti duabus Libris Aq. Pæon. comp. ℥iij. addendas, & cum singulis illius haustibus Spir. Lavend. comp. gutt. xv. sumendas imperavi. Hisque non satis prævalentibus, Aq. Theriacal. Cochli. j. vel ij. adhibenda, & circa quintam vespertinam Enema repetendum.

Diebus 21mo, & 22do, omnia symptomata cum sint mitiora, antea præscripta continuanda, & solummodo Emplaftra suppedalia addenda curavi.

Die 23mo, Vesicarum ultimò excitatarum Ulcera jam ferè exsiccata sunt. Caput de novo extumuit, spiritusque magis defecerunt. Quamobrem mandavi, Emplaftra Vesicatoria Carpis apponenda, pulveris, Julapii, & Decocti usum continuandum, repetendumque Enema præscriptum.

Die 24to, omnia symptomata laudabilia. Excepto Urinæ pallore, Capitisque gravedine cum quâdam somnolentiâ. Quare cum Metastasin metuerim, à prædictâ methodo recedens, sequentes Pilulas præscripsi:

R. Pil. Tart. Querc. ℥j. Resina Jalap. gr. iij; Syr. e Rhab. q. s. Ms. f. Pilula statim sumenda. Et cum continuato usu decocti Hordei, ut ultimò parati, Vesicatoria ampla Femoribus internis applicanda jussi.

Die 25to, Urina tingitur aliquanto magis; Caput sanatum optimè; Spiritus redivivi, Pustulæque Miliare super pectore emicuerunt.

Si quis hic Catharsin supra memoratam, quasi Pustularum eruptioni contrariam, reprehenderet; effectus ipse objicienti respondet. Verùm etiam reminisci debet, hujus Ægroti habitum fuisse adiposum: Neque ex Vomitu & Catharsi primò præscriptis, elevatio Tumoris in Capite impedita fuit, sed materiæ morbificæ copiam minuendo potius accelerabatur.

Cùm jam Pustulas Miliare pullulare viderim, Pulverem è Chel. Cancr. comp. 4ta quaque hora è Cochleari Julap. sequentis sumendum jussi:

R. Aq. Card. bened. Melissa, Cinamom. Hord. an. ℥iij. Epidem. ℥ib. Margar. pp. ℥j. Sacch. albiss. q. s. Ms. f. Julap.

Præscripsi etiam, ut cum Decocto Hordei Apozematis sequentis haustulum sumat,

R. Rad. Scorzon. ℥j. Cort. Aurant. cond. ℥vj. sol. Melissa, Galega, an. Mj. stor. Cord. an. p. ib. Sem. Card. bened. ℥b. coq. in Aq. font. q. s. ad ℥ij. Colatura adde Aq. Epid. ℥ij. Ms. f. Apozema.

Et ut per vices sumat Aq. Theriacal. Cochli. ij. Ideò nempe, quòd in hac Febre, præcipue declinante, dum calent Volæ manuum superiora frigescent.

Die 26to, cum omnia viderim Symptomata adhuc leviora, ultimò præscriptorum usum sensi continuandum.

Die 27mo, Pustulæ Miliare numero & magnitudine auctæ sunt. Ideòque Julapio ultimo præscripto hoc substitui.

R. Aq. Melissa, Cinamom. Hord. an. ℥v. Scord. Comp. ℥ib. Epidem. ℥j. Syr. è Cort. Citr. q. s. Ms. f. Julap. de quo sumat haustulum in languoribus.

Die 28vo, Pustulæ visæ sunt adhuc magis elevari, spiritusque nullum modo defecere. Cùm tamen dorsa manuum frigescerent, ideò novissimè præscripta continuari velim.

Die 29no, Febris declinare cœpit. Quare Julapium continuandum, & Enema, injiciendum jussi.

Die 30mo, Symptomata omnia evanescere. Quoniam tamen de aciditate quâdam in Ventriculo questus est; præscripsi Margarit. pp. ℥j. è Julap. seq. Cochli. j. sumendum aliquoties in die.

R. Aq. Lact. alex. Melissa, Cinamom. Hord. an. ℥ij. Epid. ℥j. Sacch. perlat. q. s. Ms. f. Julap.

Deinde ut per biduum triduumve Decocto Hordei, cum spiritus Lavend. comp. guttis aliquot, & Julapio, uti persisteret. Demumque aquas Strethamenses à ℥iv. ad ℥ij. coctas fumeret, ter iterando. Quibus remediis ab Apoplexia, Febre, Renumque affectu perfectè liberabatur.

Historia Febris Miliaris cum Artuum inferiorum Paralyti.

Circa Decemb. finem, 1705. Vir Humanissimus D. D. Garth atque Ego vocati fuimus ad D. Throgmorton Viduam, Ducissæ Northumbrie Filiam, dies aliquot antequam parturiret; cuique D. Birch ut Pharmacopola ministravit. Fatigarunt illam Vomitus ferè perpetua & ægritudo. His etiam astrictio Alvi, & inappetentia, Tussis, & Dyspnœa, spirituumque defectus accessere. Quæ omnia ex mœore ob nuperam mariti mortem contigisse æstimabantur.

Primo loco Emplastrum stomacho applicandum, & aquam Strethamensem cum sale Absinthii sumendam præscripsimus; nempe ut Ventriculi & Intestinorum motum rectificemus. Hinc equidem rarior Vomitus; at nonnihil nutabant Spiritus. Qui tamen, cum ægra postea puerperio cubaret, continuatâ Diaphoresi quodammodo restituti sunt.

Verùm circa tertium puerperii diem Artus inferni, Paralyti correpti, suam movendi vim amiserunt. Et nocte proximè sequente adeò defecere Spiritus, ut penè in Syncopen incideret. Quare & prædictus Collega meus nocte vocatus, Emplast. Vesicat. Femoribus quàmprimùm applicanda, Bolusque sequentem sumendum præscripsit.

R. Salis Volat. Succini gr. viij. Croci gr. iv. Pulv. è Chel. Cancr. comp. ℥j. Conf. Alchem. sine odorat. q. s. ut f. Bolus cum Julapio appropriato deglutendus.

Die proximo manè Ægrotæ Spiritus haud parum elevati sunt. Verùm Paralytin nullâ ex parte recessisse vidimus. Sed & mediocrem Tumorem, & dolorificum eidem accessisse. Dixi, non infrequentes

quenter in Febre Miliari, Paralyticos affectus, ex materia morbificâ in Artus descendente, suboriri. Deindeque statim ad Ægrotam accedentes, in denudato Pectore Pustulas conspeximus Miliare, Febremque Miliarem, Morbum originalem agnovimus. Unde concordi animo Medicamenta Diaphoretica aliorum omnium maximè necessaria decrevimus; & Januarii die 5to à nobis sequentia præscripta sunt.

R. Pulveris è Chel. Cancr. comp. ℥j. Croci ℥ss. Conf. sine odorat. q. s. Ms. f. Bolus sexta quaque hora sumendus è Cochli. s. Julap. sequent. superbib. Cochli. iv. vel. v.

R. Aq. Ceras. nigr. ℥x. Bryon. comp. ℥ij. Sacch. albiss. q. s. Ms. f. Julapsum.

Januar. die 6to; Ægrotâ paulò erat vivacior, Pectusque illi minùs oppressum: Dyspnœam autem ex Tussi adhuc passa est, cum vigiliis. Quare & Bolo, die præcedente præscripto, addidimus Haustum sequentem:

R. Aq. Puleg. Ruta an. ℥i. Theriacal. Syr. de Mecon. an. Tinct. Castor. gutt. X. Ms. f. Haustus.

Die 7mo, Spiritus mediocriter refecti, expectoratio facilior, Pustularumque Miliarum eruptio magis conspicua. Bolum itaque jussimus cum Julapio repetendum, & Haustum vesperi.

Die 8vo, omnia Symptomata facta sunt mitiora. Excepta Paralyti, & Musculorum Laryngis Hystericâ quâdam Convulsione leviori. Ideòque præter antea præscripta, Pilulas è Castor. gr. vi. & Asæ foetidæ gr. xii, sex parandas singulisque noctibus duas sumendas imperavimus.

Die 9no, Respiratio longè magis quàm antea difficilis, & dolori Lateris Pleurítico ac vehementiori conjuncta. Metuimus à Venæ sectione malum eventum: nempe, ne exinde Pustulæ Miliare retrocessissent. Urgentia autem Symptomata prævalebant; & emissi Sanguinis sperato fructu, tum Ægrotâ, tum nosmet freti sumus. Hoc tamen non sine Decocto Pectorali, Boloque antea in usu, & Spermatis Ceti ℥ss. sumptis: Quibus & addimus Emplastrum laterale è Pice Burgundicâ, Haustumque vesperi Paregoricum, & Oleum Lini in promptu habendum, sumendumque urgente Dyspnœâ.

Die 10mo, respirabat paulò liberius, mitiusque Latus doluit. Spiritus tamen defecere maximè. Interim Miliarium Pustularum moles conspicua & multitudo præbebant salutis spem haud mediocrem. Quas Diaphoreticis adhuc fovendas pro penso habuimus imprimis accurando. Et ad Dyspnœam, etiamnum prævalentem, jussimus Olei Lini Cochli. ij. secundâ quaque horâ sumenda. Et si Alvus indè laxa fuerit, mixturæ sequentis Cochli, aliquot bibenda.

R. Diascordii ℥ij. Aq. Pulegii ℥vi. Epidem ℥j. Ms.

Die 11mo, Pustulæ Miliare erant laudabiles, spiritus quodammodo refecti, Dolorque aliquanto mitior. Respiratio tamen adhuc difficilis, sedesque paulò molliores. Bolo itaque & Apozemati Pectorali jam in usu adjecimus Decoctum album alternis vicibus sumendum, Emplastrum Vesicatoria, Brachiis applicanda, & horâ somni haustum sequentem:

R. Aq. Puleg. ℥ij. Tinct. Martis gutt. xx. Ol. Amygd. dulc. ℥j. Syr. de Mecon. ℥vi. Ms.

Die 12mo, Pustulæ Miliare satis conspicuæ; at difficilior Respiratio, & Diarrhœa, adhuc persistere. Bolum etiam cum Julapio, Oleum Lini, mixturam cum Diascordio, & Haustum pacificum iterari voluimus.

Die 13to, subsistere sedes, Pustulæque Miliare adhuc optimæ. Dyspnœa tamen, Laterisque dolor, paulò pertinacior. Bolum itaque præscriptissimum continuandum. Et quòd ab Oleo Lini

maximè abhorruerit Ægrotâ Ol. Amygdal. dulc. Cochli. j. tertia quaque hora bibendum. Nec non Hyssopi folia cum Radicibus Helenii Decocto Pectorali addenda.

Die 14to, cum intermittente Diaphoresi fibrilem calorem accendi; coarctari Dyspnœam, & Vesicarum Ulcera penè exsiccata vidimus. Quare præter antea præscripta repetenda, Vesicatorium inter scapulas applicari voluimus.

Die 15to, Spiritus ei longè magis, quàm ab aliquot diebus retro actis, fuere depressi. Loco itaque Boli hæctenus in usu, sequent. substituvimus.

R. Consect. Raulens ℥ss. Croci, salis Vol. salis Armon. an. gr. vi. Syr. Caryophil. q. s. f. Bolus. Reliquaque ut antea sumenda.

Die 16to, Spiritus aliquantò vivaciores, leviorque Dyspnœa; Dolor tamen lateralis paulò asperior. Ideòque Bolum præscriptissimum priorem, Haustumque pacificum cum Decocto pectorali repetendum.

Die 17mo, Eadem quæ die præcedente jussimus sumenda, Jam enim, & hinc indies omnia meliora videbantur. Tandemque membra, hæctenus Paralytica, vim suam motivam aliquatenus recuperavere. Postquam itaque Mannæ ℥j. in Decoct. Pectorali dissoluta sumpsisset, forum præscriptissimum Tibiis applicandum, Vini Chalybeati usum, & ut Barthoniam adiret.

Historia Febris Miliaris cum Delirio, Motibusque Convulsivis.

AUGUSTI 8vo, 1700. vocatus sum. ad D. Bullock apud Insigne calcei Equini, in Vico Cheapside vulgò vocato. Cui Pharmacopœus erat D. Weyer in Vico vocato Woodstreet. Vicissimum quartum annum agebat, constitutione pituitoso-melancholicus, & adhuc Cælebs.

Post itinera quædam rure peracta sensit ægritudinem, cum diminuto appetitu, depressosque spiritus, atque oppressionem Pectoris cum suspiriis, per intervalla. Pro remedio Vinum nonnunquam, & Aquæ cujusdam cordialis aliquantulum bibere solebat. Appetitus tandem omnino abolitur. Et pridie quàm illum visitavi, Vomitu, Diarrhœâ & Hæmorrhagiâ Narium correptus est. Sumpto autem Medicamento quodam interno, & Nuchæ appposito Vesicatorio ex Pharmacopœi præscripto, ista disparuere Symptomata.

Cùm ergò primùm Ægrotum adiverim, horrore quodam laborabat, cum frigore & calore, se mutuo insequentibus, sed temporibus incertis. Maximam etiam pectoris oppressionem cum suspiriis & languorem spirituum passus est: Nec non Animi perturbationem, per intervalla ad Delirium usque recurrentem. Item Manuum & Linguae Tremorem, cum Motibus Convulsivis & Vigiliis. Pulsus etiam frequens & debilis; lingua viscositate alba obducta, sed sine siti; & urina sanorum similis.

Ex oppressionem pectoris & languore, hanc Febrim in Miliarem, eamque ex inæquali calore ac leni simplicem, terminaturam prænovi. Ideòque Carpis Emp. Vesicatoria, & Plantis pedum alia ex Cephal. cum Euphorbio & Pice Burgundica applicanda jussi, & sequentia sumenda ad lenem Diaphoresin excitandam.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lapid. Goensis an. ℥ss. Ms. f. Pulvis sexta quaque horâ è Cochli. j. Julap. seq. sumendus, superbib. Cochlearia vi.

R. Aq. Ceras. nigr. ℥viii. Cinam. bord. ℥iv. Epidem. ℥j. Sacchar. perlatis q. s. Ms. f. Julap.

Et ut Sudor lenis continuè & facilis emanaret, seq. Apozema addendum curavi.

R. Rad. Fragar. Obelidonia major. an ʒj. Fol. Fragar. Mij. flor. Paralyseos p. ij. sem. Cardui benedict. ʒj. Bulliant in Aq. font. q. s. ad ʒʒj. Colatura add: Syr. Croci, ʒj. Ms. f. Apozema, ut quo sumat Coch. x. saepe in die.

Die 9no, Calor, sine subsequente Frigore, regularis fuit & Cutis humida, spiritusque non multum defecere. Ager tamen de quadam oppressione pectoris cum iustis valde querebatur, & Deliria, Tremores, Motusque Convulsivi adhuc perfliteret. Ideò que Pulveris, Julapii, & Apozematis usum suasi continuandum. Et ad viscida materiam linguae & palato obductam, mucilagine, ex Sem. Cydoniorum & Pfylii cum Hordeo coctis, os colluendum præscripti.

Die 10mo, Calor similiter ac die præcedente regularis sine renovato Frigore, Cutisque humida. Sed Motus Tendinum Convulsivi adhuc majores. Quapropter Vesicatoria Tibis internis applicanda jussi: Lapid. Goens. ʒj. cum Pulv. de gutt. ʒʒ. ex Aq. Laët. alex. Coch. j. sexta quaque hora tumeandum superbib. Coch. X. Et quoniam erat Ager nauseabundus, regioni ventriculi apponendum Emplastrum sequens.

R. Empl. Stomach. Magistr. part. ij. Carannæ, Taccamah. an p. vi. Ol. Cinam. gutt. vi. Ms. f. Empl. Et ut vicibus interpositis bibat haustum Julapii cum gut. XV. mixturæ ex Sp. C. C. ʒʒ. Tinct. Castor. ʒj. Et in quantum præscripta Mucilago vix quicquam in viscidam materiam linguae adherentem prævalebit, Gargarismatis sequentis usum imperavi.

R. Aq. Meliss. ʒvi. Epidem. ʒj. Syr. de Althæa, Fufubin. & Mellis Mercur. an ʒj. Ms. f. Gargarism. Aquam addidi Epidem. ne quid mali, etiam si parum deglutiret, acciderit.

Vesperis plera que conspexi ut antea. Motus quidem Convulsivi rariùs iterabantur; verùm spiritus valde defecerunt, manuumque superiora frigeant, volis interim calore affectis. Idcirco, omisso Pulvere de gutteta, Bolus sequentem præscripsi.

R. Conf. Lujula ʒj, Bezoar Orient. ʒʒ. Croci gr. vi. Castor. gr. iv. Syr. Paralyf. q. s. Ms. f. Bolus sexta quaque hora sumendus cum Julapio antea præscripto.

Die 11mo mala Symptomata ferè disparuerunt. Ideòque ultima præscripta jussi continuanda. Sed quia Apozematis patientem tædebat, in ejus locum substitui Aq. Laëtis & Decoct. Pectoral. an ʒʒj. pro potu ordinario, ut eò meliùs gustui gratificarem. Nec quicquam jam de Diarrhæa, quasi ex Decocto accidere possit, metum offerebat.

Vesperis omnia ut antea. Proindèque in usu omnium ultimò præscriptorum persistendum decrevi.

Die 12mo similiter: excepta quadam corporis inquietudine. Ad quam Vesicatoria pone Aures applicanda jussi, & sequentem Haustum statim sumendum.

R. Aq. Paralyf. ʒiiij. Croci ʒʒ. Syr. Paral. ʒʒ. Ms. f. Haustus.

Die 13io Inquietudini prædictæ jam abolitæ supervenit Hæmorrhagia narium. Quare suasi Aegro, ut assatim bibendo potam ultimò præscriptam, sanguinem dilueret; Sed & persisteret in usu Boli, Julapii, & Mucilaginis. Et si de novo accideret Hæmorrhagia, sequens sumeretur Haustus.

R. Aq. Spermatis. Ranar. ʒiiij. Syr. Plantag. ʒʒ. Ms. f. Haustus.

Sub vesperam Hæmorrhagia substitit. Reliqua Symptomata, viz. Delirium, Tremores, Motus

Convulsivi, Languores, Pectorisque oppressio, in statu eodem ferè ac antea fuere. Interque & ultimò præscripta continuavi. Hoc solum addendo, ut Apozematis, ex Decocti Hordei ʒʒj. Syr. Viol. ʒj. sumeret Coch. X. ter in die, tepidè.

Die 14to, Aegroti conditio penè eadem: nisi quòd aliquanto magis delirabat. Immiscui itaque singulis Bolis Camphoræ grana aliquot, & cætera continuanda jussi.

Die 15to Pustulæ Miliæres tandem emissæ Spiritus Animales elevarunt. Attamen Tremores, Motusque Convulsivi iidem manebant, & Delirium potius videbatur exacerbari. Cum autem id fieri ex eruptione Pustularum nimis tardè ac rarè existimarem; Antimonium Diaphoreticum (cujus efficaciam, tum ad Pustulas expellendas, tum ad sedanda Deliria, expertus sum) sequenti modo præscripsi.

R. Antimonii Diaphoret. ʒj. Conserva Lujula ʒʒ. Syr. Paralyf. q. s. Ms. f. Bolus sumendus à Cochleari Potus pectoralis, superbibendo Haustum ejusdem. Post horas quinque Bolus cum Castoreo & Croco sumendus jussi, atque ut alternis vicibus repetatur. Et ut injiciatur Gargarismus ope Syringæ saepe in die: quia lingua, Antimonii Diaphoretici usu, frequenter viscido humore inficitur.

Vesperis uberius altiusque exflabant Pustulæ; aliaque Symptomata mitiora sunt, Delirio solo excepto. Quare & prohibui Volantia, Antimonium autem Diaphoreticum quinta quaque hora, cum Decocto pectorali, repetendum mandavi; & Gargarismatis Julapiique usum continuandum.

Die 16to Pustulæ erant adhuc crebriores, eaque majores quàm quæ primò pullulabant. Longè etiam levius Delirium per intervalla. Ideòque censui optimum fore, ut Aegrotus persistat in ultimò præscriptorum usu. Quoniam tamen Tremores, Motusque Convulsivi, non obstante Pustularum eruptione, ex aliquà parte manebant; Vesicatoria Brachiis internis applicanda jussi.

Vesperis omnia penè ut tempore matutino. Excepto Delirio, quod sit adhuc mitius. Ex causæ nempe metastasi, à Cerebro in Brachia. Nam Motus Convulsivi intensiores fuere. Quare & ultimò præscripta judicavi continuanda.

Die 17mo Pustulæ numerosiores auctioresque erant. Motus tamen Convulsivi reliqua Symptomata prope eadem. Tussis autem ac languor aliquantò graviore. Quare & antea præscriptis addidi Aq. Theriacal. Coch. j. in Spirituum deliquis; & usum seq. Apozematis.

R. Decoct. Pectoral. ʒʒj. Syr. Croci ʒj. Ms. sumat Haustum frequenter.

Vesperis Tussis Spirituumque defectus fuere leviores: Ideòque ultimò præscripta continuanda imperavi.

Die 18vo omnia ut die præcedente vidi, eademque remedia curavi repetenda.

Post horas autem aliquot elapsas à meo discessu iterum accersor. Motus enim Convulsivi aucti fuerunt ex improvise, Spiritusque magis defecerunt. Exinde verò nil metuebam; Pustulæ enim copiosissimæ enatæ, Motusque aucti Convulsivi, Delirium mitigarunt. Præscripti tamen Pulv. de gutt. cum Sem. Pæonia, & haustum ex Aq. Card. bened. ʒiiij. Croci ʒʒ. Syr. Caryoph. ʒj.

Eodem die, paucas post horas, nuntius ad me occurrit, qui aiebat, Aegrotum brevi moriturum. Quem cùm revisi, laborantem inspexi Motibus Convulsivis, iisque gravioribus. Sed exinde Delirium fuit mitius. Et prædixi illius matri similis Motus repetitos iri donec à Delirio perfec-

tè liberaretur. Et ut prædixi, à proximè sequente Paroxysmo omnino evanuit; & tam Animi quàm membrorum quies restituta fuit. Cavendo tamen ne prædicta Symptomata novarentur, sequens Apozema (sæpissimè in Adultis, præcipuè autem infantibus expertum) præscripsi.

R. Ungula Aleis rasa ℥j. Sem. Paon. Visc. Querc. an. ℥iij. Raf. Cran. Human. ℥ss. Coqu. leniter in Aq. font. q. s. ad ℥ss. Colatura adde Syr. Paon. comp. ℥iij. Ms. f. Apozema. Sumat Coch. x. frequenter. Jussi etiam manuum volas pedumque plantas Oleo succini illinendas; tuccum Rad. Paralyf. tempore Paroxysmi Naribus attrahendum; sumendumque Bolum sequentem.

R. Conf. Antihos, Pulv. è Chel. Cancr. comp. an. ℥j. Castorei gr. vi. Syr. Paon. comp. q. s. Ms. f. Bolus sumendus è Julapio antea præscripto. Et ne prædicta, si forsan repeterentur, symptomata, tandem in Apoplexiam vel Convulsionem generalem terminarent, addidi Antimonium Diaphoreticum, ad Pustulas Miliare adhuc numerosius altiusque expellendas. Et ad feri sanguinis morbifici extrahendas reliquias Vesicatoria Femoribus applicanda jussi.

Die 19^{to} Pustulæ copiosissimæ ad tantam crevere molem, ut latæ unguis medietatem æquarent, ut Egroti verbis utar. Delirio deinde Motibusque Convulsivis profligatis, manuum duntaxat Tremor, corporis debilitas, spirituumque aliqualis languor superstites fuere. Boli itaque & Antimonii Diaphoretici loco jussi Pulv. è Chel. Cancr. comp. ℥j. cum Julapio antea præscripto sexta quaque hora sumendum, ad leniter continuandam Diaphoresin. Ut languoribus Aqua Theriacalis usurpetur: in potum ordinarium Apozema Antepilepticum: Et ad linguam, adhuc quodammodo affectam, Gargarisma.

Die 20^{mo} omnia in eodem loco ac in die præcedente stabant. Excipe id tantum, quod Pustulæ videbantur paulò minus turgescere. Mandavi itaque ut Antimonium Diaphoreticum Pulvisque è Chel. Cancr. compositus alternis vicibus sumerentur. Et Gargarismatis, Julapii, & Apozematis ultimò præscripti in usu persisteret.

Die 21^{mo} Pustulæ versus siccitatem declinabant. Apozema tamen, cum Pulv. de Lap. Goenf. & Pulv. de gutt. censui continuandum. Nec non Gargarisma cum Mucilage, ad linguam nondum ab immunditie omnino liberam.

Vespere calorem linguæ sensit, & internum, sine sudore. Præscripsi itaque Margaritarum pp. ℥j. singulis dosibus Pulveris jam in usu addendum. Et ex haustu potus ordinarii Spir. C. C. gutt. xx. secundà vel tertîa quaque horâ sumerentur, donec lenem Diaphoresin excitaverint.

Diebus 22^{do} & 23^{io}, cum omnia optata viderim, novissimè præscripta decrevi repetenda.

Die 24^{to}, cum internum calor usque persisteret, Pulverem jam in usu suasi continuandum. Et in languoribus Sal. Vol. Oleof. cum Spir. C. C. ex haustu potus ordinarii sumendum.

Diebus 25^{to} & 26^{to}, reliquâ omittendo, solummodo Sal. Vol. Oleof. ex potu ordinario sumend. jussi. Et Julapium sequens ad languores, si fortè acciderint, in promptu habendum.

R. Aq. Ceras. nigr. ℥viij. Scordii compos. Saxon. frigid. an. ℥j. Paon. comp. & Syr. Paon. comp. an. ℥j. Ms. E. sic tandem Egroti perfecte convaleuit.

Historia Febris Miliaris ex Opii usu desinentis in Apoplexiam.

Augusti 4^{to}, 1697. evocatus sum ad D. Thom. Western, in Vico Thames street dicto, cui D.

Laucashire, erat Pharmacopœus

Vir ille habitu obeso gravabatur; & Plethora è Magno Capite, buccinata facie, brevique Collo præditus. Unde & quocunque morbo antea laboraverat, Caput ei semper doluit, & delirabat. Ante dies aliquot lavavit Pedes, & cum amicis liberè comedit. Postea verò de Nausæ & Ægitudine, cum Calore & Frigore irregulariter recurrentibus, Spirituumque languore & oppressione pectoris cum suspiriis querebatur. Nec Aqua quædam Cordialis, quam sponte sumpsit, Ægitudinem levavit.

Cum prædicto die illum visitaverim, Pulsus erat frequens & debilis; Nausea & Ægritudo, nihilo mitiores. Cum Calore & Frigore, vicibus alternis, sed duratione incertis, Spirituum defectus, Pectorisque maxima oppressio cum suspiriis. Nec sine quâdam perturbatione, quoties somnus irrepere inceptit. Quibus omnibus ritè perpensis, imprimis Haustulum sequentem præscripsi.

R. Salis Vitriol. Vomit. ℥ss. Ex Aq. Jugland. comp. sumatur. Et in languoribus bibat Julapii sequentis haustum. R. Aq. Menth. ℥x. Epid. ℥ss. Sir. de Menth. ℥j. Ms. f. Julapium.

Die 5^{to} Nausea & Ægritudo minores sunt. Idem verò languor, eadem Pectoris oppressio, & Ægroti dormituri perturbatio. Pulsus adhuc frequens & debilis. Manuum caliere volæ, minimè superiora. Urina sanorum similis; Calorque internus sentitur absque siti. Ex quibus Symptomatis novi Febrem adesse Miliarem. Ut itaque lenem excitarem Diaphoresin, proprioque potu illam fovendo, Symptomatis prædictis obsisterem, sequentia præscripsi.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. gr. xxv. Syr. Caryoph. q. s. Ms. f. Bolus è Julapio antea præscripto, sumendus sexta quaque hora.

R. Decoct. Flor. ℥ss. addendo inter coquendum Cochinelæ ℥j. Colaturæ adde Syr. Caryoph. & Viol. an. ℥j. Ms. f. Apozema. Sumat haustum per intervalla.

Vespere omnia vidi emendatiora. Ideoque Bolum ad ℥ss. augendum & continuandum præscripsi. Ut persisteret in usu Apozematis; & in languoribus, cum Salis Volat. Oleofi gutt. xx. vel Aq. Theriacal. Coch. ij. At si remissior fuerit Diaphoresis, loco Salis Vol. Oleof. Spir. C. C. gutt. xx. sumeret. Et quoniam Patientis amici eundem narrabant in nullo Morbo tandiu à Delirio fuisse liberum, hoc itaque præcavendo, Vesicatorium Nuchæ, & Emplastrum suppedalia applicanda præscripsi.

Die 6^{to}, manè, cum omnia eadem ac die præcedente viderim, jussi antea præscripta continuanda.

Vespere quædam in pejorem partem inclinabant. Paucula enim verba locutus est ineptè; & cum Nausea singultiebat. Præscripsi itaque Empl. Stomachic. Magistral. cum Caranna, Taccamahacca, & Ol. Cinnamonomi, regioni ventriculi applicandum; & Possentum Salviæ & semine Anethi alteratum: utpote in singultu à me probatum & expertum, pro potu ordinario.

Die 7^{mo}, minus singultiebat; post duas tresve sedes, à Delirio omnino liberabatur; Pustulæque Miliare super Pectore emicuerunt.

Hodie Egroti Amici alium Medicum mihi addiderunt Collegam. Is sedes, ne Pustularum eruptioni obstarent, cohiberi voluit; Ideoque Astringentia ex Diacordio & similibus quamprimum adhiberi. Ego verò, sumendo argumentum à materiæ morbificæ Colluvie, nempe tum ad pustulas replendas, tum ad sedes sufficiente, suasi contrarium. Allegavi etiam exempli loco, sceminam quandam generosam, quæ à Diarrhæâ, errore quodam suppressâ, indeque morbosa materiâ ex partibus inferioribus in Cerebrum irruente, paucas post horas obiit. Et in nostro Patientem, scilicet obeso habitu, brevique cervice, & eâ ratione ad Apoplexiam proclivi, multò magis humorum

Metast.

Metastasin nos cavere instabam debuisse. Attamen, ut in hac re mediam ineamus viam, assensum haud difficilem præbui. Præscriptimus itaque Bolum ex Margaritar. & Corallior. pp. an. gr. xv. Salis Absinth. gr. vij. Syr. Caryoph. q. s. Et ut bibat Decoctum album, Cochinellâ concoctâ, & Aq. Cinamom. Hord. alteratum, instar potûs ordinarii. Ut Emplastrum ex Galbano Umbilico applicetur; ut & mucilage, Aq. Rosarum extracta, os madesiat.

Vespere Diarrhæa multò mitior fuit. Sed aliquanto plus delirabat Æger; fortè à sedibus rarioribus. Neque à singultu omnino abstinuit. His animadversis, addidimus antea præscriptis Emplastra Vesicatoria Brachiis interais applicanda. Emplastra etiam subpedalia, & Posselum alteratum, ut à me antea præscriptum.

Die 8vo, tertius Medicus ad consultandum vocatus suam opinionem, de sedibus necessariò suppressendis, statim proposuit. Dixitque aliàs impossibile fore (ut ipsius verbis utar) Pustulas emitti. Contra Medicorû prior, atque egomet objecimus materiæ morbificæ abundantiam, & Delirium aliaque periculosa Symptomata, ex illius Metastasi metuenda: Sed frustra. Ille itaque sequentia præscripsit.

R. Theriac. Androm. ʒʒ. Pulv. è Chel. Cancror. comp. Spec. Confect. de Hyacinth. an. gr. xij. Syr. Cydon. q. s. Ms. f. Bolus sumendus è Julapii seq. Cochli. j. superbibendo Julapii dimidium quàmprimùm, reliquum post horam vel primam sedem.

R. Aq. Cinam. Hord. Menth. an. ʒij. Epidem. ʒj. Syr. è Mecon. ʒʒ. Diacordii ʒj. Ms. Et Emplastrum Vesicatoria tibiis applicanda.

Collega primò vocatus illi assensit de Bolo sumendo; sed Julapium constanter reprobavit. Nihilominus ambo Medicamenta (circa nonam matutinam præscripta) sumpta sunt.

Circa tertiam vel quartam pomeridianam iterum convenimus, intelleximusque patientem statim à suppressis sedibus in Apoplexiam incidisse. Quem etiam, Pustulis Miliaribus in universum deletis, sensibus orbem vidimus. Quare & Vesicatoria Capiti & Carpis quàmprimùm applicanda iussimus, Sternutatorium è Flor. Liliî conv. insufflandum, & sequentia sumenda.

R. Salis Vol. Oleof. Tinct. Castorei sp. Lavend. comp. an. ʒij. Ms. Sumat frequenter gutt. xxx. circiter, ex haustulo Julapii seq.

R. Aq. Meliss. Rutæ an. ʒij. Paon. comp. ʒij. Spir. Lavend. comp. ʒij. Tinct. Castor. ʒj. Syr. Paon. comp. ʒj. Ms. f. Julapium ut supra sumendum. Sed incassum omnia: Nam paucas post horas mortuus est.

Historia Febris Miliaris ex Aere frigido admisso Lethalis.

Sept. 25. 1700. Evocatus sum ad D. Arnold. Cerevisiarii Westmonasteriensis uxorem. Cui obstetricis officium præstitit D. Watson: & Pharmacopœi, D. Broughton, in Vico vocato Tuttlestreet.

Illam, antequam parturiret, dolore Colico, ventriculo, ut aiebat, quasi onusto, & spirituum defectu ingemuit.

Cùm die supra dicto primùm adiverim, Aquæ terrosæ, ex membranis Foetum in Utero includentibus sed jam disruptis, effluerunt; & Infantis caput extra orificium Uteri internum hærebat. Nempe ex viæ angustia, capitis mole majori, spirituum defectu, doloreque mitiori, quàm qui ad partum sufficeret.

De eodem spirituum defectu, etiam post partum exemptum, adeò querebatur, ut astantes omnes illam putarent brevi morituram. Cùm autem hoc Symptoma jam idem videretur ac ante partum, idemque Pulsus; imminens periculi nil metuens, Febrem adesse Miliarem palam indicavi, Pustulasque prædixi

Miliares, tandem aliquando exituras. Ut itaque lenem Diaphoresin consuetâ meâ methodo excitarem, seq. præscripsi.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. ʒj. Castorei gr. iv. Syr. Paralyt. q. s. Ms. f. Bolus quam primùm sumendus è Cochli. j. Julapii communis.

Die 26to Medicus alter magni nominis de Patientis salute consultitur: Quam adhuc de Spirituum defectu & oppresso Pectore querentem audivimus. Ex quo præcipuè Symptomate prædixi etiam alteri Medico, Pustulas Miliares suo tempore erupturas.

Ægrotæ Pulsus frequens adhuc & debilis; Calor universus, & sine alterno Frigore; Urina sanorum similis; verum à Colico dolore (forfan Alvi bis solutæ beneficio) libera evasit. Ne tamen Lochia minuerentur ex Diarrhæâ, Pilulas imperavimus sequentes sumendas.

R. Castorei gr. vi. Ase Fatid. gr. xij. Laud. Lond. gr. j. Syr. Atrip. q. s. Ms. f. Pilul. n.º. vj. Sumat ij. urgente Alvo, & deinceps quartâ quaque horâ. Sumantur autem è Cochli. j. sequentis Julapii superbib. haustulum ejusdem.

R. Aq. Ceras. nigr. ʒvij. Cinâ. Hord. ʒiv. Epidem. ʒx. Margar. pp. ʒj. Sacchar. albiss. q. s. Ms. f. Julap. sumendum ut supra præscriptum est, & in languoribus.

Die 27mo Ægrotam in eodem statu, quo die præcedente, vidimus: Exceptâ leviori quadam cordis palpitatione. Iussimus itaque ut persistat in usu Pilularum cum Julapio, sumatque gutt. xx. Salis Volat. Oleof. in haustu potûs ordinarii, & in languoribus prædictum Julapium.

Die 28. Pustulis Miliaribus jam in conspectum eminentibus, Spiritus minus defecerunt, mitiora suspiria, minor oppressio. Rectè etiam effluebant Lochia & Alvus mediocriter soluta fuit. Consulimus itaque Pilulas sine Laudano sextâ quaque hora sumendas. Mater verò puerperæ, mortem ex Diarrhæa pertimescens, obnixè rogabat siseretur. Ea, ut videamur ex aliquâ parte ad ejus mentem accedere, mandavimus sequentis Julapii usum.

R. Aq. Menth. ʒij. Epid. ʒij. Confection. Fracast. ʒj. Syr. è Mecon. & de Menth. an. ʒʒ. Ms. f. Julap. de quo sumat Cochli. iv. urgente Diarrhæa. Et ut persistat in usu salis Vol. Oleof. & Julapii perlati.

Die 29no. Ægrotam visitantes, intelleximus admodum timuisse matrem ob Diarrhæam & illi multò largius, quàm à nobis concessum est, de Julapio præbuisse: Sedesque exindè primò inspissatas fuisse, postea omnino suppressas. Unde & palpitatio, pectoris oppressio, majores subsecutæ sunt. Quapropter sequentia censuimus sumenda.

R. Croci ʒʒ. Sumatur è Cochli. j. ad Lactis superbib. Cochli. v. Sumat etiam Tinct. Croci gutt. xx. ex haustulo Aq. Lactis sapor. Usu etiam Croci, ad cordis palpitationem, fluxum Lochiorum, Spirituum defectum, Pustulasque Miliares altius emittendas, respectum habuimus: Demumquè persistat in usu Pilularum sive Laudano, & Julapii in languoribus. Et matris importunitati cedentes, præscriptimus etiam Julap. cum Diacordio in promptu habendû: dicebat enim mater, se id velle. Ægrotæ etiam percontanti, an semet in lecto erigere, & ventilabro uti liceat, necne? assensus est alter Medicus. Atque etiam, ut in se collectis cortinis pateat lectus; ignisque extrueretur vel nullus, vel duntaxat parvulus. Interim mihi ab illa quærenti, an ex Aere frigido, Collo vel Pectori admissio, quicquam mali sentiret; respondet, semet exinde Spirituum defectum Pectorisque oppressionem sensisse. Quamobrem illam obnixè rogavi, ut toto illo die calido utatur regimine; eoque potius, quòd ille esset dies Febris Lactæ: Ne cessante Diaphoresi Pustulæ Miliares retrocederent. Sed à nostro discessu sibi Aërem admisit, Pustulæque

que Miliare subitò occubantur. Unde materiae morbificæ in cerebrum facta est Metastasis, statimque ægra sensibus orbata est.

Cùm eventus meæ responderet prognosi, seorsum vocatus sum: sed jam nullum vidi præscribendi locum.

Ex hisce duabus Historiis clarè constat, Febrem Miliarem, cum Symptomatis mitioribus incipientem, ex minimo errore fatalem sæpe exitum habere.

Historia Febris Miliaris, ubi quoddam Animi Delirium maxime mirabile supra biduum erat continuatum.

Sept. 12, 1697. advocatus sum ad D. Hall, ad insignem Leopardi in *Blackman-street*, propè Divi Georgii Templum habitantem, nono post partum die. Cui Pharmacopœus D. Bynn. & obstetrix D. Cretier, in Vico *Abchurch-lane* vulgò dicto.

Hæc puerpera annum agebat trigésimum octavum, & sexum jam parum enixa est. Constitutione debilis; iam ex partu semper difficili, quam dolore Colico sæpe recurrente; quemque nuper passa est cū Calore & Frigore alternis, & cum oppressione Pectoris, Spirituumque languore. Quæ Symptomata ab amicis tantummodo vapores, ut vulgò vocant, usque ad diem quo infans baptizatus est, communi errore, æstimabantur. Quo die visitantium multitudo adeò fuit obstrepera, ut exinde Spiritus ejus, antea debiles, intensè perturbarentur, & Tremore ac Motibus Convulsivis correpta fuerit: tantæque corporis inquietudine laboraverit, ut maritus vix potis erat eam in lecto retinere; donec tandem, die scilicet, illum quo advocatus sum, præcedente, in Convulsionem universalem incidit, & summo languore jacuit quasi penè mortua.

Die supradicto, cum circa nonam matutinam Patientem visitaturus sim, mihi Domestici narrabant, maritum ejus meum adventum per nunciata inhibuisse: jussisseque, si forte adsim, ne me in cubiculum admittant: putabat enim illam reverà animam reddidisse. Et cùm, nolentibus illis, ægrotam adiverim, illam equidem absque pulsu, absque respiratione (ut per speculum ori & naribus appositum probavi) faciemque mortis pallidissimam, in lecto immotam & extensam Ego & astantes conspeximus.

Nihilominus è facto scrupulosiori de antecedentibus scrutatio conjecturam feci, mortis similitudinem illam à materiae morbificæ in totum genus nervosum Metastasi provenisse. Nam mihi hic in mentem id venit, quod notatu dignum est in Pisciculis Tubulo vitreo incluis & per Microscopium inspectis: in quibus scilicet, conspicua est Sanguinis Circulatio, etiam si mortui videantur. Prohibui itaque ne per dies aliquot hanc ægrotam stragulis denudarent, & non ante septimanam sepeliendam. Et multâ contentione obtinui Cucurbitulas cum Scarificatione, inter Scapulas, & Femoribus internis applicari permittant; Emplastra Vesicatoria pone Aures & super Carpis apponi; tempora & manuum volas pedumque plantas Oleo succini illiniri; succum Paralyseos, & ex Helleboro, Salviâ, & Floribus Betonicæ Sternutatorium Pulverem, naribus alternis vicibus insuillari; & Haustum ex Aq. Lact. ℥iij. Castor. gr. vi. Syr. Artem. ℥vi. nec non Apozema pro D. Bullock præscriptum, si fieri possit, vi in os injici.

Post penè biduum, die scilicet 13tio, circa quartam pomeridianam, missi ad me Domestici narrabant, Chirurgum, simul ac hanc puerperam inspexerat, admiratione percussam interrogasse, an Cucurbitulas mortuæ applicari vellent. Utcunque tamen eis morem gerens, Cucurbitulas Femoribus apposuit; at

Tom. II.

non inter scapulas, adeò multum rigebat. Vesicatoria etiam Carpis applicarunt. Cæterum die supradicto, nempe 13tio vesperi, licet ne minimum respiraret, visa est tamen parum calefcere. Jussi itaque Crani humani ℥j. cum Aq. Rutæ & Syr. Artemisiæ, si fieri possit, in os immitti.

Die tandem 14to, circa quartam matutinam, molliorè respirare, atque etiam deglutire incepit. Ideoque Emplastra Vesicatoria inter Scapulas applicanda iterum præscripsi. Et ut gutt. xx. Salis Volati Oleos. sumat sine vehiculo. Quo factò, Pusillæ Miliare demum in conspectum venere. Et in earum incrementum sequentia sumenda consului.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. ℥b. Sumatur quarta quaque hora, è Cochli. j. Julapii sequentis superbibendo Cochli. iij.

Aq. Cinam. ℥iv. ℥iv. Ruta ℥iij. Pa n. comp. ℥b. Sacchar. albiss. q. s. Ms. f. Julapium. Et ut bibat de Apozemate ex Ung. Alcis pro potu ordinario.

Die 15to loqui, seseque movere valuit; & de dolore ex Vesicatoriis edidit querimoniam: Pusillæque Miliare super Pectus pusillârunt copiosissimè. Ideoque antea præscripta censui continuanda.

Die 16to Pusillæ molem acceperunt adhuc multò majorem, mensque illi redintegrata est. Nec amplius oppressione Pectoris, aut languore, sed solâ corporis imbecillitate, laboravit. Quapropter & sequentia præscripsi.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. gr. xxv. Aq. Lact. alex. ℥iij. Epidem. ℥ij. Ms. f. Haustus sex. à quaque horâ sumendus.

R. Rad. Scorzon. Hisp. ℥i. Cort. Aurant. cond. ℥vj. fol. Galega, Meliss. an. Mj. flor. Cord. au. 1 p. Sem. Card. bened. ℥b. Coqu. in Aq. font. q. s. ad ℥ij. Addendo Coiatu. x. Syr. Limon. ℥j. Ms. f. Apozema, de quo sumat Haustum ad libitum; & in languoribus Aq. Theriacalem.

Ægrotam adeò bene se habentem abhinc usque ad diem 19um omisi visitare. Jamque solum Stomachica quædam amara præscripsi, ad accendendum appetitum: Sumeretque post quartam noctem Sacram Tincturam, aquasque *Svebh. menses* die sequente. Quo factò, in omnium admirationem perfectè convaluit. Tametsi, ut audivi, in Nare, durante Febre, nimis compressâ passa est Sphacelationem. Quâ Chirurgi ope sanata, alios quinque vixit annos; tandemque, ut mihi ejus maritus retulit, ex dolore Colico & Convulsione eidem superinductâ è vitâ discessit.

Historia Febris Miliaris in Chronicum Morbum terminantis.

An. 14to. 1699. evocatus sum ad D. Berenberg, puerperam, tunc in plateâ *Walbrook* vulgò vocatâ habitantem. Cui ut Pharmacopœus inserviebat D. Basket, Obstetricis autem officium præstabat D. Taylor, in plateâ *Pacer-noster Ron*.

Querebatur, dum parturiret, de virium maximâ imbecillitate. Et post partum ut assistentes mihi narrabant, tantâ oppressione Pectoris, cum Spirituum defectu, laboravit, ut ad trahenda suspiria cogereetur. Ex illis tamen Symptomatis nihil præter Hystericos vapores, ut vulgò vocant, suspicatae sunt. Prædie autem ejus diei, quo me advocarunt, eum mammae ad lactandum infantem denudasset, & ad relaxandam alvum super aquæ calefactæ vaporem sedisset, frigori que multò semet exposuisset; exinde tandem spirituum angustiam, respiratione difficili, Asthmaticis convulsivi æmulâ, Tussique siccâ, adeò depressa fuit, ut illi mortem esse in propinquo existimaverint.

Cùm primum illam adiverim, de prædictis affectibus;

D d d

tibus;

tibus, atque etiam de vigiliis querelas edidit. Pulsus illi erat frequens & debilis, & febrilis calor. Urina tamen pallida, & Lochia omnino suppressa.

Ex antecedentibus supra memoratis illam Febre Miliari laborare censui: atamen in principio mitiori. Quamdiu, scilicet, consueto puerperarum regimine gubernaretur. Postquam autem, eo ipso tempore, ut verisimile est, quo Miliarium Pustularum eruptio instabat, se irruenti frigori denudaverat; materiam morbificam, retrogrado motu Pectori interiori impactam, supradictum Asthma creasse, conjectare licet. Nam ut in Pectore à me inspecto Pustulas tunc primò pullulantes, ita & duntaxat paucissimas, cernere poteram.

Statui itaque, mihi consueta methodo, lenem sudorem & continuum excitare. Et ut alia Medicamenta, convulsivo Asthmata, reliquisque Symptomatis, puerperisque commoda adjungerentur. Quamobrem & sequentia præscripsi.

R. *Spermatis Ceti* ℥j. *Bezoar. Orient. Cruci an.* ℥ss. *Syr. Heder. terrestr.* q. s. *M. f. Bolus* sumendus è *Cochl. j. Aq. Lactis alex. superbibendo Cochl. x.* His enim, Lochiis promovendis, Asthmata levando, excitandis spiritibus, & sudoribus magis liberis consului. Et ut Patienti illiusque amicis placerem, qui hanc Febrem Hystericum affectum æstimarunt, atque etiam Lochia feliciter continuarent, Pilulas sequentes præscripsi.

R. *Castorei gr.* vj. *Aça fatid. gr.* xii. *Syr. Paon. comp. q. s. M. f. Pil. no. vj.*

Die 15to optimè se habebat. Nam ex quo Bolus sumferat, spiritus fuere elevatiore, facilior respiratio, renovatus effluxus Lochiorum, urina colorator, Pustulaeque Miliare super Pectus magis conspicuae. Bolus itaque die præcedente præscriptum censui repetendum, addendo *Pulv. de gutt. grana aliquot*, ne Asthma convulsivum recurreret. Umbilico etiam Emplastrum ex *Taccamahacca*, & Emplastra subpedalia applicanda jussi. Et in languoribus sumeret Haustum Julapii perlati. Nec non *Aq. Theriacalis Cochl. ij.* alternis vicibus.

Vesperis, ex leni persistente sudore, respiratio adhuc facilis, Pustulae Miliare densiores, Spiritusque minus defecere. Ideoque ut in usu Bolorum antea præscriptorum persisteret, duxi optimum fore: Sumeretque, pro renata, succi fimi Equini in *Aq. Card. Bened. & Tulag.* infusi & expressi. Nimirum, ut Lochiorum effluxus, volatilibus fimi particulis, excitaretur.

Die 16to noctem intellexi præcedentem sine ullo Symptomate Ægrotæ transiisse. Antequam verò ab illà discessi, respiratione convulsivâ iteratâ, vires subito diminutas sentit. Præscripsi itaque Haustum sequentem.

R. *Aq. Lact. alex.* ℥ij. *Epidem. Syr. Carioph. an.* ℥ij. *Lapid. Goen. Pulv. de gutt. an.* ℥ss. *M. f. Haustus* Et post horas sex sumat etiam Bolus antea præscriptum, Pulularumque duas tempore intermedio.

Vesperis sudorem, ex sumpto Haustu, universalem dimanasse narrabant. Unde & magis extuere Pustulae Miliare, & Asthma diminutum est. Ideoque jussi persisteret in usu ultimo præscriptorum omnium, Et ad status, qui multum atulerunt molestiae, Saccharo instillarentur Olei *Cort. Aurant. gutt. iij.* & sumerentur ad libitum.

Die 17mo, Cum prædicta Symptomata debellari viderentur, antea præscripta continuari consului.

Die 18vo, ex sudore intermisso, renovantur Symptomata, cum Ventriculi ægritudine, & quâdam confusione, quasi Delirii prodromo, conjuncta. Quamobrem ad restituendum sudorem, jussi ut in usu Haustus persistat: Addendo singulis Haustibus *Bezoar.*

Orient. grana aliquot. Ut cum posseto salviato aquam Theriacalem largè sumeret, & Emplastra subpedalia repeterentur.

Vesperis ex sudore copiosè renovato iterum evanescere Symptomata. Neque exinde quicquam infirmatae vires, sed potius aucta fuere. Etiam quaedam rubrae, & prurientes, miliaribus interspersa, vi sudoris excreverint. Jussi itaque ut in usu Haustus & infusi persisteret.

Die 19no Pustulae Miliare coeperunt exsiccare, & omnia visa sunt versus sanitatem perfectam progredi: Solummodo spirituum diminutione exceptâ. Quapropter & præscripti usum Haustus cordialis continuari.

20mo vocatus sum circa quintam matutinam. Quippe quòd ægrotâ in difficilem respirationem denuò incidisset: Non à Pustulis Miliaribus recessis; cum hæc jam antea penitus exsiccatæ fuerint: Sed forsitan à materiae morbificæ quibusdam reliquiis, viam quasi quærentibus qua excernerentur. Nam ex tribus sedibus, spontè ac subito supervenientibus, Dyspnoea omnino evanuit, atque Ægra quàm optimè convaluit.

Nihilominus ex illius amicis aliquis alium Medicum advocari vellet. Qui cum adveniret, & Pustulas Miliare, jam antea, ut dictum est, exsiccatas, nusquam vidit, sed tantummodo rubras; me, quòd hanc Febrem vocaverim Miliarem, irrisit: Dixitque rubras Pustulas à solo sudore posse oriri. Proindeque juxta indicationes quas sumferat claudicantes aliquot dies præscripsit, sed re infecta. Deinde alius Medicus, & post illum tertius, atque quartus vocatus est. Qui omnes ignoti morbi curationem incautè susceperunt, donec in Chronicum tandem transit. Quòd si noverint hanc Febrem reverâ fuisse Miliarem, & post exsiccatas Pustulas Miliare Crisin perficiendam naturæ commisissent; nullus dubito, quin Morbi lætus fuisset exitus. Nam ab illo momento, quo Pustulae Miliare etiam salubriter exarescere solent, non infrequenter observavi, materiae morbosæ reliquias vel per Intestina, ut in hoc casu, vel per vias Urinarias, ut in sequenti; vel cum Lochiis per Uterum, ut in quadam *D. King, in Vico Fleet. Fleet* dicto, spontè & feliciter exterminari.

Historia Febris Miliaris in Morbum Chronicum, tandemque Mortem, desinentis.

SEPT. 17mo, 1709, vocatus sum ad *D. Bateman. D. Bateman*, equitis aurati, uxorem. Hæc ante viginti septimanas, in principio puerperii, dolore colico, oppressione pectoris, cum suspiriis spirituumque defectu, nec non pulsu frequente ac debili laboravit. Ex quibus Symptomatis morbum Febrem esse Miliarem palam prædixi. Et ex usu Diaphoreticum optimè se habere, sibi suæque Matri visa est. Prædicta enim symptomata parvipenderunt. Ægrotam itaque diutius visitare nolui. Consului tamen, ut seipsam per mensem lecto affigeret, in eorum quæ præscriperam usu persisteret, & ab infantis lactatione abstineret.

Meo autem consilio obtemperare noluit. Proindeque post quinque septimanas à partu passa est recidivam, cum dolore colico & laterali, calore & Frigore alternatim recurrentibus, oppressione pectoris, cum suspiriis, spirituumque defectu. Ad Lateris dolorem Sanguis fuit emissus; unde & auctus Languor: Et quaedam suffocatio, Hystericus affectus similis, cum suspiriis illam premebat. Quæ symptomata Vapores, ut vulgò loquuntur,

tata

Ægra quàm ejus mater æstimavit. Cùm revera à Venæ sectione, catameniorum tempore, orta fuit. Nam Lochia, quæ à partu ad sextam septimanam usque duraverant, exinde subito suppressa fuere, & deinceps ad illius è vitâ exitum.

Jamque, quod ante exacerbationem Symptomatum magis frigeret, Morbum putarunt Febrem esse intermittentem: Etiam si Pustulæ Miliæres hoc tempore fuere conspicuæ. Nilominus sumpsit corticem Peruvianum ex præscriptione Pharmacopœi. Ex quo motum materiam Pustulis adhuc magis augendis aptæ, in cutis superficiem impeditum, eandemque aliò transmissam fuisse, minimè dubitandum est. Primum super Femur, Tibiam pertemque; quem Chirurgus scarificabat: Deinde & super intestina; ubi genuit Diarrhœam: Nec non super Nervos pulmonum, ramosque Asperæ Arteriæ capillares; ubi Asthma, cum Tussi spontoriâ & foetidâ produxit. Verum ex emissio è pede sero minimè remissior fuit Dyspnœa.

A Junii 23io, ad 25um, Medicus præscripsit Bolum ex Pulv. e Chel. Cancr. composit. Rad. Serpen. Virg. & Castoreo; Decollum album, Suppositivum, Empl. Vesicat. Nucha & pedibus Cephalicum.

Junii 25io, Corticis Peruviani Decoctum. Die 26. Corticis Peruv. Pulverem. 28vo, Julapium ex Aq. Lall. 3jv. Mentha, Cinamomi hord. an ʒj, Laud. liq. ʒj, Conf. Fracast. ʒij, in Diarrhœam.

Julii 8vo, Lac. Asinum cum Pulvere Margaritarum, è Chelis Cancror. similib. & Saccharo perlato. Nec non Infusum amarum ex Absinthio Romano & Sem. Cortinari; addendo Colatura, Gummi Ammoniaci Aq. Pœn. comp. & mirabil. an. q. s. dissoluti ʒj, & Aq. Ceras. nigr. ʒvj.

Die 9no, Corticem Peruvianum. 16to. Bolum ex Pulvere è Chel. Cancr. com. & Theriacâ Andromac. Et Decollum album cum Rad. Tormentilla. 29no. Infusum amarum, & Pilulas ex Pulvere Millepedum.

Aug. 3io, Pilulas ex Pulv. Ari comp. Myrrha & Syr. Balsamico. Et Decollum ex Cortice Sassafras, Sem. Dauri, Baccâ Juniperi, Rad. Eryngii condit. & Aq. Calcis q. s. addendo Colatura Aq. Nephriticæ.

Die 17mo, In consultatione cum alio Medico. Pilulam Matchensianam, 19no. Vesicatoria Nucha & Brachii applicanda. Pilulas ex Galbano, Gum. Ammoniac, Croco, & Opobalsamo. Et Julapium perlatum.

Sept. 6to, Enea ex Decollo albo, Theriacâ Androm. & Diascordio. Infusum amarum ex Radicib. Gentiana, Helenii, Absint. & Marrubii foliis, Sem. Dauri & Baccâ Junip. in Aq. font. infusus, addendo colatura Viam Chalybeatam. Et Bolum ex Diascordio, Terrâ Japonicâ, & Ol. Cinamomi.

Die 13io. Vesicatorium parvum, cum Epispastico Unguento, ad diu continuandum Ulcus. Pilulas ex specieb. Diambra, Castoreo, Sale Volat. C. C. & Galbano. Et Julapium Hystericum.

Hæcenus tres Medici magni nominis, duoque Chirurgi non incelebres Ægrotam visitarunt. Et hanc Morbi methodique præscribendi Historiam, majori ex parte, ab Illâ illiusque Matre, iterum advocatus accepi.

Jam tum difficili respiratione, Diarrhœâ, & manuum artuumque inferiorum Tumore gravata est: Adeo vertiginosa & languida, ut bis uno die ne Syncope moriretur metuerint. Pulsus ei valde frequens ac debilis. Et circa meridiem, Calore, Rubore, & Dyspnœâ, quotidie affectam fuisse narrabant.

Horum omnium, serè à Morbi principio, Symptomatum, tres quatuorve Causas fuisse arbitror. Quotidianum scilicet è lecto egressum, Lactationem, Venæsectionem, & è sumptis Medicamentis imprimis corticem peruvianum. Hæc enim omnia pustulorum miliarum incremento & durationi certum est obstuisse, & materiam morbificam in pulmones,

Tom. II.

Intestina, Artusque inferiores transfulisse.

De hoc Morbo, quod sit immedicabilis, feci prognosin. Præcipuè ob summam Ægrotæ imbecillitatem; & quod Dyspnœa & Diarrhœa contraria indicarent.

Triste confessâ est, multùm pœnituisse se, me posterior vocatis Medicis non associatum fuisse: Præcipuè, quod suam Sororem in simili casu à me sanatam meminerit. Jam tamen à me proposita Vesicatoria nullibi apponi voluit, etiam si Respirationis difficilis & Vertigo exigerent. Fontanellas itaque inter scapulas aperiendas suasi. Et in ventris Tormina, Diarrhœam comitantia, Spiritum Millepedum, cujus efficaciam sæpe expertus sum, ex haustu potus ordinari, ad gutt. xx bis in die sumendum præscripsi. Et ut sextâ quaque horâ Bolum ex Spermate Ceti, Pulv. e Chel. Cancr. comp. & Croco, ad Menses movendos, lenem Diaphoresin excitandam, Respirationemque allevandam, degluteret.

Die 20mo, in reditu meo à Regio apud Windsoriam Castello visitavi ægrotam, eamque à Vertigine omnino liberam conspexi, ejus spiritus haud mediocriter refectos, ventris Tormina confopita, & suppressam Diarrhœam, ut postea mixturâ opiatâ non opus fuerit. Peristentibus autem Dyspnœâ, ac inferiorum Artuum Tumore, & universâ imbecillitate indies auctâ, post unam atque alteram septimanam obiit.

Historia Febris Miliaris cum largissimo Urinae effluxu circa finem.

Julii 29no, 1705. D. Loyd Lintearius, apud Cynaræ Insigne in platea Chesopside dictâ, cuique D. Basket erat Pharmacopœus, me ad suam Filiolam septem annos natam evocavit.

Habitudine erat tenuior, Temperie calidior. Spiritus illi vivaces, sed facile dissolubiles. Diebus aliquot præcedentibus, ex Calore interno cutis aridior fuit. Prædie hujus diei, cancrum comedit. Ex quo noctu ægrotabat, & calore vehementi siique correpta est. Quibus etiam Spirituum defectus, Vomitus, Pulsus frequens ac debilis, & Urina sanorum similis accessere.

Et morbi antecedentibus & Symptomatis prænotavi hanc Febrem fore Miliarem. Ideoque lacte Enemate, ad primas abluendas vias injecto, pro meo more decrevi lenem ac continuam Diaphoresin excitare, calidæque interim & siccæ temperiei diluentibus favere. Præscripsi autem sequentem in modum.

R. Pulv. è chel. cancr. comp. gr. viij. sumantur è cochl. j. Julapis sequentis, superbendo cochl. ʒj. vel ʒij. R. Aq. ceras. nigr. ʒviij. Epidem. ʒj. Sacchari albiss. q. s. Mf. s. Julapium.

His addidi Emplastrum, ex Cephalico cum Euphorbio, & pice Burgundica, subpedalia.

Die 30mo visitanti mihi narrant, Ægrotam ex Enemate Alvum satis dejecisse: Noctemque magis placidam, quàm præcedentem, illi contigisse. Non ad eò multum ardebat; calore tamen & frigore alternis mitius affecta fuit, vomitioque omnino suppressa. Et jam primum super Pectus Pustulæ Miliæres, in conspectum venere. Præscripsi itaque ut persisteret in usu Pulveris; & ad diluendam materiam febrilem, sudoremque fovendum, Possietum Salviatum affatim potaret.

Die 31mo, Spiritus minus oppressi sunt, & mediocriter refecti. Sed ex usu Possietii intermisso paulò plus caluit; Pulsus frequentior, sed debilis; Pustulæ tamen Miliæres aliquanto magis fuere conspicuæ. Præscripsi itaque Pulveris è Chel. Cancr. comp. gr. viij,

D d d a

1016

totidemque Margaritarum præparat. alternis vicibus sumenda.

Augusti 1mo Pustulæ Miliæres sunt tumidiusculæ, Calorque internus minor. Externè verò paulò plus caluit, cutisque leni Diaphoresi humectabitur. Jussi itaque post subductam Alvum ex injecto Enemate antea præscripta repetenda.

Aug. 2do Spiritus fuere vivaciores, Calorque adhuc minor internè. Consulti itaque persisteret in usu Margarit. pp. cum Julapio quartâ quaque horâ: Et ad tuendum caput Emplastra Vesicatoria pone aures applicanda.

Aug. 3tio non adeo equidem externè calebat; Verùm pustulæ Miliæres aspectum habebant minus laudabilem. Censui itaque pulverem è chelis cancr. compositum in usum revocandum. Quoniam verò puellæ mater regrè ferebat Medicamenta adeò frequenter sumenda, sequentia præscripsi.

R. Aq. ceras. nigr. ℥xij. Epidem. ℥jß. pulv. è chel. cancr. comp. ℥j, Sacch. albiss. q. s. Mj. f. Julapium; de quo sumat Haustum sextâ quaque horâ, agitata phiala tempore usûs. Et sumeret Margar. præp. Dosis in omnibus intervallis. Uteretur etiam Mucilage ex sem. Cydon. & Psyll. Syr. è Rubo Idæo edulcorata. Et Empl. subpedalia repeterentur.

Aug. 4to Calor erat multò intensior, nec sine quibusdam motibus convulsivis. Puella enim, cujus calida erat naturalis temperies, largius de Julapio potaverat, quàm debuit. Præscripsi itaque, Julapii loco, Margarit. pp. ℥ß, sextâ quaque horâ sumendum, è Julapii sequentis Cochli. j, superbib. Cochli. iij.

R. Aq. Lact. alex. ℥viii, Epidem. ℥j, Syr. è Cort. Citr. q. s. Mj. f. Julap. Et ad Ieri Sanguinis partem acriorem diluendam, ut lactis aquam alexit. sumeret edulcoratam, instar potûs ordinarii. Si diaphoresis suppressa fuerit, singulis aquæ prædictæ haustulis Spiritus C. C. gutt. iv. adderentur: Et Julapio immilceretur Pulveris de gutt. ℥j.

Die 5to motus quievit Convulsivi, Calor fit mitior, Spiritus animales vires sumunt, Pustulæque Miliæres jam in principio declinationis sunt. Quæ clare indicant, mala antea memorata Symptomata non tam à Morbò, quàm à Julapio, nimia quantitate sumpto, provenisse. Jussi itaque in novissimè præscriptorum usu persisteret. Naturæ enim non imperandum, ut bene monet Baglious, sed illius monitiis parendum est.

Die 6to Febris adeò declinavit, ut Pustulæ Miliæres desiccari inceperint. Præscripsi tamen, ad Febrilem Calorem superfluum extinguendum, ut Lactis aquam cum Margarit. præparatis Puella affatim bibat, & cortex Peruvianus in promptu esset, pro re natâ sumendus.

Die 7mo summo manè advocor. Tantâ enim copiâ, tanque subitò miuixit Puella, ut de illâ, antequam matula afferri potuit, effluerit Urina. Unde pertimuit mater, ne Diabetes, & deinde mors sequerentur; ut suo nepoti accidisse aiebat. Cùm reverâ partim ex Aq. Lactis, die præcedente liberalius potatâ; partim è Pustulis Miliæribus, tum exsiccatis, eveniret. Quemadmodum in antea descripto casu, & in eodem Morbi tempore, materiæ morbificæ reliquæ, ad Crisim perficiendam, per Alvum abierunt. Quod & hic forsitan accidisset, si patientis temperies minus calida, Alvus naturâ laxior, usulque Margaritarum parciore fuisset. Et in simili casu hujusmodi, Morbi reliquæ per Lochia nonnunquam

expelluntur: ut D. Kütz, ad Trium Regum Inigne in Ludgate-hill, cui Pharmacopœus erat D. Allen, accidisse memini. Illi enim, statim à Pustulis Miliæribus penitus exsiccatis, Lochia, instar Sanguinis super Carbones adusti, nigricantia, hæc ullâ causâ evidenti, aut subsequente periculo, per horam integram emanarunt. Et quoties evacuatio neutrius prædicti generis post exsiccatas Pustulas contingit, sæpe vel Calorem internis partibus hærentem, cum pressurâ Spirituum, deprehendo; vel quavis levi de causa recidivam patiuntur Ægri, & nonnunquam mortem subitanam: Vel ex materiâ in Arius rejectâ, aut Erysipelas, aut Hydropicus dolensque Tumor generatur.

Hæc omnia puellæ matri sigillatim monstravi, quò melius eam à timore liberarem. Nihilque amplius agendum, præter virium instaurationem: vel Corticis Peruv. usum, vel Pulveris Testacei cum Lacte Asinino; cujus usus ei antea bene cessit. Alium tamen Medicum associari voluit. Eodem verò tempore ipse evocor ad Nobiliss. D. Clarendonia Comitem, ut de ejus nepote, Honorabil. D. Obrian, consulere. Ideo & alter Medicus sequentia solus præscripsit.

R. Pulv. de gutt. Lapid. Contray. an. gr. vj, Castor. Salis Vol. C. C. an. gr. ij, Conf. Alchem. sine Mosch. ℥j, Syr. Paon. comp. q. s. Mj. f. Bolus statim sumendus, & sextâ quaque horâ, solutus in Cochli. j. Julapii.

R. Decoct. albi ℥j, Aq. Cinam. bsd. ℥j, Sacch. albiss. q. s. Mj. f. Apozema pro potu ordinario.

R. Salis vol. Oleos. ℥ij, sumat gutt. vj, frequenter in potu quovis ordinario.

Et applicentur Emplastra Vesicatoria Brachiis internis & inter Scapulas.

Hujus præscripti Chartulam D. Basket Pharmacopœus ad me misit. Quâ perlectâ, stupore quodam percussus sum; dixique, cùm minimè retrocesserint Pustulæ Miliæres, sed regulariter & sine quovis pravo Symptomate exsiccarentur, me, ex Medicamentis calorificis, & à puella calidi temperamenti ac debilitatâ sumptis, nil melius quàm Febrim de novo accersam, mortemque minitantem sperare.

Nec me mea fefellit conjectura. Cùm enim circa nonam vespertinam puellam visitaverim, ut omnia, secundum præscriptum ultimò memoratum, intellexi facta fuisse: ita & puellam ardore vehementissimo, cum siti ingente, linguaque arida, & respiratione difficili, laborantem vidi. Attamen, absente altero Medico, nihil præscribere mihi visum est.

Die proximo manè nobis, unâ Puellam visitantibus, narratum est, illi pessimè transisse noctem, & jam ardebat maximè sitique valde urgente & Dyspnœâ afflicta fuit. Et mihi interroganti alterum Medicum, qualibus indicationibus satisfecisse proposuerat? Respondet, se me absente, qui solus Morbi Historiam enarrare potui, Pustulas Miliæres retrogradas æstimavisse. At cùm id fieri non posse monstraverim, habita consultatione, & concessit Medicus dosim diminuere, & sequentia præscribere.

R. Lapid. Contray. Pulv. de gutt. an. gr. iv. Croci. Castor. an. gr. j. Syr. Paon. comp. q. s. Mj. f. Bolus sumendus è Cochli. j. Julapii. Sumeretque ad diluendos humores Decoctum album pro potu ordinario. Et ne ex Alvo adstricta usulque Boli Calor excitaretur, suppositorium præscripsimus ex Melle & Sale Gemmeo.

Die 9no Calor fuit remissior, liberiusque respiravit.

usque respiravit. Præscriptimus itaque Enema-
trum Vesicatorium inter Scapulas applicandum,
ex Lacte Saccharato, Bolusque unum.

Die 10mo in statu longè meliori Puellam vi-
dimus; Symptomatis, à calidis Medicamentis or-
tis, contopitis omnibus. Attamen ad recupe-
randas vires, Calorisque interni recursum præ-
veniendum, Pulverem præscriptimus sequentem,
è Cochli. j. Lactis Alumi sumendum, super-
bibendo lib, tepide.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Margar. pp.
an. gr. vj, Mf. f. Paovis.

Die 11mo ut adhuc tutius præmoniamus puellam,
ne illi febrilis Calor novaretur, consului-
mus, Cort. Peruv. Pulv. ʒʒ. è Cochli. j. Julapii
quarta quaque hora sumendum; & pro re na-
ta, Aq. Lactis haustulum. Et ad perficiendam
valetudinem Rus adiret, ubi saniori statu sem-
per gaudebat.

Haud multo post audiui, illam iterum male
valere, diosque advocari Medicos. Id autem
minime mihi displicebat: nam sub eorum cu-
ra obiit; cum antea, me illam curante solo,
Deoque favente, tam bene illi res cesserit, ut
è Febre mediocri tempore evaserit.

*Historia Febris Miliaris in Mamma Apostema ter-
minans.*

Junii 2do 1699, ad Viri admodum Honorab.
D. Trevor Commun. Placitor. Justiciarii Ca-
pitals Uxorem, jam defunctam, circa sui Puerperii
principium evocatus sum. Cui Pharmacopœus
erat D. Geilshorp; obsetrix, D. Dodson.

Cum gracili corpore animum possedit tranquil-
lum; Spiritus tamen nativos debiliores. Ante
partum in Calorem internum sæpe incidit. Pos-
tea dolere Dorsum & Femora, ut in Puerperis
solent: Et doloribus remissis, horrore correpta
est; quem Febrem esse Lacteam putarunt
Mulieres: tertio enim à partu die contigit.

Quoniam tamen Spiritus deficere sensit, die
prædicto vocatus sum. Cum observaverim Symp-
tomata, quadam oppressione Pectoris suspiria co-
gente, summe dejectis Spiritibus, Capitis dolore
Pulsuque frequenti ac debili, illam laborare vi-
di. Urina sanorum similis, Palmæ erant calidae,
Lochia essiebant, Alvusque potius accessit ad
Laxitatem. Denudato autem Pectore, inibi
numeravi Pustulas Tres Miliare. E quibus,
etiam paucissimis, satis apertè constabat, hanc
Febrem esse Miliarem. Mihi autem id affirman-
ti Digniss. D. Hamden, atque affantes, vix
assentiri voluerunt.

Attamen ex numero Pustularum aded par-
vo materiam ad eas fovendas aptam aliò ten-
dere suspicatus sum. Ut itaque earum eruptionem
leni & continua Diaphoresi promoverem,
sequentem Haustum sexta quaque hora sumen-
dum præscripsi.

R. Aq. Lact. ʒʒ, Paon. comp. ʒʒ, Pulv. è
Chel. Cancr. comp. gr. xv, Pulv. de gust. ʒi,
Syr. Meliss. q. j. Mf. f. Haustus.

Pulverem è Chel. Cancrorum paulò minori
quantitate præscripsi, ne motum Sanguinis
magis accelerem, quam Diaphoresi jam excita-
tæ continuandæ par esset. Ad tuendos ner-
vos, si Pustulæ fortè retrocessissent, addidi
Pulv. de gutteta cum Aquæ Lactis majori
Dosi diluente.

Præscripsi etiam ad Capitis dolorem Emplaf-
Tom. II,

trum Vesicatorium inter Scapulas applicandum,
& Empl. subpedalia. Et pro Alimento ut Pul-
lorum jus sorberet. Quod, ut magis nutri-
tium, in hac Febre potius quam in quavis
alia, præcipue in natura debilibus, præbere
soleo. Quibus & adjunxi seq. Julapium ad li-
bitum sumendum.

R. Aq. Meliss. ʒviiij, Cinamom. hord. ʒiv,
Epidem. ʒj, Sacch. perlato ʒj, Mf. f. Julia-
pium.

Die 3tio melius se habuit, ex omni parte.
Attamen, ne remitteretur Diaphoresis, præ-
scripsi Bolus sequentem.

R. Conf. Anth. ʒʒ, Pulv. è Chel. Cancr.
comp. ʒʒ, Syr. Meliss. q. j. Mf. f. Bolus sus-
mendus cum Julapio.

Vespero Febris exacerbata est primò contin-
gentibus Symptomatis. Quibus etiam accessit
Respiratio difficilis: Nec non levior Diarrhœa,
è Lochus diminutis. Nam excrementitia ma-
teria tentabat transitum ab Utero ad Intes-
tina. Sequentem itaque Bolus cum Julapio
sumendum præscripsi.

R. Conf. Anth. ʒʒ, Theriaca Andr. ʒ, Pulv.
è Chel. Cancr. comp. Croci, an ʒj, Sy. Meliss.
sa q. j. Mf. f. Bolus.

Theriacam præcavi Diacordio, quod non so-
lum moderetur Alvum; sed & plurimque ma-
gis faveat sudoribus. Et, omittis alius Afrin-
gentibus, Crocum addidi, ut uberiorem Flu-
xum Lochiorum, sine astringitione Glandularum
Intestinalium, restituerem. Quæcunque enim
Intestina astringunt, suum etiam Utero affectum
imprimunt. Quod imprimis advertendum est,
ne ex uno sanato Symptomate aliud genere-
tur.

Veruntamen, ne Bolus supradictus minus sit
efficax, seq. Julapium præscripsi in promptu ha-
bendum.

R. Aq. Ceras. nigr. ʒviiij, Cinam. hord. ʒiv, Epi-
dem. ʒj, Conf. Fracass. ʒj, Conf. de Hyacinth. sine od. ʒi,
Syr. de Mentb. ʒj, Mf. f. Julap. de quo sumat
Cochli. iv. post scæas singulas. Et ne quid mali
accideret ex Opiatis, præscripsi Vesicatoria
Carpis applicanda. Quæ etiam in Diarrhœa
nonnunquam profunt, dum materiam morbificam
ad exteriora revellunt.

Die 4to à sumpto Bolo Theriacali somnum
sudoremque secutos fuisse intellexi. Unde &
omnia Symptomata in meliorem partem inclina-
runt. Neque astringentis Julapii opus erat.
Præscripsi itaque Bolus cum Julapio perlato
repetendum. At sine Theriaca; quod hic mi-
nus Calida ad continuandam Diaphoresin vide-
rentur sufficere. Et inefficacis Medicamenti,
majore quantitate quam par est adhibiti, ex-
emplum habemus in Salvatione. Hanc enim
sæpe, & præcipue in debilibus, Mercurii dul-
cis gr. v. vel x, singulis noctibus sumpta, fec-
licius producant, quam ejusdem Medicamenti
Tripla Dosis. Cujus etiam rei Testis est D.
Tindal, Pharmacopœus. Qui, cum hanc metho-
dum cuidam patienti præscripsissem, multà ad-
miratione dixit, se nil inde expectare: nuperri-
mè enim Doses multò majores prædictæ Patien-
tis Filia, à magni nominis Chirurgo dari, &
vel undecim hebdomadas frustra continuari, vi-
derat. Vèùm Mercurius dulcis nimiam quantita-
te sumptus Sanguinis motum aded accelerat, ut
materiam, quæ ex mediocri Dosi per Glandulas
Salivales secerni solet, Vomitione aut Sedibus
expellat. Et notum est, in Melancholicis Al-
Ddd 3 vum

vum facilius subduci Medicamentis Lenitivis, quàm Catharticis plerisque fortioribus. Et pari modo sudor jam profluens, Diaphoreticorum Dosis augendo vel nimis frequenter repetendo, sæpe in ardorem desinit.

Attamen ne ad continuandum sudorem deesse materia, Apozem. seq. præscripsi.

R. Rad. Fragar. Chelid. major. an. ℥ss. fol. Meliss. Fragar. Chelid. an. p. ij. Sem. Card. bened. ℥ij. flor. Cordial. an. p. b. Coquantur in Aq. font. q. s. Colatura ℥ss. adde Aq. Epidem. ℥ij. Ms. f. a. ozema.

Vesperis rediit exacerbatio, sed multò levius. Bolus itaque Theriacalem repetendum præscripsi. Deinde, post horas sex, Bolus sine Theriaca: Et emplastra subpedalia applicanda.

Die 5to Symptomata quæque vidi benigniora, Pustulæque Miliæres ad maturitatem properantes. Præscripsi itaque ut in usu Boli sine Theriaca, Apozematis, & Julap. persisteret.

Quoniam tamen Dyspnoeam renovari posse suspicatus sum, si exacerbationes prædictæ iterentur, donec Pustulæ exsiccatae fuerint, alium Medicum in consultationem vocandum monui, quem Patientis Amici nominarunt. Vespere itaque convenientes, Symptomata totum illum diem fuisse leviora intelleximus. Jam verò vidimus omnia, nempe Diarrhoeam, Dyspnoeam, Spirituumque defectum exacerbari. Præscripsimus itaque sequentia.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Conf. Fracastor. an. ℥ss. Syr. Caryoph. q. s. Ms. f. Bolus sumendus in Cochl. j. Julapii sequentis, superbibendo Cochl. v.

R. Aq. Ceras. nigr. ℥x. Pulv. Bryon. comp. an. ℥ij. Margar. pp. ℥ij. Sacch. albiss. q. s. Ms. f. Julapium.

Die 6to manè, non obstante Bolo, Patientis sexies sedem petiverat, noxque ei inquietè transit. Nec jam Exacerbatio omnino finita fuit. Jussimus itaque Bolus continuandum, & Vesicatoria Brachiis internis applicanda. Quibus addidimus Gargarismum ex Decocto Plantaginis cum toto, & seq. Enema.

R. Seri Lact. Vno Hisp. separati ℥x. Elect. è Baccis Laur. ℥i. Sacch. rubr. ℥ij. Ms. f. Enema.

Attamen interrogatus seorsum à D. Hodges, Ægrotæ matre: Quid ad magnum illum Spirituum defectum sic faciendum? Suasi, ut in Aq. Lact. haustulo Croci sumeret ℥ss. & post aliquot horas repeteret.

Vesperis nobis narratum est, Patientem omisisse Bolus cum Diascordio. Sed Croci, ut à me præscripti, usu repetito, levioribus Symptomatis diem transgressisse. Nam ex leni sudore Pustulæ Miliæres laudabili modo se extulerunt. A juvantibus itaque indicationem fumentes præscripsimus Pulverem sequentem.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. ℥ss. Croci Pulv. gr. vj. Ms. f. Pulvis sexta quaque hora sumendus cum Julapio.

Die 7mo visa est optimè se habere. Alvus ei mediocriter soluta fuit; nempe longioribus intervallis, & sine virium jactura. Neque inde Pustulæ Miliæres disparuere. Quam obrem, ut in usu alterno Boli sine Diascordio, & Pulveris ultimò præscripti cum Julapio, persisteret decrevimus.

Vesperis Symptomata, cum difficili Respiratione & Diarrhoea, exacerbata sunt. Quare

& præscripsimus Bolus cum Diascordio, & reliqua ut antea.

Die 8vo etiam Bolus sumpsisset cum Diascordio, haud tamen ita bene sudasse aut dormisisset, ac post Bolus Theriacalem à me præscriptam Astantes aiebant. Magis enim inquieta fuit & calida, difficiliusque adhuc respirabat. Præscripsimus itaque, ut in usu Pulveris persisteret.

Vespere videbatur novam pati exacerbationem. Ego verò ultimam nondum penitus finitam esse censui. Loco itaque Boli Diascordiali Theriacalem præscripsimus repetendum.

Die 9no intelleximus, noctem præcedentem fuisse facillimam. Et jam quæque Symptomata benigna, Pustulæque Miliæres, & numero & mole auctas vidimus. Præscripsimus itaque in Exacerbationis intervallis Bolus sine Diascordio aut Theriaca sumendum. Opiata enim tempore Exacerbationis sumpta melius operari, expertum habeo: præcipue si Vesicatoria simul applicarentur.

Die 10mo, post noctem valde pacatam Ægrotam spirituum summo defectu, madore frigido & universali, præcipue in manibus, fractam mirati sumus. Præscripsimus itaque Croci ℥ss. ex haustulo Aq. Lact. bibendum; & suppositorium ex Melle Spec. Hier. cocto intrudendum. Ut Lap. Goenl. ℥j. cum Croci gr. vj. sumeret sexta quaque hora; Haustumque cum Croco in languoribus & madore frigido. Nec non Apozema pectorale, cum Linctu oleoso, ad moderandam Tussiculam jam primò ortam. Ne Pustulis ad siccitatem tendentibus materiae morbificæ residuum in Pulmones irrueret.

Diebus sequentibus nihil præter Julapium perlatum & Crocum, in languoribus sumendum, & Diætam Nutritiam, præscriptum est. Quibus adeo vires Patientis auctæ sunt, ut postea materiae morbificæ reliquæ in Mammarum Glandulas tuto secernerentur. Verum ad ejus imbecillitatem habita ratione, Pilula Tart. Quercet. aliquot vicibus sumpta, materiae prædictæ maturationem tardare volui. Quo factò, ita bene res cessit sub cura D. Bernardi Chirurghi Regii, ut paulatim, & pene sine dolore, Pus generaretur, & paucis post diebus optimè convaluerit.

Verumtamen paulo ante proximum Puerperium narravit Medico magni nominis esse sub præcedente, Febre correptam fuisse; & ex Calore quem sensit interno timere ne similiter recurret. Quare ille Medicus Sanguinis ℥x. Venæsectione emittendas consuluit. Quæ facta, ut Fœtum in Utero languidius moveri statim senserit; itaque cum ad partum ventum esset, adeo debilitata fuit, ut antequam illam adire potuerim, in ipso Conatu, ad excludendum Fœtum (etiam si hic rite positum) necessario, supremum diem obierit.

Historia Febris Miliæris, ex Frigore propè Mortalis.

Sub finem mensis Julii, 1706. vocatus sum ad Filiam D. Smith in Arca, Bartholomeew - Close vulgò vocata, statim post partum. Cui obstetricia officium præstitit D. Summers, & D. Spriget Pharmacopœi.

Post partum passa est Fluxum Lochiorum nimium, cum Pectoris oppressione maxima spirituumque defectu: nec non frequenti Pulsu ac debili manu.

manibusque superius pene frigidis. Quorum symptomatum, cum nulla causa, sive ad Infantem, sive placentam, habita ratione, apparuerit: à quodam Febrili Calore, ejus spiritus exhalante, & simul frangente Vasorum vim retinendi, pendere videbantur, Febrimque Miliarem, latentem monstrare. Sequentia naque præscripsi.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. ℥j, Castor. gr. iv. Syr. Paralyf. q. s. Mf. s. Bolus in Cochli j, Julapii perlatis communiis sumendus, superbib. Cochli. iv. vel v. Id scilicet mihimet ipsi proposui, ut facta per Diaphoresin secretionem mediocri, moderet Uterinam. Nam ut Sanguinis Fermentatio aut Motus violentior secretionem minuit: ita & altera Evacuatio altera n. Quem duplicem Aphorismum, ex multiplici mea observatione enatum, habeo. Neque adeo tutò vel Afringentia præscripsissem, vel Opiata. Dum ex nimio Lochiorum fluxu, hoc modo diminuto, forsitan & fluxus naturalis defectus sequeretur. Cujus rei effectus quantum metuendi sunt, tam Medici quam Obstetrices bene norunt.

Mæque in hac re conjecturæ, sumpti Medicamenti operatio dedit Suffragium. Nam Boli usum, ut spirituum antea depressorum elevatio, ita & Lochiorum diminutio secuta est.

Dehinc, etiam præoverim, Febrim suam naturam brevi patefacturam: ne tamen Patientis Amici studere me lucro putarent, de illa tacens, consulni, ut in usu Boli mane & vesperi persisteret, in Lecto maneret, seque ab omnium confortio averteret. Ut tranquilli esset Animi, pro Cibo forberet Pulli Gallinacei Brodium, nec non Decoctum Avenarum excorticatarum Vinosum; & pro potu ordinario, possetum Salviatum; addendo singulis haustibus cornu Cervi guttas aliquot, si Diaphoresis remissio contingeret; & in languoribus Salis Vol. Oleosi similiter. Hoc factò, Patienti in aliquot dies validixi.

Deinde reletanti mihi narratum est ab adstantibus, mea mandata diligenter illam observasse, & mediocri usam fuisse valetudine; Vaporibus solis (ut i loci sunt) exceptis. Spirituum enim defectum, Pectusque oppressum passa est, cum Vigilis, & Animi perturbationem ex obrepente somno. Calore enim & Frigore alternis vicibus, sed inæqualibus intervallis & præcipue in sudoris intermissione recurrentibus, affecta est. E quibus Symptomatis adhuc certius prævidi, Pustulas Miliares, se tandem exhibituras.

Hujusmodi fere statum Febris retinuit usque ad diem Augusti undecimum. Ubi à prandio vocatus sum ad illum, Syncope ex improvise correptam: quamque brevi morituram Amici æstimarunt. Cum illi adsum, è Lecto surrexisse intellexi, & deinde statim in Syncopen incidisse: Nec ab eâ evasisse, donec in Lectum redierit. Ego verò Pustulas Miliares editas fuisse subolens, & irruente frigore retrocessisse; eas equidem in denudato pectore deprehendi, sed inter surgendum depressas.

In hoc casu non ad vehementer calida censi confugiendum. Ne, nimis Sanguinis accelerando motum, Pustularum uberiores proventum magisque asperabilem impedirem. Verum istiusmodi potius elegi Medicamenta, quæ, cum mitiora sint, foelicius excitarent Diaphoresin; & emittendo Pustulas, depressos Spiritus elevarent. Sequentem itaque in modum præscripsi.

R. Conf. Acetof. ℥j; Bezoar. Orien. Croci an. ℥ss, Syr. Paralyf. q. s. Mf. s. Bolus sumendus è Cochli. j, Julapii sequentiis superbib. haustum ejusdem.

R. Aq. Ceras. nigr. ℥x, Angel. comp. ℥ss, Sacch. perlatis q. s. Mf. s. Julap. de quo sumat haustulum ut supra, & in languoribus. Reperatque Bolus sexta quaque hora.

R. Salis Vol. Oleos. ℥ss, sumat gutt. xx cum potu ordinarij haustulo aliquoties in die. Et subpedalia Emplastra applicentur.

Die 12mo multò melius se habuit. Spiritus enim nec adeò depressi sunt, neque perturbati; Pustulæque magis confertæ, & expansæ, magisque extumescere. Unde eas ex frigore retrocessisse patet. Aliàs enim tantum progressum, tamque subitanum fecisse, minime existimandum est. Jussi itaque ut in usu Boli & Julapii persisteret, sumeretque in languoribus Aq. Theriacal. tenuioris Cochli. ij.

Die 13tio cum quæque viderim laudabilia, ne sæpe visitando iudicium Patienti offertem crearemque sumendorum odium, sequentia, usque ad diem decimum septimum, continuandam jussi.

R. Pulv. è Chel. Cancr. comp. ℥j, Castor. gr. iv, Syr. Paralyf. q. s. Mf. s. Bolus sexta quaque hora sumendus cum Julapii perlatis haustulo.

R. Castor. gr. vj, Asa fetid. g. xij Syr. Paralyf. q. s. Mf. s. pilula n.º. vj, sumat ij, in Intervallis, ad fluxum Lochiorum continuandum.

Die 17mo pustulis jam exsiccatas, patiens usquequaque recte se habuit. Excepto quodammodo frigido madore, per intervalla, recurrente. Cui ut occurrerem, prævideremque ne quid mali à pustulis jam deletis accideret; jussi, ut in usu Boli dies decem persisteret. Et si è lecto surgendo defici Spiritus sentiret; statim in eundem rediret, Bolusque præscriptum sumeret. Quibus obtemperando præceptis, perfecte convaluit.

Historia Febræ Miliaris, cum Delirio maxime furioso.

Maii 24to 1699, evocatus sum ad D. Powell, in platea Basinghall - street vulgo dicta, Ancillam; cui D. Dalton erat pharmacopæus.

Hæc primò Capitis Dolore, & Frigore Caloreque alternis, sed mitioribus, Rure affecta fuit: Unà cum magno Spirituum defectu, & pectoris oppressione suspiria cogente. Quæ Symptomata, à mensibus obstructis & exinde Vaporibus (ut vulgò loquuntur) provenire, Domestici putarunt.

Cum autem in dies ingravescerent, primo meæ visitationis prædicto die, illam pulsu frequenti ac debili maximoque languore vidî laborantem. Adeoque vehementer delirabat, ut penitus nesciverit responsa dare, vociferaturque, etiam in Vicinorum Molestiam. Unde & judicavi, hanc Febrim fortis Miliarem. Sed ex omisso hætenus debito regi-

regimie; materiam pustulis generandis aptam, partim inherere Sanguini, & ex parte Nervis impelli.

Præscripti itaque Enema, ex Decoct. communis pro Clyst. ℥viij. Mellis Mercur. ℥ij. Sacchar. rubr. q. s. injiciendum quamprimum. Vesicatoria etiam Carpis applicanda, & ab Enematis finita operatione, Bolum sequentem sexta quaque hora sumendum.

R. Conf. Acetos. ℥℞, Pulv. è Chel. Cancror. comp. ℥j. Croci gr. iv. Sem. paon. gr. vj. Syr. Atrip. q. s. Ms. f. Bolus in Coch. j. Julap. sequentis sumendus superib. Coch. iv.

R. Aq. Ceras. nigr. ℥viij. Aq. paon. comp. Syr. Atrip. an. ℥j. Ms. f. Julapium.

Ad deobituendos Menses pilulas sequentes præscripti.

R. Asa fetid. gr. x. Castor. gr. v. Syr. Atrip. q. s. Ms. f. pilul. vj. capiat ij, sexta quaque hora Bolorum usui interposita.

Et in Furorem, si insomnis fuerit, ut addatur Bolo circa horam quartam matutinam fumendo, Laud. Lond. gr. j.

Die 25to pulsus ei, ut antea, frequens ac debilis, perstititque vociferari. Non autem continuo deliravit, Bolum itaque cum Laudano Amici omiserunt, proinde & ipse Bolum sine Laudano, cum Julapio & pilulis, continuandum præscripti.

Vespere paulo melior erat Morbi facies ac matutino tempore. Cœperunt enim sudores jam effluere, pauculaeque in pectore pustulae Miliare pullulare. Alvus tamen, Enematis antea præscripti vim eludens, adhuc valde stricta fuit. Quamobrem & aliud jussi injiciendum.

R. Decoct. commun. pro Clyst. ℥viij. Elect. Lenit. ℥j. Conf. Hamach. ℥℞. Sacch. rubri q. s. Ms. f. Enema.

Et ab Enematis operatione finita, ut sumeretur Bolus sequens.

R. Conf. Acetos. ℥℞, pulv. Chel. Cancr. comp. ℥j. Syr. Melissa q. s. Ms. f. Bolus quinta quaque hora sumendus.

His addidi Mucilaginem ex Semin. Cydon. & Pphyllii Decocto Hordei extractam, & Syr. è Rubo Idæo edulcoratam; sumendam cochleatim, sensimque deglutiendam.

Die 26to ab assantibus intellexi, somni paululum obrepisse patienti post Enema rejectum, totamque noctem continuasse Diaphoresin. Plures etiam jam extitere Pustulae, & suspiria fuerunt rariora. Præscripti itaque Bolum repetendum.

Vespero mihi narratum est, Ægrotam omnia Symptomata de novo passam fuisse: Et in vehemente suo Furore se adeo in lecto jactasse, ut inde sudores subsisterent. Quos ut restituerem, Spirituumque turbulentiam pacificarem, Camphoræ usum, (in simili casu sæpe à me expertum) cum Emulsionem sequente consului.

R. Sem. Papav. albi ℥j. Amygd. dulc. excort. n° xv. Contund. cum decoct. Hord. q. s. affundendo deinde ejusdem Decocti ℥viij. Edulcoretur Colatura Saccharo albo pro potu ordinario.

Jussi etiam ut Julapium repeteret, & Bolum cum Laudano die sequente mane.

Die 27mo dictum est, Patientem à sumpto Laudano vix quicquam dormire potuisse. Ex usu autem Camphoræ totam noctem perstitit Diaphoresis; Pustulaeque plures extitere. Jussi itaque Bolum sine Laudano continuandum.

Die 28vo eadem Pustulae Miliare visæ sunt incredibili consilipari numero. Quæ attamen haud usque adeo profecerunt, quin Delirium vociferansque Furor recurrerent. Cùm itaque Antimon. Diaphoretici vim, tam ad Pustulas expellendas, quam ad compescendum Delirium, sæpe expertus sim, sequentia præscripti.

R. Antimon. Diaphor. Pulv. è Chel. Cancr. comp. an. ℥℞. Ms. sumantur ter die è Coch. j. Julap. sequentis, superbib. Coch. v.

R. Aq. Ceras. nigr. ℥vj. Melissa. ℥iv. Epidem. ℥ij. Syr. Melissa ℥j. Ms. f. Julap.

Et ad calorem internum ac sitim, linguamque sordidam ac siccam, præscripti Decocti Hord. ℥ij. Syr. Viol. ℥ij. edulcoratas pro potu ordinario.

Die 29no post noctem multò quietiorem quam antea, Pustulae sunt adhuc ampliores. Unde & Vociferatio & Delirium accepere temperamentum. Lingua tamen manusque arefactæ sunt. Præscripti itaque ut Bolo addatur Lap. Prun. ℥℞; ut bibat singulis Diebus Apozematis ℥ij. & ut Empl. Vesicat. Tibiis applicentur.

Die 30mo omnia Symptomata optabilia sunt. Quare ut peristeret in novissime præscriptorum usu ad Junii 12. consului. Tandem, circa Junii 16. præscripti Pil. Tart. Q. ℥j. secunda vel tertia quaque nocte sumendi. ad sextam vicem. Quibus sumptis, perfecte, & præter omnium Domesticorum & Visitantium expectationem, convaluit.

Historia Febris Miliaris cum laesa memoria.

Aprilis 4to 1701, vocatus sum ad D. Buller in Newington-Butts, cui ut Pharmacopæus inferviebat D. Hunter.

Ille, dum iter ad Londinum confecit, maximo Dorsi dolore, cum Ventriculi ægitudine, Vomitione & Dysuria, correptus est. Quæ Symptomata sibi visa sunt simpliciter Nephritica. Et Medicamenta quædam huc referentia frustra sumpsit. Prædicto die ad eum accessi. Et quoniam Antecedentia narrando, spirituum defectum & suspiria tacuisset, sequentem præscripti Haustum Emeticum.

R. Salis Vitrioli Vomitivi ℥ij. Divide in Doses sex. Sumantur singula ex Aq. Jugland. comp. Coch. j. superbibendo haustum postea sol. Card. bened. alterati. Et Vomitione finita, ut sumeret Pil. Stomach. cum Gum. ℥ij. ad Humoribus & Vomitorii eliminandas reliquias, & ad mundificandas vias Urinarias, ut die sequente mane bibat Aqua Strabamens. ℥ij.

Die 5to cessabant Vomitus & Ægritudo, libereque tam per Urinam, quam per sedem, aqua Catartica effluxit. Dorsi tamen perstitit Dolor; etiamsi mitiori gradu. Caloreque ac Frigore, vicibus alternis, sed inæqualibus, captus est. Pulsus etiam illi erat frequens ac debilis. Spirituumque penuriâ, & Pectoris oppressionem suspiria provocante, vexabatur. Unde conjecturam feci, hanc Febrem Miliarem esse futuram,

ti transit placidissime: Spirituumque perturbatio, & suspiria facere mediocria. Præscripti itaque ut in pulveris & Julapii usu triduum persisteret, fumeretque in languoribus Spir. C. C. guttas aliquot in potu ordinario.

Die 14to pustularum Eruptio fuit adhuc magis conspicua; languore & oppressione pectoris jam devictis. Nam præter calorem internum vix quicquam mali sensit. Forsan autem perstitit iste Calor, quod Ægra diluentia, vel nondum, vel non satis potavisset. Ideoque Lactis Aquam alexiteriam instar potus ordinarii bibendam præscripti. Et u. sumat Aquæ Theriacalis aliquot Cochlearia in haustu ejusdem: ad servandum inter potum & medicamenta æquilibrium. Præcipue, si vel languor & oppressio recurrerent, vel remitteretur Diaphoresis. Demum, ut Vesicatoria Brachiis internis applicarentur. Tam ad pustulas foeliciter ampliandas, quàm ad mala quæcunque Accidentia avertenda.

Diebus 15to & 16to cum eadem esset Morbi facies, ultimò præscripta censui repetenda.

Die 17mo ex usu Aq. Lactis intermisso incidit Ægrotæ in levem Dysuriam. Statim itaque D. Hunter pharmacopœus, eoque absente alter accersitus est. Qui dum solummodo Dysuriam præ oculis haberet, Emulsionis libram bibendam misit. A cujus usu statim sublevis Diaphoresis, maximaque oppressione & Dyspnœa prehensa fuit. Tandem & me vocarunt. Sed antequam illam adiverim, de ea conclamatum est, & brevi obiit.

Ex Historia jam supra descripta patet, quàm maximum periculum in hac Febre ab errore, etiam minimo, pendere potest.

*Historia Febris Miliaris, cum Ulcere,
Calculoque Renum.*

Febr. 27mo 1707, vocatus sum ad D. Coets, in Vico Mark lane vulgò dicto, jam puerperam; cui D. Hunter ut pharmacopœus ministravit.

Annos aliquot sinistri Lateris dolorem sustinuerat. Quem à Splene genitum plerique ob id estimarunt, quòd prope partem Lienis anticam latus occupare videretur: cum sinistri Renis antica pars esset revera affecta.

Ex Morbo Nephritico totum Ægrotæ genus Nervosum imbecillitatem aliaque vitia contraxerat. In ptyalismum frequenter incidere solebat. Et per bimestre spatium ante partum passa est internum Calorem. Qui, [ut antea monui] sæpe & præcipue in Gravidis paulo ante partum Febrim Miliarem præcedit. Tandem, sine obstetricis ope, foetum enixa est.

Post dies aliquot dolorem primò sensit in sinistro Latere, deinde in dextro cum horrore. Postea calore & frigore alternis, sed inæqualibus intervallis, vexabatur.

Die quo illam primò visitavi, Pulsus ei erat frequens ac debilis; lingua subalba & humida, fere sanorum similis: quemadmodum & Urina, sed sine sedimento. Calor & Frigus irregulares habuere vices. In dorso manus calor erat mediocris, cum palmæ fervescerent. Ut ab illa dormitura avolavit somnus; ita & Spiritus ejus

tumultuaria quadam perturbatione commoti sunt. His etiam sonitus Aurium, palpitatio cordis, Dyspnœa irregulariter repetita, maximaque oppressio cum suspiriis, accessere. Nonnunquam nem tremere manus: Et à ptyalismo omnino suppresso, Lochiisque parce effluentibus tum deliravit, tum motibus convulsivis levioribus correpta fuit. A quibus Symptomatis, Febrim hanc esse censui Miliarem. Et præcipue à Spirituum defectu, & pectoris oppressione cum suspiriis, mihi hujus Febris signis Pathognomonicis. Et à Dyspnœa, Tremore, & Debilitate, Febrim præcedentibus, periculosam esse intellexi.

Duplicem itaque præ oculis habui indicationem. Scilicet, excitare Diaphoresin, & ad Symptomata sigillatim respicere.

Ut priori satisfacerem; & ad Lochia restituenda, Dyspnœamque levandam, Bolus sequentem præscripsi.

R. Pulv. e Chel. Cancr. comp. Sperm. Ceti an. ℥j, Castor. gr. iv, Syr. e Mecon. q. s. Mf. f. Bolus cum Julapii sequentis haustu sexta quaque hora sumendus.

R. Aq. Ceras. nigr. ℥x, Bryon. comp. ℥i℔, Sacch. albiss. q. s. Mf. f. Julapium, de quo sumat haustum ut supra, & in languoribus.

Porro ad Dyspnœam materiamque morbificam minuendum, & caput defendendum, Vesicatorium Nuchæ applicandum jussi.

Ad renovandum autem ptyalismum, Sanguinemque diluendum, eoque modo pustularum egressum promovendum, & ne Dysuria ex Empl. Vesicatorio contingeret, sequens Apozema præscripsi.

R. Decocti Peilor. ℔j℔, Aq. Paon. comp. ℥j℔, Syr. de Alth. Fufubin. an. ℥j. Mf. f. Apozema, de quo sumat haustum frequenter.

Et ad promovendam Diaphoresin, ut Sp. corn. C. gutt. xx. haustu Apozematis adderentur.

Deinde ad Lateris dolorem leniendum, Haustum sequentem, cum pulv. e chel. cancror. comp. ℥j, sumendum præscripsi.

R. Aq. Meliss. ℥ij, Bryon. comp. Syr. de Mecon. Ol. Amygd. dulc. an. ℥℔. Mf. f. Haustus.

Et quò melius restitueretur ptyalismus, quoddam Gargarisma, à patiente antea probatum permisi usurpandum.

Ad hæc omni loquacitate & Visitantium turbâ Ægrotæ interdixi. Ut si insomnis fuerit, saltem tranquillitate fruere. Suasi etiam, ut possetum salviatum & calidulum affatum bibat, ad calorem internum minuendum, meliusque producendam diaphoresin.

Die 28vo dolor Lateris multò fuit remissior, & jam quiete jacuit, etiam si nox sine somno præterisset. Caput etiam pacatius, & Respiratio facilior. Pulsus tamen frequens adhuc & debilis; at cum motu magis æquabili. Quia & palpitatio cordis, Tremorque persisteret, & convulsivorum Motuum quædam specimina. Lenis tamen jam orta fuit & universalis Diaphoresis. Calor item externus magis regularis, & in manu ubique sui similis. Lingua & Urina eadem ac die præcedente. Et quamvis pectus adhuc fuerit oppressum, spiritusque defecerint; rariora tamen trahebat suspiria. Quibus omnibus perpenis sequentia præscripsi.

R. Pulv. e Chel. Cancr. comp. ℥j, Croci Pulv. de gutt. an. ℥℔, Syr. Paon. comp. q. s. Mf. f.

Mf. f. Bolus circa tertiam pomeridianam sumendus, & deinceps sexta quaque hora, cum Julapii sequentis haustu.

R. Aq. Ceras. nigr. ℥x. Paon. comp. ℥jβ. Sacch. albis. q. s. Mf. f. Julap.

Et ut Apozema antea præscriptum continuaretur.

Cum verò cubicularia me jam discessuro submissiori voce fuisset allocuta, contigit ut Ægrotæ putaret illam dixisse se brevi fore maniacam. Quod ei adeo perturbavit animum, ut paulò post in delirium (à quo ex primo meo præscripto huc usque immunis fuerat) de novo incidit. Pharmacopœus itaque missus est indicare mihi, quòd Domino Curs gratum foret, si Medicum, jam à multis annis sibi suisque ordinarium, meis associarem consiliis: ut si forsan alio fuerim avocatus, ille in promptu esset.

Vesperis convenimus. Et statim à consultatione inita, iste Medicus, primariam indicationem pro continuanda Diaphoresi flocci faciens, Medicamentis valde calorificis opus esse urget. Quibus à me rejectis, sequentia præscripsimus.

R. Lapid. Goens. ℥β, Oculor. Cancr. pp. ℥j, Croci, gr. v. Castor. gr. iv, Syr. Paon. comp. q. s. Mf. f. Bolus hora nona sumendus in Cochl. j, Julapii sequentis superbib. Cochl. v.

R. Aq. Meliss. ℥vj, Puleg. Bryon. comp. an. ℥jβ. Ocul. Cancr. pp. Marg. pp. an. ℥ij, Sacchar. albis. q. s. Mf. Julapum.

Et ut applicentur Emplastræ Epispastica super carpis.

Martii 1^o nobis narratum est, patientem, nocte præcedente insomnem fuisse; & jam inquietudine, calore, & delirio laborare vidimus: Medicamentum enim Sudorificum, Diluensque omissa fuere. Proposui itaque Antimonii Diaphoretici usum; Medicamenti, scilicet ad pustulas Miliæres emittendas, nec non ad levandum delirium, à me sæpissime probati. Ille verò, postquam diu renixus est, tandem mihi assensit; convenitque inter nos sequentia præscribere.

R. Antimon. Diaphor. ℥j, Lap. Goens. gr. xij, C. storei grana aliquot, Syr. Caryophil. q. s. Mf. f. Bolus sexta quaque hora sumendus, cum Julapio antea præscripto.

Et ut Emplastræ subpedalia applicarentur.

Die 2^{do} involuntariè quidem Urina extullaverat sed id à Vesicatoriis, ut videbatur. Domiti enim delirii loco sana mens rediit. Respiratio etiam erat facilior; Motusque Convulsivi vix quicquam sensibiles. Vidimusque pustulam quandam rubram super inspecto collo. Quod alter Medicus, hanc Febrem haud esse Miliærem, arguere contendit. Quem errorem postquam illi ex aliis Symptomatis patefiscem; concordi animo eadem quæ ultimò præscripta sunt, continuari iussimus.

Die 3^{io} in denudato pectore Pustulas Miliæres absque ullis alterius generis conspeximus. Unde & quæque lenita sunt Symptomata. Quamvis enim per noctem pene insomnis fuisset, ex leni tamen Diaphoresi, quietudine, animique tranquillitate, & respiratione facili fruebatur.

Nihilominus ille idem Medicus, eorum loco,

quorum usu finem desideratum obtinimus, calida Medicamenta, ad Spiritus, ut aiebat, exaltandos, usurpari voluit. Ego verò, post longam disceptationem, cum assentire minime auius sim, ipsum, ut per se faceret experimentum, permisi. Interim Pharmacopœum Cubiculariamque monui, ut horum Calidorum effectum accuratissime notarent. Ille verò sequentia præscripsit.

R. Conf. Alchem. sine odor. ℥β, Pulv. d. chel. cancr. comp. Lapid. contray. an. gr. xij, Salis Succin. gr. v, castor. gr. iij. Syr. e cort. cur. q. s. Mf. f. Bolus sumendus quinta quaque hora, superbib. Julap. seq. cochl. iv.

R. Aq. Meliss. Lact. alex. an. ℥jv, Scordii comp. ℥ij, Bryon. comp. ℥jβ. Marg. pp. ℥v, Sacch. albis. q. s. Mf. f. Julapium, sumendum ut supra præscriptum est, & pro libitu in languoribus.

Die 4^{to} nobis narratum est, Ægrotæ noctem valde inquietè transisse. Ita ut præ anxia quadam ægitudine sudores calidi per totum corpus ei effusi sint, & (ut asseveravit pedissequa) linea mordere cogere. Ad hæc, maximè oppressione & Dyspnœa, motibusque convulsivis magnis & frequenter repetitis afflicta fuit. Quæ omnia Pulsus frequentissimus & Vermicularis comitabatur.

Forsan prædicta dosi, quoad quantitatem, non adeo calorifica videatur. Cum tamen brevioribus Intervallis, & ab Ægrotæ jam & antehac ad febrilem effervescentiam proclivi, sumeretur; & ubi Ren suo proprio Morbo fuit affectus: minor dosi, instar majoris valere potuit.

Cæterum ille alter Medicus, cum ad consultandum secesserimus, à me quaesivit, quid esset tandem faciendum? Ego vero respondere haud dubitavi, locum consultandi dari nullum, nec quidem sperandi. Ille verò à sudoribus salutem promisit. E contra, eos ex Agonia & Morbi Veneno esse merè colliquavos, admonui. Demùm, post quædam alia hic illic objecta, sequentia præscripta sunt.

Applicentur Empl. Vesicat. ampla & acria Femoribus internis: Et repetantur subpedalia.

R. Bezoar. Orient. ℥j, Antimon. Diaphoret. gr. xij, Conf. Alchem. sine odor. ℥j, Syr. Caryoph. q. s. Mf. f. Bolus quamprimum sumendus, superbib. Julapii ultimò præscripti Cochl. iv.

R. Tinct. Castor. ℥ij, Capiat gutt. xvj, in haustu potus ordinarii.

R. Decoct. albi. ℥jβ, Aq. Cinam. bord. ℥jv, Sacchar. albi q. s. Mf. pro potu ordinario. Sed, antequam parata erant Medicamenta, Ægrotæ hæc mortua est.

In dissecto Cadavere, Intestina, ut sæpe solent, flatibus valde distenta vidimus; & illorum vasa capillaria Sanguine referta. Majora verò, & præcipue in peritonei interna superficie, stagnante Sanguine, quasi nigricantia, Gangrænæ similitudinem præ se ferebant; scilicet, circa dextrum Latus, ubi nuper Ægrotæ de dolore maxime querebatur. Nam antea Latus præcipue sinistrum ei doluit. Ideoque sinistri Renis Parenchyma conspeximus absumptum, Tunicsque purè plenas, & Calculo magno, cum quibusdam parvulis infima & antica parte positis. Ren dexter

dexter videbatur ferè sanus; & similiter Hepar, atque Uterus. Vesica verò Fellea Bile flavissima, & subflavis Lapillis distenta erat.

Ex his patet, dolorem diuturnum, in recensione Symptomatum memoratum, à sinistri Renis Calculo; Hecticam autem Intemperiem, ab Ulcere, & forsan à Vesicæ Felles Lapillis, Bilis exitum præcludentibus, pendere: Doloremque recentem in Regione dextra à stagnante Sanguine. Qualem Dolorem, hoc est Recentem, in aliis etiam Cadaveribus Sanguinis stagnationi conjunctum semper, competi.

*Historia Variolarum cum Pustulis
Miliaribus.*

Julii 15. 1705. vocatus ad Dominam Bek, D. Bek Mercatoris celebris Uxorem; quæ tum temporis, apud *Hampstedium* commorata est, cuique D. *Sæverwood* erat Pharmacopœus. Hæc, cum antea perfecta valetudine usa fuisset; 13io die Julii, dolore dorsi vehementi, cum oppressione pectoris, atque altis suspiriis, Spirituumque defectu, correpta est. Ex quibus Symptomatis, Febris Miliaris signis Pathognomonicis, novi hanc esse hujus generis, Pustulasque Miliarias se brevi exhibituras prædixi. Et de expectandis Variolis feci etiam conjecturam: Eò magis probabilem, quòd tum temporis longe lateque grassabantur. Consului itaque illam ad Visitationes facilitandas, in *Londinum* deferri. Et ut tutius suum iter perficeret, Pulverem ex *Bezoar. Orient. & Pulv. à Chel. Cancr. comp. an. 3j*, sumendum præscripsi.

Die 16to Variolæ cum Pustulis Miliaribus interjectis emicuerunt. Præscripsi itaque Pulv. à *Chel. Cancr. comp. 3j*, cum Julapii perlato communis haustu, sexta quaque hora sumendum. Ad præveniendam Diarrhæam Dyspnoeamque, tum decoctum album, tum pectorale, alternis vicibus bibenda. Quibus etiam provisum est, ne Pustularum Miliarium Variolarumque materiæ emittendæ desit vehiculum: & ut melius linguæ viscositas inhiberi possit. Præscripsi etiam Astringens Gargarisma; ut ejus susu Variolas de Faucibus repellerem.

Die 17. Pustulæ Miliaries & Variolæ numerosius extabant. Capite, Gutturæ, Thorace, Ventriculo, Ægra bene se habebat. Oppressio etiam, & defectus Spirituum fuere mitiores. Tantùm insomnis erat, ut Febre Miliari correpti solent. Suasi itaque ut in omnium die præcedente præscriptorum usu persisteret.

Vespere paulum delirabat. Non à Pustularum Miliarium aut Variolarum paucitate, satis enim erant numerosæ; sed ex perpetuis vigi-

liis. Ad quam Confectionem Fracastorii, in hac Febre vel Laudano vel Diacodio ponorem, in sequente Haustu præscripsi:

R. *Aq. Ceras. nigr. ʒiij*, *Epid. ʒiij*, *Conf. Fracast. ʒj*, *Mf. f. Haustus persisterit Delirio sumendus.*

Die 18vo à nocturno somno delirium pacatum fuit. Ægrotæ autem Embionis recenter concepti Abortum, verùm absque ullo malo Symptomate, passa est. Jussi itaque ut in usu antea præscriptorum persisteret. Addendo Pulv. à *Chel. Cancr. comp. singulis scrupulis Margarit. pp. gr. vij.* quò certius & à Diarrhæa & à nimio Lochiorum fluxu præcaverem.

Vespere Variolæ satis erant conspicuæ. Ægrotæ tamen summa Pectoris oppressione, Spirituumque defectu laborabat cum suspiriis. Quæ Symptomata, cum lenem & continuam Diaphoresin indicaverint, præscripsi Pulv. à *Chel. Cancr. comp. usum sine Margaritis*, & cum Julapio seq.

R. *Aq. Meliss. ʒviij*, *Paon. comp. ʒj*, *Syr. Caryophil. ʒj*, *Mf. f. Julap.*

Suasi etiam ut persisteret in usu Apozematis Pectoralis; addendo singulis Haustibus Spir. C. C. gutt. xx. Tum ad levanda ex oppressione suspiria, tum ad continuandam uberiores Diaphoresin. Ubi enim per se extant Variolæ, Spiritusque elevari possunt sine Diaphoresi; sale Volatili Oleoso potius quàm Spiritu C. Cervi utor.

Die 19no Facies atque Artus paulisper tumere. Variolæ autem pleræque exsiccæ, & colore quasi corneæ videbantur. Oppressio etiam magna erat & suspiriis conjuncta; sed sine Spirituum defectu. Habita itaque ratione ad Partium & Variolarum Tumorem, & Pustularum Miliarium eruptionem, Julapium seq. præscripsi.

R. *Aq. Ceras. nigr. ʒxx*, *Paon. comp. ʒib.* *Conf. Fracast. ʒj*, *Spec. Conf. de Hyacinth. sine odorat. ʒij*, *Syr. à Mecon. & à Cort. Citr. an. ʒb*, *Mf. f. Julap. de quo sumat Cochl. iv*, *tertia quaque hora.* Eo fine, ut ex desibus, brevioribus intervallis sumptis, Ægra perpetua quietudine in lecto jaceret. Eoque modo à Frigore externo, etsi non semper Variolarum, Vesicularum tamen Miliarium, eruptioni inimico, præcaveretur. Præscripsi etiam ut, ad Tussim Dyspnoeamque saltem minuendas, in usu Apozematis pectoralis persisteret. Et cum Variolæ jam & in Collo & in toto Corpore plenè expulsæ fuerint, loco Astringentis Gargarismatis lenientem substui.

Vespere quiete, sed pene insomnis, jacuerat. In vola Manuum, ubi Cutis valde crassa, Variolæ videbantur Vesiculæ sero limpido plenæ; in aliis partibus quasi exsiccæ. Præscripsi itaque ut in Apozematis pectoralis frequenti usu persisteret; scilicet, ad Materiam & Variolis & Salivationi præbendam. Et ad majorem cautelam, ne aut Variolæ aut Pustulæ Miliaries versus interis

interiora remeant; haustui Apozematis, Aquæ Theriacal. Coch. j. sæpè addendum monui. Et ut Tumorem parium promoverem, hora somni Haustum sequentem bibendum.

R. Aq. Paralyf. ℥ij, Theriacal. ℥ij, Confectionis Fracastorei ℥j, Syr. de Mecan. ℥b, Ms. f. Haustum.

Die 20. omnia in eodem statu perduraverunt Symptomata. Jussi itaque ut in usu mixturæ pacificæ antea præscriptæ quarta quaque hora pedisteret: Et in usu Apozematis, Julapii, & Gargarismatis.

Vespere, cum eadem videretur Morbi facies, eadem que prius præscripti continuanda. Et ut Julapii sequentis haustum sumeret in languoribus.

R. Aq. Meliss. ℥x, Paon. comp. Epidem. an. ℥j, Syr. Paon. comp. q. s. Ms. f. Julapium.

Die 21. Agra ferè eadem ac antea. Id tantum jam querebatur, totum Corpus vehementer prurire. Præscripti itaque ut in usu omnium persisteret: Præcipuè mixturæ pacificæ, ne inquietudine ex pruritu pateret frigori, eoque pustulæ Miliæ recederent.

Vespere, cum in eodem statu fuisset ac matutino tempore, visum est omnia jubere continuari. Eò potius, quòd ex usu Apozematis pectoralis Gargarismatisque frequente omisso, Salivationem (ut in Variolis siccoribus & Corneis solet) fuisse viderim. Hincque pater, cur multi, circa diem à Morbi principio undecimum moriuntur. Nimirum, quòd nimis parca diluendum attenuandumque sanguinem, & materiam in Salivationem præparandam biberent. Undè & oneri succumbit Natura, faucium subsidit Tumor, cum gravissima Dyspnœa, quæcunque expectorantia eludent; demumque ex Alvo semel aut bis soluta, vel mensuri effluxu, subitò mortem obeunt. Calida quoque Medicamenta à multis præscripta, Dyspnœam siccoritatemque Gutturis & Linguae inferendo, simili Epilogo præcludunt. Semper itaque usque ab initio, & per totum progressum Morbi, diluentia præscribo. Nec Cerevisiam tenuem pane tostato alteratam prohibeo; nisi Aegritudo, vel Nausea, Vomitus, vel Diarrhœa contraindicaverint.

In difficili Respiratione, & ubi Salivatione maximè opus est, Indicationes pro Medicamentis valdè calidis nullas agnosco. Cæterum, si forsàn, non obstante eorum usu, Patientes evadant, viribus Naturæ referendum est. Parium extumescenciam Opiata satis benè promovent; & Salivationem diluentia. Calida autem Medicamenta, sanguinis accelerando motum, utrumque inhibent. Etenim Fermentatio & Secretio contemporaneæ, nullo modo consistunt. Cujus rei exemplum nuperrime vidi singulare in Domino Hassell, cui pharmacopæus erat D. Lancashire. Is enim, cum mali moris variolis laboraret, & ex sumpta Tincturæ Croci, vel Confecti, Alchermes tantum pusilla dosi, Febris vehementius accenderetur, costus sum oculos Cancrorum, Margaritas, & similia, cum diluentibus præscribere. Quorum benigna vi Aegrotum ex ore faucibus ereptum sanavi. Sed ad historiam præ manibus jam redeo.

Die 22do intellexi generosam Mulierem, cujus hic casum narro, nocte præcedente vix dormisse. Multum de Calore interno querebatur, palluitque Urina. Undè & Metastasis materise, aut Pustularum Miliarium, aut Variolarum metui. Præscripti itaque sequentia.

R. Decoct. Pectoral. depurat. Aq. Lact. alex. an. ℥j, Theriacal. ℥ij, Ms. junat haustum aliquoties in die.

Et quòd melius, non solum Variolas, diluendo, sed & Pustulas Miliæ, Spiritus roborando fovetam, Julapium cum Disacordio antea præscriptum, & alterum Cordiale, unà cum diluente Julapio, vicissim sumenda præscripsi.

Vespere in eodem statu persistit. Ideoque eadem Medicamenta jussi continuanda.

Tom. II.

Die 23tio undecimo nempe à Morbi principio Aegrotâ incidit in aliquanto gravius quam hæcens periculum. Nam totam ferè noctem insomnis fuerat, Potius, ut mihi videbatur, à Pustularum Miliarium vitio, quàm variolarum. Præscripti itaque Pulv. e Chel. Cancr. comp. ℥j, cum Julap. perlato sumendum octava quaque hora.

Vespere ter Alvus descenderat. Jussi itaque Purgoricum antea præscriptum quamprimum repetendum. Et post singulas sedes, mixturæ cum Conf. Fracast. Coch. iv. bibenda; addendumque Decoctum album. Et ad alia Symptomata, ut sint in promptu Mucilago & Gargarisma; ne non Apozema pectorale spiritui sulphuris leviter acidulatum.

Die 24 narratum est, Febrim totam noctem intensiorem fuisse. Facies Maligna, sed hæc minus, detuere. Ad hæc persistit Diarrhœa, defecere spiritus, respiravit difficillimè, & Salivatio declinavit. Quibus Symptomatis ultimò præscripta metodo occurrendum censeo. Addendo Oxymelitis scilicet. Coch. j. Aq. Cinam. boed. dilutum. Et ut Pulv. e Chelis Cancror. comp. Apozematisque pectoralis in usu persisteret; cum spiritibus Corp. C. gutt. xvj, in singulis haustibus Apozematis. Et in Diarrhœam, mixturam cum Confecti. Fracast. statim & post singulas sedes sumendam jussi.

Vespere facilius respirabat. Verùm ex sumpto Oxymelito scilicet aliquoties vomuerat. Julapii itaque sequentis haustum urgente vomitu bibendum præscripti.

R. Aq. Mentha ℥x, Paon. comp. ℥j, Spir. Mentha gutt. x, Syr. Mentha ℥j, Ms. f. Julapium.

Die 25to narratum est Patientem nocte præcedente calore febrili valdè accenso gravatam fuisse; necnon delirio, Respiratione difficili, & Diarrhœa: Minime autem modo Paroxyimi regularis. Variolas etiam ubique nigricantes, quæsi Gangræna tactas, apparuisse. At cum mane accederem, Symptomata hæc vidi maximè diminuta, & Vomitus penitus suppressi. Ad Trachœam autem, quam nunc passa est, strangulationem, Pilulas sequentes sumendas curavi.

R. Castor. gr. vj, Asa fœtid. gr. xij, Syr. Paralyf. q. s. Ms. f. Pil. n. vj. Et ut persisteret in usu ultimò præscriptorum.

Vespere Exacerbatio febrilis, cum Vigiliis, delirio, dyspnœa, Sedibus, Motibusque Convulsivis, fuit repetita. Emplastra itaque subpedalia, Vesicatorium inter Scapulas, Bolusque cum Julapio sequentem præscripti.

R. Sperm. Ceti, e Pulv. Cancr. comp. an. ℥j, Laud. Lond. gr. j, Syr. Paralyf. q. s. Ms. f. Bolus sumendus statim, superbibendo Julap. seq. Coch. iv. & deinceps per intervalla.

R. Aq. Ruta, ℥x, Paon. comp. ℥ij, Sacchar. alb. q. s. Ms. f. Julapium. Ut persistat in usu Apozematis pectoralis, & mixtura cum Confecti. Fracast. pro re nata.

Die 26to intellexi noctu Aegram perturbatam fuisse inquietudine & delirio, nec non sedibus, spiritum defectu; sed sine suffocatione. Imperavi itaque ut in usu ultimò præscriptorum persisteret.

Vespere calor exacerbatio renovatur. Mirids autem deliravit, sedesque paulò restrictæ sunt. Præscripti itaque omnia continuanda; & urgente delirio, Vesicatoria Brachiis applicanda.

Die 27mo relatum est, noctem Aegrotam pessimè sustinuisse. Nam ex reaccensâ Febre deliravit cum vociferatione. Quamobrem & Curatrix præferiora Vesicatoria apposuit: Et ex vesicis apertis tam Febris quàm Delirium multum levabantur. Jussi itaque ut Tinctura Corticis Peruviani in promptu esset. Intecim ad fœm sedandam, ut Lactis Aquam alexit. Saccharo edulcoratam biberet, & persisteret in usu reliquorum præ-

E e e

præ-

præscriptorum pro re nata.

Observandum est, post apertas Vesicas Emplastris excitatas, Salivationem fuisse redintegratam, & ad diem hinc usque quartum persistisse. Undè constat, in Variolis, durante Salivatione, Medicamenta calida minime ad rem esse; nisi magnum aliquod Symptoma indicaverit; & jam tùm multùm ea debere esse diluentia.

Eodem die circa Meridiem ad Patientem accedens, vidi illum, Inquietudine, Delirio, Dyspnœa, Suffocatione, Sedibusque immenem. Calorem solummodo sensit internum; illius, qui Febri Miliari, vel Corticis Peruviani in Febre intermittente præpropere usus succedit, non abimilem. Ad quem præscripsi Margar. pp. ʒj. quinta quaque hora sumendum, cujus efficaciam, ad hujusmodi calorem extinguendum, frequenter expertus sum.

Vespere Febrilis calor erat expertus, nondum tamen Alvus subsistit. Volui itaque ut fumeret perlarum pulverem in forma Boli, quo in Ventriculo & Intestinis diutius maneret, transfretque melius in venas. Et ut decoctum album Mixturamque ex Conf. Feacast. &c. in promptu haberet.

Die 28vo minus caluit, sedesque pauciores sunt. Nec recurrere reliqua mala symptomata. Præscripsi itaque ut in usu Decocti albi, Boli que cum Julapio sexta quaque hora persisteret.

Vespere in eodem statu erat laudabili quo mane. Ne tamen à Vesicarum Ulceribus, nimis citò desiccatis, morbificæ materiæ pars superesset, jussi Vesicatoris pone Aures applicanda. Scilicet ut Cathartici vicem explerent, donec Purgatio per Alvum foret tempestiva. Et ut Julapii & decocti albi usus continuaretur.

Die 29no similiter ut pridie se habuit. Quemadmodum & diebus 30mo & 31. Quapropter & jussi, ut in usu Pilularum ex Asâ foetidâ &c. & Julapii persisteret. Et hoc die 31mo præscripsi Pilulæ Stomachicæ cum Gum. ʒʒ. hora somni sumendam, & manè seq. Syr. Rosacei solutivi ʒj.

August. 1mo ter quaterve Alvus laxa fuit bonis avibus.

2do Usa est Julapio & Pilulis de Asâ foetidâ, &c.
3tio & 4to & deinde 5to & 6to Pilulas Catharticas & Syrupum repetendo, à Morbo periculosissimo omnino convaluit.

Historia Febris Exitialis, ubi Ager statim à principio suâ voce fuit privatus.

Circâ quintam diem Octobris 1769. digniss. Viri D. *Gulielmi Morisoni* Armigeri Filius, sedecim annos natus, Temperie biliosus, & in iracundiam aliaque Animi Pathemata facile accensus, Febre correptus est. In quâ Tempestate, ab aliquot antea hebdomadis, Febris maligna Londini grassata fuerat.

Cum primùm illum visitaverim, nulla pars ei doluit. Neque ulla Vomitione, aut Ventriculi Aegritudine, Emetici usum indicante, tentabatur. Pulsus erat frequens ac debilis. Et usque à Morbi principio magnâ loquendi difficultate, cum stupore affectus est. Quibus accessere Tremores subsultusque Tendinum; lingua arida & subnigra; Urina coloratior & clara, & ut plurimum involuntariè emissa, cutisque calida & sicca.

Hæc pessimorum Symptomatum apparente Syndrome, accitus est D. D. *Grevv.* Præscripsimus Alexipharmata ex *Serpentariæ Radice*, *Bezoar*, &c. & paucos post dies maculis rubris & purpureis Aegroti cu-

ticula, imprimis super Pectus, Crura, Tibiisque, scædata fuit. Hæc Symptomata, aliquando paulò mitiora, dies quatuordecim prævalebant. Postea evanescere maculæ, creveruntque adeò Motus Convulsivi, ut Ager plures dies motibundus videretur.

Perè in Morbi principio Emplastrum Vesicatorium capiti applicandum jussimus; ex quo recolligere mentem, & quodammodo balbutire cepit. Deinde & in Morbi progressu artubus universis alia apponenda; imò & aliquibus renovanda. Semper enim exsiccatis Vesicarum Ulceribus ferociùs ingruerant Symptomata.

Deinceps, cum dies aliquot eadem Vespere exacerbari videremus, Corticis Peruviani tùm pulverem tùm Infusum, minore Dosi visum est præscribere. Undè motus Convulsivi suppressi sunt. Aegrotus tamen, cujus vires & ipsa caro absumptæ fuere (itâ ut in coxâ, in quam cubabat, Sphacelismus generetur) tandem fato cessit.

Notatu non indignum est, quòd Morbi decem aut duodecim ultimis diebus, adeò foetide spiraret perspiraretque Aegrotus, ut cubiculum odoratis fumigare necessum esset. Et ego ipse, dum paulò propius illi, in os meum respiranti inclinarem, subito Aegritudine & Languore correptus, horas aliquot in patulis agris vehi coactus sum; & inde rediens Vinum Hispanicum Montanum affatim inter prandium bibe.

Dilectum est cadaver perita manu D. D. *Douglass.* Super pectus fusci coloris macularum congeries adhuc erat conspicua. In Arteriis Venisque in Abdomine magis conspicuis, nil contentum erat, præter *Sphacelum* nigricantis Sanguinis, mediis spatiis sero omnino vacuis. Haud equidem vulgare Spectaculum. Vel quod rariùs contringeret, vel ex Febris mortuorum, rariùs disseccemus Cadavera. Etiam si hinc constet, hujusmodi cadaverum, æquè ac aliorum, Anatomem, haud mediocri ex usu fore. Proindeque hæc Febris, licet alterius generis, Historiam apposui; tùm ut exhiberem exemplum, ad Tractatus prioris Appendicem referendum; tùm ut Alios alia hujusmodi Exempla, in communem Medicorum usum funderem proferre. *Haltens DAVID HAMILTON.*

JO. MARIÆ LANCISII

Intim. Cubicul. & Archiat. Pontificii

LIBER Complectens V. EPIDEMIAS

Perniciosarum, & Castrensiarum Februm, quæ diversas Pontificiæ Ditionis Urbes penè vastarunt.

Premissis iis quæ ex eodem Clariss. Autore, salutaria sunt paludum accolis: & quorum usû effluviis minus ledi possunt.

Cum salubris aër, vicissim respiratione acceptus, remissusque, nostra fluida blandè premat, misceat, dividat, subtiliora, levioraque reddat: undè vigor, & sanitas solidis etiam partibus accedit: insalubris contra, ex palustribus præsertim halitibus, eadem liquida, atque inde totum hominem multifariam labefactet; locus se sperit, ut prophylacticum ostendamus vitæ regimen, quo quis propè lacunas, & stagna habitare coactus, sese à pravis eorum exhalationibus utcumque tueri possit. Rectè enim M. Varro *graviora* inquit, *quæ ex cali, terraque insalubritate oriuntur mala, per nostram diligentiam leviora fieri possunt.*

II. Mitro

II. Mitto hic tutissimum illud præsidium, quod ab Hippocrate primum, subindè à Cornelio Celso, atque à Galeno commendatum, jocose postmodum à Capivaccio, aliisque traditum est iis, qui se à pestiferis malis ob cæli inclementiam tutari conservarique cupiunt. Scilicet fugiendi statim locum, ubi pestilentia grassatur. Vocant autem recentiores ejusmodi remedium *pilulas de tribus*, quippe ternis conflatas adverbis *ciò, longè, tardè*, quæ sanè lenivir, atque perstrinxit carmine Vincentius Alzarius à Cruce, inquit. *Cede ciò, longinquum abi, serusque revertè.*

III. Et quidem in censu locorum palustrium celebre est factum M. Hostilii, qui, cum *Salapiam ad lacum sitam quatuor millia passuum ab eo loco Salapinos transfulisset, cives illos annuâ peste liberavit.* Mitto, inquam, hæc; nam in præsentia non alienigenas adhortamur, quibus unicum est pharmacum aitate, atque autumno vel non venire in loca palustria, vel saltem in iis moras minimè necesse, multoque minus somnum capere; sed eos amice admonemus, qui aut indigenæ, aut pro munere, officioque, quod gerunt, paludum sunt incolæ, neque ab illis sine certo periculo vel miseriosis ducendæ vitæ, vel incurrendi dedecoris, vel subtrahendæ populo charitatis, possunt discedere; Eousque sub gravi etiam cælo per continentiam præsertim, abstinentiamque durare necessariam est.

IV. Laudamus itaque in primis, ut indigena, vel hospes, cum procul ac longè à paludibus ire prohibetur, saltem in eo aut Oppido, aut Villa, in quâ degit, ades mutet, vel in adibus cubiculum; undè de noxiis effluviis quàm minimum teneatur haurire; porriusimùm verò caveat, ne janua illius domus, quam incolit, neve ejusdem conclavis fenestræ recta palustrem sinum spectent. Amplissimùm necessitatis, ac bonitatis hujusmodi præsidii argumentum olim nobis præbuit post Hippocratem M. Varro qui, cum *Corcyra esset exercitus, ac classis, & omnes domus repleta essent agrotis, ac funeribus, immisso fenestris novis aquilone, & obstructis pestilentibus, januaque permutata, ceteraque ejus generis diligentia suos comites ac familiam, incolumes reduxit.* Simile quid molitus fuit Empedocles, cum *patrios agros sterilitate, ac pestilentia liberavit, obstructum montis faucibus, per quas auster in campos incidebat, ut narrat Plutarchus.*

V. Sapientissimi autem hujus consilii præstantiam nos ipsi pluries experti sumus, amicisque nostris inculcavimus, cum Portuense, aut Ostiense litus valetudinis, vel relaxandi animi causâ incolendum pererent; videlicet ut abstinerent à somno in cubicalis ad Euronotum, vel ad Austrum conversis, sed diligenter aquilonarem plagam seligerent: cum contra multos cæli tepore allectos, ex quo conclavia ad meridiem delegerint, capitis gravitate, atque etiam febribus laborasse deprehenderimus. Neque sanè opus est longius rationes persequi, cur per directionem perpendiculararem à paludibus in apertas domorum fores effluvia liberius ferantur; sunt enim eadem per se notissima, atque omnibus explorata, ut singillatim, & prolixè expendi non debeant. Etenim quis non intelligit ex lacunarum centro effluvia celerius per lineam rectam, ac propterea majori copia fluere, quàm per obliquam, in quâ distraherentur, ac debilitantur, quemadmodum fumus ex camino egrediens, qui quousque recta fertur, densus est, & oculos ferit, postquam verò obliquo itinere decurrerit, dissipatur per aëra, dissipatur, ac resolvitur, ut non amplius sentiantur, aut noceat.

VI. Ad hoc præsidium accedit secundum de incendiis intrâ domos (nam de publicis ignibus egimus superius) resinosis lignis, atque odoriferis baccis, quæ aërem non solum densum, sed inquinatum quoque infectorum ovulis, paulatim dispellunt, attenuant,

Tom. II.

& purgant. Inter suffitus verò antiquissimus est, qui ex sulphure paratur: legimus enim Homerum Medicinæ non ignarum, inducentem Ulysem, à quo jubetur anus ferre ignem ac sulphur ad purgandam domum, cadaverum putore inquinaram. Vivum verò sulphur cum pice ac sale decrepitate summis laudibus extollit Helmont.

VII. Et quidem quæ sit ipsius sulphuris vis ad extirpanda insecta, quibus conclusus parietibus aëre inficitur, legantur experimenta apud Leëuwenhœckium. Propterea non immeritò ad solvendum corrigendumque aërem P. Salius Diversus, & Paul. Zach. ex Lemnio, aliisque commendant pulverem pyrium, quo fit, ut tormenta bellica diluculo explosa aëria miasmata dissipare, ac discutere passim credantur.

VIII. Tertium deindè in prophylaxi salutare consilium erit, ut optimo quis, parcoque victu utatur. Nam vitium aëris rarò agit nisi in corpora ad excipiendam labem jam parata: preparant verò, ac disponunt peccata potissimùm in cibo. Vitant è contrario communem cæli labem, qui euchymis, modicisque alimentis uruntur, ac propterea Celsus de pestilentie observatione agens nos admonet, *cibum tunc modicum assumendum ne cruditatem moveat.* Apertissima res est *Socratem propter summam temperantiam non solum omnia serè vita sua tempora valetudine inoffensa vixisse: verùm, quod nostram ad rem maxime facit, se à pestilentia illius vastitate, quæ in bellò Peloponnesiaco, in prima ipsam Athenensium Civitatem inter necio genere morbi depopulata fuit, immunem penitus perstitisse, quod etiam memoratur ab Eliano.* Nobis etiam aliquot ante annos mirum quid accidit observare, XXX. circiter è Romanâ nobilitate quæ Viros, quæ mulieres, qui ad Tiberina ostia circa Kalendas Januariæ rusticaturi secesserant, stante semel improvisò, sævoque ex Lybiâ vento tertianis febribus fuisse correptos, uno tantùm excepto Equite Marcello Sacchetto Hierosolymitani Ordinis ad Aulam Pontificiam Oratore, qui cautus, & prudens cum sit, tantùm cibi, & potionis solet adhibere, ut vires suas reficiat, non opprimat.

IX. Porro qui assatim, & multò facilius cibos mali succi comedunt; duplici ratione ex circumfusò morbido aëre certam perniciem; dubiam verò qui parcè, ac salubriter vivunt, sibi comparant: primum sanè quòd illi cruditates in primis viis perpetuò gerentes, paratam semper escam habent ad alendos vermes, quorum majorem copiam ingerunt, fovent, ac nutriunt qui magis edunt: Deindè verò quòd heliolumes, cum habeant vasa, fluidis tumentia, minorem libertatem permittunt irui, ac reditui sanguinis, & lymphæ per universum corpus, atque idcirco facile fit, ut ex levissimâ quavis causâ in ipsis augeatur renixus sensilibus, atque insensilibus secretionibus: quinimò ut inhibeatur excursus puri etiam ætheris ex atmospherâ per pulmones in sanguinem, & per cranii foramina ad cerebrum subterfugientis.

X. Ad alimentorum quoque usum referantur condimenta quædam acidula, & subaustera, cujusmodi sunt succi, & conservæ malorum granatorum, cydoniorum, aurantiorum, citri, atque oxalidis; quæ interdum cibus admixta plurimùm valent tum ad compefcendum, temperandumque morbidum fervorem, quem edulia intrâ stomachum a stivo tempore concipiunt, atque indè ad figenda cicissimè alioquin à primis viis per galaxiam fugitiva, maligna corpuscula, quæ cum sint urinosa, & cadaverica ab acido-volatilibus blandè cicnata præcipitantur cum facibus, tum etiam ad leviter constringenda laetorum præsertim vasorum officia, ne insectas particulas ocyus admittant, atque excipiant, quàm per ipsam fermentorum vim cum alimentis probè mixtæ infringantur, ut par

E e e 2

est 2

est, ac levigentur. Quae de re non desunt Auctores, qui Avicennae opinioni adherentes acetum quoque laudant in praeservatione à peste; quod tamen nos in Villicis, ac Messoribus aquae admixtum; viris autem Urbanis aromatibus castigatum commendamus; cuius formulam tradit praeter ceteris opportunissimam Alzarius à Cruce.

XI. Referimus quoque ad praecipua alimentorum studium sumendi semper priusquam quis domo egrediatur, sumendi, inquam, aliquid, quo stomachus roborari, & aëris inquinamento obniti possit. Gracilibus potius frustulum panis assati cum vino optimo; subpinguibus verò tantillum acetum theriacale cum buccina similiter panis; sunt qui cum Galeno rusticis magis probant allium: illud certissimum est, unumquemque sibi Medicum esse oportere; ita ut modò parum theriacae, modò allium, modò vinum, modò poscam rosaceam pro temporum ratione accipiat. Uno verbo vitandum omnino est, nè quis vacuo stomacho in publicum prodeat. Nam cum jejunium, sive ut Hippocrates ait, *omnis extenuatio cutim laxet, & vasa post somnum propter sequentem majorem perspirationem necessario tam foris quam intus plus solito hient, atque dehiscant, aptiora sunt haec per id temporis ad prava imbibenda, quae in aëre fluitant, corpora. Quare consultius erit jentaculum fumere vel antequam fenestram aperiantur. Hic tamen pro coronide tertii huius consilii animadvertere debemus nos etiam experimentis confirmatum habere in locis damnati aëris aequè cavendum esse à crapula, atque ab inedia.*

XII. Quoad ad antevertendas cunctas febres ex nocentibus paludum halitibus maximum quoque est auxilium qualitas, quantitas, & modus potionum, quibus accole uti debent. Nam, quod spectat ad qualitatem, certè vinum opportunius est aqua, praesertim annuum, defecatum, austerum, & subtile: stomacho enim gratissimum est, cardiacum, & vermibus hostile. Quod si pro hominis temperamento diluendum sit, aqua advehatur ex locis minimè coenosis; haec namque latices ferunt non tantum impuros, sed infectis quoque contemperatos. Mensura autem hauriendi potus longè minor convenit habitantibus prope paludes quam procul. Nam aër stagnans, lacunisque circumfusis aqueis particulis magis redundat, quam apricus subtilis, ac ventilatus. Quare mihi quidem persuasum est homines minus commodè ferre largum potum, ubi aër multum aquae permixtum habet, atque undè non levem fluidi haud compressilis copiam haurire possunt: Quod tandem attinet ad modum, certissimum est potiones non calidas, non tepidas, sed actu frigidas, ac nive per aestatem rigentes ad praecavendum eis conducere, qui paludum, atque humentium litorum sunt habitatores. Nam praeterquam quod Rasis, Jannitius, Ficinus, Nicol. Manard. N. Massini, P. Castellus, P. à Castro, alique multi frigidas ex glacie, aut nive potiones ad hunc finem commendant; refert Plempius, post usum nivis vino refrigerando inventum variis quam solibat pestilentiam Sicilia regnum invadere: quod confirmari ait à Balthasare Pisanello qui tradit, diligenti observatione exploratum esse in urbe Messana quotannis mille numero pauciores quam ante usum nivis interire. Idemque probat ex Ludovico Nonnio Hispanorum exemplo, quos febribus malignis minus tentari scribit, ob frigus nivati potus, quo factum esse ait, ut Hispani Medici doctissimi Vallesium, & Mercatum, usum nivati potus Civibus suis pro utili & jucundo persuadent. Sed non opus est aliunde rationes reperere, cum diuturno experimento nobis constet, in regionibus impuri, ac penè lethiferi aëris, praecipuè secundum Tyrrheni maris litus, nullum securius ad tutandos incolas ab epidemicis febribus inventum esse remedium ipso nivis usque; cuius profectò eventus causam, cum olim stu-

diosè persequuti fuisset, non aliam verosimiliorum comperimus, quam quòd glacies, & nix contactu, & permixtione rigido-nitrosarum suarum partium, principia hauriendorum liquidorum, atque etiam aëris, qui eadem liquida inter deglutendum committatur, in eum nexum, positionem, ac temperiem redigit, cuiusmodi sunt aëris, portionumque particulas decursu totius hyemis etiam apud ipsas regiones infamis, & damnati aëris, in quibus propterea per id temporis ab hominibus impunè solent hauriri.

XIII. Quid? Quòd nitrosi sales in nive redundantes, non tantum possunt invertere, ac figere illas aëris moleculas, ex quibus castrenses febres nascuntur, sed, quod pluris est, coarctare quoque solent, & constringere poros, & immixta oesophagi, asperae arteriae, & ventriculi; undè malignis corpusculis, quae cum potu, cibo, & aëre ingurgitata, subindè in sanguinem, praecordia, & cerebrum subterfugerent, vel nullus vel saltem minor, quam illarum perimenter exigit, aditus pateat. Neque alià certè ratione quosdam ventriculi imbecillitate affectos refrigeratis nive aquis feliciter à Galeno curatos fuisse legimus, quam quia stomachus urinosis salibus, igneisque particulis quandoque obsidetur, eique nihil melius, quam frigidus potus, fluidorum igniculos concentrando, & solidorum fibras constringendo medetur. Valet etiam nivis usus quia ovulorum cicatriculas aestu vigente ita comprimere, ac coarctare potest, ut vitales motus in iisdem inchoati prohibeat; nam hyems vermium ortui obnuitur.

XIV. Quintum erit consilium de vitando nocturno, atque antelucano aëre: Etenim cum alias docuerimus, noxia effluvia in eà atmosphæra parte, quae nos circumdat, copiosiora natari abeuntibus solis radiis, quibus cum verberantur, quaquaversum solent disperdiri: proindè eadem magis compacta, majorique etiam agmine intrà nostrum corpus, cum sol nondum exortus, vel praecipitatus est, descendunt, ac penetrant. Qui verò publicas ob causas noctu iter facere coguntur, nares, frontem, & aures foveant spiritu vini camphorato, admixto aceto rosaceo, quinimò tabaci foliis, dentibus contritis, vel per fumum exceptis sputum moveant; nam impedimento sunt aëris contagio, quominus ab ore ad caput, infernaque viscera prolabatur. Celebre est exemplum, quod ab Annibale manavit ad posteros. Nam cum strenuus hic dux, licet non aestivo, sed verno duntaxat tempore paludes incoluisset, nocturno tamen humore, palustrique caelo gravante caput, & quia medendi locum, nec tempus erat, altero oculo caput fuit, ut narrat Livius. Hoc loco juvat animadvertere fugiendum quoque esse magnum corporis motum, quippe quo aër uberius undèquaque per poros tubulosque à nobis excipitur. Etenim cum propter gymnasticam, venationem, atque grorumque operas violentius cum fluida, tum solida in nobis agitentur, multo extruduntur corpora, quae, ubi sanguis, spiritusque resederint, subvacuos poros, carnes, & vasa relinquunt: quo fit, ut ambiens aër tam per auctam respirationem, quam per cutim facilius, & copiosius ingeratur, cumque illo major quoque effluviis malignorum vis cerebrum, ac praecordia perat. Audiendus haec in re Magnus Hippocrates; ubi restam daturus prophylaxeos methodum iis, qui à male affecto aëre populares morbos timeant; Providendum, inquit, ut quam paucissimum aëris influxum in corpus ingrediatur, & ut ille ipse quam peregrinissimus (nimirum ab non inquinato loco) existat. Factum proindè legimus apud eundem Coum, ut in quadam aëris constitutione Mulieres non similiter ut viri à tussi afflicta fuerint, quod non ut viri à domibus prodierint.

XV. Sextum praesidium ad declinandum putorem aëris maximum est, quanquam sit purè negativum, sedula

dola videlicet abſtinentia à deglutendâ ſalivâ, præſertim cum prope paluſtria loca verſamur. Etenim cum æriam miſma majorem partem ſalivæ miſceatur, & implicetur, viamque intrò ſibi patet in viſcera, non tantùm per aſperam arteriam, verùm etiam per œſophagam, idcirco optimum erit præſervativum, ſalivam ipſam (præterquam dum comedimus) ſemper expuere; quod certè vel ipſa natura nos docet. Nam cum res inſuaves, noxiæ, fœtidas non ſolum naribus ſentimus, ſed vel nudis oculis intuemur, ſtatim ad ſpuendum impellimur. Idem profectò ſtudium experimento utiliſſimum ſe compertum habuiſſe narrat primus quem legerim Dobrzeſky cum ſcribat *impulſum natura ſibi ceſſiſſe in beneficium*; ſiquidem nullo alio præſervativo remedio niſi ſola cautela, nè ſalivam deglutiret, ſed ſemper expuere, quandiu intrâ ſpharam (ſunt ejus verba) *activitatis contagioſorum morborum moraretur, ab omni contagio, à quo cæteroquin nunquam cavit, ſe feliciter tutatum fuiſſe.*

XVI. Quod ſeptimo loco probamus, affine eſt, licet contrariâ ratione, ſuperius expoſito præſidio. Scilicet nobiſcum in paluſtri ære perpetuò geſtandam eſſe ſpongiam liquido acido-volutili imbutam, cujuſmodi eſt acutum theriacale ſpiritui vini permixtum; hoc enim poros narium, atque aſperæ arteriæ benigno halitu implet, & firmat; unde æris venenatum, quod etiam non deglutitâ ſalivâ intrò ſubterfugere conſuevit, partim intercipitur, partim corrigitur. Verumtamen opportunè hic animadvertimus, malè ſibi conſulere, qui ſolis odoriferis, acutiſque baſamis abſque ullâ acidorum admixtione hæc in caſibus utuntur: volatilia enim ſpicuola, ac purè baſamica meatus, texturamque internæ ſuperficiæ narium, & pulmonum à laxant, & aperiant, ut admittendo potius, incuntandoque ærio toxico, quam intercipiendo, repellendoque viam ſternant, ac maniant.

XVII. Oſtendò quod ſpeſtat ad pharmaca, equidem ſuadeo iis, qui vitam juxta paludes ducunt, ut blandis, non validis ac violentis catharticis interdum per autumnum, hyemem, atque veris decurſum, totumque menſem Maium utantur: his autem egent, quia coenofus ær, cum ſuapte natura craſſus ſit, in cauſâ eſt, ut viſcera imi ventris, præſertimque lien, atque hepar, ſubſidentibus humoribus infarciantur; quare utilia compertiuntur, quæ ſimul alvum laxant, & ſubriant, tonumque viſceribus largiuntur; hujusmodi ſunt pilulæ, quæ à Præſticiſ Ruffo tribuuntur, eaſque à Paulo, & præcipuè ab Avicennâ, ubi de præſervatione à peſtilentiâ agit, video commendatas. Aſſumunt verò Aloë, Myrrham, & Crocum; ſunt qui Ammoniacum etiam addunt, atque ex iſdem exhibent ſæpè ſæpiùs in menſe plùs minùs ſemidrachmam. Secundò ſunt pariter magnâ illa antidota Theriaca, & Mirbridatum, Diaſcordium Fracaſiorii, & ſimilia. Tertio Acetum pariter antipeſtiferum, paratum ex Rad. Gentianæ, Scorzonæræ, Itraos, Centaurii min. Tormentillæ, Contrayervæ, Angel. Pimpinellæ, cort. & fol. Cit. bacc. Laur. Juniperi, Cinnam. flor. Caryophyl. fol. Rutæ, flor. hyperici ana. ad libitum, quæ omnia poſt oſtiduam inſuſionem in aceto q. s. bull. quod ſubindè colatum ſervatur ad uſum. Ubi autem eſt in acetariis, in odoramentis, & in jure, vel aqua dilutum menſura unius, vel alterius cochlearis diluculo haurire. Cæterum cavendum eſt, ut ait Celfus, nè in ſecundâ valetudine adverſæ præſidia conſumentur: ac propterea uſum Chinæ Chinæ in ipſâ prophylaxi non laudamus, ſed ad caſtrenſium febrium modelam rejicimus.

XVIII. Nondò Prophylacticum remedium eſt ani-

Tom. II.

mi tranquillitas. Etenim timoris, incertitudinisque ſpecies, ſpiritus animales, villoſque cerebri ita enervat, ac percellit, ut ſubindè præcordia, atque hypochondria in conſenſum languoris trahantur; quomobrem incertitudinis individua ſunt ſuſpiria, appetitus dejectus, pulſusque languidi; quæ quidem omnia clarè demonſtrant, partes cum ſolidas, tum fluidas in hoc pathemate non parùm labefactari; idcirco triſtibus, ac timentibus conſueto minor evadit vis cordis ad tradendum quaquaverſum ſanguinem; ſimiliterque propter concidentes muſculorum fibras, cutemque ipſam faciliùs è converſo reſiunt fluida, cum ſubterfugiente ærio miſmate à corporis peripheriâ ad idem cor. Contra verò animus magnus, & conſtans, ſeu ſpes bona in adverſis id præſtat, ut villi ejuſdem cerebri, ac proximè cordis in vividum tremorem, naturæ amicum, agantur; unde ſuccus nervorum blandè commoveri ſolet, feliciſque ac velociùs ſua ſemitas excurrere in præcordia. Quare ſanguis niſu ſuo, ac volatilitate arceat magnam partem noxiarum eſſuviarum, quæ cum ære in viſcera ſerpece adnuntur. Neque rationibus duntaxat perſuaſi hilaritatem, tanquam peſtilentium morborum antidotum, laudamus; ſed experimentis quoque admoniti idem ultro recipimus, ac Lectoribus perſuademus. Etenim præter ea, quæ ab illis ſunt animadverti, atque à doctiſſimo Aug. Quirin. Rivino potiſſimum tradita, ſcilicet in peſte timorem plùs ad lædendum valere, quam ullum verum contagium: ita ut ſanctè atteſteſtur, *ſe nullum vidiſſe agrum ex peſte* (vidit autem innumeros in Lipſienſi) *qui non à errore illam contraxerit*; nos quidem Collegas olim habuimus DD. Jo. Mariam Coſtanium, & Lucam Tomaſinum, qui cum in poſtremâ peſtilentiâ, quæ ſub annis 1655. & 1656. Urbem Romam penè depopulata eſt, propriam operam ægris in Læmo-comio impendiſſent, nobis candidè ſaſſi ſunt, ſe idcirco à ſua illâ contagione evaſiſſe, quod ſtrenuo hilarique animo donati, mortem adeò non timuerint, ut benevoli timentium fuerint objugatores; cæteros autem timidulos è vivis omnes exceſſiſſe.

XIX. Interea hic nulla mihi erit cum Helmontio controverſa, ubi probaturus ille animoſè conſidere ſummum eſſe in peſte præſervativum, acris, quo pellet, ingenio divulgavit etiam Amalera, tum ab E. hnicis ſub formâ Idolorum, tum à nebulonibus, inſcriptis ſæpè ridiculis characteribus, inventa, ed ſolummodò ſpectare, ut animum illius, de cujus collo pendent, quonquam falſâ opinione, certâ tamen ſpe validiſſimè erigant; unde ejuſdem periſti ope (quod Zenexon Paracelſus appellavit) omne malum à ſe plerumque depellunt. Itaque ejuſmodi Agyrtarum fraus, licet multitudini imponat, non omnino tamen damnanda videtur, cum creduli homines eadem ex fallaciâ illud animi robur fœnerentur, quod à propriis uſuris viribus nunquam eſſent mutaturi.

XX. Sed ut breviter omnem prophylaxim complectamur, verba hæc transferemus Cornelii Celfi, qui, cum quæ in peſtilentiâ obſervanda ſint, enumeret, inquit: *Vitare oportet ſatigationem, cruditatem, frigore, calorem, libidinem: jam neque manè ſurgendum, neque pedibus nudis ambulandum, minimeque poſt cibum. Cum verò hæc in omni peſtilentiâ ſcienda ſint, tum in eâ maximè, quam aſtri excitant: ad quod genus noxiæ paludum adſpirationes referuntur.*

XXI. At enim verò dum humana præſidia probamus, ſacra præ cunctis maximo in pretio habenda eſſe cenſemus, mandamusque ut paluſtrium locorum habitatoribus cordi temper inhæreant. Nam cum mala omnia, præſertim verò peſtilentia

Ecc 3

ad

ad purganda populorum crimina à Deo immitti soleant; ut passim in Divinis paginis legitur, certè nisi nosmetipsi culpas nostras bonis operibus expiemus, atque assiduis precibus à Deo Optimo Maximo impetremus, ut pestilentias à nobis avertat; frustra tentabimus cætera præsidia, quæ in irritum præcipue recidunt, ubi summus Opifex benignè nostram clementerque non miseretur.

Ad curativa tandem remedia quod attinet, hæc sequenti libro fusè persequemur.

LECTORI SUO,

JOH. MARIA LANCISIUS,

Super quinque EPIDEMIIS jam describendis.



Uanquam ad enarrandas epidemias, alicui videri possit, nullâ arte, nulloque ingenii labore, sed solo sensuum testimonio, ac simplici memoria memorare opus esse; cum illa successio rerum, qua in populari morbo contingunt, nuda videatur historia: attamen, si quis animo reputet, se, dum ejusmodi eventa describuntur, non solum simplices, verum etiam aliquando utiles Commentarios sibi adornandos suscipere: in iis certè non parùm curæ, studiique impendendum esse cognoscet: præsertim ad explorationem primarum causarum, quæ, cum sæpè multo jam tempore quamcumque epidemiam soleant præcedere, rarò eos non fallunt, qui tantummodo inquirunt in illas, quæ morbum ipsum vel proximè antecedunt, vel assidue comitantur. Sed major adhuc vincenda occurrit difficultas, ubi agitur de febribus perniciosis, & castrensis, quas nos hic selegimus pertractandas; cum earum & complicata semper, dolosaque sit natura, & medela non constat multitudine remediorum, ac judicii magnitudine, ac proprietate consilii, de specificis potissimum pharmacis decernentis: quæ quidem omnia non cunctis Clinicis, sed solertioribus tantum ingenii se pandunt. Nam, quanquam Artem Medicam primum genuerit usus; ea tamen etiamnum vagiret in cunis, nisi vires ab analogismo, & perfectionem à ratione acciperet. Solæ enim observationes utcumque frequentissima sint, confusam duntaxat exemplorum copiam animis nostris ingerunt; nisi eadem acta partim componentes, partim sejungentes, illud nobismet ipsis lumen accendamus, cujus beneficio quidquid experientiâ compertum est, distinctè, atque ordine distributum videmus, tam in principis, & causis morborum, quàm in progressibus, atque antecessionibus. Imò evidenter conspiciamus modum (ceteroqui per se obscurissimum) conferendi, ac discernendi signa, & symptomata unius epidemias, vel unius aegri in unâ quaque epidemiâ, à signis, ac symptomatibus alterius, vel diversorum egrotantium in eadem epidemiâ. Unde quedam ex quibusdam colligimus præsentia, quorum gratiâ tam exitus prædici, quàm curationes maturè, atque utiliter institui possunt; quâ corè unicâ methodo ip-

samet Empirica rationis imperio subjici potest. Nam egregiè Hippocrates agens de Medicina profectus, inquit: Sic arbitror univèrsam Artem commonstratam esse, eò quòd ex unoquoque observatio facta est, & consonantia in idem concurrerint.

Daturus autem hoc secundo libro quinque Historias insignium epidemiarum, quæ præ aliis nostrâ atate propter palustres aquas varia Ecclesiastica dittonis loca pervagata sunt, in spem erigor, haud difficulter deducendum fore, quot causis, ac modis aquei latices tum stagnare, tum urgentibus æstivis caloribus, sædâ corruptione, atque uligine in nos armari possint. Nam

Primò in Romanâ epidemiâ clarè apparebit, pluvias, fluviasque lymphas Curatorum, Ediliumque negligentia in fossâ Hadriana Molis, quam Arcem S. Angeli appellant, pratorumque scrobibus putrescentes magnam cladem Vaticana regioni intulisse.

Secundò in Urbevetanâ liquebit, fluviales aquas in fossulâ, scrobibusque cum cannabe, ac lino emortuas, siuque corruptas Civitatem illam depopulatas penè fuisse.

Tertiò in Balneoregiensi, non dulces modo, sed minerales etiam aquas deprehendemus, propter lapsum cretacci colliis jugi cursu per æstatem interclusas, putoremque natus in populum illum crudeliter deserviisse.

Quartò in Pisarenâ constabit, fluidas viarum, cloacarumque sordes in communem canalem confluentes, solitâ per æstivos calores fluenti aquâ destitutas, non fuisse detergas; quamobrem putidis halitibus ibi loci calamitosum contagium induxisset.

Tandem in Ferentinâ epidemia luculenter videbimus, aquas non modo dulces, verum etiam Thermales incertis annorum recursibus solito majori copiâ suis è venis erumpentes, cum pares exitui scrobes, fossasque nequaquam invenissent, facile vicinos campos alluisse, fetoremque, luem, ac perniciem in proxima, humilia præsertim loca transmisisse. Quamobrem nemo non videbit quantâ vigilantia, quantoque studio, quò minus aqua putrescant, animadvertendum sit; nè idem elementum, quòd maximum vitæ nostræ præsidium est, perniciem, mortemque hominibus asserat.

PRIMA

PRIMA EPIDEMIA

Februm perniciosarum, & castrensiarum, quæ Romæ in Leoninâ nuncupatâ Civitate, finitimisque versûs Neroniana prata regionibus, ex cœnosis fossarum præsertim, & cloacarum aquis, ab æstatis initio usque ad autumnum anni MDCXCV. vagata est.

CAPUT I. De pluviis, deque austrinis tempestatibus, quæ & Tiberis alluviones, & palustres aquas Romana Epidemia causas induxerunt.

Um à nobis exhibenda sit historia castrensiarum februm, quæ magnam partem incolarum Vaticanæ regionis, quam à Leone IV. Civitatem Leoninam appellant, antè MDCXCV. epidemicè corripuerunt, illosque penè deleverunt; ordiemur ab observatione antecedentium tempestatum, aliarumque rerum, quæ moram, & putorem aquis, labemque aëri afferre poterunt. Ita porò facile intelligemus causas, rationesque symptomatum, quibus habitatores illius suburbii graviter afflicti sunt.

II. Nemò sanè luctuosa funera per id temporis Romæ conspiciens, fetoremque in vicis illis percipiens, dubius hæsit, quin causa malignarum, perniciosarumque februm, quæ publicè vagabantur, fuerit multitudo stagnantium, & corruptarum aquarum, tum in scrobibus pratorum, tum in magnâ cloacâ, atque in fossâ potissimum Hadrianæ arcis: sed quoniam ad colligendos eos latices, tam ubertas pluviarum, quàm Tiberis inundatio maximè contulerunt; meridè à præcedenti autumno, utpote admodum pluvio, atque austrino, originis filum descendendum esse censimus. Ratò enim sola, quæ recens, ac præfens urget, etiãsi immoderata sit, anni tempestas, populares morbos progignit; sed plerumque per varios noxiarum tempestatum, aliarumque causarum gradus, & conversiones, accedente hominum indiligentiâ, ad communes morbos paratur via: ut rectè admonuit magnus Hippocrates inquiens: *si quis rimatus fuerit, ac præcognoverit temporum occasiones; maxime de singulis sciet &c. & rectâ viâ procedet non minimâ Artis suæ gloriâ.*

III. Itaque autumnus anni MDCXCV. sæpè magnis imbribus, meridionaliumque ventorum flatibus udus exitit: quomobrem tellus jam erat humida, cum Tiberis propter magnam vim aquæ bis auctus est; atque idcirco non solum scrobes, ac fossæ pratorum, & Arcis exhauriri non poterunt; verùm, quod maximè aëris insalubritatem inducit, sordes, quæ pluviis prolatae everruntur, ac dilabuntur, iis in canalibus, atque in cloacis subsistere coactæ sunt. Simul etiam per humiliora Leoninæ Civitatis loca exundavit, subterraneasque cellas, multosque pauperum puteos hic illic contemeravit. Posthæc negligentia eorum, qui rebus publicis, atque eidem præsertim Arci præerant, initio veris proximi anni MDCXCV. nullum studium purgandis hęc regionibus adhibitum fuit. Hinc mira hæc proluvies in linosam paludem sensim intrâ fossas, scro-

besque conversa virescere jam urgente æstu, fermentari, computrescere, variaque insecta admittere cepit.

IV. Interè temporis vim hujus causæ plurimum adauxerunt aquæ ex Vaticanis fontibus caducæ; quæ cum versandæ cuidam frumentariæ molæ juxta Arcis fossam paulò ante à Romano quodam cive impetratæ fuissent, atque eæ quidem, non nisi adauctâ per moram copiâ, rotam in motum agere nequirent; identidem in cloacâ illâ subsistere, putoremque cum influentibus proximarum domorum fordibus inter æstivos præsertim calores concipere coactæ sunt.

V. His verò malis accessit etiam frequens aëstus vulturni, austrinorumque ventorum, qui à medio Maio, usque ad Septembrem ejusdem anni MDCXCV. identidem recurrentes, non tantum deteriori putredini immotarum aquarum, verùm facilliori quoque sublimationi, ac delationi malignorum effluviarum non in vicinas duntaxat ædes, sed etiam usque ad finitimas, adversasque regiones ansam præbuerunt. Undè per ea loca immanis orta fuit epidemia februm, quas Medici communiter vocant malignas, perniciosas, ac pestilentias; nam contagione quoque serpere visæ sunt.

VI. Non absimilem epidemiam in Cœlio Urbis Colle ex eadem stagnantium, & fetidarum aquarum causâ ortam describit Domin. Panarolus, qui investigaturus undenam regio Cœlimontana, quam ipse meridè salubrem esse contendit, sub initium seculi XVII. notam infamis aëris contraxerit, quomobrem nullis amplius habitatoribus frequentabatur, refert historiam sedulâ animadversione dignissimam, quam ex Etrusco sermone Latinam hęc traducimus. Anno, inquit, 1601. Aqua Mariana, vulgò Marana, suo ab alveo extra portam Cœlimontanam egressa, in proxima vallibus stagnabat; ubi cum diu corrupta hæset, per vim solis putidos vapores emisit, qui circumquaque vicina loca afficiens, miseros incolas, aut interitu, aut fugâ perdidit; donec per suffosam cloacam jussu Clementis VIII. stagnans aqua aliò derivata fuit, & collis antiqua clementia restitutus: hæc tamen Panarolus. Hanc verò clementiam nunc etiam servat, servabique collis Cœlimontanus; modò tamen Aediles perpetuam curam adhibeant, nè unquam fluviolos Mariana extra suas ripas devolvatur, aut perruptis vicinis aquæductibus, alicubi restagnent lymphæ, & computrescant; neve Cloaca illa Clementina obstruatur, quemadmodum ante aliquot annos contigit: quo tempore nisi statim unâ cum Illustrissimo Præsule de Augustinis diligentissimo Aedilium Præsede, jubente CLEMENTE XI. (cui ipse ego impendens periculum significavi) diligenter occurrissemus, rursum gravis illinc serpere, ac dilatari cepisset epidemia.

CAPUT II. Describuntur nonnulla phenomena, quæ per id temporis noxias palustrium effluviarum vires in Leoninâ Regione palam ostenderunt.

Notatione autem dignum est quod per id temporis accidit in eadem Leoninâ Urbe, intrâ sacram Aedem, nuncupatam S. Mariæ ad Portam Angelicam, cujus sepulchra, humillimo quippe loco cavata, Tiberinis aquis redundant;

darant. Itaque initio æstatis, quanquam ii latentes maximam partem per terræ poros ad flumen remeassent, artamen usque adeo humidam, putidamque tellurem reliquerunt; ut cum forte fortuna quidam ex fraterculis cœnobium illud incolentibus decessisset, ac vespillo in tumultum, nullo quamvis recenti cadavere foedum, descendisset, admirationem simul & curiositatem focis excitavit; quæ causa fuisset, cur elapsa jam dimidiâ horâ nec ad sœpera regrederetur, nec saltem inclamaret. Idcirco secundus illuc descendit, quo mox nullum vitæ signum præbente, tertius charitate inflammatus, subinde à sodalibus ligari, atque intra tumultum per funem librari voluit; sed vix accensæ beneficio candelæ quam secum tulerat, gregales suos procumbere, humentem extinctos solo, conspexit; cum illico vociferare cepit, retractusque mortem vix potuit effugere. Adeo pestifera sunt conclusa effluvia cœnosæ terræ, si cum spiritu ab hominibus excipiantur.

II. Neque sanè illud negligendum videtur capitis incommodum, quod multi eo tempore salubrium etiam regionum incolæ, quod transissent solum, aut perambulassent loca corruptis iis aquis inquinata, pertulerunt; quos inter præ aliis recensemus Illustrissimum Archiepiscopum Battellum meritissimum nunc S. Silvestri Pontificis à secretis scribendarum ad Principes epistolarum. Is enim sæpè mihi narravit (est enim pro sua in me benignitate amicissimus) decursu illius epidemici, se interdum abstinuisse ab itinere ad Basilicam Vaticanam, cui vespertinæ causâ psalmodiæ pro munere suo addictus erat; quæ statim se capitis dolore correptum sentiebat, cum veheretur curru à faucibus externorum Arcis munimentorum (quæ vulgò dicuntur *la cortina*, *ed il rivellino*) in suburbium novum: nam ibidem magnas ad dexteram fossas putidas, maleque olentes aquas, obstructo emissario, continebat: quo sine cruciatu non prius levabatur, quam cum ad ædes suas in Quirinali rediisset: ut minimè dubitandum videatur, quin à corruptis aquis noxii vapores excitentur, qui ad nostram perniciem per crânii etiam foramina sibi aditum aperiunt.

III. Confirmabatur quoque exitialis putidarum aquarum vis mutatione coloris à florido in flavum, luridumque, quo non quidem meridionalis, sed tantummodo septentrionalis illius plagæ habitatores, utpote paludibus propiores, sub veris finem foedati conspiciantur; imò verò multitudine culicum, erucarum, muscarum, aliorumque insectorum vicis illos, seropes, & fossam, putidamque aquam per æstatem frequentantium.

CAPUT III. De certis hujus epidemici limitibus, quos lethifera cœnosarum aquarum effluvia minimè præterierunt.

Sed inter hæc mirandum planè fuit popularem morbum haud per universam Leoninam Regionem; sed per eam duntaxat partem deservisse, quæ à viâ, quam vulgò appellant *Borgo novo*, ad septentrionem, hoc est ad mœnia, prata, Arcemque protenditur, latèque pater. Contrà verò ædes magis ad meridiem conversæ, scilicet in semitis suburbiorum, vulgò *di S. Spirito*, è *Borgo vecchio*; quemadmodum etiam quæ ad dexteram Basilicæ Divi Petri positæ sunt; cæteræ nimirum S. Inquisitionis, aliæque do-

mus ad Vaticanæ collis clivum excitatæ, à communi lœe penitus liberæ, solutæque permanserunt, ita ut ducta quasi videretur linea diagonalis à posticâ Pontificii Palatii parte, quam *Belvedere* appellant, usque ad emissarium magnæ illius cloacæ, quæ in Tiberim juxta Arcis fossam eo loco speritur, ubi ab onerariis navibus Puteolana terra, lignaque exponuntur. Per hanc verò diagonalem affabrè distinguebantur incolæ æris contagione, quæ boream spectat, affecti, ab iis, qui, quæ respicit austrum, omnino erant intacti. Illud tamen minimè hic dissimulandum, ædes nimirum Nobilium de Alrovitis, nihil obstantè Tiberis interjectu, ab infamibus cum fossæ tum cloacæ halitibus (nam ferè contra illas respectant) se tueri non potuisse, quin Præsul. ad purpuram natus, ex confluenti perniciosâ febre ibidem interierit.

Salvus autem, atque secundus status in tantâ miseriarum vicinâ, idèo retentus est in habitatoribus Leoninæ Civitatis ad meridiem; quia illorum domos neque Tiberis alluvio (quippe solo altiores) neque palustris effluvia, utpote à fossis, pratique longius prodeuntia inquinare valuerunt. Imò verò, quod maximi refert, ac rarò accidit, australes venti, qui per ea tempora frequentissimi spirabant, ita esse juverunt, ut lethifera exhalationes, & procul, & in contraria detulerint; secus atque contigisset, si septentrionales ventos tunc habuissimus. Noxia enim spiramina à pratis, fossisque etiam usque in suburbium S. Spiritus, atque in proximum præciprè Juniculi colliculum, ubi positi sunt Barberinorum horti, transiitæ fuissent: quemadmodum de hujusmodi ventis Leoninæ Regioni insalubribus latè demonstrat Paulus Sanquiricus in dissertatione quâdam Hetrusco idiomate editâ 1630.

III. Hæc autem clarè docent, epidemiam illam à corruptis duntaxat fossarum aquis originem habuisse; cum qui noxios halitus respirarunt, & coïnquinatas lymphas biberunt, communibus malis plerique omnes correpti sint. E contrario autem ab eâ contagione illi servati fuerunt, qui domos incolebant extrâ hanc effluviarum quasi dixerim sphaeram ædificatas.

IV. Nec sanè novum est in Urbe Româ epidemias certis, ac determinatis terminis coercitas quandoque fuisse; cum apud Alex: Petronium, Macilium, Cagnatum, & Jo: Baptistam Donium occurrant historiæ consuetudinem malorum, modò in patulis, & humilibus, modò in editioribus Urbis locis. Imò verò (hoc autem ad nostrum alluvionis casum bellè facit) elegans est descriptio epidemici tertianæ, colonos Mutinenses sub anno MDCXC. affligentis, in quâ, ut doctissimus æquè, & cum viveret amicissimus Ramazzinus diligenter animadvertit: popularem illum morbum in humilioribus tantum locis, ac ubi stagnavit aqua, sedem fixisse, & non amplius spatia occupasse: cum incolæ caterarum regionum, quæ ab hujusmodi atmosphæra remotiores erant (ut totus tractus supra viam *Emilianam* versus colles) nunquam aliàs à febribus magis securos se vixisse meminissent.

V. Illud insuper observandum nostrâ obtigit in Epidemiâ; nimirum vires ejus ad Montem, quem Marium dicunt, pervasisse; ita ut Cœnobitæ, villici, aliique illius collis incolæ, quanquam sesquimillario clivi à pratis, multoque majori à fossis itinere distanti, tamen pestilentibus febribus magnam partem occiderint. Hoc sanè infortunium ortum habuit

habuit ab iisdem cœnosis corruptisque aquis, quibus prædictæ fossæ, & subjecta Monti Mario Neronians præta scatebant. Etenim facili negotio à spirantibus diluculo Euronotis malignæ aquarum exhalationes, veluti à scopis absterse, atque elatae, usque ad prædicti montis verticem atollantur. Quibus luculenter admonebamur, effluvia per aërem dispersa, majorem tunc ad laudendum potestatem habuisse, quam puteales aquas, quæ certè illo in monte penitus innoxia hauriebantur: ut D. Jo: Baptista Maçada ordinarius tum Leoninæ regionis Medicus, & prædicæ indolis amicus evidenter se comperisse narravit.

CAPUT IV. De mechanicâ ratione, qua ejusmodi epidemia sub initium averti, depellique potuisset.

Sæpe ignaviae ac negligentiae suae pœnas luunt homines, cum sani, atque incolumes tentari morbis incipiunt, quorum causæ ex illorum potius desidia, quam ex naturæ necessitate proficuntur. Hujusmodi certè fuit in Leoninâ Regione lues aëris, quæ tempestivis à mechanicâ deponitis præsidiiis, vel averti, vel saltem quàm citissime profligari valuisset. Inter mechanica verò auxilia præcipuum, expeditumque fuisset deducere in Adrianæ Arcis fossam aquas omnes, quæ ex Vaticanis fontibus tam intrâ hortos, quàm extrâ, scilicet in Plateam Basilicæ D. Petri jugiter effluunt, ex quibus procul dubio, si in unum alveum confluerent, non exiguis annis assurgere.

II. Hanc porro sententiam deferre tunc temporis non dubitavi ad Eminentissimum Cardinalem Palutium de Aleris, Virum sanè non acrisolum judicio, sed diuturno etiam difficillimarum rerum usu mirabiliter subactum, cum scilicet, nè suo deesset muneri (erat enim S. R. E. Camerarius) sciscitatus esset à me, qui Medicinam apud eundem faciebam, an, & quale inveniri posset opportunum præsidium ad compescendam stragem suburbanæ illius populi, ex palustribus aquis frequentissimè decedentis. Etenim illic non voce tantum, sed scripto etiam respondi, me probè cognoscere principio, quo tunc urgebatur, æstatis mortuas eos aquas, corruptumque cœnum citrà formidinem augendæ perniciæ, nec penitus removeri, nec vel minimum, interno illato motu, agitari posse: reliquum idcirco esse, ut ad depellendam epidemiæ causam duo alia in usum revocarentur auxilia, videlicet: Primò fluxus jam memoratus uberrimæ, dulcisque Vaticanæ Collis lymphæ per omnes Arcis fossas, quæ quidem temperatæ prolutæque fordes sensim in clascam, ac Tiberim dilaberentur. Secundo: Simul etiam resinosis ex lignis accensus ignis per octo saltem dies intrâ majores fossas, potissimum verò in marginibus, quæ spectant aedes, & vicos Leoninæ Civitatis: ardebat enim ab igne, & flamma non insecta solum comburi, sed aëris quoque miasmata ita comminui, & contereri debere, ut partim antiquam indolem exuerent, partim sublimius exilerent, atque extruderentur. De quo sanè ignis præsidio, cum plura dicta à nobis sint Parte 2. lib. 1. cap. 5. non est ut hic cum Lectorum nausea crambem recoquamus.

III. Sed quanquam, ut mihi quidem videbatur, ejusmodi consilia validis rationibus instruantur, ac præcipuè defluxus jugis aquæ paratu

admodum facilis videretur: neutrum tamen cum Eminentissimus Princeps ad œconomicum quendam cœtum rem detulisset (consiliis in diversis abeuntibus) probatum fuit. Et quidem, quantum spectat ad facilitatem, utilitatemque fluxus perennium aquarum in fossas Adrianæ Arcis opportuno tempore deducendarum: nos ipsi anno MDCCIX, usu frugiferum comperimus. Cum enim Sanctissimo Patri CLEMENTI XI. necessitatem hujus remedii ad prævertendam ex fossarum cœno aëris labem sub illius veris initium imminuentem, demissè exposuerimus, è vestigio Summus Pontifex rem effici mandavit, ut de Rheumatica epidemia scribentes fusè demonstravimus.

IV. Unum dumtaxat subitò, quippe nullâ impensâ perficiendum, prohibitum fuit, nè scilicet aquæ à Vaticano cadentes ad versandam molam propè Arcis fossam adhiberentur. Subsistebant enim identidem in cloacâ, ut superius cap. 1. animadvertimus. Quod quidem ab eo tempore dejectis etiam molaribus machinis, accuratissimè observatum est.

CAPUT V. Duplex Febrium epidemicarum natura, & qua maximè egros symptomata afflixerunt.

His pro rerum fide, ac perspicuitate narratis, ad ipsam veniamus epidemiam. Paulatim medio Maio, atque sub initium Junii per solam plebeculam in suburbiis S. Angeli, Pio, aliisque propè mœnia, fossasque degentem, serpere cœperunt tertianæ febres, eaque primum simplices, benignæque indolis: modò tamen Medici à phlebotomiâ abstinere. Nam quibus ægris vena secta fuisset, illorum febres in continuas, & malignas statim convertebantur. Mox verò caput extulerunt febres reipsa perniciosæ, ac pestilentes, quæ ad Idus usque Octobris ferocius, latiusque contagione quoque vagatæ sunt.

II. At enim verò illud maximè notandum fuit, non eandem per æstum in omnibus promiscuè naturam morbi sævisse, sed secundum varios eo tempore corporum habitus, diversosque sæpè dormorum situs, plus minusve à fossis distitos, varias etiam malignarum februm differentias prævis quidem sed inter se diversis distinctas signis emersisse. Porro duobus potissimum dissimilibus symptomatum agminibus in aciem tunc temporis prodierunt: aliæ siquidem primis illic diebus intermittentes, sed omnino perniciosæ tertianæ, eaque frequentissimæ extiterunt. Aliæ verò, sed infrequentiores, statim videbantur continuæ, pestilentem pariter naturam præ se ferentes.

III. Tertianæ quidem exitiales eos potissimum corripiebant, qui improbâ victûs ratione utentes, jam ante exortam epidemiam, viscerum obstructionibus obnoxii fuerant. Hæ quidem principio ut plurimum tertianæ simplicis, raro duplicis, semper tamen intermittentis typum servantes, quintâ plerumque die perniciosissimum morem in continuas versa detegebant, ægrosque non raro septimam inter, & undecimam jugulabant, paucis hercle ad decimam quartam pertingentibus: nisi si cui morbus in dysenteriam, aut in chronicam febrem, per totum sabindè autumnum, hyc

hyememque afflicturam, concessisset.

IV. Hoc autem modo pestilentes ejusmodi tertianæ corripere, atque increfcere solebant. Primam facies incoletium vicos illos promiscuè cum foeminarum, tum virorum, tam adolescentium, quam adultorum à noxiis effluviis subflava reddebatur. Subindè ab inappetentiâ cum gravativò capitis dolore, rigor ingens repente corripiebat cum vomitu non solùm phlegmatis, ac variegatæ bilis; sed plerumque minutissimorum etiam vermium; denique calor, & sitis è vestigio urgebat. Sæpè febris duobus primis paroxysmis effusò sudore ità remittebat, ut Insitæ ab omni se penitus malo immunes, ac vindictos putantes, secundâ, imò quartâ etiam die non modò surgere, sed interdum in publicum prodire vili fuerint. Verùm intereâ temporis urinis croceis, crassis, imò sæpè confusis, & ut aiunt, subjugalibus redditis, febris quintâ die novo rigore cum ingenti præcordiorum anxietate, ac jactatione in tantum crescebat, ut lippis etiam ac tonsoribus naturam continuæ, & morem perniciosissimum ostenderet. Cæterum lingua erat arida, & subobscura; verùm accedente mentis motione, nulla ut plurimum querela sitis audiebatur; pulsus vari, sæpius parvi, atque inæquales; artus frigidi pusillis convulsivis motibus, quos jectigationes dicunt, omnino inconstantes; papulæ in cute lividæ, facies cadaverosa, frequentes lipothymie, venter elatus, tensus, ante delirium dolens, ac frequenter post sextam pallidobiliofis, & fetidissimis, non rarò etiam cruentis liquaminibus solutus. Lumbrici ab ipsò morbi principio magnâ copiâ, plerumque mortui, per sedem etiam deturbabantur. Denique gravi cum sopore, algido sudore, urinis tenuibus factis, parotides erumpebant, ac septimâ, vel nonâ die, rarò undecimâ plerosque ægros, priusquam opportuna inventa esset medendi ratio, suffocatos de medio tollebant.

V. Febres verò, quæ initio ideam continuæ pestilentis ostendebant, raræ admodum fuerunt, atque in his duntaxat Civibus spectabantur, qui paulò longius à fossis positi meliori tum victus ratione usi, tum vultus colore præditi, innoxiorum humorum speciem, antequam ægrotarent, exhibuerunt. Invasionis autem modus erat cum levi ut plurimum horripilatione, magno, gravique capitis dolore, inappetentiâ, oris amaro sensu, atque minori, quàm in tertianis, ad vomitum propensione; deindè excitato ingenti aestu dolor capitis augebatur; mox continuâ persistente, solùmque pomeridianis horis crudescente febrili, cum pulsu, magno potius, quàm parvo, periculæ ad cutim rubræ, subindè livescentes erumpebant. Augebatur malum quartâ die cum vaniloquio, & sopore, accedentibus primùm levibus jectigationibus, subindè apertis convulsivis motibus, cum linguâ aridâ, & facie aliquantulum rubrâ, lotioque nunc subjugali, nunc tenui; sanguis è naribus post sextam largâ copiâ non inutiliter multis effluxit. Per alvum intereâ circâ septimum biliosa cum paucioribus quàm in tertianâ vermibus erumpebant. Tandem supervenientibus ut plurimum parotidibus, auctoque sopore, multi spoplectico modo decedebant nonâ, vel undecimâ die, frigidis sudoribus magnâ copiâ ab universò corpore exundantibus. Paucissimi interim naturæ ope servabantur, vel crassarum urinarum copiâ, vel conversione in alium morbum, scilicet in dysenteriam, aut quartanam: licet postea inventâ curandi ratione, ut mox dicemus, multâ prætinæ valetudini fuerint restituti.

CAPUT VI. *Quæ in cadaveribus decedentium propter epidemicas febres observata fuerint, eorumque rationes afferuntur.*

UT duplex epidemicarum febrium genus per id temporis grassatum est, ità duplex quoque constanti exitu fuit animadversionum genus, quod in cadaveribus eorum egimus, qui vitam cum morte commutarunt.

II. Primùm in his, qui ob tertianas perniciosas occiderunt, ingens malorum sedes sub aspectum venit in abdomine, ubi exta penè omnia livida, & potissimum hepar subfasci, ac bilis cystica atricoloris passim occurrerunt. Intestina autem ferè undique sphacelo tentata continebant foetidissimacrementa, vermiumque copiam; imò verò circulares hic illic subnigras maculas exhibebant, quarum in centris scissuras quasdam insculptas vidimus, quas nemo nostrum propter lumbricorum vicinitatem ambigere potuit, eorundem esse vestigia morsuum, atque erosionum. Cæterum præcordia, alioqui mollia, & laxa, nigro cruore quo etiam cerebri vasa diffluebant.

III. Studiosè verò inquirentibus nobis in causam, cur abdominis viscera, atque inter ea grande quidem morbosa vastationis theatrum hepar, atque intestina præ aliis viderentur, repetenda est unius rei superius explicatæ recordatio, scilicet ægros illos jam antequam tertianis febribus tentarentur; tum naturalium viscerum dystrasiâ, tum improbâ victus ratione usos fuisse. Quamobrem facili negotio imi ventris organa, & præsertim jecur propter morbidam bilem; atque intestina (quoniam in illorum cavitatem, tanquam in cloacam multigena liquida à glandulis suis quæ externis, quæ internis secreta confluere solent, ac detineri) peculiarem labem contraxerunt. Potissimum verò quia enormis illa complexio corpusculorum, quæ à palustri solo cum organica, tum inorganica elevantur, & per oesophagum cum saliva, cibus, & potibus in accolarum stomachum feruntur, fovendis principio, multiplicandisque lumbricis nostris aptissima esse consuevit. Quod sanè vermium genus (ut in externis passim observamus) quemadmodum alimentis naturæ suæ analogis majori semper & mole, & numero augetur, ità deinceps inducto, ac fervente febrili aestu, evehitque paulatim ad summam acrimoniam pravis intestinorum succis, usque adeò commovetur, ut quaquaversus inusitatâ rabie eorundem intestinorum parietes moribus adoriatur, ac venefico quâsi afflatu contemeret, & afficiat.

IV. Nec sanè irrequietos indè factos lumbricos huc illuc discurrere dubitandum est, ubi experimento abundè constat, eosdem fugam exitumque ab ejusmodi ægris per os, & podicem, admirandâ certè industriâ, pro viribus exquirere; quinimò illos gravissimè ægrotare, atque interire; cum ut plurimum, hisce in casibus, vel phlogosi affecti, vel mortui dejiciantur. Dùm igitur noxia paludum effluvia quaquaversum sanguini, & liquido nervo permixta in viscera, & artus debacchantur, ipsi etiam lumbrici suis istibus, ac veneficâ veluti salivâ intestina ità labefactant, ut vulneris labia aliis etiam confluentibus, interceptisque pravis, toxicoque similibus succis, postremò necrosim concipiant.

V. In

V. In corporibus autem, quæ ex continuis pestiferis febribus apoplectico modo decedebant, inter viscera naturalia, certè ipsa intestina à vermibus neque multùm obfessa, neque adeò depravata comperimus; secus verò cerebrum frequentibus varicibus, & plerumque sanguineo sero intrà corticis sulcos effuso deprehensum fuit: indicio profectò satis manifesto tum fibras, tum fermenta viscerum imi ventris apud robustos, & continentes homines æcis inquinamentis quoquo modo obstitisse; ut inter morbi initium feracissimum lumbricorum ovarium augeri admodum, ac multiplicari passa non fuerint. Quamobrem vulneta, ac necrotica, quemadmodum in vulgaribus, malèque nutritis agrotantibus intrà ipsa intestina non admodum sunt conspècta. Verùm sulphurovenefica atmosphæræ effluvia partim per pulmones, & cranii meatus, partim per galaxiam in venas sulphureo jam liquido plenas admitta, omnem in cerebro (suffragante etiam inventà apud ægros plethorà) vim suam coagulando fluida, & utitando solida exercuerunt.

CAPUT VII. *Per summam Innocentii XII. charitatem novum in Civitate Leonina Nosocomium pro agris mulieribus excitatur.*

Vulgares fœminæ, quippe pauperibus assidue famulantes, cum sævientè Romana epidemia præ vitis frequentius decumberent; simul etiam propter rerum ferè omnium egestatem majori numero decederent; cumque in Leoninà Civitate nullum ad excipiendas mulieres Nosocomium, maximum verò S. Spiritus in Saxia agrotantibus tantum viris pateret: Summus Pontifex Innocentius XII. tunc felicissimè regnans, pro ingenti, quo ergà egenos flagrabat, amore, statim atque accepit, aliquot pauperulas ità necessariis præsiidiis jacuisse destitutas, ut sine assidentibus, atque adeò absque Christianæ pietatis officiis naturæ concessissent; iussit publicum instrui pro sequiori sexu Valerudinarium, loco quidem minùs insalubri, nimirùm in suburbio, quod vulgò Novum appellant (nunc autem cæsit in Hospitium Sacerdotum) illudque non solum quavis domesticâ suppellectili, verùm etiam accitis, quod magis interest, Sacerdotibus, constitutisque Medicis, Chirurgis, universaque, & Assidentium, & Ministrorum Familia, quàm celerimè comparatum, ornatumque voluit. Atque hinc factum est, ut sua nec animæ, nec corpori medicina deesset; mirumque proindè fuerit cernere, miseris illas agrotantes optimis cibis, remediisque fotas, magnam partem à mortis periculo fuisse vindicatas. Adeò verum est, Romanam præ cunctis totius orbis Civitatibus singulari pietate, & charitate (ut innumeris exemplis demonstrat Amydenus) resurgere; Romanosque Pontifices nullis usquam sumptibus, laboribusque parcentes, de utrâque hominum salute in perpetuum esse sollicitos.

CAPUT VIII. *Quenam in nostrâ epidemiâ maximè profuerint, & primò de methodo curandi tertianas perniciosas.*

Ditum sanè videtur in Medicos, quod à magnis, ac sapientibus viris traditum legimus, historiam esse lucem veritatis, ac vitæ magistratam. Nam, cum ingens sit in rebus Medicis obscuritas, nostris verò in judiciis infirmitas, nisi semper historiarum, atque observationum faces memoriæ obversentur, ac præluceant; sæpius certè, ac facilius in errorum, atque inscitæ tenebris maximo cum Republicæ detrimento versamur.

II. Observationes itaque jatrophyicæ ad veritatis lancem, non ad nudam lectorum delectationem sunt expendendæ: Propterea in describendis grassantium febrium curationibus, candidè commemorabo cum ea, quæ nocuisse, tum quæ opitulata esse à nobis compertum fuit.

III. Quoniam verò vix ulli fuerunt, quos à tam diro malo sola natura vindicavit, scilicet pauci duntaxat ex iis, qui longius à paludibus habitantes per abscessum dysentericum, aut urinarum multitudinem liberati fuerint, idcirco de internis viribus minùs confisi ad remedia, eaque valentissima, ac præstantanea confugere debuimus.

IV. Diu sanè à nonnullis cum incipiente epidemiâ, non frustra tantùm, sed magnâ cum ægrorum noxâ pugnatum est, validissimis nunc purgantibus, pulvere scilicet Cornachinæ, nunc sanguinis missione, quæ non nisi rarò, ut dicemus, juvit. Nam in confluentibus morbis tardè plerumque accidit, ut securior detegatur ratio medendi: Proindè per summam solertiam adjuvante analogismo tandem detecta fuerunt specifica pharmaca, quibus postea, qui tempestivè sub prudentium Medicorum imperium venerunt, magnam partem liberati sunt.

V. At cum capite quarto monuerimus, duplicem tunc obçigisse febris speciem, alteram frequentiore tertianæ perniciosæ, alteram verò minùs sæpè animadversam ab ipso initio continuæ malignæque naturæ; dicemus seorsim, quæ in utrâque febrè potissimum profuerunt.

VI. In primis verò, qui perniciosis tertianis corripiebantur, & illicò Medicum arcessabant, agrestes quidem homines drachmis quatuor, aut quinque elect. lenit. malaxati cum ol. amygdalino, vel Tryphæræ Persicæ; Urbani autem, ac delicatuli totidem florum cassiæ cum drachmis duabus pulpæ Tamarindorum, & scrupulo ocul. canc. pp. blandè ac utiliter levabantur. Aliquibus, quos à lautâ cœnâ febris corripuit, placidus statim vomitus emolumento fuit, excitatus tamen solo amygdalino oleo admixtis aqua theriacali, & jure insulso: interdum robustioribus ferunt vinum etiam Emericum ab initio profuisse. Cogitavi quoque de usu pul. radicis Ipecachuanæ; sed ea tum fuit inventa; tamen magnum jure commodum aliàs expertus fuerim; præsertim in illo pravorum humorum apparatus, à quo malignæ dysentericæ progignuntur. Qui contra non nisi post tertiam diem curationi se submittebant, clysteribus potius;

potius, quam ullâ etiâ leni purgatione tractandi erant. Etenim multiplicatâ per id temporis in primis viis malignorum succorum copiâ, ob vim eorum, quæ alvum movent, agitari magis, fundi latius, ac potius intrâ vasa urgeri solebat, quam evacuari; quinimò hinc, cum irritati vermes glandulas, ac fibras intestinorum pungerent, atque exederent, cruciatus, dysenterias, ac postremò etiam intestinorum necroses facilius arcescebant. Sed in castrensis iis febribus invenire ad amissim minuendi occasionem tam est raram, ac difficile, quam optimum esse Medicum, quem semper hortabor, ut memor sit experientiarum magni Hippocratis, qui in Constitutione pestilenti ex nimis pluvii, atque adeò palustri solo exorta, claris verbis periculum à purgantibus perstringit, *Purgationes plurimos amplius ladebant; & paulò infra, qui ex acuti, maximè ex iis, qui per alvum secedebant, mortui sunt: omnis enim alvus suffulit.* Legatur Vallesius in Commentario.

VII. At enim verò duo præsidia huic malo comperta sunt utilissima, vesicantia nimirum, & cortex chinæ chinæ, quæ opportunè adhibita iure ac merito apud nos specifica medicamenta perniciosarum eiusmodi febrium dici poterant, cum salus multorum iisdem constiterit.

SECTIO PRIMA. De locis, ac tempore, quibus vesicantia adhibebantur; & cur miram utilitatem hisce in febribus afferant.

Vesicantia primò cruribus, quinimò etiam femoribus, præsertim in carnofo & subpingui habitu præditis; deinde brachiis etiam, atque occipiti, cum affectio comatosa urgere cœpisset, adhibebantur. Porro singularem, ac penè incredibilem operam, si propter admota fuissent, ægotis nostris attulerunt; quò magis laudandum venit monitum Herculis Saxonis, qui, cum disputationem scriberet de Pisarenâ epidemia, quæ nostræ huic Romanæ quàm simillima fuit: *Tempus, inquit, administrandi vesicantia in febribus pestilentialibus sit eodem die, si fieri possit, & primâ horâ, qua morbus incipit; imò verò si eos, qui febrî pestifera tentandi sunt, ante quam in morbum incidissent, dignoscere possemus, vesicantia ante agrotationem apponere conducibilis esset.* Nam tunc maximè proficiunt, cum nondum ullus decubitus in visceribus sit inchoatus. Quemadmodum è contrario tunc nocent vesicantia, cum vel erosiones in interaneis, vel cachectici in cruribus tumores adfuerint; facile quippe, ut expertus admonet Petrus à Castro, *ipsi agri in necroses inmedicabiles delabuntur.*

II. Modus autem, quo hisce in febribus phœnigmata, & vesicantia vim suam exercere, atque utilitatem solent afferre, duplex est; Primò quidem quòd particule acro-volatiles sinapis, euphorbii, cantharidumque nimium coherentia nostrorum fluidorum corpuscula cuneorum ac menstruorum instar summovent, ac solvunt, undè fluxiliora redduntur liquida, atque ad separationem facilius comparantur. Secundò, quia ab acris hisce stimulis necessariò augetur in artubus vis tensiva, & circumpulsiva canalium, qui propterea validius premunt contentos humores, quorum serosa, ac lymphatica pars, quæ per vesicantiam emissaria elicitur, malignas particulas scilicet salinas potissimum solutas continet,

cum pulsionibus promptis obsequatur, per ipsa vesicantium emissaria utiliter secerni solet: quo fit, ut viscera à malignâ congestione, lethalique decubitu præserventur.

III. Prodest etiam hoc remedii genus, quia per illa ulcera artificio referata facilius citiusque promovetur excretio eorum corporum, quibus ambiente ab aère ipsæmet carnes (quis tùm ex ventre, tùm extrinsecus aliquid semper allicere docuit Hippocrates, in palustrium locorum incolis imbuta sunt.

IV. Sed ut rem hanc summo perè necessariam altius repetamus, perniciofa fermenta, quæ intrâ sanguinem, & viscera turbas agunt, extrâ corpus difficulter derivari possunt per eas glandulas, quæ naturalibus dumtaxat secernendis liquidis ob assuetudinem comparatæ sunt; atque idcirco crises salutares in pestilentibus affectionibus raro spectantur. Nam retinenta verè maligna, quoniam ob peculiarem particularum cohesionem, motumque toto, ut aiunt, genere à naturalibus succis differunt, ægerimè cum ordinariis secretionum organis, benignorum tantum succorum moli, & crasi congruentibus, accommodari, atque commensurari solent. Hinc accedit, quòd pestiferi succi ita solidarum quoque partium fibras enervant, ut nativo in iis deficiente tono, propulsiones etiam à centro ad circumferentiam, & ab extremis canalibus in glandulas mirum in modum evanescant. Quamobrem in eiusmodi morbis, qui cæteroque non ferunt inducias, necesse est, ut ad agrorum valitudinem redimendam emissaria præter naturæ ordinem statim ab ipsâ arte parentur. Etenim cum Medicus naturam probè agentem debeat imitari, certè à vesicantium usu hisce in casibus minime potest abhorreere, cum agros viderit aliquando ab his morbis validâ adnitente naturâ, per solos abscessus liberari, quod peritioribus Clinicis superfluum est pluribus inculcare.

IV. Illud utique nunquam satis accuratè à nobis reperitum erit, scilicet in hac epidemia agros eò citius, tutiusque convaluisse, quâ major saniei copia à plagis vesicantium effluxisset, imò quòd deterior etiam ejusdem qualitas sphaceli metum iniecerit.

SECTIO II. De usu China China, tanquam altero specifico hujus epidemix, & quibus ea modis uti liter fuerit propinata.

Alterum deinde præsidium peculiare, ac specificum experti fuimus chinam chinæ minimè adulterinam, quæ tamen ante tertiam, vel saltem quartam diem in perniciosâ tertianâ exhibenda erat. Nam, si cui propter incuriam, vel serum Medici adventum, tardiùs propinabatur, ejus salus plerunque desperanda. Etenim fermenta maligna virus suum in præcordiis, & nervorum principiis figebant; tùm vermes in rabiem acti suis moribus gangrænam intestinis inurebant.

II. At enim verò non esdem chinæ chinæ formula singulis perniciosâ tertianâ ægotantibus pariter profuit, sed secundum varios corporum habitus, diversaque symptomata, sua cuique aptanda fuit. Porro quos vires languidæ, artus frigidi, temperamentum phlegmaticum, neque dum coma, aut delirium urgebant; iis quidem

dem cum æquali meracioris vini, & aquæ scorzonæ copia, nempe ad uncias tres bis singulis paroxysmorum diebus, diluculo scilicet, & vesperi; diebus autem vacuis semel tantum jejuno stomacho exhibebatur. Quibus verò corpus gracile, & cerebrum aliquot læsionis signa jam ostendisset, tunc china solis aquis cardui sancti, & scorzonæ infusa proderat, additis semper guttulis olei Matthioli. Dosis chinæ singulis vicibus non excedebat scrup. 2. vel drach. 1. sed bolaris formula nostro, aliorumque experimento præ aliis probata est. Ita sanè perniciem febris, quæ præcordiorum anxietate, extremorum algore, comate, & convulsivis motibus ad augmentum properabat, hoc potissimum remedio antevertere solebamus. Parabantur itaque boli, cum scrup. 2. corr. chinæ chinæ, & guttulis VI. ol. Matthioli, addito ab aliquibus etiam scrupulo diafcordii Fracastorii: hi verò, donec morbus vigeret, nimirum usque ad nonum, bis imparibus, semel paribus diebus; deinde verò usque ad 14. semel quolibet die nostris febricitantibus opportunè exhibebantur. Incredibile dictu est, quæ felicitate chinatis hinc bolis, quasi totidem herculeis sagittis ferrox hæc Leoninæ paludis hydra fuerit interfecta. Nam Peruvianus cortex suo alchali amaro, atque austero, mutatis quoque particulis balsamico-oleo-volatilibus ab ol. Matthioli, se præbuit pharmacum simul febrifugum, anthelminthicum, stomachicum, ac vulnerarium. Enimverò dum Romanam hanc epidemiam secundis curis pettractamus, nempe Mense Augusto anni MDCCXV. nobis mirandam, planè vim ejusmodi alexipharmaci videre contigit in Excellentissimo Principe Michaële Angelo de Cajetanis, qui cum à tertianâ perniciosâ vitio palustris aëris animam penè ageret, post adhibita infernis artibus vesicantia, solo usu chinæ chinæ guttis olei Matthioli insperis brevi convaluit.

SECTIO III. *Recensentur alia prasidia, & quamnam victus ratio adhibita.*

NEquè interim tacendum est aliquibus Theriacum etiam profuisse; ejus profectò vires in edomandâ castrensi febrium perniciose plurimum quoque laudavit Hercules Saxonia omni laude dignissimus Auctor. Theriaca enim, cum sit pharmacum aromaticis, amarisque potissimum herbis constans, vicem chinæ ex Peruvianis regnis nondum advectæ, olim gerere solebat. Imò verò nostrâ etiam ætate plures ex algidâ febre ad necem properantes, solâ theriacâ cum vino exhibitâ, feliciter liberatos conspeximus.

II. Interea temporis usu moderato, diu nocturne ad diluendum sanguinem, & blandè volatilizando, cicurandisque sales acres, tum jura alterata ex rad. scorzonæ, contrayervæ, limat. CC. eboris, & foliis, succove sonchi, tum aquæ stillatiæ ex iisdem simplicibus cum stib. diaph. nitro stibiato, CC. philosoph. marg. præparatis, & smarag. orientilibus. Gelatina etiam CC. apud divites, atque emulsionem ex amygd. & sem. card. san. cum marg. & smarag., nec non confect. de Hyacint. de Alcher. & diafcord. Fracastorii utiliter propinabantur.

III. Victus erat tenuis; imò nihil magis aliquibus obsuit, quam largè nutrirî, die potissimum paroxysmi, in cujus idcirco progressu satis erant jura optima pullorum, nunc simplicia, nunc cum ebul-

Tom. II.

lito pane, & CC., nunc verò cum unico recentis ovi vitello.

IV. In ejusmodi autem medendi, curandique ratione ut plurimum usque ad decimum quartum diem manere oportebat, scilicet donec ægri omnem acutiei vim effugissent. Sed quoniam plerique eorum, qui evasuri erant, in diuturna mala, ac præsertim in quartanam morbus concedebat, superfluum reputamus methodum subnectere, quâ iidem liberabantur. Nam satis est indicasse, alios simplici cœli mutatione, alios usu rhabarbari cum china; nonnullos tartar. emetico; aliquos etiam decoct. salviæ, & pul. myrrhæ sub hyemem, vel ad veris exitum percommode convaluisse.

CAPUT IX. *Quæ profuerint in febre continuâ pestilenti.*

HAstendens, quæ maximè juverint in tertianis perniciosis exposuimus, nunc quibus potissimum continuæ pestilentes oppugnatae sint, describamus; illud tamen minimè dissimulantes valida purgantia in iis etiam sub initium plurimum obsuisse. Nam præterquam quòd boni, vel saltem minùs inquinati succi à visceribus, ac sanguine magna cum virium jactura à cathartics elicuntur; semper stimulorum copia, in quâ præsertim eorundem actuositas viget, mortiferas turbas in fluidis, & solidis acutè febricitantium excitatura relinquunt. Quò magis admiramur summam Hippocratis sapientiam, qui filios Artis admonuit, ne inter acutorum morborum initia alvum inconsultò moveant; sed Clinicorum prudentiæ; ne dicam timiditati hujus rei deliberationem commisit, inquit, *In acutu morbu raro, & in principis medicinis purgantibus uti, & hoc cum præmeditatione faciendum, scilicet diligenti observatione inquirendum, num febrile fermentum primis viis ita hæreat, ut citrà turbationem purganti medicinæ possit obtemperare; num contra universæ humorum massæ interius permixtum, (quod in continuis, & præmalignis, passim contingit) vehementibus purgantibus obsistat, quò minùs revelli atque amoveri patiatur; imò verò deterius agitur, acuatque. Nam sæpè, ut probè sua in epidemiâ advertit Cagnatus ægri quo die medicamentum biberint, eadem in mediâ purgatione occiderunt.* Satis igitur fuit aut nullum, aut primo loco placidissimum tantum lenitivum, scilicet ex drachmis aliquot pulpæ tamarindorum cum floribus cassiæ, nimirum addita drach. sem. pul. oculorum cancr. & scrup. sem. rad. contrayervæ ante tertium diem exhibere. Interdum verò solis clysteribus omnem purgationis indicationem securius explevimus.

II. Sed quoniam communis istius quoque febris causa fuit atmosphærae miasma, naribus, ore, cuteque haustum, & Incolarum fluidis adglutinatum; igitur secundo, vesicantia maturè adhibita, magnam opem contulerunt, ob rationes superiori capite adductas, de quibus ne crambem hic recoquamus, dicere superfedemus. Tertio, china-chinæ maturinis juribus, & aquis diaphoreticis infusa, non leve attulit emolumentum; quod tamen non adeò præsentaneum extitit, quemadmodum in tertianis perniciosis, in quibus, donec intermissio viget, lues aëris parte sui minimâ universo sanguini, maximâ verò (propter viarum impedimenta, quæ in corporibus malè affectis obtingunt) subsistit in oculis, & folliculis glandularum tum cutis, tum imi præsertim ventris: idcirco major

Fff

per-

perniciosi fermenti moles primarum viarum succis irretita specificum excipere, illiusque vim sentire facile potest. Sedis atque in continuis, quæ homines alioqui magis robustos, & specie incolumes corripere solent, noxa aërea propter pervios galaxiæ, pulmonumque ductus liberè intrà vasa devolvitur; ac præparato quoquomodo sanguini associatur; quæmobrem hujus febrifugi usu nec subito, nec tam validè emendari potest; quia antequàm ipsius chinæ vis ad subclaviam ascendat, succorum stomachi, atque intestinorum torturam subire debet, quibus non modicè perturbatur, atque invertitur. Utinam interdum vitium non concipiat: proficiebat nihilominus amarum hoc pharmacum, mediocri dosi exhibitum, quòd blandam quandam acrium, acidarumque particulatum cum volatilibus mixtionem promoveret, visiosique humores inducã veluti coctione eam crassam, ac mobilitatem adipiscerentur, quæ opus est, ut ad loca salutarium abscessuum proclivius devolvantur.

III. Deindè cum in ejusmodi continuarum februm specie pulsus essent validi, dolor, & calor capitis urgerent, sæpè larga etiam sanguinis copia è naribus effluens non levem malis utilitatem attulit.

IV. Cucurbitulæ scarificatæ tam infernis artibus, quàm sub scapulis, & juxtà occiput, atque, ubi cerebrum comate, delirioque obsidebatur, aliquibus profuerunt.

V. Quintò, sectio venarum jugularium opem tulit; hæc siquidem venæ cum sanguinem à sinibus duræ matris, ac propterea è penitioribus cerebri partibus referant, si aperiuntur, ac sanguinem fundant, necessariò augent momentum motus recirculationis, quod opponitur è diametro momento adhæssionis, & moræ, quam idem sanguis intrà cerebrum sustinere, & comatosum morbum inferre cogitur. Multi pariter levati fuerunt perfectà in fronte venâ. Ex quibusvis enim locis, modò fuissent à scapulis, & collo sursum, ventum, vulnera iis in casibus stipatum, nec liberè resluentem sanguinem, partim evacuando minuebant, partim ad motum promovendo, prohibebant, quò minus intrà cranium pertinaciter subsistens certam, citamque mortem induceret.

VI. Cæterum emulsionem sem. card. sancti, melonum & cucurbitæ cum stibio diaphoretico, nitro sibiato, ac præsertim margaritis, & smaragdus maximopere utiles visæ fuerunt; Hyacinthina quoque, cardiaca, suaveolentia, & pretiosa, quæ dicuntur pharmaca, præter vim dulcificandi blandèque vivificandi, profuerunt etiam, quia sub gemmarum imagine, & odoris suavitate spem aliquam in credula plebe sustentant.

VII. At enim verò cum tria potissimùm singularia mala, quæ apud Medicos nomine symptomatum venire solent, tunc temporis tam ægris, quàm Curantibus crucem maximè figerent, scilicet ingens verminatio; suffocans parotidis, & dysenteria perniciofa; idcirco de istorum morborum medela singillatim tractare constituimus.

CAPUT X. De Remediis vermes necantibus.

Nemo sanè, qui naturalem historiam vel modicè caller, nescius est, vermes infiniti prope modum generis reperiri, rebusque ferè omnibus, vegetabilibus potissimùm, & animalibus peculiare in se, atque innutriti: ita non eadem pharmaca cunctis insectis promiscuè habeantur hostilia, quæ

Græcè dicuntur anthelmintica: cum vermes, qui in amaris nidificant, amaris etiam; qui verò in dulcibus, dulcibus quoque; qui in acidis, aut acris, acidis pariter, acrisque nutriti, non autem profugari, aut occidi consueverint: experièntiæque compertum sit peculiariter plerunque remedia certam vermium speciem in fugam conjicere, atque interimere. Oleum duntaxat, & Mercurius omnia penitus insecta (modò ad illorum contactum venerint) indiscriminatim fundunt, ac perimunt: oleum quidem: Nam cum hæc animalcula non per unicam pulmonum tracheam, sed per innumera bronchiorum foramina, in universum corporis ambitum aperta, respirent, statim atque oleo merguntur, perire solent; scilicet quòd iis obstructis, viæque aëri omninò interclusa, vitales motus amittunt, qui ab aëre, tanquam à fluido apud viventes majoris usus, magnam partem proficiunt. Mercurius verò, cum scateat corpusculis perniciosissimi motus, simulque sub parvâ mole ingentem metallicæ materiæ quantitatem contineat (undè mirè gravitare solet) non solum facilè in tenella insectorum viscera, minimamque villorum texturam penetrat; sed suffocat etiam, enervat, atque interimunt.

II. Verùm, ut propius ad humanos vermes accedamus, satis jam constat lumbricos, de quibus sermone nunc instituiamus, ita esse intestinorum incolæ, ut eorundem intrà cellulas concipiant, deponantque ova, dulcibusque chyloso-lymphaticis succis aiantur, atque augeantur: quamobrem meritò Clinici ab ejusmodi curationibus penitus arcant dulcia, lactantia, iisque similia. E contrario autem, amara, acria, oleosa, & mercurialia plurimùm laudant.

III. Sed quemadmodum sæpissimè accidit, ut in pestiferis constitutionibus Medicorum artes deludantur; similiter in nostrâ contigit epidemiã, ut quam operam, studiumque in profligandam vermium sobolem, eorumque malignitatem cicurandam contulimus, plerunque perdidimus: quia scilicet lumbrici non fuerunt solitarii, sed cum febrilibus pestiferis ipsi quoque maligni, atque pestiferi. Idcirco sublimatum dulcificatum, quod alioquin in communi verminatione specificorum maximum esse solet, non tantùm nullum in nostro casu emolumentum, sed lugendam planè perniciem attulit; dysenterias enim omninò lethales acceleravit, iis nimirum salibus motum præbens, qui suapte natura proni erant ad erodendum: sola infusio mercurii vivi parata in aquis card. sancti, & rutæ capratæ si non profuisse, saltem nihil nocuisse comperta est. Tutius tamen anthelminticum fuit oleum de scorpionibus Matthioli tùm simplex, tùm chinæ chinæ, imò oleo amygdalarum dulcium admixtum. Clysteres quoque ex jure, & lacte, additis guttulis ejusdem olei Matthioli mortuos vermes per sedem feliciter educebant; quo sanè oleo, & guttulis spiritus citri si nares atque umbilicus inungerentur, non levis utilitas ægrotantibus accedebat; contulerunt pariter terra sigillata M. D. C. C. philosoph. & pul. corallinæ cum succo rutæ capratæ, vel decocto scordii addito c. cervi uto.

IV. Illud verò candidè fateri cogimur, omnia planè verminecia (sic denuò verbo venia) fuisse inutilia, ubi viscera, atque intestina præsertim ex veneficis moribus summam labem, & erosionem contraxissent. Sed nè moremur amplius in parte hæc, in quâ plùs fortasse à peritis lectoribus intelligi, quàm à nobis scribi poterit.

CAPUT XI. De Parotidibus, earumque curatione.

I Nfidum planè morbi genus meritò cunctis iis, qui longo Jarricæ Artis experimento subacti sunt, tumor ille habitus est, quem in glandulis parotidibus vix natum sæpè sæpiùs adultum repente in febricitantibus videmus. Nam, tametsi vitiosus in visceribus, & canalibus humor per vim naturalium motionum fluxilis reddatur, tandemque totus fortè (in quo universa ferè critici decubitus ratio posita est) ad concuatas glandulas urgeatur; plerunque tamen in epidemicis febribus evenit, ut tanta sit influentis ac subsistentis ad externum angustumque glandulæ locum maligni succi copia, ut non solum infarciat, impleatque sanguinea, ac lymphatica illius vasa cum omnibus folliculis, atque exterioris ductibus; verùm etiam ad vicinas quaquaversum membranas, musculos, adenasque cogatur divertere; ac propterea abscessus, quæ viâ liberare primùm visus fuerat, obruat, deindè suffocet, & quàm citissimè perimat. Porrò facit hoc non quatenùs nuda est, simplexque parotis, sed quia deleterius humor, cum salivale fluidum jam affecerit, & cohibuerit (ejusmodi enim ægrotantes, cum maximam jam aëriæ luis partem ore primùm exceperint; ac futurarum parotidum quasi semina eas in glandulas recondiderint; multò priùs, quàm parotis erumpat, implacabili siti, aut certè linguâ asperâ, & nocti laborare solent) facillè in refertas, oppletasque parotidum glandulas totus ingredi prohibetur; atque idcirco per finitimos arteriarum carotidum ramos in circumposita, subjectaque membra minimo negotio urgeri, ac derivari consuevit; videlicet in musculos inferioris mandibulæ, præsertim verò masseteres, atque in superincumbentes adenas. Ad glandulas pariter, & musculos ossis hyoidis, linguæ ac faucium; quas quidem partes lædi, a pertis cadaveribus, evidenter deprehendimus. Undè congeries hæc tumorum partim vasa ex cerebro reflua, partim laryngem, pharyngemque premendo, atque in suis motibus intercludendo, miseros infirmos cum inexplebili siti occisimè jugulat, & interimit.

II. Accidisse etiam nonnunquam observavimus, ut qui ab acutis, malignisque febribus, rupto foris, vel sponte vel per artem ejusmodi abscessu, crediti fuerant evasisse, ob inductas postea internas suppurationes paulatim extabuerint. Etenim à Chirurgis in parotidibus id perpetuò animadvertitur, quod M. A. Severinus gravissimus Auctor expertus admonuit. *Parotides, scilicet, raro quâ parte extuberrant, aperiri per se se, sed per viam obliqui ductus effundi;* addimus nos, penetrare internè ad aures, in os, in fauces, atque in thoracem: nimirum ad eas partes, ad quas erodens humor novos cuniculos, quò minori vi solida resistunt, per inclinationem, aut pulsionem sibi effodere: ac propterea frequenter tum Medicos tum Chirurgos suâ de spe depulso certimus. Nam visò priori, eoque pestifero malo, ægros suos in alvi fluxum, purè symptomaticum, atque in tabem concessisse, tandemque mortem oppetiisse dolent.

III. Placet idcirco meminisse duorum, qui cum à citatis per externa suppuratione utcumque feliciter parotidibus in vadò jam esse putarentur; uterque tamen, alter empyicus, alter ex mandibulæ carie, scorbuto, & alvi fluxu sublato fuerunt. In priori enim quoniam vicini, sed pro-

Tom. II.

fundiores tumores ipsas parotides comitabantur; ideò in musculis ossis hyoidis, & in glandulâ thyroideâ, varii quoque sinus juxta asperam arteriam intrò repentes (fortè etiam in pulmonibus) producti sunt; idcirco plùs in thoracis cavitatem illapsum, collectumque fuit. In posteriori autem ægro, cum per id temporis, quo parotis orta fuit, in tumorem etiam abierit adenosum illud corpus, quod replet cavitatem supra musculum masseterem, & à Jul. Cæsare Arancio tanquam *sedes abscessuum, qui postremò in aures aperiantur*, consideratur; facillè in fluorem utrobique acta est sanies, atque illa quidem salivalem suam ductum; hæc verò vascula, quibus maxillæ articulatio obliniri solet, corrodere ceperunt: quæ de re tum ulcera in ore, tum caries in iis ossibus paulatim exciterunt; corruptaque inde salivâ, scorbutus, diarrhœa, ac tabes, quæ mortem denique arcessivit, suppularunt. Hoc ipsum verosimile est olim accidisse duobus Ægrotantibus ab Hippocrate memoratis *Cratistona* nimirum, & *Pictoris Ancilla*, qui propter ipsam parotidum suppurationem mortui narrantur; & ut rectè admonet in Commentario Vallesius, *facto majori abscessu, quàm ut ferri possit, & lethaliter quibusdam particulis computrescentibus.*

IV. Sed nè ad Romanæ epidemiæ fidem veritas historiæ usquàm desideretur, candidè fateamur tunc temporis plerosque, quibus parotides eruperunt, interuisse: nimirum quia illæ non erant, ut appellantur, criticæ, sed symptomaticæ, quippe quæ per augmentum morbi cum urinis aqueis, & frigidis sudoribus apparentes brevi jugulabant: id quod magnus etiam Hippocrates animadvertit in Coacis, inquit, *In parotidibus urina citè, & paulisper modificata pestifera, & qua hujusmodi est refrigeratio pessima.* Significatur enim factam fuisse permutationem motus præviorum humorum in deterius, hoc est malignum crassamentum, quod priùs subjugales urinas reddebat; inductâ deinceps in renali cribro, vel irritatione, vel obstructione, non amplius excipi, trajicique per tubulos in ureteres, sed inter circulandum per arterias, partim ad caput, partim ad corporis peripheriam subsistere, atque utrobique capillaribus vasibus, tanquam impedimentum recirculanti sanguini adherere; ac propterea malignus fluor, quemadmodum per externas carotides projectus in parotidibus finitimisque locis restagnat; ita quoque in subcutaneis venis (ubi cæteròquin lentissimè circuit) congelatur, lethiferumque frigus, ac sudorem inducit; nimirum quia latex sanguinis à reliquarum particularum consortio sejunctus per naturalem membranarum, ac musculorum concidentiam, & contractionem ab universæ cutis spiraculis, frigidis sudoris specie extrudi solet.

V. Sed cum nihil in morborum eventibus addè rarum, ac perdifficile excogitari possit, quod aliquando non contingat; fuerunt nonnulli in tantâ nostrorum ægrotum frequentia, qui apparentibus quanquam parotidibus convaluerunt, scilicet morbificis humoribus vel conversis rursum ad vias urinæ, easque crasso sedimento saturantibus, vel transductis ad glandulas intestinorum; undè dysentericus, sed criticus fluor exortiebatur. Id ipsum sanè accidisse in quâdam à se visâ constitutione narrat Hippocrates. *Qua circa aures, inquit, in febribus erumpent tubercula cum dolore, quibusdam, deficiente judicatoriè febre, neque sentiant, neque suppurant. Hæc diarrhœa biliosa, aut dysenteria, aut crassarum urinarum subsidentia solvit; ut Hieronimo Clazomenio, cujus historiam tradit*

Fff 2

Ægrot.

Ægrot. X. ejusdem constitutionis. Quamobrem Medicos cautos esse oportet in sistentibus alvi stercibus, qui parotidibus superveniunt. Narrat Balbonius Epid. 1. pag. 7. de quodam Empirico, qui *repressâ ventri profusione hominem parotide laborantem necavit.*

XI. Fuerunt quoque, sed omnium rarissimi, quibus visio mirè profuit. Hi autem fuere, quorum morbidus humor fortè fortuna tum copiâ minor, tum malignitate lenior, externas solùm aures, non verò internas etiam faucium glandulas obsederat. Neque porro Hippotomus Palamida, quem Magnus Hippocrates commemorat *vixisse ustum, & purgatum*, atque undè posteritas exemplum urendi parotides derivavit, malignâ, vel pestilenti febrî vexatus fuit: sed ei, cæterâ sano, *supervenit parotis, postquam vulnus accepisset in fronte.* Quare illius tumor, vel morbus, vel symptoma nuncupandus erat, ad externi decubitus naturam referendus, atque ita tractandus, ut quàm citissimè per ignem suppureret. Sed hæc adeò sunt incerta in variis epidemiis, atque etiam in diversis tum locorum, tum corporum temperamentis, ut nihil certò futurum de parotidibus pronunciare possit Clinicus; nisi cum præsens fuerit, omniaque signa agitaverit, atque penderit.

VII. Itaque multò magis nullâ expectatâ supuratione, ignitum ferrum admoventum videtur parotidibus apud malignè febrientes, quotiescunque aut critico, aut saltem semi-critico modo erumpunt: hoc est cum humor glandulas duntaxat externas occupat, ac tumescit; nec verendum sit, nè major humoris copia jam interna faucium obsederit. Hoc sanè remedii genus commendant in malignis parotidibus gravissimi viri, Franciscus Vallesius in Com. lib. 6. epid. num. 16. & lib. 7. num. 92. Th. Grossius in Com. de Febr. ac potissimum M. Aurelius Severinus Chirurgorum doctissimus de offic. Chirurg. & de abscessu critico cap. 31. ubi agit ex professo de Parotide malignâ, quam *non solum urendam, sed cunctantem in exitu, affixâ cucurbiturâ, alliciendam suadet.*

VIII. Contrâ verò sæpè vidimus in nostrâ epidemiâ his, quos parotides cum magnâ internarum ad fauces partium tumefactione corripiebant, interitum ab ulatione fuisse acceleratum: quia scilicet inducta fuit repentina corrugatio in succutaneâ parotidibus superextenso musculo, venisque ac nervis illis; undè citius liquidorum intro refluxus, & suffocatio inferebatur, quàm inducta per ignem elchara decidere, atque inde maligni humoris effluxum posset promovere.

IX. Doler autem, tunc temporis à nobis illud non fuisse tentatum malignarum parotidum remedium, quod Clarissimus Riverius laudat tanquàm à se in Mospeliensi Epidemia feliciter expertum, scilicet *sanguinâ missiōnem non semel, sed sæpè etiam, parçè tamen repetitam*: ad quod fortè inveniendum præsidium hic Auctor excitatus fuit ab Hippocrate, qui in Protrh. animadvertit eos non mori, quibus *tumore circa aures maximè ex acutis febribus oborto, sanguis è naribus fluit.* Ac enim verò terruit me, aliosque, quòd in ejusmodi tertianis perniciosis certam apud nos perniciem afferebat Phlebotomi lanceola. Hùc accedit, quòd in Mospeliensi constitutione nulla sit mentio de Paludum effluviis, neque de veneno per vermium morsus fluidis communicato, quæ nostrâ in epidemiâ compertissima habuimus. Candidè tamen fateamur, si res adhuc esset integra, in continuis potissimum febribus à nobis incertam à

phlebotomiâ spem certæ desperationi fore anteponendam: præsertim cum à Pisaurensibus Medicis in constitutione febrium eâ in Civitate per annos MDCCIX. usque ad MDCCXI. ex palustri labe grassantium salvatellæ, aut saphenæ sectiones ad parotidum curationum feliciter fuisse tentatas, postea resciverimus. Vide epid. 4. & cap. 5. §. In progressu.

X. Superest nunc coronidis loco subjicere quosdam Chirurgos curandarum parotidum methodum solere ad compendium conferre: admoto scilicet statim tumoribus vini spiritu, nè ad suppurationem vergant, neve assiccia pars cataplasmatibus gravetur, fasciisque prematur: E re namque futurum magis putant, ut subtiliores influentis humoris particule addito volatili spiritu calcari ad perspirationem, crassiores verò ad refluxum promoveantur, quàm ut per suppurationem crescat influxus, & cætera, quæ subsequi solent, mala excitentur. At enim verò quemadmodum non diffitemur parotides, quæ in benignis febribus pallidæ, ac veluti statulento liquido tumentes erumpunt, quæque Græcis ad Phlysemata referuntur, & vel per alvi, aut urinæ vias det vari solent, ejusmodi methodo tractari tutissimè posse; ita inficiari minimè debemus sæpè sapius observatum, ubi parotides malignarum febrium critici sunt decubitus, illas longè deterius hoc remedii genere habuisse. Eiusque Hippocratis oraculum nostris mentibus semper obverteatur oportet: nimirum à Medicis *non multa, sed opportuna præstanda esse.*

CAPUT XII. De duplici dysenteria, quæ in Castrensi Romana febrisuit animadversa.

Dysenteria quandoque per se peculiarem intestinorum morbum constituit, nonnunquam succedit alteri morbo ob ejusdem causâ ab uno in alium locum translationem, quam Latini decubitum, Græci verò dicunt metastasi. Jam verò dysenteria nostros apud agros utroque modo spectanda occurrit. Nam cum hujusmodi ægritudo sit exesio internæ tunicæ, & glandularum intestinalium, per quas ichores, mucus, sanguis, ut Hippocrates in Coacis admonuit, non rarò etiam purulenta, & puriformia cum dolore egeruntur; primum exesio ista crebrò in Romanâ Epidemiâ per morbi augmentum à vermium moribus excitabatur. Quamobrem pravi succi ad solum locum confluentes ægritudinem geminare solebant; quo certè in casu (qui frequentissimus erat) semper dysenteria mortale malum, & signum habitum est: idque clariùs postea cadaverum dissectiones ostenderunt, quibus perspicuum fuit, intestinorum gangrenam, quæ à malignis humoribus fovebatur, ab intestorum ictibus fuisse acceleratam. Altera similiter dysenteria species, quæ per translationem febrilis causæ à sanguine, ac visceribus ad intestina producitur, per id temporis observata est, de quâ in præsentî tanquàm de crisi principalis morbi paulò fusiùs agere constituimus.

II. Itaque, cum Medicorum præsertim sit veritatis investigatio, quippe quæ ad hominum vitam regendam, conservandamque mentes dirigat, atque illustrat; illud hic repetendum est, quod cap. 5. à nobis indicatum fuit, scilicet aliquos in tantâ nostrorum funerum frequentia ab eminenti fato per dysenteriam, evanescentibus sensim comate, ac parotidibus, fuisse servatos.

tos. Consentaneum igitur rationi est credere, lymphicum humorem, qui exoticis salibus imbutus subsistendo prius tam in cerebro, quam parotidibus, memorata mala moliebatur, per venas in gyrum rediisse; tandemque secretum partim per externas intestinorum glandulas, hepatis nempe, ac pancreatis, partim per internas, coli videlicet, rectique adenas, tenuissimam earundem membranarum texturam corrodere, ac dysentericum fluxum inducere potuisse.

III. Sed quoniam in malignis constitutionibus ipsi morbi complicari sæpè solent; idcirco factum non raroprehendimus, ut, cum salutaris ad intestina decubitus inchoaretur, nunc fractis nimium viribus, modò accedente deleterio vermium morfu, aut etiam intempestivâ medelâ, ægri decederent. Opportunum itaque erit methodum curandi tradere hujus vel symptomatis, vel decubitus, vel abscessus, ut ut appellare velimus: possumus enim quomodolibet.

IV. At verò dicamus primùm quæ minùs contulerunt, imò quæ in subitis iis casibus vitanda erant; quanquam statim parùm in Arte peritis eadem certò profutura viderentur. Hæc autem fuerunt diaphoretica, & opiata. Nam, cum hæc dysenteria excitaretur à naturâ quatenus crassos, erodentesque humores à circumferentiâ ad centrum deducebat; cumque iidem humores copiâ etiam redundarent, nullo modo erant retinendi, rursùmque ad præcordia, cerebrum, & peripheriam per sudorifica propellendi; sed omnis linquenda critico motui libertas, donec diminuta, depulsaque esset major morbidi succi moles. Adeò verum est, quod peculiari schediasmate nos demonstrandum suscipimus, hæc quæquam omnes morbos esse curandos.

V. Medela deinde verò opportuna hisce in casibus mitis tantùm, & blanda fuit: scilicet quæ indicationibus satisfacerebat demulcendi sales acres, laxandi irritatas, tensasque vias, tandemque partim detergendi, partim tuendi exesa loca. Propterea sub dysenteria in initium identidem per os exhibebantur cum emolumento cochlearis ol. amygd. dul. recent. extracti; oleum enim cum aquâ agitatum etiam apud C. Celsum laudatur in pestilentialibus febribus; atque in ipsis dysenteris proponitur à Sennerto. Crystallus etiam montana, nec non Smaragdus orient. cum granis aliquot terræ sigillatæ M. D. opitulabantur. Cysteres quoque commodè injecti fuerunt ex jure, incoctis hordeo, atque hædino, aut vervecino omento, additisque ol. amygd. dulc. unciis, & guttul. ol. Matthiol. Utilitatem aliquibus etiam attulerunt clysmata ex jure, & aqua Testucciana. Postremò, nimirum cum non tantùm febris, sed & ipsa cerebri symptomata remississe comperiebantur, contulerunt leviter adstringentia, & paregorica; videlicet parùm Theriacæ recent., vel quod melius, Diascordii Fracastorii. Sic data tempore profunt, etiam in morbis, quum alter, ut aiebat Hippocrates, alteri succedit, & plerumque occidit.

EXITUS Romana Epidemia sub initium hyemis.

Cum ex Vaticanis hortis aquæ per æstatem, quod consilium dederamus, in Arcis fossam ad emendanda palustria inquinamenta, non fuissent derivatæ; peropportuna quidem naturæ beneficio contigit, ut post idus Octobris celestes aquæ effusissimè deciderent, eaque, ut sunt puræ atque incorruptæ, vitiosas, corruptas, ac terrestres paulatim diluendo, ac temperando, malignam aëris labem corrigerent.

Tom. II.

Flantibus verò paulò post borealibus ventis, tum quæ per aëra dispersæ, tum quæ supra stagnantes latentes emerferant miasmata, diffusa sunt. Atque inde malorum fomes, ac semina partim compressa, partim everfa fuerunt. Hyeme deinceps adulta, penitus deleca sunt, apertis nimirum quæ ad Tiberim hiant cloacarum ostiis, nec non scrobibus fossisque prætorum penitus expurgatis.

Quod autem ad morborum indolem spectat, succedentibus temporum vicibus, malignæ febres in chronicas concesserunt, quartanas nimirum, & lentas cum viscerum obstructionibus, quas sola cæli mutatio celerius omni arte prostrigavit; quod sanè in cæteris diuturnis morbis usu venire solet: undè edocti sumus cælum fugere, quod facit malum.

SECUNDA EPIDEMIA

Castrensiū Februm, quæ per aliquot annos usque ad MDCCV. in Urbe Veteri grassatæ sunt propter vicinitatem stagnorum, in quibus linum, & cannabis macerabantur.

CAPUT I. Urbis Veteris descriptio, & situs.

Mons est in Etruriâ Pelia nomine, cui subjecta ferax pariter, atque ætæna planities quinque passuum miliaribus in longitudinem, ac duobus ferè in latitudinem explicatur; eaque compluribus undique collibus, disparis tamen altitudinis, circumscripta est. Hos inter tofaceus quidam tumulus ejusdem planè fastigii orientem inter, atque austrum assurgit; productoque dorso ad orientem solem per tria millia procurret.

II. In istius collis vertice, subsidentibus paulùm lateribus, primi ejus Urbis conditores tum Domos tum elatiora quædam Fana sine ullis quidem muris (quoniam prærupti collis altitudo, & civium fides, ac virtus pro mœnibus futura erat) excitarunt, appellaruntque locum Herbanum, donec posteri, nova gestientes imponere nomina rebus, idem Oppidum, nunc temporis attributum Provinciæ Patrimonii Sancti Petri, Urbem Veterem vocitarunt, hujusmodi certè nomenclaturâ illius vetustatem collaudantes. Egregias autem hujus Urbis dotes, quippe historiis jam celebratas, reticemus; illud tamen à Procopio minimè prætermisissimum hic silentio obvolvare non possumus, scilicet Urbem Veterem aliquot Pontifices, magnosque Etruriæ Viros, dum Barbarorum excursionibus vexaretur Italia, diu tutos, incolumesque servasse, ut propterea amplissima semper ab aliis, multò verò maxima à Regnante SUMMO PONTIFICE acceperit beneficia, ad quæ proculdubio deferenda non parùm contulit, quòd Sanctissimus Pater, quum primùm Ecclesiasticam iniit Præfecturam, ab Innocentio XI. ejus Urbis Moderator, & Governator designatus, inde summam nominis claritatem sibi paraverit, ac susceptam in eos Cives benevolentiam retinuerit.

III. Urbs igitur Verus, quum in longitudinem protendatur, ac paulò elatior in medio sit, ovatam speciem bellè repræsentat, cujus quæ

pars ad occidentem vergit, vulgò *Cavea*; quæ verò spectat ad orientem, duplo quidem major, *Postierla* nuncupatur: hanc verò *Cavea* magis apricam salubremque, non tantum oculus eiusmodi rerum speculator, ac iudex, quantum dissimiles Incolarum mores, variaeque corporum affectiones indicio sunt.

IV. Ventis quoque omnibus obiectus est collis, & primum aquilonibus, qui nullo propinquorum montium jago refracti, ex *Pelia* latere in subiectas valles, ac tumulos vehementissimi incidere solent: deinde etiam ex occidente, atque ex oriente nascentibus, qui licet non parum à circumjectis collibus retundantur, cum impetu tamen illati undique vias Urbis, & vicos liberè pervagantur; ita felicitè, ut pars ad orientem solem posita venientibus indidem ventis, quæ contrà, ex occidente perflari consueverit. Ausuri denique adeò frequenter ibidem seviunt, ut in eam Urbem valuti ad destinatum locum ferri videantur. Cæterum, quamvis eadem vel in arduo monte conficta, nullos omnino fontes habeat, salubribus tamen cisternarum aquis, quæ publicis quæ privatis abundat; potissimum verò ex altissimo puteo omnes aquari possunt, ad quem in tofo cavandum, construendumque prisca Civis frequentium obsidionum necessitas coegit. Hic quidem instructus est cochleas, quæ latissima quum sit, atque ad planum illud depressa pertingat (quod subiecto anni respondet ad libellam,) facilem jumentis etiam aditum præbet, ut ad jugem aquam illinc hauriendam possint descendere. Quapropter hic puteus elegantioribus Italiae opificiis, jure ac merito vel apud celeberrimos Architecturæ scriptores accensetur.

V. Urbs insuper Vetus fluvii amenitate gaudet; nam ab Amianis Montibus Pallia delabitur, qui suas, aliorumque torrentium aquas in subiectam vallem devolvit, eumque pressiori alveo, placidiorique cursu meantem, non procul inde Clanis irumpit (aquarum olim, quam nunc temporis copia major; navigia enim sustinebat) brevi tamen spumâ demissa nomen amittit: ita ut Pallia crebris rivulis planitiem Urbi circumpositam distinguantibus, collesque rigantibus acceptis, majori vi, ac mole influat in Tiberim. Ex proximis verò fonticulis, quos Pallia flumen absorbet, prætereundi minime sunt, qui ex Urbevetani tosi radicibus hinc illinc scaturientes, pingui, quo saturantur, limo circumjacentibus agris fecunditatem largiuntur.

VI. Hos inter præcipuâ animadversione dignus est ille, qui orientem spectans falsedinem quandam præ se fert, ac thermalium instar liberaliter haustus, alvum, tametsi nullo præmissa dejectorio, benignè solvit, & laxat; adeò ut Medici tum ad abstergenda apud dysentericos intestinorum ulcusecula, tum ad depellendas plerumque hystericas, nephriticæque affectiones, hanc aquam, quippe Testucianæ non absimilem, feliciter soleant propinare.

VII. De aëris verò salubritate tantam fidem facit Jo: Villan. ut quondam apud Romanos honestum in præmium militibus de Republicâ benemeritis cessisse referat, cujus veritatis gravissimum argumentum nostris quoque temporibus præbet senam, ac decrepitorum Civium numerus haud exiguus, quem ipse meis oculis vidi; cum puerilem illuc aetatem salubriter exegerim.

CAPUT II. *Cause grassantis per aetatem multis ab hinc annis Epidemia.*

Quamquam verò Urbevetanus aër suapte natura salubribus adnumerandus sit, nihilominus propter cannabis præcipuè macerationem, quæ multis ab hinc annis propius illam Urbem, quam olim, fieri coepit fuit, ab Augusti principio ad exactum usque Septembrem adeò infestus evasit, ut per ea tempora multos Cives & læserit, & perdidit. Cannabis enim, quum apud omnes gentes magno in usu, pretioque habeatur, incitamento semper fuit Urbevetanis tum Civibus, tum colonis, ut horrea sua hujusmodi mercaturâ avidius instruerent, quam deinde, ut à cognatis quisquiliis facilius citiusque vindicare possent, suo quisque in suburbanò fundò eis fluvium, & propè Urbem foveas (quas vulgus *Vorgas* dicit) ad id accommodatas majori sensim numero excavare, inque eas, derivatâ ex flumine aquâ, cannabis in fasciculos collectam simul ad putrescendum relinquere ceperunt. Etenim quum superioribus annis trans fluvium Palliam duntaxat, longius ab Urbe, nimirum certis quibusdam locis, atque interjectis plerumque arboribus, ejusmodi serobes pararentur, vel nulla, vel celerius dissipanda maligna effluvia ad Urbem poterant pervenire: postea verò primum villicorum, mox etiam Dominorum avaritiâ eò ventum fuit, ut juxta ipsas Urbis radices multitudo fossarum ad hanc usum effoderentur; quibus factum est, ut dum homines brevitati itineris, & suo quisque compendio studerent, minime animadvertent se ipsos in vitæ periculum concessisse; quum hinc minimo negotio noxii vapores nullâ ex parte refracti intrâ eam præcipuè Urbis Veteris regionem deferrentur, quæ excipiendis halitibus promior, & vicinior erat.

II. Huc accedunt Urbanarum visarum quisquiliæ, gravesque macularum pecudum fordes, quæ tunc temporis obstructâ veteri cloacâ, elui prohibebantur; ac terribis proinde odor quoque versus effundebatur; aëremque contemerebat; quinimò aquæ etiam, quibus Cives utuntur, graveolebant, cum nonnullæ cisternæ vermibus scaterent. His profectò de causis plerumque ab Augusti Kalendis per totum Septembrem, & amplius perniciosæ, quæ propter comites perpetuè vermes, verminosæ vulgò appellantur, multis ab hinc annis febres coardebantur, quæque sexcentos circiter illorum Civium singulis aetatibus de medio tollere solebant. Superstitibus præterea mæstique Cives optimorum etiam Medicorum suâ in Patriâ defectum accusabant: diminuto enim stipendio minus sanè peritos obscuriorisque nominis, quam antea concludi assueverant; quamobrem ægrorum curationes minus diligenter, ac imperitè, quod forsan à veritate alienum erat, fieri censebant. Has porò causas omnes è Civibus nonnulli per supplicem libellum SS. Patri CLEMENTI XI. exposuerunt.

CAPUT III. *Natura, Symptomata, & Medela epidemiarum febrium exponuntur.*

Ab iis autem, qui per ea tempora apud Urbevetanos Medicinam faciebant, doctissimi quidem viris, qualitates, atque indoles vulgarum

tarum illis febrium accepimus. Nam, licet pro peculiari corporum apparatu, atque idiosyncrasi (ut ferè contingit) diversæ plerunque indolis nascerentur, sub duplici tamen specie majoris perspicuitatis gratiâ contineri posse videbantur. Etenim aliæ intermittentiæ, aliæ verò continuarum malignarum indolem ab initio referebant.

II. Febres intermittentes tertianarum more, vel quotidie, vel alternis solum diebus cum frigoris horrore invadebant, simulque copiosissimo sudore minime dubiam primis diebus intermissionem mentiebantur; postea tamen doloso incremento circa septimum in continuas versæ, mortis periculum plerisque intentabant. Hæc autem ab initio biliosi vomitus, vel alvi resolutio; capitis, & lumborum dolores; cardialgiæ, hypochondriorum contentio, & quandoque tormina comitabantur: certa demum latentium vermium indicia. Deinde tamen eundem ab exortu tenorem penè servarent, leniori tamen calore augebantur, & pauco, aut nullo sudore declinabant, tantamque spiritibus perniciem afferre suserant, ut quinto, aut septimo die, hoc est tertio, vel quarto paroxysmo, præcedenti nondum expleto, ægri omnino algidi evaderent; febribus videlicet in Lypitiæ naturam transeuntibus.

III. In iis autem curandis præsens periculum ex Phlebotomi lanceolâ vel apud ipsos plethoricos impendebat; venæ autem sectioni tutissimè subrogabantur cucurbitulæ, frictions, ac potissimum venicantia. Contra verò si quando sub morbi principium lenem vomitum, aut purgationem, excitare Clinicus potuisset, plerunque res erat in vado. At enim verò in ipso incremento tutius erat clysteres injicere, & Juscula incoctis herbis sale partim volatili, partim subacido aspersis exhibere; in statu subindè utiliora diaphoretica, & alexipharmaca, ac tandem in declinatione à quovis purgante abstinere opus erat, quoniam ægri in eundem certè morbum recidebant, ac non rarò vitam cum morte commutabant.

IV. Febres verò continuas, vulgò malignas pestilenciales, graviora quidem, ac deteriora sequebantur incommoda; nam, cum rarè singulis diebus remitterent, reliquæ (quæ omnium periculosissimæ) alternis recrudescabant: hisdem porò præludebat rigor, quem magni æstus, inquietudo, membrorum jactationes, horrendæ lipothymia, sitis immodica, linguæ ariditas, deliria, tandemque agrypnia, hoc est immanes vigiliæ excipiebant; vigiliæ tamen minoris erant periculi, quam vertigines, & soporosi affectus, qui ad apoplexias, vel convulsiones iter brevissimè appetebant.

V. In eo rerum statu sanguinis missio, quemadmodum in gravidis mulieribus perarò operatum non habuit eventum, ità longè aliter sæpè contingit in viris, & mulierculis non prægnantibus. In utroque sexu ubi recrementorum sabburra in primis vis fuisse observata, ab initio lenis vomitus, aut blandè solvens medicamen, veluti in incremento subacida-nitrata proficere non rarò deprehendebantur; hisdem tamen acidis, nonnisi magnâ cautione utendum erat: nam sanguis subsidente fervore, facillimè per metastasim, ut aiunt, in capite remorabatur. Contra verò diaphoretica hæc ob causam apertissimè habebantur suspecta, quòd nimis certè illa fluidis motu, recrementa per carotides in cerebrum, mox ibidem cohibenda, urgere solebant; ac propterea cucurbitulæ tantum, & vesicantia tutissimè adhiberi poterant.

VI. Ex hisdem autem febribus, quæ insolitam inquietem, cordis oppressionem, sicut inexplabilem, deliria, atque artuum dolores modò certos, modò incertos, tandemque horridam nervorum convulsionem, vel soporem asserabant; ad exitum præ cæteris properabant; tamen illas comitarentur (quoniam omnino symptomaticæ) biliosæ dejectiones; urinæ verò nunc claræ, nunc turbidæ; pulsus nunquamnon debilis, & inæqualis; sudores sæpè sæpius frigidi, & graveolentes; imò verò livida exanthemata, & vibices, nec fœcus parotides, quibus ægri jugulabantur, erumpent. Hæc interim symptomatum syndrome unâ eademque methodo tractari non poterat. Illud solum cunctis ægrotantibus utilissimum novimus, exhibuisse scilicet blandum sub initia dejectorium, ac viduum pro tempore moderatum, additis juribus ex fenchô, & C. Cervi, Confectionibus Hyacinthi, & Alchermes, Diacordio Fracastorii, & similibus, quæ ad maligni fermenti mitigationem, expulsionemque plurimum conducere existimantur.

CAPUT IV. *Ætiologia hujusmodi febrium breviter expenditur.*

SI quis in hæc attingendâ Ætiologiâ omnis ambiguitatis caliginem vitare cupiat, animadvertat primùm oportet, humana corpora modò in hypochondriis, aliisque per viscera artusque dispositis glandulis, modò in universâ sanguinis massâ talem, tantamque morbidorum humorum copiam ex longo collectam retinere posse, ut procul etiam quavis epidemia identidem vel continuâ, vel intermittente, imò etiam malignâ, & pestiferâ febrî corripiantur: deindè autem animo perpendat, apud Hippocratem morbos in iis corporis partibus statui, atque firmari, quæ antè plus minus laboraverint. Cùm igitur in epidemiâ ægrotantes licet ab unâ eademque externâ causâ, scilicet ab effluviis potissimum cannabinis, non unâ tamen, eademque febrî divexarentur, id sanè diversæ corporum temperationi, aut humorum copię, aut præcedentibus viscerum affectionibus tribuendum. Nam nonnulli in imo solum ventre, reliqui verò etiam in sanguine, atque in cerebro morbida recrementa collecta retinebant. Ideirò iis, quibus hypochondria pridem erant affecta, palustria miasmata tertianas primùm perniciosas excitabant: secus verò illos, qui certo aliquo sanguinis vitio, ac præsertim plethora, & ob quamcumque esusam à capite prius laborabant, acuta statim, continuasque febris occupabat, cui subindè graviora nervorum symptomata, scilicet vigiliæ, convulsiones, vel gravissimus sopor adjungebantur: perpetuè tamen comitibus lumbricis, quia inter effluvia ex palustri solo fursùm elata, organicæ etiam insectorum partes ovula nimirum vagabantur, cibisque, & potibus admixta vel nativum lumbricorum seminarium in a-grotis sasinabant, vel de integro producebant.

II. Neque autem hic locus esse videtur in omnia utriusque febrium generis symptomata sedulo inquirendi, tum quia de re jam præteritâ, & procul à nostris oculis posita judicemus; tum vel maximè quia superfluum putamus ejusmodi laborem, ac studium iterare, quod alibi forsitan operosius, ac præsertim ubi de Romanâ Epidemiâ, præstitimus. Quare humanissimos Lectores à supervacaneâ nunc molestiâ liberamus, in spem erecti pergratum is fore, si, quæ ab Optimo Principe, ut

Labis hujus causæ ab Urbevetanis Civibus amoverentur, fuerint peracta, narravero.

CONSILIUM EXHIBITUM
SANCTISSIMO PATRI

Ad avertendam Epidemicam lucem, Urbem Veteri favientem.

CAPUT V.

BEATISSIME PATER,

Siquid nobis, SANCTISSIME PATER, in hac vitâ cætetis præoptandum, atque ardentissime fuerit expetendum, primo sanè loco diuturnam incolumitatem, ac prosperam valetudinem censeo numerandas. Enimverò cum à Deo hominum generi vita tanquam præstantissimum munus tributa sit, eam ipsam jam inde ab initio insita quædam in animis nostris vivendi cupiditas consecuta est: ita ut omnes naturâ ipsâ, sine Doctore, Magistrâ, summo studio appetamus ea, quæ nobis salutis consecutionem allatura confidimus; & è contrario à nobis illa, quam maxime possumus, repellamus, quæ doloris, aut interitus successione efficere consueverunt.

II. Quamobrem, quemadmodum homines fortunas suas, atque adeò vitam ipsam in Principum fidem, potestatemque permiserunt, ita suæ incolumitatis curam providentiamque eorum sapientiæ, atque consilio non commisisse modò, verum etiam commendasse videntur. Nullum ergò, SANCTISSIME PATER, singularitatis in subjectos TIBI populos benignitatis, humanitatisque præclarus argumentum præbueris, quam cum creditæ TIBI eorum saluti studiosissime prospiciendo, ab omni non solum periculo præstas immunes; verum metu quoque, ac suspitione liberos, & solutos. Et sanè, cum eam in rem ita curas omnes, cogitationesque intentas habeas, ut, inter maximas molestiarum moles, atque operosissima negotia, quibus perpetuò destineris, id unum profectò agere videaris, hanc mihi provinciam demandasti, ut quantâ maximâ possem diligentiam grassantiam Urbe Veteri morborum naturam, & causas investigarem, eosque præsentibus acutum remediis coercerem. Nihil enim Tibi erat antiquius, quam ut primo quoque tempore Civitatem illam, ad quam Ecclesiasticæ Præfecturæ curriculum ingressus sapientissime veneras, è summo Apostolicæ dignitatis fastigio benignè respiceres: meaque qualicumque operâ uti non es designatus, ut & afflictam erigeres, ac propè perditam recreares. Id igitur ego, ut SANCTITATIS TUX jussis, quâ par est, celeritate, ac reverentiâ obtemperarem, sedulò, ac fideliter sum executus. Itaque epidemiæ causis, ac signis sedulò perpestitis, mo diu quidem, multùmque cogitantem ratio ipsa in eam adduxit sententiam, ut febrim illarum, quibus Urbis Veteris incolæ aliquot abhinc annis per æstatem, ac magnam autumnii partem consistari cœperunt, quæque vulgò verminosæ dicuntur, causam, atque originem communem omnibus esse judicarem: quippe quòd illæ in omnes planè Cives humiliorem

Urbis regionem incolentes sæviant. Quæ sanè causa, nisi funditus, & quàm citissime fieri potest, amoveatur, periculum impendere video, nè incolæ cæteri, atque adeò vicina oppida, & pagi (quòd versùs certi cujuscumque venti cursu bona pars aëris illius ob crudescentem luem magis, magisque in dies contaminandi, possit impelli) ejusmodi contagio polluantur. Neque id mehercule insolens, atque inusitatum videri debet; quandoquidem sæpè Romæ finitimos Marii montis incolas sub saluberrimò alioquin cœlò in perniciosos morbos incidisse competimus, quòd ventorum impetu ex oriente nascentium, morbidorum effluviolorum pars aliqua ad Neroniana præta, ac fossas Arcis S. Angeli collecta, & quiescens illuc delata fuerit, & monticularum corpora vitaverit.

III. Harum igitur febrium Urbe Veteri latissime pervagantium communis omnibus causa in aëris illius, qui humiliori Urbis regioni circumfunditur, vitio, & contagione posita esse videtur. Hujusmodi autem luem ex humenibus, æstuosis, corruptisque corpusculis constari existimamus; quæ quidem corpuscula ex lino præfertim, cannabeque putrescentibus (quippe quòd hæc in stagnis, ac lamis, quas indigenæ *Vorgas* appellant, in inferiori regionis parte macerantur) tum etiam ex graveolentibus vicorum sordibus afferantur. Hinc accedit terribissima foedissimorum corporum colluvies circum lanienas collecta, ubi tergora pecudibus detrahuntur; propterea quòd haud quaquam nunc cloaca illa patet, in quam antea confluebant. Itaque lanienarum situs in Urbis mediullio si prioribus causis adlatur, haud parùm conferre videbitur ad hanc pestem importandam, cum eorum quoque calamitate, atque pernicie, qui superiorem, frequentioreque Urbis regionem terent. Dum autem hæc conjunctim mecum reputo, facile adducor, ut credam illic per æstatem ejus generis putorem enasci, quem Scriptores nostri *Vermisum* dixerunt: undè æstivi solis ardore pestiferum quoddam fermentum tenuissimis vermiculorum ovis refertum attollatur; quæ deindè ut primum se se in Civium corpora insinuarint, febres illas verminosas, popularesque progignant, aliquando, nisi maturè obviam eatur, pestilentiam allaturas. Enimverò ex literis quibusdam accepimus, nè suburbanos quidem pagos hoc anno, tametsi saluberrimo cœlo fruantur, à communi clade incolumes evasisse.

IV. Neque herclè silentio prætermittendum censeo, è puteis, ac cisternis, propter sordes in imo fundo desidentes, insalubres aquas hauriri.

V. In carnes quoque parùm bonæ notæ, quæ illic apud lanios prostant, cæteraque cibaria, quorum summa illic vilitas, culpa confertur.

VI. Postremò, quod præsentissimum hisce malis remedium foret, præstantissimo scilicet Medico Civis destituti sunt, ex quo constituta jam olim honoraria merces imminuta est.

VII. Quoniam verò, SANCTISSIME PATER, æquè magnam atque præclarum ad immortalitatis memoriam, æquè opportunum, ac salutare est hominibus Urbem aliquam à fundamentis excitare, ac positam demùm, & frequentatam à fati faucibus eripere, atque servare: tuum sanè videtur (quæ tua est prolixa, beneficaque natura) prospicere summo studio, ac præcavere, ut nè verusissima ista, ac fidelissima Ecclesiasticæ Ditionis Civitas ad internecionem usque deleatur. Quod si propria adductus benignitate præsti-

præstiteris, & divino illam affeceris beneficio, & æternam ipse gloriam consequere. Quapropter cum gravissimo, certissimoque morbo, & quotannis pertinacissimè recurrenti obviam eundem sit, nequaquam incerta, ac levia, sed certiora, ac præsentiora remedia quærenda esse judico, nè postmodum non sine magno cum miserandæ illius Civitatis, tum Ecclesiastici ærarii detrimento, si usus postulet, utraque adhibere cogamur; uti ferè affolet fieri, ubi neque gravitas, neque causæ ab initio satis rectâ ratione, atque consilio fuerint exploratæ.

VIII. Primò itaque longius ab Urbe, aut saltem ultra flumen Palliam stagnorum, cannabisque sordes arbitror removendas; quando enim Civium incolumitas longè majoris momenti, quàm cætera, habenda est, de eorum lucri diminutione, aut sumptus accessione, parùm sanè laborandum. At verò etiam si edicto stagna sæpissimè purgari jubeatur, uti non nemo faciendum censet, id sanè vix, ac nè vix quidem ea qua par est accuracione, ac diligentia perfici potest: quod, ut commodè fieri posse concedam, haud tamen omnis sublata est dubitatio, satis nè ex animi sententiâ civium saluti eâ ratione consultum sit: præsertim cum quidam admoneant ejusmodi stagna identidem purgari, ac pura haberi non posse, nisi uni, aut alteri Licitori ea cura delegeret: quod quidem genus hominum, uti nunc tenuiores cannabis manipulos aliquot extorquere solet, ita paulatim quoddam quasi stipendium, ac vestigal imponeret. Atque id planè, ut mea fert sententiâ, novos sumptus tenuioris fortunæ hominibus impendendos ad stagna longius ab Urbe ædificanda, quod certò publicis foret rationibus utilissimùm, exquirere.

IX. Illud verò Præsidis fuerit, publicæ salutis studiosissimi, nimirum interdico cavere, nè anrè in Urbem importetur cannabis, quàm probè fuerit exsiccata: quandoquidem narratum nobis est, Constantinopoli perniciosas febres frequentius in populum grassari, quòd linum, & cannabis penè madida Cairo advecta publicis horreis inferantur. In quibus cum illa per æstatem effervescent, ac deinde distrahendi gratia exponantur, pestem illam asserere consueverunt.

X. Nec porò satis est putorem istum, ac sordes in posterum amovisse, nisi illæ utique quibus nunc vicinia omnis obducta est, funditus ejiciantur. Quocirca per hanc hyemem cœnum omne, atque odoris foeditatem ex inferioris ripæ fossis auferenda cenfeo.

XI. Præterea vicos Urbis verrere, ac purgare opus est, putidasque illinc quisquilias, ac sæcem Januario, ac Februario mensibus remove, ut altera ista morbidorum vaporum causa tollatur: neque enim prorsus immemor sum quantâ cum Romanorum Civium utilitate Urbis Leoninæ, Ursi, ac Longariæ regiones incolentium cloacæ, vinarique cellæ tuo jussu, PATER SANCTISSIME, fuerint perpurgatæ.

XII. Nec dubium quidquam mihi est, quin eodem tempore putei omnes, ac cisternæ, è quibus publicè aquantur, extergendi sint, cum is quoque communis morbi causa possit attribui.

XIII. Cæterum hisce remediis haud planè contentus, Hippocratis consilium capessendum existimam, utpote non mediocri adjumento Civibus futurum; videlicet in veteribus stagnis, & quæ insalubrius est cœlum, resinosa ligna, nempe Juniperum, Pinum, Malum Medicam, atque id genus arbores esse concremandas, ut non

modò exitialia morbi primordia, quæ ut superius dictum est, nil aliud esse putaverim, quàm tenuissima vermium semina, in cineres redacta ad terram affigantur, verùm etiam cum alkalicis cineribus caput mortuum superfit, quod ad profundum illius soli perniciem, ac labem eluendam plurimum valet.

XIV. Consilium autem transferendæ extrâ Urbem lanienæ, ut toto saltem anni venientis spatium coria pecudibus novo in loco detrahantur, mihi summopere probatur; ut quàm celerrimè fieri possit, ejusmodi remedia felicem habeant exitum, atque insanabilis pestilentia finis tandem, ac modus inveniatur. Tunc enim temporis vetus illa cloaca recludi, & ad sordes excipiendas accommodari posset. Cum autem sua cœlo salubritas fuerit restituta, si è re visum fuerit, necessariam tamen cautionem, ac diligentiam adhibendo in pristinum locum lanienæ tabernæ transferentur.

XV. Præterea id summâ ope curandum erit: ut carnes, ac cibaria minimè sint insalubria: cum eam ob causam in hominum corporibus morbidi humores colligantur; unde illa facilius cœli vitio contaminentur. Idcirco Veteres, inquit Vitruvius, *Oppida, & stativa Castra conditari inspiciebant jecinora pecorum, qua pascebantur in his locis, qua si livida, & vitiosa deprehendebant, solum vertebant, aliò commigrantes.* Quòd si tantâ curâ, atque industriâ Veteres cœli temperationem, noxia ne, an salubris esset animantibus, explorabant; quanto accuratius & carnes, & cætera alimenta sunt deligenda, quibus nempe potissimum ali corpora, aut pollui consueverunt?

XVI. Verùm enimverò cum mecum sæpius reputarem Hebræos non in humiliori tantum Romanæ Urbis regione commorantes, verùm etiam perpetuis sordibus, ac putore obfitos, valetudine tamen haud quaquam Christianis concedere, hanc demùm causam comperi, cur in tantâ odoris foeditate valeant, vigeantque; eorum scilicet, quod religiosissimè servant, institutum pecudes, quibus vescantur, studiosissimè deligendi. Si enim earum explorator, partem aliquam viscerum morbosam, aut tabe pollutam deprehenderit, & vestigio illas tamquam suæ genti minimè usui futuras rejicit, atque aspernatur. Quæ sanè natio cum Sanctissima humanæ redemptionis Mytheria, veluti depositum quoddam esset servatura, quod reapse præstitit; perlati à Mose legibus divinitus edocta fuit, quo pacto suam quoque valetudinem sustentaret, saluberrimis nimirum pecudum carnibus eligendis: hæc Medicorum quisque perissimus ex Deuteronomii præceptis, quæ & Theologorum & Philosophorum eruditioni conducunt, conservandi, sustentandique corporis rationem, utiliumque ciborum delectum possit addiscere. Magistratus igitur partes erunt integerrimum quempiam ex civibus, atque is in rebus intelligentem deligere, cui curatio, ac negotium istud incumbat.

XVII. Præterea si nobilis quispiam Medicus pristinâ mercede in integrum restituta in Urbem alliciat, non modò Civium saluti quàm optime consultum foret: ne eâ planè sententiâ, cum tantæ peritiæ hominem habituri sint, qui & morbos propulsare, & eorum causas in posterum præcavere possit; verùm etiam non medioere illis adjumentum, ac levamen allatum iri confido: quòd certæ salutis fiducia, quæ in scientissimo quoque collocamus, præsentissimum sit

subli-

subsidium ad ægrotudines, molestiasque animi depellendas, quæ ad morbos augendos plurimum conferre solent. Quanquam autem eos, qui nunc temporis in illâ Urbe versantur, Medicos ingenio, ac doctrina ornatissimos esse mihi perspectum sit; ipsis tamen id consilium subicere operæ pretium duco, quod parùm salubri cœlo utentibus in ejusdem malis mirum in modum profuisse compertimus: danda scilicet est opera, ut Cives universi, nè egentioribus quidem exceptis per æstatem, atque autumnî magnam partem ad potum nivem adhibeant: neque enim gulæ irritamentum, aut voluptatis illecebra potus nive refrigeratus in eo rerum statu videri debet, quamvis in eam Seneca Quæstion. Natural. lib. 4. cap. ult. invehatur, sed potius valetudinis firmitermentum, atque præsidium. Cujus hercle rei causam cum diligentissimâ inquisitione pervestigarim, tandem feliciter, ni mea me fallit opinio, mihi videor indagasse, quemadmodum fusè cap. ult. part. post. lib. 1. differui. Enimverò nivis quidem frigus potulenta, hæc verò esculenta, atque ipsum aëra, quem inter edendum ducimus, ad arctissimam illam conjunctionem, connexionemque cum eorum principiis, è quibus sunt orta, sive ad temperiem illam revocare videntur, quam per hyemem obrinebant: ita ut eam nix salubritatem asserre possit, qua frigidissimis tempestatibus sub insalubri cœlo fruuntur.

XVIII. Deaque ut sententiam meam in pauca conferam, eo in loco, PATER SANCTISSIME, rem firmam esse censeo, ut quod Hippocrates sapienter effatus est, extremis morbis extrema remedia suadenda sint, atque adhibenda, illa videlicet, quæ mox subiciemus.

Ac primò quidem ita in quibus cannabis maceranda est, quam longissimè fieri potest ab Urbe removeanda sint.

Secundò: Januario, ac Februario mensibus, ea quæ jampridem illic extracta sunt, abstergenda.

Tertiò: Vicos omnes, ac semitas Urbis, & cloacas esse purgandas censeo.

Quartò: E publicis cisternis, ac puteis fordes funditus exhaustendos.

Quintò: Per Februarium, ac Martium menses in his regionibus, quæ grassatus est morbus, tum etiam in veteribus stagnorum fossis resinosa ligna comburenda.

Sextò: Lanionis tabernas extrâ mœnia transferendas, eâ tamen lege, ut ad fordium eluivem suppetat aquæ copia.

Septimò: Cloacam intrâ lanienas in Urbe ipsâ recludendam.

Octavò: Curandum, ut optimæ notæ carnes, fassamenta, panis, cæteraque cibaria importentur; ac fungi, & fructus aut acerbi, aut putidi, aliaque ad victum pertinentia, si minus salubria sint, eliminentur.

Nonò: Per hanc saltem æstatem, atque autumnî initium nivati potus usum, vel apud tenuioris fortunæ homines, adhibendum, retinendumque.

Decimò: Id Civibus solatii, gratiæque loco tribuendum, ut clarioris nominis Medico utantur.

Hæc quidem, BEATISSIME PATER, mihi decenda succurrebant, quæ omnia tuo peracrii judicio, ac singulari mentis perspicaciæ dijudicanda relinquo, ut quamprimùm assilisti, perditque Cives gravissimâ istâ, atque acerbissimâ calamitate levantur, modò tua secundum divinam eximia benignitas, atque Clementia, nostra consilia fortunavit.

E Vaticanis tuis Ædibus pridie Idus Decembris, Anno MDCCV,

Hujus Consilii Successus.

CAPUT VI.

CUM autem SANCTISSIMUS PATER commentariolum hoc evolere non esset dedignatus, Eminentissimis Cardinalibus Sacræ Consultæ perlegendum, examinandumque mandavit: quod posteaquam illi, omni adhibita diligentia, perpendissent, Urbiveteris Præfidi per litteras imperarunt, ut omnia hæc, quo docuimus ordine, ac ratione perficeret.

II. Tandem igitur felices Nuntii allati sunt restitutam Urbevetano cœlo salubritatem, ac pristinam incolis valetudinem; itaut anno statim consequenti, ac deinceps nulla omnino perniciosarum ejusmodi febrium recurreret, postquam scilicet ea omnia, quæ tradidimus, remedia, in usum vocata, ac præcipuè stagna longius ab Urbe remota fuissent. Imperare tamen mihi non possum, quin iterum, atque iterum Cives illos admoneam, nè lucri rursus obtemperantes cupiditati, in eandem perniciem incurrant: quod certò certis futurum suspicor, si prope Urbem suam, ut ante hac, stagna excavarint.

III. Id verò minimè hoc loco videtur prætereundum, communi scilicet Civitatis, ac Illustrissimi Præfidis Urbevetani Consilio tantum, tamque præclarum beneficium, posito in Romanâ ejusdem Urbis portâ Monumento, consignatum esse, ut posterorum memoriæ commendaretur.

TERTIA EPIDEMIA

Castrensiū Febrium Balneoregii grassantium propter nuper inductas lacunas aquarum dulcium, ac mineralium per æstatem anni MDCCVII.

CAPUT I. De Urbis Balneoregii etymo, ac situ.

Balneoregium Urbs est in Etruriâ Pontificiæ Ditionis inter Urbem Veterem, Montemque Physconem, Episcopali Sede nobilis, vulgari nomine *Bagna-rea*, quoniam Balneum Regis appellata, propterea quod sulphureis aquis ibidem loci adhuc superstibus ad recuperandam valetudinem usus fuerit, nec mediocre levamen cepit Desiderius postremus Langobardorum Rex, cujus jussu Balneoregium primùm vocari cœpit, si qua fides habenda est Edicto, quod ejus nomine marmori incisum extat, servaturque Viterbii, cujus exemplar ad me misit Vir Illustrissimus ejusdem Civitatis Prætor.

II. Illud autem multis de causis consilium e-mentitumque mihi videtur: primò eadem, quod Lacum magnum Tirensem (quæ Civitas Vulturnensem lacum olim accolebat, ut colligitur ex Adone in Martyrolog. ix. Kal. Augusti de S. Christianâ) Desiderius adjudicat, addiditque Vetulonibus, quorum Urbs multis passuum millibus inde aberat, hodièque in ruderibus servat nomen *Vetulia* haud procul Populonii regionis, atque Plombino. Deinde quisquis Dionysii Halicarnass. Antiquitat. Romanar. librum 1. (ubi Antiochum Syracusanum vetustissimum Scriptorem laudat) ut præteream Aristotelem *Politico*. l. 7. c. 10. & Strabonem *lib. 6.* accuratè perlegerit, non ignorat profectò primam Itali Sedem

Sedem non ad Vulturnensem lacum fuisse, sed in inferiori Italiae parte, quæ Scyllæico, Lameticoque sinu continetur, quæque prima Italiae nomine nuncupata est. Præter hæc quàm ineptè nungatur ille de tribus oppidis Longula, quàm Tirreni amphistoris cognomine, quod pariter effinxit, *Terbum* dici jubet, Vernonia, ac Tirrena Volturna, quam *Etruriam* olim dictam fuisse fabulatur; quum id regionis semper nomen fuerit: quibus addendum, nullam unquam in Etruria fuisse Urbem Volturnæ nomenclaturæ: fuit autem Volturnæ fanum, de quo Liv. l. 4.

III. Verùm, ut ad institutum redeat oratio, animadvertendum est Balneoregium Urbem in duas divisam partes, sive oppida in duobus tumulis, è regione posita, quæ ardua quadam via utrinque acclivi junguntur, quæ ex uno in alterum commeatur. Oppidum autem, quod Occidentem solem spectat, *Rhoda*, quod ad Orientem vergit, Civitas nominatur; quæ multò minor est Rhodâ, & in abrupti saxi vertice sita: ubi prope miraculum videre est Templum illud, Cœnobiumque, in quod paternæ D. Bonaventuræ ædes conversæ sunt, è præcipiti rupis margine, etiam si maximis concussum terremotibus, nunquam hætenus cecidisse.

IV. Rhoda verò in ampliore, sed molliori jugo sita ædificiorum numero, atque elegantia multis partibus superior est, & in planitiem longius excurrit, vix tamen patet Subsol nis ventis, ob circumstantes tumulos; & gravibus humidæ telluris adspirationibus objecta est; quoniam ejusdem mœnibus subest ad meridiem latissima vallis, quæ ad peronem usque rivum pertinet, à cujus ripis alii colles assurgunt, fecundis arboribus, vineisque constiti. At istæ loci facies nunc admodum immutata est repentino, atque admirando planè casu, quem capite tertio narrabimus.

Nunc autem præcipuè videmus, quomodo rumor subortæ Balneoregiensis Epidemias Romam pervenerit; ut postea detegamus rationes, quibus aquæ ex jugibus omninò palustres ibidem factæ fuerint.

CAPUT II. Balneoregiensis Epidemia literis Illustrissimi illius Civitatis Episcopi ad Auctorem datis primùm innotuit: Consilia utcumque frugifera ad illius, populique præservationem, accommodantur.

Nondum Romæ innotuerat causam Balneoregiensis Epidemias fuisse aquam ex jugi, ac perenni palustrem redditam, innumerisque infectis inquinatam, ac putrescentem; cum primùm ad nos scripsit epistolam plenam doloris Illustrissimus illius Urbis Episcopus, quem aliquot ante annos acutâ febre in Urbe graviter laborantem, feliciter curaveramus. Itaque postulavit à nobis, ut viam, quâ se, & populum à communi morbo tueri posset, indicarem. Et quoniam in responso, eidem à nobis reddito, non tantùm ignoratam tunc penitus causam, medicis duntaxat conjecturis, quasi divinavimus, sed, quod plurimi interfuit, ea monita præbuimus, quibus, & ipse Antistes, & plurius Crves, ac præcipuè Doctor Flascos, illuc postea unâ cum tribus Chirurgis per Summam Pontificis benignitatem

missus, à grassante pestilenti febre se incolumes servarunt: idcirco pretium operæ existimavimus utramque Epistolam huc transferre, quò clarius appareat, homines bonæ mentis, ac temperatos communia mala vitare posse, cum velint.

ILLUSTRISSIMO CLARISSIMOQUE VIRO

DOM. JOANNI MARIÆ LANCISIO,

Intimo Cubiculario, & Archiatro Pontificio

ONUPHRIUS ELISEUS EPISCOPUS BALNEOREGIENSIS

S. P. D.

Quæ tua est humanitas, & virtus mihi olim Romæ graviter aegrotanti fausto ad saluem reditu, optimè perspecta, VIR ILLUSTRIS-
TRIS-
SIME, allicit, ac pænè me cogit, ut propriæ nunc etiam ac publicæ tuendæ gratia valetudinis, tuis iterùm consiliis indigens, ad te fidentiùs confugiam. Etenim febres indolis omninò prævæ Balneoregii in præsentia grassantur, quæ nec ipsis Medicinam facientibus pepercerunt, quippe tam Doctor Berardus hujus Urbis Medicus ordinarius, quàm Doctor Ciocerus, deindè arcessitus communi hoc morbo graviter detinentur: quinimò Doctor Poggius, qui postremò intervenit, pavidus jam veretur, nè brevi eundem in morbum incurrat.

II. Hæc autem febres, quas vermes, & comitari, & producere vulgus opinatur, adeò debacchantur, ut si fortè unum aliquis in deno invaserint, paulatim simul ac periculosè omnes corripiant; quo factum est, ut per hæc tempora octo vel decem singulis diebus in Urbe, cæteroqui minimè populosa decedant.

III. Accedit verò ad hujus mali gravitatem, quòd Pharmacopoliæ iis destituuntur pharmacia, quæ ad hanc rem existimantur necessaria. Desideratur quoque Chirurgus: nullus ferè est qui ægris pauperibus opportunam opem ferre noscat. Verbo dicam, in summâ omnium miseriam versamur.

IV. Quid interim publica in calamitate mihi Divinâ Providentiâ adhuc sospiti, aliisque istius Urbis Civibus, quibus, in Domino præsumus, agendum sit, Tu quàm primùm, & velim suggeras, & facturum confido. Vale. Balneoregii VI. Id. Augusti MDCCVII.

ILLUS

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

P R Æ S U L I

ONUPHRIO ELISEO

BALNEOREGII EPISCOPO,

JOANNES MARIA LANCISIUS

S. P. D.

Magno, justoque dolore acceptis literis tuis confectus sum, ILLUSTRIS-
SIME PRÆSUL, ex illis enim cognovi, malignas febres non sine ingenti animi tui aegritudine istuc vagari: verumtamen, ut simul intellexi, bonâ te huc usque valetudine perfrui, eò quidem majori gaudio sum perfusus, quò magis sperare possum consilia mea tibi opportunè subventura. Non enim vigilantissimus Pastor, ubi summa servandi sui Gregis necessitas urget, absque ingenti discrimine, ac mœrore officii suis deesse potest.

II. Et quanquam, ut tibi pro tuâ in me fide, atque humanitate parem gratiam referre possim, totius facti seriem mihi innotuisse oporteret (nam jejunam nimis ad nos historiam scribis) nihilominus tamen cavebo nunc quantum potero ab incomptis incertisque præsidii, ne pro salutari periculosum consilium ipse transmittam.

III. Hæc, meo judicio, vacant omni dubitatione, scilicet communem morbum communem habere causam. Communem verò causam vel in aère, vel in potu, vel in cibis, vel in aliis quibusvis corporibus, quæ ad nos extrinsecus undequaque perveniunt, & à quibus nos tueri vix possumus, reperiri.

IV. Tametsi verò quenam ejusmodi causarum vigeat Balneoregii probè non noverim; suspicor tamen Hippocratis oraculo (vel ejus ejus sint, quæ habentur in calce libri de naturâ hominis) cum unus idemque sit morbus, qui istuc communiter urget, illius semina in aère potissimum contineri, ac deinde in præparata vestrorum Civium corpora tum proximo contactu, tum per ipsos cibos, & potus ab aère inquinatos, facillimè propagari. Præterea longus rerum usus docuit me, aëris labem, quæ haud tota quidem in provinciâ sit, sed peculiari in oppido, vel Urbe, atque ineunte ætate se prodar, plerunque initium capere ab aquis, ex Magistratum, oppidanorumque indiligentia ad stagnandum, & putrescendum alicubi in vicinia damnatis; undè miasma heterogeneum, crassum, ac malè olens circumfuso aëri minimo negotio permiscetur, quod eadem facilitate purcales aquas, fructus, olera, carnes, & quidquid aliud est alimentorum, ita afficit, ut vitæ auxilia in malorum, mortisque causas brevi convertat.

V. Sed jam cognosco æquitatem tacitæ expostulationis tuæ. Etenim non tam causas, quam remedia, quibus contagionem istam præcaves, vehementer quærere videris. Morem itaque gero, sed in primis magnopere gratulor, illud à me tibi probari non posse alexipharmacum, quod quamvis tribus duntaxat adverbis constitutum, valentius tamen, ac salubrius est quocunque alio, sexcentis constante principiis. Hoc sanè ex Tyaneo desumptum ita habet C I T Ò, L O N G E, T A R-

D E. Nimirum fuge citò, ac longè, redi tardè. Tu enim, cum pro egregiis tuis meritis isti Ecclesiæ laudabiliter præsis, in illorum cœtum felicissimè cooptaris, qui à Deo constituti sunt, ut proprias animas ponant pro ovibus suis: ita enim cum Divino Numini reverentiam præstare debeas, dubito, quin pœnam illam reformides, quam idem Dominus Prophetæ verbis comminatus est fugienti cultum Dei: *Qui longè est peste morietur.*

VI. Enim verò, quoniam homines continentes rarè, incontinentes, & intemperantes è contrario facile, & frequenter aëris vitia contrahunt: idcirco nullum tibi securius erit ad prophylaxim remedium, quàm prudens, ac religiosus, imò penè supersticiosus sex rerum non naturalium usus.

VII. Verùm ne obscuris Artis Medicæ vocibus Te suspensum detineam, clarâ, simplicique sequentium canonum serie, veluti per Iaconismum Tibi satisfactum iri confido. Cum enim laetrante nunc sîrio, cogitari non possit de lacunarum, ac paludum, si quæ istuc sunt, exhaustu (medela namque, propter majorem corruptiorum corporum agitationem, & cum aère permixtionem ipsomet malo deterior esset) universam præservacionem ex duobus potissimum principiis abundè deduces, quorum alterum est, ut vel nihil, vel quàm minimùm inquinati aëris, cibi, & potus in viscera admittas; alterum verò ut tuum, quoad fieri potest, corpus defendas à collectione morbidi, ut aiunt, apparatus, in quem aëria inquinamenta, uti scintillæ ignem flammamque tantummodò accendunt, ubi idoneam materiam ad conflagrandum inveniunt; favere maximè solent, ac debacchari.

VIII. Primum itaque cum Tu Illustrissime Vitæ cœlum fugere prohibearis, locum saltem in Urbe istâ, quemadmodum consulit Hippocrates *mutare*, si opus fuerit, oportebit; scilicet ut Aedes tuæ à corruptis aquis, vel à quovis principio labis aëreæ quàm longissimè absint; ac fenestras, si quæ sunt, claudas, per quas ventus à coenoso sinu influere possit.

IX. Secundò: Ad vitandas cruditates, & vaporum plenitudinem, quæ morbidam nostrorum corporum affectionem constituunt, protinus cibi aliquid circumcidendum, victuque puro, & simplici utendum erit. Undè facilis alimentorum concoctio. Danda insuper opera, ut carnes elegantior animalium, quæ non in solo Balneoregensi paslu, sed aliundè advecta, & recens mactata fuerint; cavendumque à fructibus tum multis, tum immaturis, ac præsertim à lautâ coenâ, quam sola panatella cum ovo fortis debet absolvere.

X. Tertiò: In potum adhibebis vinum optimum nive refrigeratum, ac pro ratione temperamentorum vel nullâ, vel modicâ dilutum aquâ, quæ salubris sit oportet, & aliundè, ac, si fieri potest, ex Nuceria fonte delata.

XI. Quartò: Cura, ut domi Te contineas tum ante solis ortum, tum prope occasum: utroque enim tempore aër crassior, ac gravior evadit, puritasque particulas in se firmiter nectit, easque in nostrum corpus pertinaciter intrudit, ac figit. Cave etiam, ne te nimium exerceas; nam, cum per motum rapidius in gyrum agatur sanguis, major proinde ambientis aëris copia intrâ vasa urgetur, & admittitur: quò plus igitur ut n. oveberis, eò plus etiam malignorum in aère à antium effluviis copiam affumes.

XII. Quintò: Diluculò semper, & prius quàm recludantur fenestras, sæpius ut ere frusto panis ex vino optimo, aut potu coffe, non rarè sume paucillum Diafcozii Fracastorii, & Confectionis de Alkermes; aliquando etiam jusviticulum incoctis,

incoctis radicibus scorzonerae, ac foncho: jejunum namque corpus est veluti spongia ad ea facilius imbibenda, quæ in aëre deleteria sunt femina.

XIII. Sexto: Resinosa pariter ligna, pini videlicet, abietis, citri, aurantiorum, cupressi, fraxini, ac juniperi, quod magis fieri potest, ardeant in camino, & universa domus nunc solo accenso sulphure, nunc herbis odoriferis, & præsertim baccis lauri, & juniperi, modico admixto aceto, suffumigetur.

XIV. Septimo: Spongiam perpetuo tecum feres, imbutam theriaca, quæ aceto rosaceo, & aqua, ut vocant, Reginae Hungaricae, ac florum aurantiorum soluta sit, eamque spongiam sæpe naribus admove, cum per Urbem, ac per illam præcipue ejusdem oram diverteris, quæ suspectam mihi paludem respicit: quibus quidem locis cave, nè salivam deglutias, sed cura illam semper expuere; namque maximum id est contagionis prophylacticum remedium.

XV. Tandem moneo Te, ut plenissimus sis tranquillitatis, atque ut constanti in Deum fiducia, omni que penitus amota perturbatione animi, non solum spes vivas, sed, boni Pastoris officium gerens, alios spe dejectos, ac pusillanimes erigas. Metus enim, ac tristitia, ubi de febris agitur epidemica, omni veneno peior est; cum inde præcordiorum nervi subtendantur, & liquida intercurrentia suis à motibus naturalibus interclusa facile labem contrahant, & servent.

XVI. Hæc tibi Vir Illustrissime indico, proboque præservationis consilia, quæ summam ferè in universum commodissimè Cicero persecutus est in eo lib. qui de Officiis inscribitur, atque in hanc sententiam, non Antipatro solum, cui asseritur, sed Hippocrate dignam effatus est: *Valetudo sustentatur notitia sui corporis, & observatione earum rerum, quæ aut prodesse solent, aut obesse, & continentia in victu, omni que cultu corporis tuendi causa, & præmittendis voluptatibus, postremo arte eorum, quorum ad scientiam hac pertinent.*

XVII. Verùm de iis plura fortassè, quam oportuit, sed pauciora, quam volui. Est enim quædam etiam in scribendo jucunditas, ubi simul impellunt observantia in Te, Illustrissime Præsul, & amor erga publicam salutem. Vale. Romæ Id. Aug. Anni MDCCVII.

XVIII. Rationes autem si quis cupit horum consiliorum, adeat postremum capitulum part. posterioris lib. primi, in quo prophylacticam methodum fusiùs tractavimus.

CAPUT III. *Lapsus integri Colles propè Rhodam in Urbe Balneoregii; unde rivus interceptus, & complures lacunæ aperta sunt.*

Illustrissimus itaque Balneoregionensis Episcopus de stagnantibus aquis admonitus, quas ipse ego sævientis epidemicae causam, atque originem suspicatus fueram, totius eventus seriem Etruscis literis, quas Latinas damus, ad me perscripsit: Id autem fuit, inquit, tantæ calamitatis initium. Scilicet non exigua collis pars, quæ ultrivum è regione Rhodam spectat, miserando hercle spectaculo Kalendis Maii anno 1707. horâ noctis septimâ cœpit loco cedere, & fluentium

Tom. II.

versus prolabi. Quum enim argillosa, irrigua, ac fluxiore terrâ constaret, præcipue fontibus scatenis (unde vulgò dicitur *Fontaniche*) facili negotio corruit, quod propter assiduas ingentesque pluvias, toto vere delapsas, plus solito subactus, ac molitus, & pondere, moleque auctus esset, tum vel maxime quod ejus basis ad fluvii ripam, exuperanti sæpius aquarum copiâ, vehementer fuisset abrasa, atque suffossa. Neque fortassis è conspirantium caularum numero eximendum culpam videbitur quantumcunque momentum impetus, quod per id temporis addi potuit à proximo novilunio, solisque defectu; quæ licet in sequentem diem incidere, neminem tamen futurum arbitror ingenium rerum æstimatorem, qui sublunariis humidisque corporibus aliquantulum interflui morus ab iis neget accedere.

II. Telluris autem proruptæ latitudo non minor quam bis mille passuum fuit. Ea igitur per biduum sensim in inferiora desluxit multiplici lapsu, atque erratico. Etenim, quemadmodum rivus alveum penitus obstruxit, ita ob inæqualem hinc atque illic occurrentium corporum vim atque renisum, inæqualia pariter plana, ac ridendos ferè casus inexit, si ab incolarum damnis abfuissent. Siquidem vineæ aliquot fartis tectisque ordinibus suis, salvis etiam ædiculis, & tuguriis, integræ atque illæse inferioribus infederunt; ita ut Casaquædam, in qua mulier parturiebat (quæ feliciter interea fortum edidit) 24. pedes incolumis progredere. At pleræque vineæ validissimo impetu protractæ, partim sibi invicem illatæ, partim à mutuis contactibus divulsæ sunt: atque idcirco alibi in tumulos excreverunt, alibi in valles, magnosque hiatus depressæ, discissæque fuerunt. In quæ subinde infera loca eadem aquæ intercepto per rivum cursu, quinimo aliæ etiam sulphuræ ex ipsomet solo ab apertis hic illic recens venis erumpentes exundant; variisque in locis collectæ complura stagna, & lacunas quàm citissime effecerunt, quas quidem numero decem diligenter delineatas vidimus in Topographia, quæ ad nos allata fuit. Harum autem maxima ad meridiem restagnabat, variisque admixtis vegetabilibus computrescebat è regione Patrum Cappucinatorum; qui ex eo tempore ingentem culicum vim, aliorumque insectorum examina, quæ nunquam antea spectaverant, plagam illam invasisse, mihi etiam, qui post tres annos illuc commigravi, affirmaverunt. Præterea putidis vaporibus infecto aëre totus ille tractus pessimè olere cœpit, atque incolarum color ex vivido, ac nitido in flavum & pallidum verti, quod semper fieri assolet, ubi putrescentibus aquis cœli temperies, & crasis immutatur.

III. Et quanquam Illustrissimus Antistes futura mala è stagnantibus laticibus prævidens paulò post majorem lacunam, quoad fieri potuit, apertis scrobibus exhaurire, nec non deductis illuc perennibus aquis ejus solum abstergere, tandemque accenso igne purgare studuisset: nihilominus epidemiam antevertere ipsi non licuit: cum multa alia stagna, quanquam minora, vitium tamen illi aëri jam illatum assidue foverent.

Ggg

CAPUT

CAP. IV. *Fussu* SANCTISSIMI PATRIS mittuntur Balneoregium Medicus, Chirurgi, Pharmaca, & multa pecunia, ut excitato Nosocomio, quam citissime periclitanti populo succurratur. Accedit Auctoris in id Consilium.

Interea temporis BEATISSIMUS PATER non solum Balneoregionis Antistitis literis, sed nuncio etiam permotus, quem de maligna ibidem grassante epidemia Amplissimi Patres Consultationibus rerum totius status Ecclesiastici praepositi ab Illustrissimo Praesule Foscari Viterbiensi Praetore acceperant, hanc mihi curam injunxit, ut sine ulla cunctatione eidem Episcopo rescriberem, Cives illos, ac praesertim egentiores non tantum opportunis remediis, verum Pontificiis quoque largitionibus, quamprimum sublevatum iri; Quod mehercule ut sedulo perficeretur, quantam maximam potui diligentiam peritissimum Medicum Josephum Mariam Flaschium, ac tres Juvenes robustos, atque in re Chirurgica diu versatos in Nosocomio S. Spiritus in Saxia delegi, illuc quam citissime allegandos, meumque pariter consilium tum prophylacticum, tum therapeuticum exaravi.

II. Itaque constituta iisdem magna, aequa scilicet labori, ac vitae discrimini, quod ab aestu, aerisque labe subire poterant, mercede, discesserunt Romam prid. Id. Augusti MDCCVII. ut cum variis etiam praesidiis Balneoregionis irent subventuri. Praeterea idem Clementissimus Pontifex mandavit, ut quantam opus esset auri summa, a Quaestore illius Provinciae eidem Antistiti ad publicum ibidem Valetudinarium instruendum, adornandumque illico subministraretur.

III. Ut autem consilia mea ad restringendas epidemicas, quae illo in populo gliscebant, febres, diligentius exararem; e re putavi totius facti seriem ex literis partim Episcopi, partim etiam ipsius Praetoris perstringere, cujus summa sequens est.

HISTORIA FEBRIUM BALNEOREGII GRASSANTIUM.

IV. Tractus ille Balneoregionis Urbis, hoc est pars Rhodiae, quae lacunas nuper collectas respicit, prima sensit morborum vim; unde Cenobium Cappucinatorum (quorum Praeses, quem Guardianum appellant, tandem castrensi febre correptus diem suum obiit) cum propius stagna prospectet, luem aeris statim ab initio excepit. Deinceps vero eadem coeli labe sensim per reliquam illam regionem vicatim serpsit, servato tamen more, ut passim fieri solet, scilicet, ut eò gravius incolae plecterentur, quò magis iidem stagnantibus aquis essent vicini.

V. Atque idcirco altera illius Urbis pars, quae orientem respicit, diciturque Civitas, quoniam longè ab ipsis lacunis distat, elatoque in colle sita est, epidemicam affectionem non laboravit.

VI. Febres vero, quae populum illum vexarunt, in singulis aegris fuerunt penè similes, sci-

licet invadabant quotidie plerumque cum levi frigore, ac rigore, mitisque perdurabant usque ad quintum vel septimum diem, ac brevibus matutinis intervallis desinere videbantur. Statim ab initio appetitus dejectus, pulsus parvi, & debiles, calor mitis, non saepe urens; vires utique semper languidae, faciei color subflavus; & cadavericus; sitis cum lingua aspera, & subnigra; urinae ut plurimum crassae, & confusae; cum vero clarescere incipiebant, prodromi erant incrementum cerebri morborum. Augebatur subinde malum circa septimum, itaut excretis frequenter per superiora, atque inferiora vermibus quae vivis, quae mortuis, Aegri primùm anxietatibus, ac lipothymis, mox apparentibus per cutim papulis modò subrubris, modò livefcentibus, & accedente capitis dolore, subdelirio, & comate, inductisque levibus tendinum convulsionibus, quas jectigationes appellant, nono plerumque, undecimo, vel decimo quarto die mortem obibant.

VII. Qui verò inter paucos evadebant, si quidem levabantur sudoribus, & papulis copiosè erumpentibus, largà etiam narium haemorrhagiâ; Atque his, qui diu cum morbo conflictati fuerant (videlicet prope vigesimum diem) opem tulerunt abscessus ad aures, non tamen suppurantes: quod si fieret, omnes interibant; dummodo tamen dysentericus fluxus supervenisset.

VIII. Caeterùm illud miseros reddidit Balneoregiones Aegros, quòd cum multi decumberent, & contagione alios afficerent, vix ullus amplius supererat, qui miseris Aegrotantibus succurreret. Quare tantò, & Deo gratiora, & Civibus acceptiora futura tunc sperabantur praesidia, quae à Sanctissimo Patre erant illuc transmittenda.

CONSILIUM AUCTORIS.

IX. EX literis ad hanc diem ab Illustrissimis Viris Balneoregionis Episcopo, & Viterbiensi Praetore acceptis, ac potissimum ex signis, ac symptomatibus popularis affectionis peculiari in scheda narratis, non obscure intelligemus febres illas, cum in omnes penè Cives eodem modo, ac sine ullo ferè discrimine, magnaque cum strage, atque etiam per contagium grassentur, malignas omnino esse, epidemicas, ac pestilentes, ab una eademque communi omnibus causa profectas, nimirum à coeli vitio à corruptis laticibus orto; cum, qui prope inductas lacunas degunt, publico malo corripantur; qui è contrario procul habitant, immunes omnino hucusque persistant.

X. Haec autem aëris labe frequentius, quam vulgus opinatur, à stagnantibus in vicinia aquis proficisci solet. Nam cum eadem innumeris vegetabilium, insectorumque corporibus contemperate aestuent, & putrescant; fieri non potest, quin & nidulantium ibidem vermium in musculas, culices, aliosque papiliones abeuntium foeturae augeant, & perennem vim sulphureo-acrium particularum, vitando aëri parem, praebant, faciuntque proinde, ut vermiculorum examina, simulque caeterae pestiferæ moleculae in ipsa aëolarum corpora incumbant, in quae illa sensim tum spiritu ducta, tum cisternarum, putealibusque lymphis, ac fructibus etiam admixta minimo negotio illabantur. Civium autem corpora, pro ut ante magis vel minus fuerint affecta, celerius aut tardius,

tardius, magis aut minus in communes morbos incurrunt.

XI. Utraque verò palustris hæc corpuscula, scilicet organica, & inorganica, quibus aer illic contaminatur, omnium primò habitantium cutim foedant, quemadmodum vapor accensis sulphuris maculare solet vultum fossilia tractantium: simul etiam in stomacho, atque intestinis, in præcordiis & cerebro sedem figunt, atque iis omnibus locis pro diversis partium usibus diversam labem inurunt. Unde mox infirmatis, inquinatisque cum saliva cæteris chyli fermentis, bile præsertim, reliquisque particularibus corporis liquidis, unà cum succo nerveo cuncta proficiscuntur mala, & symptomata, quæ illic in Aëgris animadvertuntur, nimirum sitis, ac linguæ siccitas, appetitus, viresque dejectæ, vermium copia, febres lentæ primum cum frigore, ac rigore; mox verò, labefactato quoque sanguine, convulsisque præcordiis, anxietate, & synoptice, subinde ut transductis ad cerebrum multis prævæ indolis recrementis, dolores capitis, deliria, sopores & convulsiones, ita ad corporis ambitum subsistentibus acro-malignis ichoribus exanthemata, atque apud aures parotides nascuntur. Tandemque mors appropinquat, cum coacta liquida mobilitatem, & fibræ cordis, cerebrique enervatæ premendi, pellendique vim profus amittunt.

XII. Sanantur contra, qui majori solidarum partium robore donati, ac minori pravorum humorum copia, & malitiâ referri noxios humores per crism, vel per abscessus discludunt, atque dispellunt. Quod sanè accidit, quoties consoctatis viribus tum liquidarum partium ad depurativam fermentationem tendentium, tum solidarum ad validè propellendum à centro ad peripheriam, atque ad cæteros excretorios ductus quidquid extranei, quidquid etiam pestiferi ingestum fuerat.

XIII. In hoc igitur miserrimo rerum statu, quum per æstus, quo nunc urimur, derivandarum putrescentium aquarum sine magno incolarum incommodo spes nulla affulgeat (quod tamen hiberno tempore nullo negotio, magnoque emolumento perfici poterit) hæc potissimum spectanda supersunt. Primum quidem, ut aquarum, & cæli vitium, quoad ejus fieri potest, emendetur; Secundum, ut Civium corpora tueamur; Tertium verò, ut hujuscemodi malo correptos, pro virili parte congruis pharmacis eripiamus.

XIV. Quod ad primum, & secundum attinet, repetantur ea, quæ in epistola ad Illustrissimum Episcopum datâ in censu prophylacticorum posuimus. Nimirum noctu, atque oriente sole resinosa ligna, juniperi videlicet, pini, cupressi, ac mali Medicæ, qua parte præsertim Urbs lacunas spectat, assatim comburenda sunt. Hoc enim consilio magnus Hippocrates quamdam Græciæ Civitatem à pestilentia liberavit. Aquæ verò pro potu, & coquendis cibariis aliunde, atque ex salubri cælo supportandæ sunt. Quòd si lacunarum circuitus modum non excedat, rudibus, & vivâ calce possent oppleri, ac super aggestâ humo eadem ligna succendi.

XV. Deinde quod ad tuenda incolarum corpora à vitiatæ aëris pernitiæ, cum certum exploratumque sit hisce febribus tentari non solere homines parcos, & continentis; plerumque autem in eos incidere, qui parum moderato utuntur victu, ac minus laudabili: propterea ad

Tom. II.

concionem vocandi sunt Cives, atque admonendi, ut ad Christianæ pietatis normam sobriè, ac frugaliter vivant, atque hæc studiosissime fervent.

XVI. Primò autem impetratâ à Summo Pontifice veniâ, quæ ferè nunquam in ejusmodi rerum casibus abnegatur, per æstatem, ac proximum autumnum carniū jure vescantur vetitis etiam diebus, quibus pro Ecclesiasticæ disciplinæ Instituto est abstinendum. Id enim in causa esset, quò minus probo victu uterentur.

XVII. Secundò cædendas in lanienis pecudes è longinquis pascuis curent adduci; & reliqua, quæ jam superius capite secundo deducimus.

XVIII. Denique quod ad curandos Aëgrotos pertinet, hæc mihi præ cæteris monita saluberrima videntur, quæ non ambiguis indicationibus inniuntur; scilicet, primò vires Aëgrotis nullo modo admendi, sed conservandi, ac reficiendi. Secundò expurgandi abstergendique primas chyli vias à palustribus inquinamentis. Tertio ad morbidorum humorum, qui sanguinem jam polluerunt, exitum emissaria aperiendi. Quarto febrile fermentum specificis conterendi, ac debellandi. Quintò reliquias lethiferi succi, qui univèrsam corpus pervasit, cicurandi, expellendique.

XIX. Hæc autem omnia in usum venire, commodumque pauperibus præstare vix poterunt; nisi Valetudinarium illic quàm citissimè instruat, atque adornetur: Nam non aliâ ratione omnes ac singuli Aëgrotantes summa, ut opus est, diligentia ab uno Medico possunt invisi, usque à duobus duntaxat, vel tribus pietate viris assidua servitus, & congrua medicamina salubresque cibi adhiberi valent. Huc accedit, quòd si Nosocomium in aliquo Monachorum Cœnobio sub clementiori, ac longè à stagnantibus aquis loco instituat, multo melius Aëgrotis consuleretur: tunc enim, ac facilius illuc transferri possent Aëgri, prout Romæ, tametsi ab longè positis regionibus in Valetudinaria conveli solent.

XX. Itaque primum nè vires detrahantur Infirmis, cautè admodum ad sanguinis missionem procedendum; eamque non nisi corporibus probè nutritis, vermiumque labe minus affectis adhiberi velim. Neque ob id, quòd natura interdum hæmorrhagias utiliter illic tentaverit, sine perspicuis indicationibus, ac procul à contraindicationibus eam cæco casu imitari oportere arbitramur.

XXI. Secundò: Cacoehyma corpora, & parum continentia, atque ad vomitum proclivia; vomitu ipso statim ab initio purganda esse censebam, ut exitiale virus, & vermium seminarium tollatur è stomacho, antequam sanguini misceantur. Tartarum itaque Emeticum, aut, si hoc deerit, vinum Emeticum robustioribus propinandum est.

XXII. Tertio: Iis verò, qui nullam ad vomitum propensionem habent, ante tertiam diem mite catharticum præberi velim, veluti cassiam cum Tamarind. Elect. Alexandrini unciam, aut Tryphera Perficæ, aliorumque hujus generis semiunciam, additâ Chinæ chinæ pulveris drachmâ, & salis tartari fixi, & oculor. cancror. ana gr. x.

XXIII. Quarto: Post lenem ejusmodi purgationem nihil præstantius, aut opportunius

Ggg 2

erit;

erit, quàm admoveve vesicantia cruribus, & brachiis, nec non quoties caput impetitur, pedibus quoque sinapismos.

XXIV. Quintò: Chinam chinam cum ol. Matthiol. quam bis singulis diebus, si res tulerit, dare oportet: Imò post diem decimam quartam observandum Medico est, an locus sit alteri leni quoque cathartico cum China china pariter propinando. Nulla enim alia tutior est via hujus edomandi, ejiciendique è corpore veneni: quandoquidem eà ratione non pauci Romæ exitum in Leonina Civitate ex febris à corruptis aquis imminens effugerunt.

XXV. Sextò: Præterea sæpissime perfricanda sunt crura, & perungenda Hungaricæ Reginæ aquâ & oleo Matthiol. cum nitro, & clysteres etiam injiciendi ex jure cum aliquot guttulis ol. Matthiol. & Sacch. rub.

XXVI. Septimò: Bolos quoque ex Diascordio Fracastorii, & conf. de Alchem. semidrachmam pondo dare operæ pretium fuerit; amara enim, & cardiaca plurimum valere in ejusmodi febribus comperimus.

XXVII. Octavò: Bibant largiter Ægroti modò decoctum ex C. C. ulso, radicibus Graminis, Scorzonæ, atque Soncho paratum; modò aquam Sonchi, & Cardui sancti solutis sem. melon. & admixtis pulveribus C. C. Margar. Smaragdor. & rad. contrayervæ. Quòd si magnus vermium numerus animadvertatur, aliquantum hydrargyri aquis saltem stillatitiis admiscetur, agiturque. Sed vas fictile sit, vel vitreum, non cupreum.

XXVIII. Nonò: Postremò, quod primo loco ponendum erat, tam acerbæ calamitatis remissio à Deo precibus est exposcenda; cum humana consilia, quæ vel artis usus, vel rerum pericia subicere potest, quæque ipse ego Paternis Summi Pontificis jussis obtemperaturus exposui, nisi Omnipotentis Dei benignitas fortunaret, bonum exitum non sint habitura.

C A P. V. *Erectum Balneoregii Nosocomium; Res Medica diligenter procurata; ac supplicationes, aliæque ad Deum preces per Episcopum institutæ.*

Medicus igitur Flascus tribus sibi Chirurgis adjunctis statim profectus Balneoregium, cum ejus Urbis Episcopo primùm omnium deliberavit de sicu domus eligendæ, ad quam, velut in Valetudinarium, Ægroti, præsertim pauperes contrahendi erant. Quam autem omnia studiosè perpensis, vetus tandem seminarium, quod longè à lacunis, & in salubri cælo aberat, in quod mares convenirent, delegerunt, ac vicinam domum foeminis assignarunt. Confestim hæc domicilia XIII. Kal. Septemb. omni suppellectilium genere excipiendis, curandisque Ægris necessariò instructa sunt, quibus comparandis coemendisque Benignissimus Pontifex largâ manu pecuniam suppeditaverat. Neque Balneoregii Episcopi pietas silentio est prætereunda; quippè qui partem aliquam eorum pro virili præbuerit, locumque illum à Clementissimo Pontificis nomine CLEMENTIÆ DOMINUM in posterum voluerit

appellatum.

II. Itaque collecti seorsum mares, ac foeminae populari morbo laborantes magnâ curâ habitati sunt. Illis enim Chirurgus unus, & duo Capuccini Patres adstabant, his verò suis pariter Chirurgus, & piæ aliquot mulieres inserviebant. D. Flascus autem totius negotii moderator ubique aderat, opportuna cuique medicamenta præcipiens. At verò cum partitis prudenter ministeriis, & corporis & animæ studium susceptum esset, nil cuiquam omnino defuit, quod ad utramque salutem obtinendam pertineret; itaut postea, & paucissimos morbus absumpserit, & qui fortè interierunt, omnes Ecclesiasticis subsidiis, ac Sacramentis, quæ suis ipse manibus Balneoregii Episcopus ministrabat, adjuti, præsentem hanc vitam cum meliore commutarint.

III. Romæ interim assidue, quæ usui erant, medicamina, etiam pretiosiora afferebantur, nunquam satis laudandâ Pontificis nostri liberalitate, ac munificentia. Quin etiam optima cibaria assatim suppetebant, cum diligentissimè provisum esset, ut præstantissimæ carnes, & salubres aquæ aliunde adveherentur. Impetratâ præterea à Sanctissimo Patre veniâ, per quam etiam qui adhuc incolentes Balneoregii plagam insalubrem habitabant, uti possent jure carniū per eos quoque dies, in quibus propter Ecclesiasticas sanctiones vetitum est.

IV. Cum primùm autem Nosocomium apertum fuit, Balneoregii Antistes sacrorum studiosissimus in tanta divini auxilii necessitate boni Pastoris partes nullas reliquas fecit. Illic enim indixit Supplicationes; habuit ad Populum Homiliam; assiduasque preces fudit, ut & Deum votis suis ad prosperos successus flecteret, & Gregem à noxiis criminum pascuis avocaret, illumque ad continentem, castumque videndi morem redigendo, morbos, atque incommoda ex immoderato, atque intemperanti voluptatum usu oriri consueta præverteret. Superfedeo autem hic sigillatim ista omnia recensere, cum Medicam ex instituto, Sacram verò historiam obiter tantum mihi scribendam proposuerim.

V. Et quoniam momentum non leve tum historicæ veritati, tum grato animo Illustrissimi Balneoregii Episcopi detraxisse videri possem, si aliquot Epistolas tam ab eo acceptas, quàm ad illum datas præterirem, idcirco easdem sedulo hic exscribendas curavi.

ARGUMEN-

ARGUMENTUM.

Episcopus gratias agit Auctori pro officiis in Balneoregiensem populum collatis.

ILLUSTRISSIMO CLARISSIMOQUE
VIRO

DOM. JOANNI MARIÆ
LANCISIO,

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

CLEMENTIS XI.

Intimo Cubiculario, & Archiatro Pontificio:

ONUPHRIUS ELISEUS EPISCOPUS
BALNEOREGIENSIS

S. D.

Obstricta officiis tuis Balneoregiensis Populi voluntas jure postulat, ut TIBI, VIR ILLUSTRISIME, singulares à me agantur gratiæ, ob id præcipuè, quòd mandatis SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI diligenter obtemperans, optima huc pharmaca ad ægritudines, quæ in pauperes hosce dirè adhuc sæviunt, fugandas, tantâ pietate, animique alacritate mittenda selegeris. Nec minores sunt mihi repetendæ grates, cum pari sedulitate, atque in hunc gregem meum epidemico morbo fatiscentem amore, D. Josephum Mariam Flaschi Medicum Physicum, ac tres Chirurgo non minùs Arte Medica, quàm sedulo studio erga Ægrotos commendabiles accurrere jusseris. Dum autem erga Te, Vir Illustrissime, meo fungor munere, hâc mihi occasione oblata, quam inferimus Epistolam, ut SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO humillimè tuis manibus tradas, enixis precibus rogo. Hoc mihi sicut erit gratissimum, ita arctissimo obligationis vinculo me in perpetuum habebis obstrictum. Vale.

Balneoregii Idibus Septembris 1707.

ARGUMENTUM.

Rescribit Auctor non sibi, sed Sanctissimo Patri gratias deberi pro summis acceptis à Balneoregiensi Populo Beneficiis.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

PRÆSULI

ONUPHRIO ELISEO

Balneoregii Episcopo Meritissimo:

JOANNES MARIA LANCISIUS,
FELICITATEM.

Non obscure intellexi ex literis tuis, VIR AMPLISSIME, officiis meis apud SANCTISSIMO
Tom. II.

TISSIMUM PATREM te, mirificè captum, atque devinctum. At tuæ quidem summæ in me benevolentia, atque amorì tribuendum cenfeo, quòd gratus eorum meminisse volueris, quæ vel mea planè non sunt, vel certè à me prætermissi sine culpa non potuissent. Nam Beatissimus Pontifex CLEMENS XI. tantâ animi magnitudine, mentis perspicaciâ, atq; solertiâ; memoriæ firmitate, providendi, cogitandi, perficiendique celeritate valet, ac viget, ut omnia omnium consilia, ac vota præveniat; verèque dici possit miseris hisce, ac luctuosis temporibus eum tot tantaque simul aggredi ac maturissimè absolvere, quorum singula vix multi tardissimè conarentur, ut nulli unquam, nisi nobis, qui semper adsumus, credibile videatur. Mihi idcirco observantia tantummodò, & obedientia gloria relicta est. Tuam Latinis verbis exarata Epistolam SANCTISSIMO PATRI demissimè obtuli. Si reliquum erit, quod per mearum virium tenuitatem præfari unquam possit, apertè jusseris; quidquid enim expetiveris non attento solum animo faciam, sed libentissimo. Interim in maximarum turba occupationum, Te benè valere rursus gratulor: spes namque, & vigens non Episcopali tantum munere accuratè iungeris, sed Nosocomio quoque, jussu Summi Pontificis istic recens instructo, diligenter præses, Physico insuper, & Chirurgis ad vestram epidemiam depellendam Româ missis, hospitalitatis officia cumulatissimè præbes. Tuam igitur etiam in posterum valetudinem cura, nè tui Gregis, quâ animi, quâ corporis valetudini desis.

Romæ xv. Kal. Octobris MDCCVII.

EPISTOLA Balneoregiensis Episcopi
ad Sanctissimum Patrem CLEMENTEM XI.
Pro acceptis per universam illam Civitatem
Beneficiis.

SANCTISSIME, AC BEATISSIME
PATER.

Prædicator Omnipotentis Domini Paulus Apostolus me, & hunc Populum tuum, BEATISSIME PATER, suis monet exhortationibus, ut pro eleemosynis transmissis, totque beneficiis, quæ populo meo es impertitus, fiant sine intermissione gratiarum actiones Deo, & Sanctitati Tuæ, quam in sublimitate Ecclesiæ suæ elegit Deus in salutem nostram, in satisfactione spiritus, & in fide veritatis. Multa igitur medicamenta à Charitate Sanctitatis Tuæ ad ægrotantium languores, morbosque pellendos; ut etiam quadringentos, ad pauperum, ac infirmorum miseras sublevandas centussis accepi: Insuper tuis mandatis huc accesserunt Joseph Maria Flaschi Medicus Physicus, necnon Constantinus Grimaldi, Vincentius Ramagini, & Bartholomæus Puccetti Chirurgicæ Artis periti; quos omnes singulari diligentia, & charitate integram curationem Ægrotis omnibus adhibentes, in hospitium unâ mecum excepi in hoc Civitatis Episcopio. Ex mandato quoque Sanctitatis Tuæ hic erectum est Valetudinarium pro pauperibus infirmis excipiendis, quod ab Auctoris nomenclatura jure
Ggg 3 optimo

optimo existimavi, *Hospitium Clementia* esse nuncupandum. Licet autem magna sit in hac Civitate peritorum hominum penuria; operam tamen dare non intermitto, ut undequaque omnibus necessariis affluat. Ad hoc *Hospitium Clementia* pluries in diem ad infirmorum calamitates sublevandas, necnon aliquid laxamenti præstandum me confero: in quo Divina adjuvante gratia, Medicorumque sedulitate usque ad præsens tres tantummodo supremum diem expleverunt. Ad quod, ut in altera Epistola narraui, non parum contulit computrescentium aquarum expurgatio ex Medicorum consilio: multiplicibus insuper adhibitis ignibus ad aëris infesti corruptelam aboleandam: quibus admotis remediis paucissimi mortem appetiere. Pro hujus etiam Populi salute ac incolumitate, secundum pia desideria S. T. Conventum Populi in hanc Ecclesiam ad Christi Corpus Sanctissimum participandum vocavi; ut culparum omnium iram Dei excitantium cumulatissimam indulgentiam, quam Sanctitas Tua est impertita, compararent: sicut alterius Indulgentiæ ad campanarum sonitum, ut animabus suis lucrum facerent, sum exhortatus. Omnibus infirmis præfens opem obtuli: Morbo graves Sanctissimi Viatici pabulo refeci; & à vita excessuris Apostolicam Benedictionem à Sanctitate Tua concessam sum elargitus. Quotidie vespere Venerabile Sacramentum exposui: preces supplicationesque per totam Diocesim ad Dei iram sedandam indixi. Verbi Dei Præconibus commendavi, ut Populo penitentiam promulgent. Monui hunc Populum tuam, ut tot beneficiis cumulati ad meliorem frugem revertantur. Hanc rerum omnium seriem Sanctitati Tuæ hac altera Epistola exponere consentaneum arbitratus sum; ut quæ operatus est Deus in populo, & quæ ipse minimus inter Pastores tuis obtemperans mandatis ad gloriam Dei paravi, Sanctitas Tua compertum haberet, ut in omnibus glorificetur Deus. Gratias igitur agimus Omnipotenti Deo quotquot hic sumus (dicam cum D. Gregorio ad Brunichildem) qui inter cætera pietatis suæ dona, quæ Sanctitati Tuæ largitus est, ita Te amore Christianæ Religionis implevit, ut quicquid ad propagationem Fidei, quicquid ad pietatem, & miserorum solamen pertinere cognoscis, devota mente, seduloque agere studio non cesses. Ad tuos igitur Sanctissimos Pedes provolutus, eosque humillimè exosculatus, Benedictionem Apostolicam, licet indignus vehementer exoptulans Deum Opt. Max. cujus vires geris in terris, deprecor, ut Sanctitatem Tuam sospitem, & incolumem ad majorem sui Nominis gloriam, Religionis Christianæ firmitatem, & propagationem, & fidelium levamen fervet semper, & muniat. Balneoregii Idibus Septembris, supra millesimum septingentesimo septimo.

SANCTITATIS TUÆ

Humillim. addictis. & devotiss. Servus

Onuphrius Episcopus Balneoregii.

EMINENTISSIMI CARDINALIS

FABRITII PAULUTII

A Secretis Status Ecclesiastici ad Balneoregiensem Episcopum Responsio nomine SANCTIMI PATRIS.

ILLUSTRISIME AC REVERENDISIME
DOMINE.

Magno cum animi solatio Sanctissimus D. N. ex binis tuis literis intellexit subsidia à SANCTITATE SUA isti Civitati benignè suppeditata ad repellendam morbi vim, quo ipsa nuper afflictabatur, admodum opportuna, ac salutaria fuisse, morbumque ipsum jam penè omnino depulsum esse. Auxerunt Pontificium gaudium ea, quæ de Christianæ charitatis officiis, & Pastoralis vigilantia documentis, quæ hac ipsa occasione ægrotanti populo exhibuisti, multorum literis, constantique fama ad SANCTITATEM SUAM allata sunt. Quamobrem cum boni Pastoris partes, cujus est animam suam ponere pro ovis suis, tam difficili tempore Te diligenter implevisse compertum habeat, meritis in Domino Te laudibus ornat, sibi que ipsi magnopere gratulatur, quod susceptæ de tuâ virtute opinioni, cum istam Ecclesiam regendam Tibi commisit, cumulatè satisfeceris.

II. Porro secum reputans SANCTISSIMUS PATER publica ejusmodi mala propter Populi, & Cleri peccata, quibus divinæ iracundiæ flagella provocantur, plerumque nobis evenire; Te, quamvis in Pastoralis studio egregiè currentem, paternis cohortationibus suis urgendum duxit, ut Gregis fidei tuæ crediti mores ad rectam Christianæ disciplinæ normam componere impensius etiam, quam antea, cures; errantes arguas, obsecres, increpes in omni patientiâ, & doctrinâ: præteritarum quoque ærumnarum recordatione, præsentium sensu, ac metu futurarum propositis; peccata publica, si qua fuerint, penitus extirpari, scandala tolli, veramque pietatem induci, & coli studeas. Eos autem, qui Ecclesiastico ordini adscripti sunt, enixè adhorteris, & moneas, ut suæ respondentis vocationi, sanctè, piè, ac justè vivere satagant, & meminerint sibi potissimum onus hoc impositum esse, ut divinam indignationem populorum delictis merito lacescitam sacrificiis, jejniis, orationibus, aliisque Christianæ pietatis operibus placare contendant. Nullum denique prætermittas officium, quo si præcipuè, qui Beneficia Ecclesiastica obtinent, ad veterem vivendi regulam, priscamque morum sanctitatem revocari posse videantur, illosque identidem excites ad recogitandum sibi idè Ecclesiasticos redditus fuisse attributos, ut pro peccatis populorum humiles, assiduasque ad Deum, & Redemptorem nostrum preces fundant, ac pro temporalibus spiritualia bona rependant. Quid enim aliud, qui Ecclesiasticis proventibus fruuntur, quam Populorum peccata manducant? Hæc Sanctissimi Patris Verbis Tibi rescribere jussus sum, qui cæteroquin ea omnia Te sedulo præstiturum minimè dubitat pro egregio, quo præditus es, divini honoris zelo, & pro singulari, quam geris istius Ecclesiæ sollicitudine, quod ut alacrius exequaris, sua Sanctitas paternag

paternæ benevolentia testem, Apostolicam Benedictionem Tibi amanter elargitur; & ego læta faustaque omnia ex animo à Deo precor. Datum Romæ die 29. Octobris 1707.

Ad officia paratissimus

F. CARD. PAULUTIUS.

C A P. VI. Latius de Natura, deque sine ipsius epidemia ex Epistola Medici Flasci, in qua tum qua juverint præsidia, tum qua in cadaveribus inventa sunt, narrantur.

Um historiarum veritas sedulæ innitatur observationi, neque quis possit diligenter observare, nisi rebus ipsis præsens fuerit: idcirco præteritum operæ me facturum sum arbitratus, si Latinas literas ad me tunc temporis à D. Flasco datas huc afferrem. In iis enim omnia describuntur, quæ sciendi cupidis lectoribus satisfacere possunt.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
DOM. JOANNI MARIÆ
LANCISIO.

Sanctissimi Domini Nostri à Secretiori
Cubiculo, & Archiatro Meritissimo.

JOSEPH MARIA FLASCI.

S. P. D.

UT fidem tandem liberem, simulque officia mea ex animo Tibi debita, Vir Illustrissime, ac Reverendissime confirmem, pauca de hujus epidemiae statu, exituque, ad quam depellendam à Sanctissimo Patre, tuo rogatu missus fui, breviter perstringam. Dividam autem narrationem hanc in quatuor capita. Primum erit de causa, natura, & symptomatibus popularis febris. Alterum de remediis, quibus plerique Aegri in Nosodochio, quod Clementia Domus audit, convalescerunt. Tertium exponet quæ in demortuis per cadaverum sectiones inventa fuerunt. Postremum versabitur circa tempus, modumque felicitis exitus ipsius Epidemiae.

II. Non ero autem longus in exponenda causa & indole harum febrium; cum utraque res Tibi jam satis innotuerit; imò verò prius quam quidquam de iis aliunde novisses, omnium cum admiratione hæc divinaveras. Ex aquarum scilicet stagnatione, & corruptione ortam fuisse noxiam cæli labem, quæ febres malignas, & contagiosas, mites quidem primum, mox ferocientes produxerit. Aegri enim vermes per os, & alvum deturbabant; accessionibus syncopiticis, extremorum frigore, ac linguæ ariditate, papulis liviscentibus, delirio, comate, jectigationibus, urinis turbidis, aliisque ejus generis symptomatibus divexabantur. Multis non diu post initium dysenteria, ac diarrhoea malignæ difficillimi exitus superveniebant. Pulsus plerumque valde crebri, parvi, & inæquales sentiebantur.

III. Crises per sudorem vel narium hæmorrhagiam solæ morbum interdum solvebant; nonnullis maculae rubrae per totum corpus erumpentes morbum mutabant, interdum in pejus, sed sæpius in melius. Quibusdam, qui diu ægotaverant, abscessus critici in externa, infernaque aliqua parte fiebant; glandulas quoque post aures multis intumuisse, sed nihil naturam per hæc emunctoria criticè deposuisse vidi.

IV. Ab hac febre curati, multi bis, terve in recidivas satis periculosas, ac sæpe lethales incurrebant, in primis si se ipsos, vel nimis citò aëri exponerent, vel in diæta leve peccatum committerent.

V. Quod verò attinet ad remedia, Aegri maximum subsidium experiebantur à vesicantium applicatione.

VI. Emulsionem quoque seminum melonum, ferè semper cum Diacordio Fracastorii, vel Theriaca, ut & Julapia, ac condita refrigerantia, & cardiaca non parùm proderant. Stibium diaph. ad sudores movendos plus contulit, quam ullum aliud diaphoreticum; ab eo tamen abstinendum erat, si alvus lubrica existeret, China china sive sola, sive commissa magnum adferebat levamen.

VII. Lenia in principio morbi purgantia profuerunt, idcirco usus sum Electuario Alexandrino, Lenitivo, floribus Cassia cum Tamarindis, atque ejuscemodi aliis: In aliquibus addebatur Camphora, sed sæpe sæpius China china, atque his variis mixturis varia fiebant alvum solventia, quæ fuerunt magni levaminis.

VIII. Vinum ex cyatho Antimonii Emeticum in principio morbi validis temperamentis propinatum ad detergendas primas vias multum valuit, & quamvis Aegri gravi molestia inter vomendum flavam, viridemque bilem mucosam permixtam afficerentur, symptomatibus tamen non adeò lethalibus progressu morbi divexabantur.

IX. At enim verò dici vix potest quanto Aegris subsidio fuerit erectum hæc Nosodochium, ac propterea Balneoregionensis populus Deum Opt. Max. enixè precatur ut Pontifici nostro diuturnitate, & felicitate regnandi pares gratias referat.

X. Cæterum in dissectione nonnullorum cadaverum primum in dura matre reperti sunt sinus minores turgentes sanguine crasso, & nigricante. In processu hujus Anatomicae exquisitionis se mihi videndam obtulit copia magna serosi humoris, non tantum delitescens inter duram, piaque meningem, sed etiam intrâ ventriculos, & præsertim quartum cerebello proximum. Observata quoque fuerunt tumentes glandulae plexus choroidei, aliaque, quæ in dura, & pia matre interspersæ naturaliter locantur.

XI. In aliis verò cadaveribus sinus duræ matris occupabantur à polypis sese extendentibus usque ad ventriculos cordis.

XII. In uno ex dissectis corporibus in medio reticularis plexus pinealem glandulam obtegentis conspecta fuit hydatis æquans magnitudinem grani piperis, quæ tumens lymphâ comprimebat eandem glandulam, unde necessario fuerat impedimento ad functiones ejus ritè peragendas.

XIII. In alio cadavere offendimus duram, piaque matrem ferè nigrescentem ex cruoris subsistentia in propriis vasibus, & sinibus ad duas fortè libras. Cerebrum verò æquè in hoc atque in reliquis dissectis cadaveribus erat flaccidum, ejusdemque ventriculi scatebant multa lymphâ. In hoc ipso cadavere animadversione dignum fuit, quòd in superiori, & sinistra Cerebelli parte videndum occurrit, ni-

nimirum depressa macula coloris albi, lata penè duos digitos transversos, & longa tres; ad tactum dura, ac resistens; unde habita primum à nobis fuit pro cicatrice; sed lustratis postea tegumentis, cranio scilicet, & dura matre, nullum se prodidit signum læsæ continuitatis. Facta igitur separatione finitimi segmenti ejusdem cerebelli, quod, ut solet, molle apparuit, nudata est durities illa à nonnullis convestientibus membranis; ut quid ipsa esset, innotesceret; tandem deprehensa fuit corpus ex pluribus globulis compactum, ad eam ferme molem, & figuram, quibus à Stephano Blancardi delineantur cerebri glandulæ. Propterea existimavimus ab hujusmodi locali vitio, succoque contento convulsivos motus, quibus vir ille cum viveret, erat obnoxius, ortum habuisse.

XIV. Cæterum viscera naturalia, & vitalia ferè omnia magnopere labefactata, & intestina cum vermibus detecta semper fuerunt.

XV. Hæc sunt, Vir Illustrissime, quæ pro mea tenuitate, ut jussis, consiliisque tuis obtemperarem, scribenda habui; doleo tamen si qua parte defecerim: sed ea benignitate, qua præcepisti, precor ignoscas, & humiliter Sanctissimi Patris Pedes tum meo, tum sodalium Chirurgorum nomine osculeris. Nam quod nostrum omnium salus nullis penitus morbis hic fuerit obnoxia, quoddamque operam nostram non planè inutilem periclitanti huic Civitati locaverimus, certè id totum acceptum refero piis ejusdem Sanctissimi Patris votis, ac Benedictionibus, quibus in discessu benignè nos cumulavit; atque epidemica lues, quæ immaniter in Balneoregiensem populum sævit, tandem extincta est. Arcillimo denique vinculo me Tibi obstrictum esse fateor; Nam si maxima prius beneficia à singulari tua humanitate mihi fuerunt collata; nunc hoc majus elucet, quod ad hoc munus à Te apud Sanctissimum Pontificem factum delectus. Vale.

Balneoregii 25. Octobris 1707.

Viro in re Medica expertissimo studiosissimoque

D. JOSEPHO MARIÆ

FLASCO,

JOANNES MARIA LANCISIUS

S. P. D.

TAmetsi mihi semper literæ tuæ jucundissimæ fuerint, nullæ tamen jucundiores, acceptioresque reddite sunt, quàm illæ, quas ad me superioribus diebus dedisti, quippè quæ in summa occupatione tua gratissimam historiam, felicemque exitum describunt epidemiarum febrium, quæ istic grassatæ sunt. Cùm Romam revires, quod feliciter tibi futurum auguror, & præstolor, eximes ab animo meo scrupulum, qui à peractis per te cadaverum sectionibus injectus est. Non enim ita diligenter, ut cerebri mala, intestinorum etiam offensiones, ac potissimum vulnuscula à vermibus fortassis insidita (quæ tandem in gangrænas abire solent) designare, ac demonstrare videris. Cæterum scripta tua Sanctissimo Patri legenda demissè subjiciam, cùm primum, Deo volente, ex orthopnoea, quæ

nunc vehementer laborat, convalescit: nec sanè dubito, quin Sapientissimus Princeps laudaturus sit studia tua, quæ vel felici rerum eventu commendantur. Tu interim vale, qui multorum valetudini vacas.

Romæ 4. Kal. Novemb. 1707.

CAP. VII. Quo tum tempore, tum modo defecerit Epidemia, & in quos morbos venerit. Remittuntur Romam Medicus, & Chirurgi cum literis Balneoregiensis Episcopi.

Quum propria cuicque Ægrotanti, ac recta tum medicaminum ratio adhibita fuerit in Nosocomio nuper Balneoregii extracto, ex animi sententia res cecidit. Nam brevi in pristinam valetudinem plerique omnes restituti sunt; itaut 8. Kal. Novembris 1707. post longiores pluvias, & septentrionales ventos (quibus diluta, absterfa, ac temperata fuit cum ipsa atmosphæra etiam tellus, & palustris aqua) restincta, ac penitus profligata fuerit epidemica lues. Eo igitur tempore clausum est Valetudinarium supersilite duntaxat, ut par erat, Epigraphe. HIC FUIT CLEMENTIÆ DOMUS. Unde Pontificiæ humanitatis, beneficentiæ, & Charitatis perenne posteris extabit monumentum. Hunc igitur finem habuit Balneoregiensis epidemia opinione quidem celeriore, quod inita Romæ consilia ab Illustrissimo illius Civitatis Amistite, atque à Medico Physico accuratè, ac strenuè fuerint expleta.

II. Quoniam verò ea esse solet vis pestilentis morbi, ut vel occidat, vel Ægros languidos, atque ad longas Ægrotationes paratissimos faciat: hac quidem ratione multi ex iis, qui ab acutis convalescerunt, ut fieri assolet (quod & Juvenalis innuit Sat. 4. jam lethifero cedente pruini Autumnò, jam quartanam sperantibus ægru) in quartanas febres, in malum corporis habitum, in scabiem, similesque diuturnas affectiones inciderunt; à quibus facilius levati sunt, qui coelum, ut fit, mutaverunt: eos autem, quos res angusta domi retinuit, emeticis præsertim, atque usu Rhab. cum China china adjuti sunt.

III. Postea quàm hæc omnia apud Balneoregienses feliciter gesta sunt, Illustrissimus Antistes facultatem benignè à Summo Pontifice obtinuit, Fulgineum Patriam suam animi, & valetudinis causa per mensem repetendi. Interim verò cùm idem Episcopus pro sua humanitate animadvertisset D. Flaschum, sodalesque Chirurcos magnis exantlatis laboribus jam fessos, maleque contrahendæ valetudini proximos, è re putavit, eos omnes sacro instituto ad Lauretanam Domum itinere sublevare. Itaque illuc gratias Deiparæ Virgini acturi pergunt. Mox verò per aliquot dies idem Episcopus in amoenissima sua Villa prope Fulgineum rusticationis gratiâ retinuit, videlicet ut resecti viribus tum corporis tum animi, hilarius Romam possent repetere.

IV. Subjicimus autem Epistolam Illustrissimi Antistitis ad Auctorem, in qua hujus itineris, & secessus ratio describitur.

ILLUSTRIS:

ILLUSTRISSIMO, AC SAPIENTISSIMO
VIRO

DOM. JOANNI MARIÆ
LANCISIO,

A Secretiori Cubiculo, & Archiatro Pon-
tificio

ONUPHRIUS ELISEUS EPISCOPUS
BALNEOREGIENSIS.

S. D.

EX longo tandem intervallo istuc remigrant
qui à Sanctissimo CLEMENTE XI. tuo ro-
gatu, Vir Illustrissime, ad Balneoregiensem epi-
demiã depellendam mihi fuerant: Itaque post
multos labores exantlatos Sacram Lauretanam Do-
mum, aliaque religiosa loca mecum inviserunt,
in quibus pro Sanctissimi Pontificis salute fudi-
mus preces; exinde dierum aliquot spatio in
mea Villæ Fulginatis amœnitate aliquantulum
animos refocillarunt. Ad horum igitur reditum
silentio involvere nequeo, quos ipsi sudores,
curas, molestiasque pertulerint; quam Artis pe-
ritiam ostenderint; quantaque morum integritate
se gesserint. Hisce autem de rebus cerum
Tibi, Vir Illustrissime, testimonium reddere vo-
lui, ut de fructu, te opitulante, percepto nobiscum
gaudeas, & manifestam habeas meam in
Te propensissimam voluntatem nullo loco defu-
turam. Vale.

Fulginei 13. Kal. Decembris 1707.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
PRÆSULI

ONUPHRIO ELISEO

Balneoregii Episcopo Meritissimo,

JOANNES MARIA LANCISIUS

S. P. D.

Multa, & quidem gravissima pietatis, ac
benevolentia tuae argumenta, Illustrissime
Præsul, retulerunt Doctor Physicus Flascus, &
tres Chirurgiæ Professores, qui post absolutam
feliciter Balneoregii Medicam operam, amœni-
tate Villæ tuæ corporis viribus recreati, animi-
que etiam virtutibus propter iter ad Lauretanam
Domum, aliaque pietatis officia in Sacris istuc si-
nitimis locis præstita, non exhilarati duntaxat,
sed fortè meliores facti Romam sospites perve-
nerunt. Refere ipsi se posse negant quos, quan-
taque beneficia abs te acceperint, cum sint in-
numera; dicunt tantummodò quam prolixo ac
libenti animo eadem exhibueris. Idcirco, Illus-
trissime Vir, nunquam eorum excides memoriã,
cum ex voluntate potius, quam ex rerum mag-
nitudine hominum munera sint æstimanda. Quam-
obrem ego ipse, qui summi Pontificis iussu eof-
dem humanitati tuæ commendavi, Tibi pluri-
mas ago gratias, vicissimque, si quid erit, in

quo meã tibi operã utendum sit; non roges;
sed ut præcipias velim. Vale.

Romæ 7. Kal. Decembris 1707.

CAP. VIII. Proponuntur animadversiones
Eminentissimis Patribus Sacra Consulta ab
Auctore exhibita, ad lacunas, quæ in Bal-
neoregensi agro extiterunt, tuto exsiccandas.

ET si multa, eaque grandia, atque opportuna
Beneficentiæ argumenta Balneoregensi popu-
lo dedisset Sanctissimus Pater, ea tamen nisi novis
ad lacunarum exhaustum decursu illius hyemis
benignè perfecisset, certè subsequenter annis,
recurrente ejusdem cœli pernicio, inutilia, atque
irrita profus fuissent: Enimverò ita cum huma-
nis rebus comparatum est, ut priora beneficia in-
teritura penè sint, nisi illa posterioribus cumu-
les. Et quidem hoc præcipuum habent ipsæ pa-
ludes, ut quò diutius perseverant, & augetur,
eò deteriores evadant. Quare Clementissimus Pon-
tix animus simul, & Ararium suum ad absolven-
dum opus convertit. Nam Kal. Januarii 1708,
iussu Sacra Consultæ in mandatis accepi ab Illus-
trissimo Præsule Origo, tunc temporis supremi il-
lius Tribunalis à secretis, nunc autem S. R. Ec-
clesiæ meritis Cardinalis, ut scripto nonnullis
quaesitis, quæ Balneoregensi lacunarum exsicca-
tionem spectabant, statim responderem. Fuerunt au-
tem

II. Primum, non remittentibus hybernis pluviis,
quæ nunc impedimento profus sunt, quo minus in
Balneoregensi agro argillosa humus moveri, ver-
tigue possit, quo usque differendum sit incilium,
& emissariorum opus, in quæ palustres aquæ deris-
vari debent.

III. Alterum verò, qua ratione fossiæ ducendæ
sint, utrum scilicet reclinatis tantùm earum labris,
quæ satis per se firma aliquibus eã ratione futura
videntur; an ea ipsa, adactis utrinque per ordi-
nem palis, vel confitis arboribus sint munienda.

IV. Tertio, An ratio habenda sit rimarum qua-
rundam, quæ hic illuc in aperta humo, & propè
flagnum adhuc supersunt; nimirum an terrã imple-
ndæ sint, an potius relinquendæ, ut tempore, ac
proprii ponderis vi subsideant, & coalescant.

V. Denique, Utrum in aperiendis canalibus
quos declivi ac rectissimã, quam fieri potest, viã
deducere oportet, parcendum sit privatorum ali-
quot, ac præsertim immunium Ecclesiasticorum,
agris, & prædiis, si qua in itinere obvia sint.

VI. Hujusmodi autem quaestiones adornaverat
in suis ad Sacram Consultam literis Illustrissimus
Prætor Viterbiensis, cui exhauriendarum paludum
cura concredita fuerat.

VII. Itaque quod ad primam dubitationem at-
tinet, respondimus, non ultra Martium mensem pro-
latandum esse opus; cui si pluviosa tempestas perti-
naciter obstaret, quò minus integrè ad exitum per-
duceretur, in Aprilem quoque mensem, idque sine
ullo incolarum detrimento, continuato labore ex-
trahi, atque perfici posse credideram, tum ratione
edoctus, tum experienciã. Comperit enimvero
exploratumque est, lacunis illis paucas minerales,
majorem verò partem fontanas, atque pluviales
aquis contineri, nec magnã cæteroquin subsi-
dentium sordium, ac cœni copiã (nondum ex-
pleto anno) inquinari. Nam superiori dunta-
xat mense Maio latices illi stagnare ceperunt:
Quamobrem quum veris initio, solis radii habetes,
atque

atque imbecilles sint, nunquam è defidibus aquis eam putidorum vaporum vim excitare, acrique permiscere poterunt, quæ illius regionis cœlum per se inficiat atque contaminet. Quod quidem Romæ quotannis experimento potest comprobari, quum pratorum atque Hadrianæ Mollis fossæ denuò cavantur: is enim labor ob recurrentes fluminis alluviones ad Martii mensis initium suscipitur; neque ante medium Aprilem perfici solet. Quin imò impunè aliquando prorogatus est; modò nè in Majum aut Junium mensem extractus fuerit; quod cum duodecim ante annos accidisset, Leoninæ Urbis Cives exitalibus statim morbis consiliati fuere.

VIII. Ad secundum autem diximus multò tutius incilium labra, fossarumque margines consitis arboribus, vel saltèm infixis palis ac sudibus muniri; non solum propterea quòd eo pacto longè firmiora futura sint; verum etiam quòd non mediocris illi cœlo salubritas, accederet, si Cives illi tilia, populo, acere, orno, aut similibus ripas illas arbuftarent: solent enim corrupti putidique humores, quibus humus imbuta est, ab arboribus penitus exhauriri: & quodammodo ad vitam revocari; quippè quæ fixos sales per radicum oscula volatiles factos in fibras, ac tubulos commeari compellunt. Id igitur Sacræ Consultationi studiosius est considerandum, ut quid facto opus sit, statuatur, atque decernatur.

IX. Ad tertium verò, quod rimas scilicet, atque hiatus pertinet, omnino aggerandos esse arbitramur. Licet enim plerumque sua sponte coalescant; fieri tamen potest, ut id non antè proximam æstatem eveniat. Interea humor ibidem delitescens, atque in vapores abiens, non exiguam morbidæ contagionis causam aleret, ac foveret, quæ mediâ demum æstate iterum miserandos incolæ aggredederetur. In ea igitur dubitatione præstat tutiora sequi consilia, quam dubia.

X. Postremum autem caput silentio præterire constitui: non enim ad Medicinam attinet, neque proindè mei muneris esse videtur expendere, num ab Ecclesiasticorum agris incidendis abstinendum sit. Illud tamen in confesso est, cum populorum agitur salus, pleno, atque æquo jure Principem uti debere: ac proindè si ipsi Ecclesiastici sensuri sunt commodum exhaustarum paludum, iustum quoque est, ut aliquod incommodum patiantur.

XI. Sed cum homines ab eventu de nostris consiliis ut plurimum existimare soleant; idcirco placet hinc Lectores meos commonefacere etiam de modo, quo lacunarum exsiccatio peracta fuit. Nam quanquam ipse in meis animadversionibus S. Consultæ exhibitis, putaverim margines Rivi ad paludes exhauriendas arboribus, aut saltèm palis esse firmandas; (qui modus omnium tutissimus est) nihilominus, quoniam de publico id fieri debuerat, minori sumptu peractum est, ripis nempe ex sola, eaque contusa terra aggeratis. Opus verò integrum adhuc VIII. post annos perseverare novimus. Cæterum Illustrissimus Episcopus pro sua humanitate ad me postea perscripsit in conficiendis silicibus, & canalibus Ecclesiasticos ab omni vectigali, ac tributo, ut aiunt, fuisse servatos.

EPISTOLA Balneoregionis Episcopi, quæ & acceptorum beneficiorum gratum rursus animum attestatur. & nova ad exhauriendas paludes à Sanctissimo Patre deprecatur.

BEATISSIME AC SANCTISSIME PATER,

Postquam lethiferi morbi tempestas exsæviit, fluctibus in tranquillum redactis illius virtute, qui solo nutu procellosum mare sedavit; redeunt ad Te, Beatissime Pater, Joseph Maria Flaschi Medicus Phyliscus, ac tres Chirurghi, qui à Sanctitate Tua ad curam Populi Balneoregionis missi suum munus absolverunt: atque eorum studio frustrati non sumus expectatione nostra. Quapropter consentaneum mihi visum est, nè virtutibus, & laboribus ipsorum desiderentur testimonia, Sanctitatem Tuam omnium Patrem, & Dominum certiores facere non de illorum modò vigili cura, & charitate erga pauperes infirmos; verum etiam de religiosa pariter, & spectata in aliorum exemplum pietate.

II. Venimus igitur, Beatissime Pater, in altitudinem maris, & tempestas non demersit nos, non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed Divinæ Misericordiæ magnitudine. Inter hæc, nè iterum pereamus, Sanctitati Tuæ monitis, & præceptis humillimè pro viribus obtemperavi: nè assiduitas calamitatum, augmentum criminum fiat; neque uti mereamur prosperis, quia non corrigimur adversis. Sed quia vetustam Navem, ut loquar verbis D. Gregorii, indignus ego, infirmusque suscepi: per Omnipotentem Deum flexis genibus rogo Sanctitatem Tuam, ut in hoc mihi periculo Benedictionis Apostolicæ manum porrigas; ut imbecillum divinâ gratiâ munias, & fluctuantem cœlestibus auxiliis confirmes. Ut autem in posterum quibuscunque morbis via præcidatur, necessarium est, ut contradicentium posthabitâ quacunque Inhibitione, & Appellatione, Sanctitas Tua aquarum stagnantium præcipiat fluxum ad bonum publicum, nè iterum computrescentes aërem labefaciant; & quæ jam cesserunt, pristinis renascentibus causis, mala cum omnium pernicie pullulascant. Ignoscat autem mihi Sanctitas Tua, quòd tantæ Celsitudini scribere ausus sim, ac Deum Opt. Max. precor, ut ad Sanctitatem Tuam perenne gaudium ubique terrarum resonet vox unitatis, & pacis.

Balneoregii decimo tertio Kal. Decembris anno supra millesimum septingentesimo septimo.

SANCTITATIS TUÆ

Humillim. additiss. & devotiss. Servus

Onuphrius Episcopus Balneoregii.

RESPON.

ILLUSTRISSIMO DOCTISSIMOQUE
VIRO

RESPONSIO Eminentissimi Cardinalis
Paulatii à Secretis Status Ecclesiastici ad
eundem Balneoregiensem Episcopum.

DOM. JOANNI MARIÆ
LANCISIO,

ILLUSTRISSIME AC REVERENDISSIME
DOMINE.

ONUPHRIUS ELISEUS EPISCOPUS
BALNEOREGIENSIS

S. P. D.

EAdem paterna benignitas, quæ Sanctissimum
D. N. dudum impulit ad opportuna illi Ci-
vitati tribuenda subsidia, ut ex morbo, quo
tantopere affligebatur, emergeret, Sanctitati
Sux incitamento fuit ad ea nunc maximè decer-
nenda, quibus ipsa deinceps ab omni periculo
facta tecta servari possit. Mandavit idcirco pau-
cos ante dies, ut necessariis adhibitis remediis
morbi causa omnino tollatur quàm primùm, Ci-
viumque incolumitati quàm diligentissimè cavea-
tur. Pastoralis officii tui erit flagrantem zelum,
quo Sua Sanctitas istius populi salutem corpora-
lem tueri satagit, æmulari in ejus spirituali salu-
te summo, ut facis studio, procuranda, dum
ego læta Tibi faustaque cuncta ex animo à Deo
precor.

Datum Romæ die 3. Decembris 1707.

Ad officia paratissimus

F. CARD. PAULTIUS.

CAP. IX. Exhausta per hyemem lacunis
cautum fuit, nè unquam posthac Balneore-
gii rediret Epidemia.

QUum autem hæc, quæ de exhauriendis pa-
lustribus aquis pro mei ingenii tenuitate Emi-
nentissimis Sacræ Consultationis Patribus propo-
sueram, ad amissum, ac veluti ex præscripto Il-
lustrissimus Præsul Foscari Viterbiensis Provin-
ciæ Prætor fieri curasset, abunde in posterum con-
sultum fuit Balneoregiensis cœli salubritati; Non
enim ampliùs exiccatis lacunis in eam regionem
pedem intulit epidemia; sed prosperà exinde vale-
tudine, quantùm unius cujusque vivendi ratio per-
mittit, huc usque usi sunt incolæ, quod nobis fre-
quentibus literis à Balneoregiensi Episcopo signifi-
catum est.

II. Cùm verò nihil detrahendum sit veritati,
huc afferendam, & pro hujusce epidemiciæ tracta-
tionis coronide transcribendam esse putamus epis-
tolam Illustrissimi Episcopi Balneoregiensis, qui
ex maligna febre, qua ejus Vicarius Generalis
ipso vere sequentis anni graviter laboravit, vere-
batur, nè lues rursus caput extulisset. Sed mor-
bus ille, ex quo cæteroquin Æger brevi con-
valuit, sporadicus fuit, non recrudescens epi-
demiciæ indicium, quæ penitus exiccatis paludibus
oppressa fuit, atque sublata.

QUum RR. PP. Conventualium S. Francisci
collectus ex tota Romana Provincia cœtus
superioribus diebus in hujus Urbis Cœnobio habe-
retur, oblata est mihi opportunitas observantiæ
meæ erga admodum R. P. Magistrum Lancisium
tuum Germanum Fratrem pro viribus significandæ.
Vehementer itaque gaudeo, id mihi contingere po-
tuisse; etsi ista amoris, ac benevolentici demonstra-
tio acceptis abs te beneficiis nulla ratione respon-
deat. Cæterum in publicis supplicationibus, quæ à
me cum iisdem Patribus, & universa Civitate in
Cathedrali Templo habitæ fuerunt, haud quaquam
prætermisimus pro tua valetudine, ac dignitate,
Vir Illustrissime, cui plurimum debet hic populus,
preces ad Deum fundere. At quia superioris anni
morborum semina videntur revirescere; quando-
quidem meus Vicarius Generalis consimili morbo
implicatus est; opportuna necessitatibus nostris sub-
sidia à D. O. M. proxima die Dominicæ in publica
omnium synaxi implorabimus. Harum rerum Te,
Vir Illustrissime, certiores facere volui, ut & pro
tua humanitate consilia nobis in tempore suppedites,
& meum erga Te amorem, ac studium, gratique
animi memoriam habeas exploratam. Vale. Balneor.
7. Id. Maii 1708.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

PRÆSULI

ONUPHRIO ELISEO

Dignissimo Balneoregii Episcopo,

JOANNES MARIA LANCISIUS

S. P. D.

QUDD Germanum Fratrem meum humaniter ex-
ceperis, splendideque tractaveris; tum etiam
quodd tua erga me benevolentia effecerit ut pietas
Balneoregiensis Populi, publicis à Te in dictis sup-
plicationibus, mihi quoque servandam valetudinem
à Deo Opt. Max. fuerit deprecata: Equidem non
sine pudore ingentes nunc Tibi gratias ago: cupe-
rem enim factis potius, quàm verbis acceptorum be-
neficiorum memorem me Tibi probare. Dolerem
interim, si semina morborum post annum pullula-
cerent: sed magnum habeo solatium, quodd, eges-
tis lacunis, quidquid erat noxium, majorem partem
jam exaruerit; adeout accedente curâ, diligentia-
que, præsertim verò tuarum efficacitate precum,
aut nihil, aut saltè minus in posterum, sit certè
vobis extimescendum. Vale, ac persuasum ha-
beas, me tuis semper commodis inserviturum;
Vale.

Romæ 14. Kal. Junii anni 1708.

Totum

Totius Negotii Exitus.

UT præsentimus, ac prædiximus ita accidit, scilicet febrem, quæ Vicarius Generalis Illustriſſimi Episcopi, exiccatis antea opportunè paludibus, correptus est, non quidem epidemice prodromum, sed morbifici illius duntaxat apparatus effectum fuisse. Nam postea neque per insequentem æstatem, neque alias usque ad annum 1716, in quo hæc scribimus, ulla æris labe, ullusque epidemicus morbus eâ in Civitate vagatus est. Quo semper futurum, & auguror, & spero, si Cives diligenter curaverint, nè usquam prope Urbem aquæ potissimum subsideant, & corrumpantur.

QUARTA EPIDEMIA

Castrensiū febrim Pisauri ob stagnantes aquas tum ex fluvii alluvionibus, tum ex lento, ac sæpe interrupto cursu per Urbem illam fluvioli, necnon ex viarum immunditiis per æstates annorum præsertim 1708. & subsequētib; delavientiam.

CAPUT I. Pisauri Etymon, situs, ejusque temperamentum ex ventorum, & aquarum qualitatibus.

PISAURUM, Romanorum Colonia, ab Amne Pisauo, vel Isauo, vulgò Foglia, quo alluitur (flumina enim mundo plerunque æqualia sæpe sæpius nomenclaturas, quas ante Urbes conditas habuerunt, ipsi Urbibus impertiuntur) appellatum potius censemus, quàm vel ab Isis Templo, quod in citeriori ejusdem fluvii ripa nomen divites Cives condere potuerunt; vel ab Auro, quod pensatum à Romanis obsessis in Capitolio, & per Dictatorem Camillum de Gallorum manibus ibidem ablatum fuerit; ut Servius aniliter arbitratur. Hoc enim factum, præterquam quod accidit multò antequàm Pisaurum excitaretur: in *semitata solo Urbis*, non extra contigisse narrat Livius. Colonia primùm deducta fuit Coss. P. Claud. & L. Porcio à Triumviris Q. Fab. Labeone, & M. & Q. Ful. Flacco, ac Nobiliore; & quidem, ut idem tradit Historicus, in Gallicum Agrum. Nam tunc temporis Regio illa, quæ ab Ancona Ariminum usque intercluditur, Gallia Togata dicebatur; quemadmodum de ipsomet Pisauo Plinius etiam literis mandavit. Posterioribus verò temporibus, aliter divisis Italiae provinciis, Pisaurum in Piceno sub ditione Pontificia ad oram Adriatici Maris humiliter in situ spectatur, inter Fanum, & Ariminum. Mutatur Subolanum ab Illyrico; Boream à Veneto litore, Austrum à Senogallia, Zephyrum à montibus, qui ab eadem Urbe duo circiter milliaria distant. Planiciem ejus, quæ per x. circiter passuum millia ad mare protenditur, lento cursu perluant non solùm Isaurus, cujus ostium in concinnum portum ad excipiendas tantùm vectorias piscatoriasque naves aperitur; verùm multi etiam rivuli, quos inter duo insignes sunt,

alter quidem derivatus sub montibus à superiori ipsius Isuri sectione, vulgari nomine *Vallato* seu *Foglietta*, qui quasi parvus Isaurus per inferiorem illius Urbis partem deducitur, duplicemque præstat utilitatem, cujus prior est, ut eluat, abstergat, atque ad mare abripiat sordes omnes, quæ nisi in ejus fluentem evomerentur, certè in viis, ac plateis (quippè quam-minimum declivo solo donatis) per æstatem potissimum non sine maximo illius æris detrimento subsisterent: posterior verò commoditas est, eam aliquot frumentarias molas ad promptum, expeditumque Civium usum identidem verset. Alter autem rivulus appellatur *Genica*, sicutque per agri illius planiciem prope Urbis mœnia, qua parte spectat Fanum, & Senogalliam. His porrò aquis remissè fluentibus ut fertilitas finitimis agris, ita adventitia circumfuso aëri per æstatem, atque autumnum insalubritas facillimè accedit; nisi per summam diligentiam prohibeatur, quo minus eadem alicubi restagnent. Inducit autem Pisaurensi Agro adventitiam sæpius inclementiam, quod duo etiam aquarum stagna (vulgò *Guazzi*) alterum minoris prope novum portum, alterum majoris latitudinis in arenoso litore, ubi olim portus erat, inveniantur, quæ quidem æstivo fermentata calore malè olentes, noxios halitus eructant. Varias passum est vices Pisaurum. Nam olim à Toulia, ut refert Propertius, eversum, subinde à Belisario celeriter instauratum fuit. Paruit deinde Malatestis, mox Sforziis, diuque etiam Urbini Ducibus, donec ad Apostolicam Sedem rediit, cujus summa semper beneficia, sed postremis potissimum annis regnante CLEMENTE XI. maxima, eaque longum, ut speramus, duratura expertum est.

CAP. II. Pisaurum adventitia olim insalubritati præcipuè autem propter aquas stagnantes obnoxium fuisse, gravissimorum etiam Auctorum testimoniis confirmatur.

AD probandam antiquissimam Pisaurensis cœli inclementiam, eamque sub illius etiam Urbis initium satis esset naturam loci, in quo excitata fuit, quod superiori cap. fecimus, expendere; est enim situs humilis, atque multis lentisque aquis irriguus, ventis etiam euronoto, austroque objectus: quæ quidem sunt veræ causæ, propter quas Pisaurum æstate usque ad æquinoctium autumnale, quum præsertim ab Ædilibus tum cloacarum, fossarumque purgatio, tum aquarum excursus negligitur, per omnem ætatem cœnoso fuerit aëre atque insalubri.

II. Sed quoniam lux veritatis uberior ad nonnullos ac vividior ab exemplis, quàm à ratione solet pervenire; idcirco juvat huc testimonium asserre Carulli prisca inter Latinos Poëtæ, qui de Pisauo ad Juventium sic loquitur:

*Præterquam iste tuus moribunda à Sede Pisauri
Hospes, inauratè pallidior Batua.*

III. At enim verò suspicantibus, nè à Poëta conficta potius, quàm depicta Pisauri insalubritas fuerit, statim succurrunt Auctores inter historicos gravissimi, qui id clarè testati sunt. Etenim Leander Alberti (ut jam obiter Part. Prior. lib. 1. cap. 3. tetigimus) scribit suo ævo paucissimos

producendæ vitæ parum conducens, tunc etiam temporis existimabatur. Sed majoris longè apud nos auctoritatis reputamus sententiam Jo. Colle, quippè qui, cum fuerit Archiater Ducis Urbini, ac propterea identidem Pisauri incola, potuit sedulo inquirere in causas endemicorum malorum, quæ per illum etiam ætatem quot annis Pisauenses affligebant; quas inter stagnantem potissimum aquam, enumerat. Et quoniam maximi duco, ut uniuersa posteritas, ipsique in primis Pisauri habitatores id à gravissimo scriptore illorum quondam cive, liquidò doceantur; exscriptam, atque huc traductam volui partem consilii, in qua idem Auctor tum causas insalubritatis, tum rationes præservandi Pisauensis cœli diligentissimè tradidit.

ARGUMENTUM.

NOBILIBUS ET CIVIBUS
PISAURENSIBUS.

Quomodo Urbs Pisauri sit præservanda ab imminentibus malis, & quibus præsidiiis.

JO. COLLE S. P.

Vehementer doleo, antiquissimam, & opulentissimam Urbem, qua amantissimas Piceni jure, & hortus Italia potest appellari, in qua copia cornu uberrimè flores, aded vinu generosis nectareisque, lacte, oleo, melle, & omni fructuum genere abundat, & quod plus interest, nobilibus, & incolu efficio, munificentia, & doctrina præclaru, huius mali, ac febribus vexari: ipsam enim singulariter post patriam amo, ipsique plurimum me debere profiteor.

II. Cum igitur mala nobilissima Civitatu Pisauri, ut plurimum sint febres tertiana, & duplices, vel tertiana intermittentes, vel continua, qua tribus ab hinc annis mense Julii, & Augusti, & Septembris maximam partem virorum, mulierum, puerorum ætate consistentium, divitum, pauperumque, nobilium, atque ignobilium molestant; procul dubio vocabuntur morbi vulgares, & epidemici regionis, & Urbis Pisauri, qui dicuntur jure regionales Pisauri, & Endemii, ut ab Hippocrate, & Gal. in lib. 1. epid. in 3. de morbis acutis, & demum in lib. de cibis boni, & pravi succi, scriptum est. Quoniam verò Endemius est ille morbus, qui quotannis statuto tempore, vel singulo biennio, trienniove vagatur sine discrimine, eodem modo populum eundem affligit, & hæc febres tertiana Pisauri vel duplices tertiana tribus solummodo ab hinc annis redeant; ideo morbus Endemius recens appellandus est, non huic Civitati proprius, & antiquus, neque talis absolute dicendus est, sed secundum quandam analogiam; quia non procedit statuto, ordinato, & antiquo tempore accessus, ut pestis contigit Cayro, neque arbitrandum est, hæc vagantes febres esse morbos dictos sporados, vel sporades ab Hippocrate, & Galeno, quoniam hi specie inter se differunt, oriunturque à diversis causis; sed harum maxima pars refert naturam tertiana simplicis, vel duplicis, oriunturque ab una causa communi: attamen si viger diversitas illa, potius accidit ob varietatem naturarum, & vicium Agrotantium; uti nos doctè docet Gal. in lib. de cibis boni, & pravi succi, ostenduntque constitutiones epidemica ab Hippocrate recensita: retum igitur sic stantibus.

III. Hi morbi communes, & endemii ex necessi-

Tom. II.

tate habebunt causas communes, quæ numero ternario complectuntur, vel aer, vel vitium, vel contagium disseminatum. At, Deo favente, contagium non extrat, nec malignitas, neque ullus superest dubitationis locus, neque etiam cibus è piscibus, è fructibus, & ex aqua hoc præstat, vel ex alio simili, ut exercitibus solet contingere, qui nutriuntur eodem cibo, & eadem aqua sitim extinguunt: nam cibaria non sunt communia, sed varia, & optima; quoniam hæc in Civitate plures sine fructibus vitam traduxerunt, & sine piscibus, optima vitium ratione usi fuerunt, & probis carnibus, attamen agrotarunt: amplius quor prævi cibi hæc in Urbe, & copiosiores semper existere, neque damnum attulere, quod hodie? Idem de vinis, & carnibus sentire oportet. Non negare ausim exuberantiam piscium, fructuum, prævarium carnum, crapulam, & otium non auferre vim causa communis; quinimo assero, maxime indulgentes hisce cibis evadere magis aptos, ut agrotent, & magis dispositos, ut morbo corripiantur, quod maxime potest testificari, & ratio, & experimentum; imò fieri potest, ut inter hæc mala sint duo, tresve agroti febre maligna correpti. Quapropter ex sufficienti partium enumeratione Aer horum morborum erit causa communis extrinseca, qui quidem non est secundum substantiam corruptus, sed alteratus, & permissus à duabus causis: altera est communis, & cœlestis, nempe venti australes, qui annis elapsis dominati sunt præter ordinem magnopere incrassantes substantiam aeris Pisauri, qui ex se est crassus, & humiditatis particeps, & calefaciens, humectansque illius qualitates: altera causa est particularis, majus asserens damnum, magisque essentialis, nempe vapores crassi, & pravi, qui assidue elevantur à locis aquaticis totius hioris ob Genicam agrè erumpentem in mare ab Isaura fluvio, paludibus, ab aquis molendinariis, ceterisque deservientibus, à stercore, ab aquis mirifloris, quarum halitus dum se attollunt, jam reperiunt aerem crassum, & humidum ex sui natura, cum situ collium, & miniculorum circa uide magis, & diutius impressi remanent: expertus possem asserere, & probare, multas civitates evasisse insalubres propter lacus, fluvios, fontes, piscariasque; at exemplum Mondulphi satis superque sit. Propter duas jam recensitas causas aer Pisauri ab his redditus vitiosus, evadit causa communis morbosa regionalis, magis ab una parte Civitatis quam ab alia, prout venti expirant, quia modo vapores paludum, & fluminis vincunt, ideo nocent habitatoribus juxta portum, ut anno contigit elapso; modo vapores Genica Arcis obsunt habitatoribus juxta plateam, ades Episcopatus, & ulmi, ut accidit hoc anno; quamobrem cum aer prædictus communis evitari ab habitatoribus non possit, sensim, & sensim ingrediens per os, & per nares ad cor, & caput, & per poros ad totum corpus insicit spiritus, generat illos crassos, turbulentos, & ita humores debilitat etiam; permutatque naturas, repletque corpus, & partes extimas, quibus superveniens calor assiduus, neque liber patet aditus pororum, & totius corporis; hinc incrassatis, & deturbatis spiritibus, & humoribus, hi ebullire incipiunt, & putrescere, producuntque tertianas, & duplices tertianas exortas ab humoribus pituitosis prædominantibus cum modica portione bilis, hæc putrescant, & quando magis corpora sunt obfessa à pravis cibis, & humoribus, tanto facilius aer vim suam imprimit.

Pro præservatione igitur, primò diligenter inspicienda erunt cause particulares, auferendo, & exiccando loca paludosa, & aquosa; expurgate dulcius aquarum Molendinariis deservientium; tollere vè mare prohibeat Genica, & Isauri fluxum palorum structura,

Hhh

una

una sub monte Arditio; altera è diametro Arcu; emundare aqueductus, viasque accendere, vesperi astivo tempore in platea, & locis proximis.

Sere-*Assimus* Franciscus Maria Primus anno 1515. 17. & 18. ut redderet illam Civitatem salubrem, iussit exicari foveas aquae plenas, & quosdam locos aquaticos, inservientes olim ad venandas Anates; vias prosterni; aedificari domos, palatia; & tandem ipsam reddidit optimè manitram propugnaculis, & muris, remediisque jam enarratis, ipsam salubrem, fortem, & deliciis ornatam fecit.

VI. Caterum si mense Maio corpora expurgata erunt ab humoribus crassis, & pituitosis, astate non agrotabunt; sic si bonos comedent cibos, exercitationibus indulserint, evitantes aërem matutinum diluculo, & vespertinum sero, crapulas, & pisces: frictionibus utentur mane, & exercitio; vesperi verò paucis cibis, & probatis vinis, manque & vesperi aliquantulum igni habeant parato è lignis juniperi, rosmarini.

Proximo ante Collensem seculo idipsum memoriae prodiderat Amat. Lusitanus, qui Pisaurum accitus à Duce Urbinatè (cujus in salubritate illius cœli tuenda studium, diligentiamque meritis laudibus exornat) Pisaurum, inquit, venimus Urbem antiquam, de qua Catullus dixerat:

Sedes moribunda Pisauri.

Nunc verò Civitas nobilis est, & magnifica; in qua ita salubri aëre, & clementi, amœnaque aura fruuntur: ut nusquam (quod sciam) salubrius, aut vegetius vivatur: sed in causa esse, à senioribus Civibus accepimus, in totum exicatas lacunas, à quibus olim insiciens, & pestilens aër expirabat: item quia silicibus munita via, nunc lateribus sunt ornata. Nam lateritiis lapides, cum ex argilla conficiantur, alchalicam naturam servant, aptam scilicet ad noxiam aëris humiditatem imbibendam, acidofque sales dulcificandos, silices verò, quoniam compactam, spissamque partium texturam sortiuntur, cum subacidas aëris humiditates imbibere, ac dulcificare nequeant, illas radiorum solis ictibus percussas in aërem rursus propellant. Utinam Romanæ Urbis semitæ, ut paucis ab hinc seculis, etiam lateritiis lapidibus sternerentur, atque illud, quod Pop. Rom. . . . decrevit, curruum, ac plaustrorum frequentia per defuetudinem abolere non coëgisset.

V. Ex iis autem gravissimorum scriptorum testimonis, ab experientia deductis, facile constare arbitror Pisaurense cœlum suapte natura humidum, & noxiis ventis obiectum, si quando stagnantibus aquis laboraverit, insalubre penitus evadere: & quidem, cum laticum mora, & putredo contingere possit modò propter Genicam obstructam, lentiusque ad mare fluentem; & tunc sanè superior Civitatis pars endemicis morbis affligitur: modò verò propter Vallati fluviolum agrè nimis decurrentem, vel etiam propter Isauri alluvionem stagnaque malè olentia; & tunc inferior Civitatis pars vulgaribus morbis evadit obnoxia.

CAP. III. Castrenses febres ex canosis potissimum aquis Pisaurum sub annis 1708. & subsequentibus drevexarunt.

TAmetsi decursu æstatis 1708. non levis tertianarum, & malignarum febrium soboles Pisauri propagaretur; nihilo tamen minùs genui-

na, & quæ maxima dicenda erat, illarum causa, quanquam omnium oculis objecta, ab initio dissimulata est. Nam alii fructuum copiam, multi ventos australes, nonnulli fracescentium bombycum vim; atque, ut fieri solet, alii alia in crimen vocabant. Adeò varia sunt de una eademque re hominum judicia. Item igitur per incerta toto illo anno, donec subsequente æstate, majori cum pernicio, idem mali genus vagari coepit. Ego verò, cum aliquot ante annos nimirum 1703. & 1705. benignè annuente Sanctissimo Patre, Pisaurum adissem, ejusque situm, ac lentissimum aquarum fluxum attentè considerassem; statim atque audivi Pisaurenses endemicis febribus affligi, priùs quàm vera causa Romæ innotesceret, asserere non dubitavi lacustres in genere aquas culpandas esse; quæ sanè res divinationi proxima visa fuit Eminentissimo Origo per id temporis Sacræ, ut aiunt, Consultæ à Secretis, atque aliis in Pontificia Aula illustribus Viris.

II. Itaque quod seculo priùs ex ipsis stagnantibus aquis Pisauri metuendum admonuit Jo: Colle, deterius forsitan nostro ævo contigit, cum scilicet Rivus, quem Vallatum appellant, laucibus suis depauperatus malè olentes lacunas non solum extra, sed etiam intrà Urbem in locis inæqualibus, atque depressis reliquit; variis quoque domorum, viarum, stabulorumque foridibus, ac bombycibus præcipuè computrescentibus; Originem deinde ac principium, cur aquæ per Vallati canalem parè decurrerent, primùm ad nos prudenter, scilicetque perscripsit Nobilis, atque Egregia Matrona Julia Albani de Oliveriis, Sanctissimi Pontificis Amata, quæ cum Octavo Kal. Augusti 1709. de Præclaro Viro D. Vincentio uno ex filiis suis, secum ea in Urbe degente, malignaque febre correpto apud Eminentissimum Cardinalem alterum filium suum tunc temporis Præfulem, & Pontificiorum Brevium apud Sanctissimum Patrem à Secretis conquesta esset, significavit aggeres illos (vocant à claudendo *le chiuse*) quibus recto præpedito Isauri cursu pars ad dexteram flectere in Vallati rivum cogitur, vetustate, atque undarum vi dejectos penè fuisse. Fama mox publica, Castrenses febres passim per inferiorem potissimum Urbis regionem, non plebeios solum, verùm Patrii quoque ordinis viros divexare confirmavit. Quare Pontifex, non tam sobrii sui casu, quàm totius Pisaurensis Populi calamitate commotus, è vestigio mihi in mandatis dedit, ut literas, quibus tum febris natura, & symptomata Nobilis Viri de Oliveriis, tum publicum Pisauri periculum describeretur, expenderem, & quo modo iisdem occurrì posset, maturè statuerem. Igitur.

CAPUT IV. Consilium extemplo ab Auctore exaratum, in quo tam qualitas febris Illustrissimi Viri de Oliveriis, quàm remedia in commune Pisaurensis Populi commo- dum exponuntur.

QUamvis integrà tum destitueret Pisaurensium malorum historià, iussus tamen à Principe, sententiam qualemcumque meam celeriter scripsi.

II. Vetus proverbium, *Gladiatorem in arena capere consilium*; unde ait Seneca: *Medicū vena tangenda est*. Itaque ipse ego absens, (ut Galenus

lenus pro Cæcilliani filio scripturus) cum Nobilem Ægrum non videam, sed febre dumtaxat correptum esse, pariterque Pisauri nunc sordes in viis, & aquas in Vallati Rivo putrescere, per literas dumtaxat cognoscam, facile decipi possum: sed quia arbitrio caret suo qui Principi pareat; ideo in tanta rerum obscuritate studiis meis utcumque obsequar.

H. Quoniam verò ex familiari epistola Egregiæ Matronæ Julæ Albani colligitur, febrem, qua sub noctem 21. Kal. Augusti Illustrissimus filius ejus sexagenario minor primùm correptus fuit, esse de illarum continuarum genere, quæ tertio quoque die ingravescent; (tertia enim nocte vehementior reversa est;) iustus me angat metus, ne aliquid dolosi in ejusdem Ægri visceribus, & sanguine latet; præsertim cum erumpens magna vi sub finem quarti diei sudor nihil profecerit. Auget etiam formidinem sublatentis mali moris in febrili fermento, quod endemica lues, quæ nunc Pisaurenses à cœnosis aquis diræxat, in corpora pleniori cibo, otioque utentia (cujusmodi est nostri Equitis) certè non mitius, sed multo ferociùs, quam in gracilia, victuque parca grassari solet. Et quamquam non dubitem, quin à doctis Viris ea in Civitate Medicinam facientibus præsidia omnia maturè fuerint adhibita; est nihilominus, ut animadvertam locum forsitan factum esse admoti phœnigmatum, quoniescunque post sudorem cerebrum lædi, pulsusque deprimi incœperint. Sed quis potest per epistolas acutarum egrotationum (quæ incerti semper sunt iudicii) curationes in magna locorum distantia, novis tum morbis, tum symptomatibus succrescentibus, enixè suscipere, vel opportunè insititvere? Illud tantummodo absens monere possum, scilicet accelerandum Chinæ chinæ usum, ubi febris, servatis cum extremorum frigore accessionibus, malignam, & corruptivam indolem prodat. Hoc enim præsidii genus Romæ in Castrensi febrium epidemia ex palustribus aquis orta multam utilitatem attulit. At enim verò, nè, ut est in Platonico adagio *Post bellum adsumus*, quamplurima silentio prætermittimus. Nam rarè accidit (licet apud Romanos plerumque contingere Scriptores asseveraverint) ut *quis procul aspiciens sit Prometheus*.

IV. Ad ea utique diligentius expendenda venio, quæ è longinquo tum faciliùs intelligi, tum meliùs, imò tutissimè distingui, ac provideri possunt. Videlicet ad tollendam originem, & occasionem morborum endemicè istic grassantium. Et quidem putidarum aquarum argumentum non levem semper mihi addidit scribendi alacritatem; cum per multos hujus Pontificatus annos usu sæpe venerit, ut Princeps consilia mea in ejusmodi casibus non inutiliter adhibuerit. Testes sunt Roma, Urbs Vetus, Balneoregium, aliæque Civitates, quæ propter cœnosos, putridosque latices castrensis febribus afflictæ, instaurato postmodum iisdem fluidis cursu, abstersisque viarum sordibus, ad pristinam salubritatem sunt restitutæ. Itaque si, quemadmodum narratur, vera, atque maxima causa inclementiæ Pisaurensis cœli ipse est præpeditus fluxus aquarum ab Isauro in Vallati canalem, certo certius in id potissimè incumbere oportet, ut rursus quam citissimè reducat. Neque verò ejusmodi auxilium novum est, ut clara ejusdem testimonia in præcis scriptoribus non inveniantur: Etenim legimus apud Frontinum pub. Edicta, *Nè quis aquam oletaret, aut salientem duceret in propria, vel cloacas non purgaret. Nam & cælum pestilens*, ut Ulpianus explicat, & *ruinas minantur im-*

Tom. II.

mundicia cloacarum. Itaque Imperatorum mandatum sequens erat:

CADUCAM NEMINEM VOLO DUCERE, NISI QUI MEO BENEFICIO, AUT PRIORUM PRINCIPUM HABENT. NAM NECESSE EST EX CASTELLIS ALIQUAM PARTEM AQUÆ AFFLUERE, CUM HOC PERTINEAT NON SOLUM AD URBIS NOSTRÆ SALUBRITATEM, SED ETIAM AD UTILITATEM CLOACARUM ABLUNDARUM.

V. His igitur animadvertis necessariò reducendas Pisaurum aquas illas colligo, quæ illuc antea confluentes, per Vallatum sordes omnes eluebant. Imò verò apertè denuncio, nisi id primo quoque tempore efficiatur, eò acerbius eadem mala sævitura, quò propius ad æquinoctium accedemus. Id tamen haud satis fore arbitror, quoquam fluxus Vallati aquis restitatur, ut inde Pisaurensi cœlo salubritas redeat. Curandum etenim præterea censeo, ut viæ omnes, stabula, cloacæ, & si quæ sunt alia sæcibus, & cœno inquinata loca, mudentur penitus, atque abstergantur; noctu tamen, clausisque domorum fenestris, atque ut, ubi in compitis, viisque immunditiæ diu immotæ jacuerunt, ignis ex fruticibus, lignisque resinosis, saltem per triduum ardeat; sic enim, quicquid impuri, ac cœnosi reliquum fuerit, combustum extinguetur: dubitandi siquidem præbet ansam, impuram nunc ubique esse Pisauri Urbem, quippe in qua Germani milites cum pedites, tum equites superiori hyeme stativa habuerint.

VI. Procurandum interea temporis, ut Populus optimo pane, tenui vino, bonis aquis, paucis ac maturis fructibus, salubribusque carnibus utatur: quamobrem Civium corpora, pravus succis minus obnoxia, aëris inclementiæ magis obniti possint. Nam passim videmus, continentes, abstinentesque, etiam in vera peste, à communi labe immunes plerumque servari.

VII. Cæterum, si quid certius, ac singulare rescivero, nova consilia novis rerum eventibus accommodabo.

Romæ 4. Kal. Julii 1709.

CAPUT V. *Historia Pisaurensis Epidemii ex literis Medici illius Civitatis ad Auctorem datis, clariùs explicatur.*

Interea temporis Doctissimus D. Bartholomæus Traversarius, qui in factitanda Pisauri Medicina constanti fama celebrabatur, cum accepisset, Romæ vehementer desiderari historiam indolis, causarum, necnon methodi curativæ febrium, quæ ea in Civitate grassabantur, dedit ad me epistolam, quam hic exscribere operæ pretium duxi; ille enim solus poterat de vero totius epidemii statu nos certiores facere, atque admonere.

ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO
DOMINO

JOANNI MARIE LANCISIO
SANCTISSIMI PATRIS
CLEMENTIS XI.
PONT. OPT. MAX.

Intimo Cubiculario, & Archiatro Me-
ritissimo,

HORATIUS BARTHOLOMÆUS TRAVERSARIUS
Medicus Pisarenfis Obsequentiſſimus,

S. P. D.

Damnanda planè nunc videretur, Vir Præclarissime, nimia animi mei confidentia, cum nobiliora tuæ Mentis otia rumpens, epidemicam hujus Urbis constitutionem Tibi exponere aggredior: nisi illam alliceret humanior, sanctiorque tua indoles, quâ nihil avidius, nihil lubentius præstare soles, quàm aliorum morbos propulsare, valetudinem tuam, vitamque mortalibus prorogare; ut idcirco non inconsultò me facturum putem, si, quæ utiliora Pisarenſi Populo esse possunt, à Te, tanquam ab oraculo præcepta retulero, eaque in commune beneficium fideliter traducam.

II. Priusquam verò hujus epidemix historiam exponam, præscias, oportet, Vir Illustrissime, Pisaurum Urbem ad Adriatici Maris oram, non tam arte, quàm natura spectabilem, habere liberum solis ortum, partemque meridiei, arctè tamen quâ spectat Occidentem, & Septentrionem, collium serie cingi, atque protegi. Unde ejusdem atmosphaera tam marinis, quàm iis, quæ ab Austro veniunt, effluviis abunde saturatur, atque hinc hujus Urbis, ejusque agri olera, & fructus mirum in modum sapiunt, ac iis domorum parietes inficiuntur; imò aquæ etiam tartareis, falsisque corpusculis, quemadmodum in aquæductibus quotidianis observatur, redundant.

III. Accedit ad hæc fabrefactus canalis, mediam Urbem perlans, qui tribus ab hinc annis solito aquæ penu destitutus, ineptus quoque evasit commisso muneri detergendi vicos, domosque à cujusvis generis sordibus, & præcipuè iis, quæ in latrinis, & in coriariorum officinis abundè collectæ, in eundem sequestrantur, ut & ipsæ tetrum expirantes odorem, Incolas non minus fastidio, quàm labe afficiant. Nec verò solus aquæ defectus, sed illius pariter excessus in Civium molestiam recidit; non rarè enim contingit, ut Isauri, Amnis aliàs amœnissimi, undas Mare turbatum respuat, atque repellat, quæ supra fluvii alveum excrescentes, humiliorem Urbis partem, & subterraneas cryptas inundant, multoque cœno complent: Canalis quoque pluvialibus aquis exundans extra mœnia in stagna quædam ab alluvionibus olim facta, dilutum cœnum immitit, quod ibidem diu stagnans, gravem expirat odorem. Ad hæc foedum viarum lutum à pluvia-

rum lapsu, & domorum cloacis coacervatum. Tandem sericorum plusquam trecenti furni per Urbem dispersi, in quibus bombycum vellera nentur, ac eorundem Aureliæ in lebetibus putrefactæ per calles, vicosque incautè nimis projiciuntur, inquinando etiam aëri causam præbuerunt.

IV. Culpanda insuper videtur ipsa soli ubertas, præcipuè in fructibus, qui præmaturè, & acervatim huc deferuntur, & ad ementium placitum venduntur. De pane venali quoque notandum remanet, eum scilicet aquâ præparatæ conditionis, & aëre inquinato, tanquam instrumentis minus aptis, confici, adeoque malam conditionem, & ipsum præ se ferre: quibus prælibatis, quæ tragicè facta sunt, clariùs nunc referre licebit.

V. Jucundissimæ igitur hujus Civitatis tranquillitatem ab Augusto superioris anni quædam Castrensis febris interturbavit, quæ exinde vario symptomatum apparatu, varioque recurſu pro ætatum, & anni temporum discrimine hucusque Pisarenſes acriter divexavit. Et tanquam ab æstivo ejusdem anni solstitio ad Caniculares usque dies modò synocha, modò tertiana vel simplex, vel duplex benignioris moris, & felicioris exitus passim allixisset; tamen ante æquinoctium autumnale sub eadem larva perverſam, malamque ostentavit naturam, ac latius est debacchata.

VI. Hæc itaque febris, vel intermittens, vel continua per subingressum erat, ut modò synocham, modò simplicem extensam, vel duplicem tertianam initio repræsentaret; Primò autem invasionis paroxysmo, cui secundus, & quandoque etiam tertius respondebat, leves rigores, & extremorum refrigerationes præludebant; hosque calor non admodum acris cum frequenti, validoque pulſu, necnon urinarum parvo quidem, sed crudiusculo mictu excipiebat; donec quartus gravioribus stipatus symptomatis, puta prolixiori frigore, summâ patientis anxietate, & anhelitu, sinceris vomitibus succorum felleorum, croceo, vel viridi, & quandoque deteriore colore tinctorum, & similibus per alvum dejectionibus, ad choleram humidam propè accedentibus, latentem anguem detegeret; quibus superatis incommodis, & membris leni calore excalescentis pulſus humiles fiebant cum siti clamosa, linguaque arida, & aspera, puniceo-nigricantem colorem æmulante, ac lipothymix, & cardialgiæ, non minoris momenti mala ita urgere solebant, ut stertentes, ac penè aphonos redderent miseros, mortique vix non committerent.

VII. In progressu verò febris spasmodici manuum, pedumque motus, imò in aliquibus non modò clonicæ artuum, sed & curis universæ vibrationes succrescebant; exanthemata livida, & parva collum, pectus, & dorsum obsidebant; & in vigere proportionalium insultuum deliria, & comatosi affectus affligebant. Quidam urinas sanis haud absimiles, alii turbidas, & rubicundas cum nulla, vel admodum crassa in fundo matulæ decumbente hypostasi, excernebant; Nec signa verum primis in viis latentium deerant, qui modò per superiora, modò per inferiora dejecti, per sæpe latentis mali moris conjecturam firmabant: Parotidum quoque intumescentiæ in nonâ, undecimâ, vel decima-quartâ morbi

morbi diè apparentes; quoties emplasticis, & maturantibus, vel crudo, ignitoque ferro tractarentur, agrorum vitam in angustia redgebant. In portu verò res erat, si post saphenæ, vel salvatellæ incisionem, ac quotidianas frictiones manibus aliquo ad id comparato liquore illitis, affectæ parti solventia, eaque spirituosa admoventur. Hæc verò symptomata non omnia in omnibus, nec omnia simul invalescebant; sed pro temperamentorum, habituum, & ætatum diversitate plura, vel pauciora hunc, vel illum plùs minùs angebant.

VIII. Ast Divina Providentia factum videtur, ut hæc centum satellitibus stipata furia, etsi manifestam contagionem redoleret, integras invadendo familias; attamen minis potiùs, quam claudibus perterretet Pisaurenses; cum ex ter millibus sevâ hac lue pollutis vix centum è via decederent. Verùm, ni tantus deserbuissef æstus, tantæque residissent calamitates, recidivi, & valetudinarii Patientes parùm refecti, cerò certius perisissent sub prægressæ hyemis rigoribus, ac insolitis algoribus, quorum vi æternæ quoque olivæ emortuæ sunt, & robustiora corpora fibrilibus lymphaticis, rheumatismis, coryzis, & tussibus contumacioribus facta sunt obnoxia.

IX. Hac rerum varietate jactati Cives nostri in horis conditionis dies sub plus justo, & in tempestivè calidiusculo Aprili numerabant, licet nimis dispari sorte per finitima oppida Pleuropneumonica constitutio longè, latèque divageretur, & occisimè plurimorum vitas demeteret, quæ, nè ulterius in perniciem mortalium progrediretur, interemptorum cadaverum viscera cultello Anatomico scrutantur, morbique radice perspectâ de tutiori opportuniorique methodo consulitur. Ast Junio appellente tubitaneum frigus, ac pluvia, nublaque tempestas exoritur, ex qua variolæ terellulam ætatem divexare coeperunt, & hucusque minùs quidem, sed latè nimis grassantur.

X. Ita sanè cum puerili ætate agebatur, cum de cætero fatis prosperè eâ tempestate majores natu respirassent; nisi interrupta epidemica febris cum solstitio æstivo nuper hoc anno recruduisset, ac in dies increbuissef, ut usque modo plusquam duo millia percussisset, licet ex his (ablit dicto invidia) vix septuaginta ultimum subierint diem; & quamvis hæc febris nullo modo à superius descripta differre vidatur, tum quia eadem servat invasionis tempora, & ordinem, tum etiã quia iisdem fermè stipatur cardiogæis anxietatibus, vomitibus, alvi fluxibus; vermium exitu, dysenteris, & quandoque tenfimis; nec desint pulsus exiles, & frequentissimi, sitis inexplebilis, urinæ crudiusculæ, vel lins similes. Rursus adiunt peticulæ, parotides, abaque superiorem comitari solita; tamen aliquid notatu dignum, & singularius exhibet, scilicet quod quamvis sub simplici tertianæ larvâ, & ipsa ludat, tamen paroxysmum quemque ad triginta horas, & ultra extendit, & sua peculiaris incrementi, & declinationis tempora nimùm protrahit.

XI. Aliud insuper, quod rem animadversione dignam continet, atque propterea minimè reticendum est, quod inferior Civitatis pars, ea nimirum, quæ Carmelitarum Cœnobio, Foro pomario, & Flaminia viâ circumscibitur, maximè ab hac epidemiâ tentata fuerit, & tentetur, cum cæteroqui superior, & eminentior

Tom. II.

Urbis pars, transactio anno penitus ab epidemiâ immunis fuerit, & hoc anno parum infestetur.

XII. Hæc sunt quæ ad historiam spectant; superest tandem, ut pauca de methodo, & rursus pauca de remediis adhibitis disseram. Porò, quoniam putabamus peregrina in aère corpufcula sanguinis moleculis respirationis, saluæque beneficio commixta, earundem organicum, atque inorganicum motum perturbare, ac in glandulas mesenterii fermentationis ope majorem partem relegari, indeque cum præterlabentibus succis novas turbas inire, rursusque affixa miasmata in liquida majoris usus, quasi circulo vitioso affundi, sicque semel inceptam turbationem continuare, omnem proinde paginam nos impleturos existimabamus, si absorbentia, & antifebrilia alexipharmacis admixta propinaremus; ideoque non sine fructu in usu erant præsidia ex cortice Peruviano elicienda, & in mixturas alexipharmacas redacta, quibus Sylviano more sæpius in die exhibitis, etiam sales antifebriles crustaceis commixtos, & aquas omnes diaphoreticas, & alexipharmacas propinabamus.

XIII. Ad advertendas verò Convalescentium recidivas, amaras, & antifebriles decoctiones fudebamus, atque Khababari fustulum cum China contritum præscribimus; ut pro urgentibus symptomatis categorica, anodysentrica, & vermies necantia exhiberentur, & adhuc iterantur; venæque etiam, si opus fuisset, sectione deplebantur. Vesicantia pariter admota sunt, abaque multa cel branitur, quæ tibi fufius referre supervacaneum cenfeo.

XIV. Hæc valetudinarius scribebam, quæ tamen actiori ingeni tui eximii libenter subijcio. Tu interim ea castiga, oraculique tuis lucem meæ afferre menti, & patientibus salutem, ut affoles, nè dedigneris, dum ego Nestoreos tibi annos deprecari. Vale.

Datum Pisauri hac die 28. Augusti 1709.

CAP. VI.

ALTERUM AUCTORIS CONSILIUM,

In quo diligentius expenduntur causa, & proponitur curatio Pisaurensis Epidemice.

Sæpe ac magnopere dubitatum est à sapientibus Viris, contemlandonè, scribendoque; an verò agendo, ac multis diligenter navando major Republicæ utilitas afferatur. Scio, paucissimos inveniri, quos maxime Deus amat, qui simul utroque modo, otio nimirum, & negotio hominibus prodesse aut valeant, aut velint; atque ideo cæteris longè præstare, & apud genus humanum magis promereri, qui post diuturnum rerum usum Commentaria perscribunt, & posterorum memoriæ consignant. Nam sui illi animadversionibus non tantum amicis, & qui secum vivunt mortalibus, sed absentibus quoque, & futuris opitulantur. Hoc sanè præstasse mihi visus est Doctissimus Bartholomæus Trevesanus, qui vel inter ipsa experimenta, & assiduas Agrorum curas, nalamque propriam valetudinem

Hhh 3

dinem

dinem stylo non pepetuit; mihiq; argumenta praebeo sequentis consilii, quo sicuti tunc temporis ejus curandi methodum meis rationibus, atque exemplis plurimum confirmavi; ita minimè dubito, quin Cives Pisauenses, & illius, & mei memoriam in posterum sint retenturi, quippe qui tum veras redeuntium per ea tempora quotannis (quid? quod Aedilum indigentia fortè recursum) apud eosdem epidemiarum causas deteximus, tum medendi modum pro viribus indicavimus.

H. Quod autem subijcio consilium, ipse ego ad D. Traversarium confestim perscripsi.

VIRO CLARISSIMO STUDIO-
SISSIMOQUE

D. HORATIO BARTHOLOMÆO

TRAVERSARIO,

Poliatro Pisauensi,

JOANNES MARIA LANCISIUS.

S. P. D.

Vehementer laudo, proboque curam, ac sollicitudinem tuam; cum enim videris, castrenses febres epidemicè rursus hoc anno istic grassari, quanquam consiliis meis minimè egeas, ad me tamen scribis, tanquam ad Archiatrum Sanctissimi illius Principis, qui, pluribus quidem de causis, sed eo potissimum nomine, Pisauensibus beneficentissimus est habendus, quòd à presentibus morborum casibus majorem noxæ partem providentissimè averterit. Etenim Sapientissimus Pontifex, cum duos circiter ante menses resciverit malignas istic febres communiter vagari, confestim jussit, præcipuas causas, curandique methodum à me quam diligentissimè vestigari. Ego verò multarum jam Urbium periculo doctus, admonitusque etiam prudentibus observationibus excellentissimæ, ac Nobilissimæ Matronæ D. Juliae Albanæ de Oliveriis dignissimæ nostri Pontificis Amicæ, statim suspicatus fui, stagnantes, corruptaque aquas unà cum viarum, cloacarumque immunditiis in Urbe ista, alioquin plano in litore excitata, & vorticibus meridionalium ventorum objecta, labem aëris attulisse. Idcirco Principis mandato non solum ipse ego medicam consultationem vernaculo idiomate tunc temporis scripsi, in qua summam quidquid remedium vestris popularibus tum causis, tum ægritudinibus adhiberi posset indicabam, verum etiam curavi, ut Ægidius M. Bordonus insignis aquarum liberator Pontificio aëre istuc è vestigio contenderet, ac reducendæ per suos canales aquæ diligenter studeret. Nunc verò nihil mihi gratius tuis literis venit; declarant enim maximum tuum in Pisauenses studium conjunctum cum pari in me benevolentia, atque humanitate.

H. Quanquam verò ingeniosa, pariterque vera sint, doctissime Poliater, quæ de origine istius epidemix meditaris: tamen cum videam abs Te judicium quoque meum desiderari, mihi quidem ita laborandum, nè quâ parte videar

hanc de me fiduciam studiosissimi Viri fecisse. Veniam igitur dabis, si paulò aliis principia debacchantis istic febris repetamus, atque experientiâ simul, ac ratione utentes, tutam viam sternamus iis, qui non ab effectis solum, eventibusque; sed à causis, ac principis naturas morborum rimari consueverunt.

III. Constat in primis historica fide, Pisaurum inter Urbes infamis aëris olim connumeratum fuisse, quod non tantum Catulli, qui eam *moribundam hominum sedem* appellat; sed etiam Leandri Alberti testimonio probatur: qui totius Italiae Urbes enumerans, cum ad Pisaurum pervenit, candidè fatetur non multos ibidem ad ætatem quinquaginta annorum pertinere. Hanc verò cœli inclementiam quibundam circa Urbem istam collectis paludibus inductam fuisse, non solum legimus apud Jo. Colle, sed accepimus quoque à Viro gravissimo Michaelae Angelo de Paulis, Patrio, & Medico olim Pisauensi, nunc verò Pontificæ Aulae in Urbe Physico, & Protomedico Generali; quam postea Civitatem beneficio Serenissimorum Urbini Ducum exiccatis lacunis, perductaque per canalem ad abluendam Urbem perenni aquâ, ab omni ferè damnati aëris censurâ vindictam fuisse, firma traditio est.

IV. Deinde narras, Vir ornatissime, tribus potissimum ab hinc annis, æstivo præsertim tempore, istic defecisse fluxum ejusdem aquæ, quæ ab Isauo deducta per descriptum canalem humiliores Pisauri regiones excurrit, omnesque fordes, eò per multas cloacas confuantes, abstergere, atque abripere solet. Unde fruentibus æstibus fundum ejusdem rivi, quocoria etiam aliasque cadaverosa corpora dejecta cernuntur, cœnosum planè, ac graveolens redditum est. Huic rursus infortunio duo alia accessisse perscribis, orta nimirum ex facili alluvione istius annis, qui, non tantum ex inferna civitatis parte, subterraneas multarum Aedium cellas implevit, sed paludes quasdam propè mœnia, ac versùs mare, nondum exiccatas, reliquit. Cognoscimus insuper tuis ex literis, vias ferè omnes non cœno solum turpes, & immundissimas adspectu, sed quasi pestilentes evasisse teterrimo corruptarum aquarum odore, illarum præsertim, quæ ab extracto, netoque serico cum bombycibus computrescunt.

V. An non deducendum modò videtur, Pisaurum, florentissimam alioqui nostro ævo Italiae Urbem, paulatim ad antiquam, vitiatique aëris luem istem stagnantium aquarum de causis tacitè recasuram; nisi Divino propemodum consilio Sanctissimus CLEMENS XI. inter tot tantosque Sacri Regiminis labores, ac sollicitudines, vestræ curam civitatis amanissimè suscepisset.

VI. Sed quid hæc confector, & colligo, quasi verò brevi, ac jejunâ oratione complecti possim quæ Pisauentis Magistratus, nè qua intercipiat oblivio, tum in publica Acta mittenda, tum incidenda in ære cogitabit? Ad ea nunc venio, quæ ad sapientem Medicum pertinent; scilicet ad rimandam naturam, causamque febrium communiter istic sævientium.

VII. Ad ideam porrò istarum febrium quod spectat, non admodum laboramus, castrenses nè, perniciosæ, an pestilentes vocari debeant, quippe qui de nominibus minimè solliciti

soliciti in res ipsas inquirimus. Illud utique, quod te non præterit, maximè advertendum arbitramur, nimirum febres illas verminosas, ac sæpe mortiferas esse, contagione in assidentes migrare, atque in omnibus plus minus similes observari.

VIII. Quoniam verò communes, similescque febres communibus, similibusque causis inducuntur; profecto principis causa in aërem, noxiis immunditiarum, palustrumque aquarum effluviis inquinatum, referenda esse mihi videtur. Non enim ulla res plebeios æquè, divites, ac nobiles afficit, præter aërem, quem divinus *Cœlis Spiritum* appellat, atque reum patratæ ubivis epidemice per hæc verba convincit: *Communis febris propterea omnibus accidit, quòd eandem spiritum omnes attrahunt, fitque, ut simili corpori similes spiritus, similiter permixti, similes gignant febres; quam sententiam repetit ad exclusionem Diætæ lib. de nat. homin.*

IX. Neque sanè inficias imus, venalem panem, graveolenti aqua conglutinatum, frustisque pravor, qui in foris illis prostant (ut sulphur ignem,) communem febrem apud inopes potissimum proripuisse. Solent enim hæc multo tum quoque vermium ovula in corpus nostrum ingerere. Sed hæc inter Principes vestrorum malorum causas minimè recensenda putamus. Etenim illhæc epidemia non in omnes aequaliter *Pisuri* habitatores, sed rarè in *Civis* illos, qui superiorem partem, quam qui inferiorem incolunt, vaga est: quanquam pauperes eodem pane, illemque fructibus ubique, & universè vescantur. Accedit, quòd popularis morbus, non solum lævit in eos, qui durior victitant, sed etiam in *Paritios*, qui in omni rerum ubertate viventes, optimo probabiliter pane uti solent, quos inter duos, alterum ex *Oliveria*, alterum ex *Andizia* familia, amicos utpote nostros, è vivis illic creptos graviter in præsentia dolemus.

X. Similiter *Austri*, licet noxia interdum morborum semina crebriori flamine aliunde soleant convehere (quod vestra ab epidemia non alienum censo) plerumque tamen, cum solo impetu flant, *visum* tantummodo, atque *auditum* habent, cæteraque exigua mala hominibus afferunt, que in *Aph.* recensuit Hippocrates, non verò hujus generis febres inducunt, nisi cum stagnantes aquas, mortuorum corpora, aliasque immunditias alicubi invenerint, quibus se immiscant, illicque copiam, quam comportant salium, ac sulphuris, ad putorem materiam addunt, motumque impertiantur. Palustres igitur aquæ cum tot, tantisque sordibus, quæ infernam potissimum *Pisuri* partem (præsentis epidemice *thaurum*) occupant, verè ac principales causæ aërii istius inquinamenti erunt asserentæ.

XI. At enim verò nec novum, nec rarum est calidis præter in tempestatibus malignos halitus ex palustribus aquis in hominum perniciem jugiter effluere; cum nihil apud præcos Auctores frequentius occurrat, quam monitum, nè quis juxta paludes vel ferat, vel ædificet.

XII. Sed hæc vulgiora forè tibi videbuntur, quam, ut mereri possint longiori disertatione tractari. Sedulo igitur nonnulli tecum agitato, quæ cæceniens vulgus non videt. Tria verò hujus generis maximè utilia arbitramur inquirentibus rationes malorum, quæ è noxiis paludum effluviis proficiuntur.

XIII. Primò, cujusnam indolis ac mixtionis sint effluvia, quæ ex aquis stagnantibus, aliisque corporibus simul corruptis ætate potissimum partim assurgunt, partim urgenat in aërem?

XIV. Secundò, qua via ejusmodi particulae in accolarum corpora insulant, ac peneant?

XV. Tandem, quomodo castrenses febres unà cum tot tantisque symptomatibus inducant?

XVI. Non est dubium (ut à priori ordiamur quæsitò), accedente propè ad nostrum hemisphaerium sole, suisque radus validius nos verberante, cœnolis aquas intestino motu agitatum iri, multaque is permixta corpora ad putrescendum, aut ad vitam proferendam propensa, submoveri, effluviaque de se emittere mixtoformia; quorum pauci naturam, ac discrimina noverint. Enimverò experimento nobis constat, à palustribus, aliisque ex aqueo humido corruptis corporibus, duo præ cæteris exhalationum genera, per vim solaris ignis, ac ventorum in circumfusum aërem effari. Alterum quidem est congeries inorganicarum, atque inanimatarum particularum impuri sulphuris, salumque lixivio acrum, ac volatilibus, aliarumque exoticarum, quæ aqueis halibus crassè obvoluta ingraturum etiam naribus empyreuma propinant. Alterum verò effluviarum genus constat multitudine vermiculorum, atque ovularum, quæ animatum quasi agmen instruunt in aëre, de quibus fusè egimus lib. I. part. I. cap. 16. & sequen.

XVII. Hujusmodi insecta, eorumque femina, tametsi nonnullis ex recentioribus propè lætant, in acutos tamen Præcorum oculos evidenter incurrisse testes sunt *M. Varro*, & *Columella*, qui vicinam paludem æstivis caloribus, idcirco noxiam arbitrati fuerunt, quod indè *vermium examina, infestu aculeis armata, in proximos habitatores insiliant, caecosque morbos* (nempe difficilis tum cognitionis, tum curationis) producant.

XVIII. De viis equidem, per quas è utroque effluviarum genere inquinatus in humana corpora penetret, paucis nunc apud Te Doctissimum *Varum* arbitror sufficere, utpote cui satis innotuerit ex *Hippocratis* libris, sed magis adhuc ex viventium *Anatome*, quæ tot præcipue meatus in nos aërem ingerere; primò cuius spiracula; deinde quæ ex naribus auribusque intrà cranium desiliunt foramina; tertò naribus, atque os in pulmonis usque connat; postreò ex istis oñibus per pharyngem, sive celo hægum, in ventriculum, & intestina apertum tubum.

XIX. Porò ejusmodi meatus, si nihil obstitit, sordido aëri obstruèti esse non possunt, qui salubri semper patescunt. Illud tantummodo, me judice, in dubium venit, an omnes hujusmodi viæ reclusæ sint omnibus aëris inquinamentis. Ego enim in eam sententiam adhaeror, ut credam, inorganica, atque inanimata paludum effluvia per singulos cor oris hiatus, si nullum adsit impedimentum, subrepere posse; secus a que organica per oesophagum duntaxat in ventriculum, atque intestina cum cibis, saliva, & potibus descendere, vel saltem non nisi in locis aptum nidum fovendis nutriendisque lumbricis invenire. Nam hujusmodi vermes, quemadmodum ab *Ægris*, qui à castrensis febribus correpti sunt, plerumque per vomitum, ac per se ipsum deturbantur; ita semper eorum in cadaveribus non magni solum, sed adedè arvi, ut vix cerni possint, in ventriculo, etiam, atque intestinis confertissimi deprehenduntur.

XX. Tandem quomodo hujusmodi effluvia

Hhh 4

castrenses

castrenses febres tot tantisque symptomatibus. stipatas inducant, facillimum erit summam cognoscere, si spectemus fœdam istam sordium, ac vermium in aëre locietatem eos graves, & periculosos morbos nostris in corporibus conjungere, quos discretos, ac separatos modò à solis vermibus, modò à nudo, inanisque pravorum humorum apparatu passim produci animadvertimus.

XXI. Sed rogo nunc, Vir optime, animum intendas, ut distinctè ac particulatim cognoscas, palustria inquinamenta adversari partibus penè omnibus humanæ machinæ, non solum fluidis, salivæ primùm, deinde fermentis primæ digestionis, mox chylo, lymphæ, ac sanguini, tandemque succo nerveo: verùm etiam solidis membris, quæ majoris usus dicuntur, ac potissimum ventriculo, & intestinis; cordi, & appensis sanguiferis; necnon cerebro, ac nervis ipsis. Nam in febribus, quas ejusmodi atmospheræ labes gignit, ab ore usque ad peripheriam corporis, tam liquida, quam solida afficiuntur ac labefaciuntur, ut nulli dubium esse possit, quin æstivo tempore, ubi palus ac cœnosa tellus proxima est, incolarum corporibus paulatim noxa iaducatur, in fluidis quidem per turbationem motus, & mixtionis, cui mox multarum particularum coagulatio, multarum fusio, ac demum utrarumque corruptio, ut vocant, conjungitur; in solidis verò propter fibrarum, villorum, vasorum, oscillorumque irritationes, spasmos, ac erosiones, à quibus, si tandem aut valida obstructio, aut pertinax compressio, aut immedicabilis necrosis inducatur, Ægrotantes decedunt. Nos enim, cum singula hæc peculiari libro rimati simus, nostrâ hoc tempore referre maximè putamus, ut, si quid Tu meliùs fueris philosophatus, nobis, Vir doctissime, commentaria in lucem daturis uberiori fœnore suggeras.

XXII. Verùm de iis hucusque plus fortè, quam simplicis epistolæ, vel consultationis ratio postulat. Nunc quid de harum febrium prognosi, ac medelâ dicendum, paucis accipe. Miramur profectò, castrensem febrem mihi vobiscum egisse, quam apud nos, aliosque consueverit. Nam plerunque, ubi pedem figit, in magnam partem eorum, quos corripit, stragem exercet. Hunc autem felicem præ aliis vestræ epidemiæ exitum duabus potissimum deberi causis sum arbitratus, quarum altera ab Adriatici litoris ingenio pendere mihi videtur, utpote quod exoticorum salium venis minus fortè, quam Tyrrenum ferax, resides, ac putrescentes aquas non adeò veneficâ mixtione (unde extremam illam lædendi vim utraq; effluviarum genera accipiunt) imbuit, insicitque. Alteram verò petendam censemus à prudenti, tutaque methodo, quâ vos ægris vestris mederi hæctenas studuistis; dici enim vix potest, quantum hujusmodi ægrotantes à turbatâ, tumultuosâque magnorum remedium administratione vexentur, franganturque eorum vires, sine quibus nulla unquam spes salutis affulget.

XXIII. Nec sanè mirum alicui videri debet, per æstatis initia, erumpente primùm cœnosis palustribusque è locis crudo solùm, ac sine vermibus phlegmate, tertianas vel simplices, vel duplices, utrasque tamen benignas, istic exortas fuisse; mox verò ingravescente æstu, magisque fermentatis sordibus, deterioribusque id-

circo sursum elatis effluviis, ac potissimum insectorum phalangibus, perniciosas omnino, ac pestilentes ortum habuisse, quæ quidem, ut iisdem assidue valentibus, ascendentibusque exhalationibus ad medium usque autumnum, nihil elapso apud vos anno remittentibus symptomatibus, protractæ sunt; ita certè ubique locorum, quò celerius post æquinoctium copiosi imbres cadunt, ventique ab australibus in septentrionales commutati brumam inducunt, eò citius mitescere, atque in chronicos ideò facile converti solent; quia aëris labes (elutâ cœni perniciæ, occisisque vermibus) simplicem lentorem induit, qui nostris liquidis nudas compedes injicit, quibus pertinaces obstructiones chronicorum malorum radices facile cumulantur.

XXIV. At verò quid longiùs ea tecum commemoro, quæ diuturni doloris causæ fuerunt? Tibi potius atque Universo Pisaurensi populo magnoperè lætor, quippe cui PONTIFEX, verè CLEMENS, ita, dum hæc scribo, opportunè providit, ut primùm jussit vindicari à putore panem; deinde, nullis aut consiliis, aut sumptibus parcens, per Civitatis canalem juges aquas reduci, quæ sordes omnes, atque immunditias viarum, & cloacarum, illuc confluentium, brevi absterferint, & vel ante æquinoctium, quod mirandum erit, communem morbum demerferint ac suffocaverint. Nec dubito, quin, dum ipse Pisauro vehementer gratulor, Pisaurenses etiam in spem certissimam possim adducere, fore, ut per summum CLEMENTIS XI. beneficium, mutato inferiùs extra mœnia alveo torrentis, qui sæpe superbit, atque in Urbem exundat; exiccatis juxta maris latus stagnis, elevatoque Isauri ad portum aggere, per quem facilis in vicinos campos ejusdem fluminis alluvio contingit, posthac perpetuâ cœli salubritate sint gavisuri.

XXV. De curatione verò istarum febrium postremo loco dicturus, sanè duplicem, præservativam nempe, & curativam expendam susciperem, nisi de prioris methodo, te planè silente, nos aliàs fusè disseruissemus. Posterioris itaque rationes facile assequemur, si trifariam secundum triplicem malorum, quæ hisce in casibus contingunt, indolem dividerimus. Etenim, cum hujusmodi epidemici morbi, ut supra tetigimus, se prodere soleant, primo loco, specie febrium tertianarum, ut aiunt, benignarum, circa æstatis initia (neque enim synocharum meminisse oportet, quippe quas natura tempore, ac diætâ appositè curat) secundo medio æstu, ac principio autumnii, castrensi, ac pestilentium; Tandem sub autumnii finem, ac per totam quandoque hyemem chronicarum, earumque in quartanas, ac dysenterias maximè desinentium; nemo certè eadem methodo universos morbos tractabit, cum non eadem omnium, sed diversa singulorum sit causa.

XXVI. Et quidem benignis tertianis compendio non minus, quam feliciter medebimur, si animo perpendamus, eorundem fermentum communi fluidorum massæ nondum esse permixtum, nec malignis adhuc vermibus sociatum; sed ab hypochondriis in sanguinem, & nervos certis dierum horis traduci. Hoc itaque fermentum partim à primis viis extra corpus suaviter derivandum erit, partim specificis ita corrigendum, nè turbas deinceps in sanguiferis

sanguiferis concitet. Utramque verò paginam, ut puto, implebimus, si, post habitam omnimissione sanguinis, quæ plerumque istiusmodi febres continuas, ac interdum mali etiam moris reddit, blandum lenias, scilicet Aquam, vulgò Angelicam, aut Electuarium lenitivum cum sale tartari fixo, & oc. canc. præp. ante tertium diem, si fieri potest, Ægrotis nostris propinaverimus. Deinde, nè fermentum febrile multiplicetur, ipsomet purgationis die, ubi adversperascere incipit, utamur pulveris Chinæ chinæ scrup. 2. cum scrup. 1. conf. de Alchermes, eamque postea chinam ter singulis diebus usque ad duodecimum, vel decimum quartum diem repetamus, eo tamen consilio, ut bis in hebdomade rhabbari electi drach. 1. vel saltem scrup. 2. semper eidem chinæ admisceantur. Hanc verò mixtionem rhabbari cum china ipse ego apud Italos xx. circiter ab hinc annis primus ausus sum, prosperamque hisce in casibus expertus fui, felicemque exitum cum aliis per epistolas communicavi. Cum enim tunc temporis cogitarem, undenam febris, quæ exhibitio ex veteri consuetudine Peruviano cortice extincta quidem visa fuerat, interdum dulci, acido proinato medicamine, tam facile caput effret, ægroque, pejus interdum reversa, quam primo incursum tractaret; subiit profectò animum, posse usum solius chinæ chinæ, nullo interjecto purgante, vivum ignem doloso cineri supponere; posse itidem acidum, aut dulce pharmacum amaræ vim chinæ admodum infringere, ac labefactare; quare fermentum utroque modo nervos suos rursus intenderet. Itaque per id temporis nos optimè de nostris ægrotis meritos putavimus, si conjungendo chinam cum rhabbaro à præstantissimo, quale ipsa china est, medicamento, omnem censuram tolleremus; & quidem voti compotes facti fuimus. Rhabbarum enim quatenus est amarum, amarum hujus febris vim non solum non infrigit, sed auget; quatenus verò benignè abstergit, & purgat, opponitur austeræ ejusdem chinæ virtuti, propter quam minimo negotio glandularum oscilla coarctantur, intusque febrile fermentum non raro concludunt, ac retinent. Rhabbarum contra, ex glandulis, quæ suis excretoriis canalibus in stomachi, intestinorumque cavitates hiant, sepulta, ac denuo pullulatura febrium semina facilis eruit, delet, & fugat. Itaque hujusmodi Ægri, nè recidivas incurrant, oportet, ut diligenter caveant à dulcibus, & acidis tam in potu, quam in cibo per quadraginta saltem dies: frustra siquidem amarum adversus acidum pugnatum esset, si, novis infusis acidis, eorundem vis, atque potentia denuo excitaretur.

XXVII. Sed, in multo jam difficiliorem Castrensi febrium curandi rationem descendentes, aperte fatemur, nihil Tibi, Vir optime, opus esse, ut consilia à nobis exquisiras, utpote qui rem hanc, vertente iterum anno, tam prudenter, ac feliciter istuc gesseris. Nos igitur argumentum per summa tantum capita tecum agnabimus, tum nè noctuas (ut in adagio est) Athenas feramus, tum nè crambem, quam semel in libris nostris coximus, modò cum nausea recoquamus.

XXVIII. At enim verò illud nunquam satis admonendum inculcandumque arbitramur, cum ægris ita agendum esse, ut nihil eorum, quæ tuta, ac necessaria sunt, omittamus; ni-

hil secus, quod dubium, periculosumque sit, admittamus, salutaris illius moniti perpetuò memores, quo divinus Senex Medicos non multa, sed opportuna facientes voluit laudandos. Atque hinc sæpe mecum æstimavi, quanto plures ex ea hominum multitudine, quæ cæteroque gravibus à morbis vindicari potuisset, anceps remedium occiderit, quam ipsa temeritas servaverit; versâ verò vice, quam multos à Medicis quasi desperatos sola natura aut lenibus adhibitis pharmacis, aut secretis duntaxat suis conatibus statim, aut sensim juverit; etiam cum agryta per caniculos ad ægroti cubiculum penetraverit. Etenim quilibet circumforaneus, si solers fuerit, nil præter verba, aut non entia chymica (sortes suas ab ipso casu fraudulenter expectans) vendere consuevit. Natura enim, si blandis ac tempestivis medicamentis juvetur, propriis quæ fluidorum, quæ solidorum viribus deleterias particulas validè subigit, easque per cutis spiracula, per cæterarum glandularum filtra, & quod in malignis morbis frequenter accidit, non tantum per obvias, & consuetas, quantum per novas quoque vias, scilicet per abscessus, ac decubitus, cujusmodi sunt parotides, tubercula, vesicantium ulcera, cum levamine pellit, atque extrudit. Idcirco ipse ego, si quando vehementer ægrotarem, præclaram mihi fortunam putarem obtigisse, si in Medici manus inciderem, docti quidem, sed cautiore; omnia nimirum, nè graviter erraret, maturè circumspicientis: contra verò magnum arbitrarer, maloque ipso fortè deterius infortunium ab eo Clinico curari, qui (proh dolor!) scientiam, atque industriam Artis credi vellet, nunquam à medicamentis ferriari, seu, quod idem est, assiduum, & perenne bellum naturæ non indicere solum sed facere.

XXIX. At curationem igitur castrensi febrium, quod attinet; quanquam fateor, illam, quam Tu, Vir Clarissime, apud Pisfaurenses instituisti, hoc maxime probandam esse, quod pauci ex tuis ægrotantibus è vivis sublatis fuerint, nihilominus tamen neque molestum, neque inutile Tibi futurum censemus; si, dum tuam laudibus prosequimur, nostram non absumilem methodum flagitanti tibi libenter deprompserimus. Licet verò probè sciam, medendi rationem non eandem ubique locorum, eodem quantumvis in morbo, esse debere: differre namque pro natura regionum genera Medicina, scripsit Celsus, ut aliud opus sit Roma, aliud in Ægypto, aliud in Gallia: me tamen non latet, cum optimum esse Medicum, qui à certis, atque exploratis signis sua cuique præsidia petit, eaque ad singulos ægros sapienter accommodat. Multum enim interest, ut Hippocrates primus factus est, inter corpus & corpus; inter naturam & naturam.

XXX. In primis autem Natclerus Medicus, ut Hippocraticâ phrasi utamur, hujus tam procellosæ vim febris deflexurus ad Ægroti lectum, tanquam ad clavum sine pyxis de certè sederet, nisi animo præciperet quid sibi secundum veras indicationes agendum esset. Indicationes verò generatim sumptæ non sunt eadem, neque in omni ægrotante, neque in omni ægrotationis tempore: etenim principio hujusce febris id propositum esse videtur, quam citissimè, primo scilicet die, si fieri potest, vel saltem secundo, suaviter abstergendi ab hypochondriis partem aërii inquinamenti, quod tam

in vasa traduci, quàm morâ ipsâ (urget enim vermium seminarium) multiplicari, ac deterius fieri solet; cavendo semper ab acribus. Mox verò quidquid reliquum est morbidi fermenti, quod tum à chylo, & lymphâ in sanguinem, tum per recensitas cranii vias in cerebrum, ac per pulmonum, & galaxiæ semitas exceptum fuit, partim corrigendi, solvendi, ac volatilizandi, partim etiam aliò derivandi, ad loca tamen minoris usus, nè in membra majoris lethaliter deumbat.

XXXI. Quodd si autem accidat, ut Medicus non nisi in statu morbi ægrum suum possit invisere; tunc certè prudenter se geret, si, curatis, quantum in se fuerit, symptomatibus, ac revulsis à partibus majoris usus pravis humoribus, ipsi naturæ cardiacis, & specificis subveniat.

XXXII. Celebre est monitum Hippocratis, quod in utrumque, opportunum scilicet, vel serum visitationis tempus ad amissim quadrare videtur. *Ægros, inquit, considerare oportet statim in constitutionis morborum principio, qua ve opus habeant, & quales sint, ut pharmaco purgentur, aut ut aliud quid, quodcumque tandem volueris, exhibeas. Si verò omisso principio, ad finem jam vergente morbo exhibueris, in desperato jam corpore forte quiddam præbere veritus, periculum est, nè magis delinquas, quàm successum consequaris.*

XXXIII. Itaque si primo, vel secundo die ad ægros accersamur, tunc quidem, quum turgens pravorum humorum colluvies occurrat in primis viis (rarò autem non occurrit,) nec dum latè fermentata sint ipsius aëris purgantia, vermiumque semina subsideant, profectò juvabit blandum emeticum, aut laxativum; emeticum certè, si ægrotus à coena gravis, & facilis ad vomitum surrexerit. Hoc in robustioribus ex Tartaro etiam, vel vino emetico parari poterit: securius tamen in debilioribus concinnabitur ex olei amygdal, dulcium recenter tracti unc. 4. & aquæ theriacalis unc. 2. cum jure pingui tepido. Quodd si Ægrotus minùs ad vomendum sit proclivis, tunc simplex laxativum ex drach. 4. elect. lenit. (quod non video, cur blandum alioqui medicamentum, insignis quidam Author criminetur) cum drach. 3. pulv. tamarind. nec non pulv. corallinæ, semin. santon. & oculorum cancrorum ana scrup. 1. ad omnem denique cautionem malaxatâ mixturâ cum ol. amygd. rec. Tempestiva enim alvinarum sordium subductio hisce in casibus saluberrima est, non solum quia partem detrahit maligni fermenti cum aëre, cibo, ac potu nuper ingestis; quodd si statim, non removeatur, evadit deterius, atque in vasa transductum, longè magis est nociturum; verùm etiam quia præcavere potest lethalem diarrhœam ex commixtione earundem sordium cum vermibus, ac multiplicibus massæ sanguinæ particulis oriri consuetam; quæ sanguinis partes circa febris augmentum symptomatice solvi, fundique solent. Unde providentissimè Pet. à Castro suos per hæc verba discipulos admonebat: *Obstate principiis secundum exigentiam, ante quartam evacuate: sic quanquam in progressu morbi eveniant symptomata, mitiora erunt, ac superata facilliora.*

XXXIV. Secus autem si post quartam diem ad ægrotum accesseris, solis clysteribus utendum tibi esse suadebit adaucta jam in humoribus fermentatio, per quam liquida secundaria copiosius compinguntur, & abscedunt à sanguine, ac plerunque per intestina symptomatico mo-

tu funduntur; quem sanè motum tantum abest, ut promoverè oporteat, ut potius impetu reflexo per diaphoretica, pægorica, ac subadstringentia à centro ad circumferentiam plerunque temperare conducat, atque compescere.

XXXV. Dubitatio est, ac non levis inter Medicos controversia, utrum vena sub initium hujus morbi scienda sit. Equidem cum hic agamus de pestilentibus febribus ab extrinseco aëreo principio conceptis, rarò sanguinem, ac non sine magna cum præmeditatione phlebotomia movendum esse arbitror; quia scilicet causa introrsum magis, atque ad præcordia ducitur: propterea experimentis edoctus scripsit Fracastorius, plerosque, quibus sua ætate in ejusmodi febribus detractus fuit sanguis, paulò post aut obiisse, aut in deterius lapsos. Quid verò progressu morbi, aut de cucurbitulis scarificatis, aut de jugularium venarum sectione statuendum sit, proximè dicemus.

XXXVI. Utique solers Clinicus, tam scilicet initio morbi, quàm in augmento advocatus, ad febrifuga diaphoretica, & vermicidia (novo sit verbo venia) animum statim convertere debet. Hæc autem aptè constanter ex drach. 2. chin. ch. gut. 6. ol. Matth. & gr. 1. camphoræ, bis etiam in die repetendis: illud siquidem Medici perpetuò spectare debent, cuique morbo, præsertim populariter vaganti, applicare specifica; quæ, cum simplicia non temper naturâ, vel usu occurrant, suo Marte diuternâ, sedulaque praxi subactus compinget, & conglutinabit. In febribus verò à malignis paludum effluviis, ac potissimum in iis, quæ tertianæ perniciosæ typum, modumque servant (servant verò plerunque) nihil certius, aptiusque alexipharmacum, post blandam primarum viarum lenitionem, à nobis Romæ inventum, deprehensumque est, præfatâ missione corticis chinæ, atque olei Matthioli, quæ, dum cætera medicamenta pravorum humorum copiam diminuunt, aut quaquaversum expellunt, ipsa deleteriam, ac veneficam vim corrigit, vermesque potissimum enecat.

XXXVII. Et quoniam aëris inquinamenta præcipiti motu etiam propter copiam sæpe sæpius feruntur in partes majoris usus, ibique irritatione, & concretionem firmiter hærent, idcirco quàm ocyssimè adhibenda sunt vesicantia tum cruribus, & brachiis, tum etiam cervici, præsertim si ægri sopore graventur. Dici enim vix potest, quanta sit hisce in casibus utilitas, quæ sicut ab hujus fonte remediis, quod agit tum quia nervorum, ac membranarum retia stimulat, unde pressiones liquidorum augentur, indeque eorundem contactus non rarò mutantur in melius; tum vel maximè quodd cantharidum fermentum, quo tempore intrâ vasa coherentes lymphæ particulas solvit, ac per urinæ vias deturbat; simul etiam per loca emissariorum, quæ in cute aperuit, extra corpus derivat.

XXXVIII. Enim verò dum hæc aguntur, providendum maximè erit, nè sales exotici, deficiente potissimum aëreo fluido, propter exiccantem febris vim, ætate præsertim, cum nativo sanguinis sulphure concreverint; ideo frequenter in die propinari debent largæ portiones nunc ex aquis stillatitiis fontis cardi. sancti, rutæ caprar. scorzonæræ, ac similia-

cum

cum pulver. cardiacis; nunc ex jure pullæ galinaceæ junioris incoctis rad. contrayervæ, scorzonerae, sem. card. sanct. & fol. fonch. contusis, nunc etiam, si urgeant vigiliae, & summa linguæ asperitas, ex mulis sem. mel. amygd. dulc. & card. sanct. cum prædictis aquis, vel Nuceria, quibus sanè aliquid semper ex Diacord. Fracast. & confect. de Hyacint. cum C. C. phil. Lapid. Bezoar. sibiio diaph. & nitro fixo, in formam condai præparatum præmittere, vel admiscere conveniet.

XXXIX. Sed cum nunquam ejusmodi ægris magis metuendum sit, quam cum in statu morbi vel translatio humoris in caput, vel ejusdem copiosa per sedem colliquatio, vel tandem immodica, & citra ullum levamen, sudoris eruptio fieri contingat: Igitur singulis hisce casibus profpicere quam diligentissimè oportebit.

XL. Etenim si primum accidat, nulli dubium est, quin malum omen portendat ægris; quoniam id plerumque fit propter furentem humoris motum ex emergentibus, solusque quibusdam in sanguine particulis specie levioribus, quæ cæteras alis quasi suis per arterias carotides evehendo, cerebrum, ac nervos ita irritant, atque implent, ut non modò doloris, ac delirium, sed convulsiones quoque, soporem, ac denique apoplexiæ speciem gignant. In hoc autem casu unica sanè spes est, si, dum per vesicantis ad occiput emissarum noxiæ particulæ paulatim abscendant, superflues in sanguine, & nervis mitescant, ac cicurentur Bezoarico potissimum Joviali, vel Auto daphoretico cum Diacordio Fracastorii. In celebri nostro S. Spiritus Nosocomio etiam sectio venarum jugularium hisce Ægris gravi sopore detentis aliquando mirabiliter profuit, præsertim si pulsus validus fuerit, & artus calidi. Similiter in spem aliquam erigi potest Medicus, cum propter inductam vividiorum circumpressionem in Ægrotantis meningibus totoque genere villorum, qui illius caput, & collum constituunt, repente viderit extrusos, ac veluti sequestro positos eosdem pravos humores circa loca parotidum. Sed hic adeò fallax, & periculi plenus est abcessus, ut sepe inde mortis discrimen impendeat, unde salus ægris sperabatur. Quare in eam sententiam tecum descendendo (quamquam id Romæ usu venire non viderimus) ut quam citissimè illius humoris motus ac transpiratio promoveatur, quod (nullâ expectatâ, quæ raro in pestilentibus constitutionibus opportunè accidit, coctione) statim, si vires ferant, promovebitur ex Riverii Consilio per sectionem saphenæ, aut salvatellæ; sin minus scarificatis ad scapulas, & respondentem humerum, ac brachium cucurbitulis, admotaque unctione cum oleo cheirino, chamæmelino, & Matthioli, vel consimili demulcente, ac dissolvente topico.

XLI. Si verò urgeat diarrhoea, hæc quidem raro, hisce in casibus à vitæ discrimine abesse solet, non solum quia universam sanguinis massam fluidioribus partibus privat; quare eadem ad concrendum paratior est; sed etiam quia interitum in malignam dysenteriam convertitur, vermium scilicet morfu, & acrum fluidorum interceptione apud intestina coëuntibus. In hoc quidem casu, etiam si valida adstringentia usurpati non debeant, utpote quæ venenum, nondum cicuratum sanguini remiserent; attamen adhibenda veniunt, acridinem demulcentia, & quæ ab imo ventre ad peripheriam diverunt, cujusmodi sunt mitissima opiata diaphoretica

ac testaceis permixta: Itaque elypteres sint ex ol. amygd. dulcium nov. tract. cum decoct. omenti vervecis, & guttis aliquot ol. Matth. vel drach. i. Discordii, ac consimilibus. Per os itidem subacida, ubi immanis fervor urget, alexipharmacia sunt admiscenda ex succo vel granatorum, & citri, vel fonchi in jure cum gran. falsi absinth. Conferunt similiter gelatin. C. C. & mixtura lapid. pretiosorum, qui cum crystallo duriores sint, fragiles per se erodentium felium angulos comminuant, atque confingunt: quo fit, ut in venenis corrosivis atopere commendentur. Juvat quoque memoratum Diacordium, quod à celeberrimo Fracastorio ad coercenda seminaria pestilentium febrium inventum fuit; cæteraque diaphoretica utilia sunt, quippe quæ symptomatum fermenti motum à centro ad circumferentiam diverunt, simulque deleteriam indolem mulcent. Sunt qui, quoties urget dysenteria, ad ol. amygd. cui guttul. ol. Matth. ipse admiscere soleo, etiam per superiora exhibendum confugiunt, & magni faciunt, tanquam expertum dysenteriarum antidotum.

XLII. Sudores tandem colliquativi, ac syncopici, præsertim si pulvis parvos, atque inæquales comites habeant, lethales esse consueverunt; indicant enim sanguinis massam à sua crasi jectatam in copiosum serum faceffere, quod ex universis venarum sinibus partim convulsis, nec reducere sanguinem potentibus, partim nimium laxatis exprimitur, atque excidit; cui sanè symptomati nullum tutius obstitit remedium, quam quod ærëum mialma, tam diri mali authorem, imbibit, cicurat, & coërcet. Hoc autem pro viribus facit indicata china ch. cum ol. Matthioli, & terra sigill. Potiones similiter aquarum destillatarum, gelat. C. C. parata cum aqu. papav. rhœad. atque hujus generis alia: præsertim verò vinum cum Theriaca, quam veluti specificum pharmacum in Pisurenribus Febris inter alia proposuit celeberrimus Hercules Saxonia.

XLIII. Sed hæc ad te rerum illarum scientissimum verbosiora forte videri possent, nisi me, meaque tam benevolè exciperes. Pauca nunc supersunt de curatione chronicarum affectionum, quæ autumnis sine, & decursu hyemis apud palustrium locorum incolas, vel ægre revalescentes, vel lentè decumbentes observari solent.

XLIV. Sunt verò mala hæc secundum varia corporum temperamenta, in aliis tertianæ nothæ, in aliis quartanæ, in nonnullis contumaces dysenteriae. Si de tertianis, quartanisve sermo sit, usu compertum habemus has facile cedere primùm emetico antimonioli, mox verò decoctionibus amaris, præsertimque flor. hyperici, aut salvæ, vel pulv. myrrhæ electæ, aut etiam ch. ch. cum intermixto rhabarbaro.

XLV. Ad diuturnas tandem dysenterias optimam experti sumus radicem Ipecacuanhæ, cuius nomen, ac vires ex Occidentali India mirabili sanè nostrorum etiam commodo primus in Europam invexit Guliel. Piso. Neque certè ullum tam facile invenire est præstantius remedium adversus plurimos morbos, ex longa obstructione ortos, atque in primis ad ventris fluxus, qui à veneficis causis dependent, curandos: est autem benignum vomitivum, ac suave subastringens; unde, & ab affectis intestinis revellit, & laxis partibus tonum largitur.

XLVI.

XLVI. Cæterum, si coelum, etsi clemens, ubi morbum fecit, saluberrimo Celsi consilio, mutandum est, præsentissimum certè remedium erit hoc ipsum in morbis longis mutare, cum suapte naturâ morbidum fuerit, atque insalubre.

XLVII. Tu interim da operam, ut quàm citius in publicum commodum, atque in amicorum, præcipuè verò mei solatium convalescas. Quamquam enim Platoni valetudinarius Medicus non improbetur; Hippocratis tamen meminisse magis debemus, qui censet Medicorum incolumitatem argumentum in illis esse scientiæ, ac felicitatis, quò facilius alii se iisdem permittant. Vale. Iterum. Romæ Idib. Septembris MDCCIX.

ARGUMENTUM.

D. Bartholomæus Traversarius gratus agit Auctori pro accepta epistolarum ejusdem Dissertatione, quam summopere laudat: significat epidemiam in summo aestu propter aquam canali restitutam remisisse: Pollicetur ad illius opinionis confirmationem duas observationes à se factas de consimilibus epidemicis febribus.

ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO
DOMINO

JOANNI MARIE LANCISIO
SANCTISSIMI
CLEMENTIS XI.

Intimo Cubiculario, necnon Sapientissimo Archiatro.

HORATIUS BARTHOLOMÆUS TRAVERSARIUS

Obsequentissimus S. P. D.

Doctissimam tuam epistolarem dissertationem Illustrissime, & Clarissime Vir, Pisaurensis epidemiam Annorum MDCCVIII. nuper elapsi, & vertentis MDCCIX. abditam originem, atque indolem, sapienter, atque enucleatè aperientem summâ cum voluptate perlegi. Hanc tam sedulo, & adamussim semioticæ ejusdem narrationi, quam superioribus mensibus ad Te misi, accommodas, ac tanto mentis acumine examinas, ut non tantùm in privatum hujusce Civitatis, sed etiam in totius humani generis commodum, atque adeò communem Litterarii orbis utilitatem sine cunctatione publicam lucem videre mereatur. Coërcita autem est hoc anno (quod miraberis, & gaudebis) castrensis febris decedente ipso Augusto mense, hoc est fervente adhuc aestu, cum jure metuebamus, nè grassantis luis strages usque ad solstitium hyemale produceretur; Coërcita, inquam, est tam felici exitu, ut nè Valetudinarii quidem, aut saltem admodum pauci consuetis chronicis morbis nunc pertinaciter angantur. Tantum profectò beneficium spem nostram longè superans, & communia vota præveniens, providentissimæ Beneficentiæ Sanctissimi Domini Nostri CLEMENTIS XI. debet amoenissima hæc Civitas. Namque statim ac ab expertissimo amico nostro Bordonio

Hydrostata celeberrimo per hujusce Civitatis canalem libera aquarum excursio restituta fuit, majori ex parte retusum est Pisaurensis aeris inquinamentum, ac pristinâ valetudine Cives usi sunt. Dixi majori ex parte; quoniam tunc etiam temporis absoluta fuerunt serica opificia, quæ odore gravi Pisaurensium, ut reor, saluti magno-pere adversabantur. Utinam & in posterum hujusmodi ars longè à Civitate ablegaretur: Urbanum enim aerem à noxiis incoctorum, corruptorumque bombycum miasmatis vindicatum cerneremus. Auguror huic etiam Civitati, fore ut per novum canalem extra moenia construendum fœdus cloacarum latex rectâ ad mare deducatur, quemadmodum laudatus Bordonus monuit, ac spem nobis iniecit; Hinc enim exiccationem Palustrum jam diu prope litus Aquarum futuram confidimus. Sed ut redeam ad elaboratissimam tuam dissertationem, Illustrissime, & Consultissime Vir, tuis obsequentissimus annuo consiliis, tam quod ad indaginem originis, Indolis, morumque transactæ Pisaurensis epidemiam, quàm quod attinet ad ejusdem communium procatarticarum, atque internarum causarum, modique earundem in humani corporis perniciem agendi: nè quid dicam de methodo verè Hippocratica istiusmodi febres curandi. Ad tuæ itaque solidissimæ doctrinæ confirmationem duæ apud me extant epidemicarum consuetudinum observationes; una quidem synochæ putridæ proportionatæ: & altera simplicissimæ tertianæ intermittens, geminæque perniciosissimi moris, quæ multis ab hinc annis grassatæ sunt in Portus Cæsenatici Incolas, primò verò rurales habitatores Terræ Sancti Archangeli, & partis inferioris ejusdem loci, tunc cum Clinici munus enunciatis in oppidis exercebam, quas certè (modò sublimiores tuæ curæ permittant, nec mea hic negotia pressius detineant) communicare Tibi audebo: & cum faciliè exorari soleas, me amare perge, diuque vive, & Vale.

Datum Pisauri Idibus Decembris 1709.

C A P. VII. *Improbatur à quodam Anonymo China china usus in febribus Pisauri epidemicè grassantibus, cujus epistola ab Etrusco in Latinum conversa huc traducitur.*

UT semper illos Medicos laudaverim, qui cum hominum valetudinem tueri, ac quoad fieri potest, in longum producere debeant, id maximè secundum Magni Hippocratis consilia, & ipsi per se cavent, & aliis cavendum proponunt, nè quidquam in malorum curationibus moliantur, quod ægrorum vitæ, aut saluti quoquomodo adversetur. Clinicus enim satis præstitit, si, cum juvare nequit, saltem non læserit: ita profectò dicaces quosdam obtrectatores ferre non possum, qui malevolentia potius, vel invidia, quàm veritatis studio æstuantes, aliorum facta tametsi præclara, & curationes optimâ methodo institutas insectantur, & carpunt. In horum porro censum, ut arbitror, venit quidam Medicus; cujus hic nomini parcimus, qui nec præsens, nec prudens; scilicet, neque visis Pisaurensibus Ægrotis, neque auditâ Poltrati relatione sequentem ad Amicum suum criticam epistolam dedit, quam

quam nos, ut operi nostro congrueret, ab Etrusco in Latinum fideliter vertendam curavimus; & quidem eò libentius, quòd luculenta, & omnibus numeris absoluta apologetica responsio per D. Bartholomeum Traversarium exarata, mihi nuncupata fuit.

Epistola Anonymi ad Amicum:

Utinam aliquando, Amicorum optime, Natura cæteroquin benefica, ad aliquam præcavendam calamitatem, suas opes non patefaceret, nec nimium curiosa hominum mens, ad ipsarum indolem, virtutem, ac robur investigandum, ingenii aciem intenderet. Sic enim plerique mortaliū tranquilliorē agerent vitam: inopinatis ærumnis obnoxiam minus, nec ita facilè mortis tempus ab ipsa natura constitutum anteverterent. Superioribus seculis Medicorum Republica, ut scribit Henricus Tenkius, veterum industriam vicit, invento Cortice Peruviano, quo sanè remedio ad febres non intermittentes solùm, sed continuas etiam fugandas nullum antea præsentius repertum fuerat. Verùm istud tantæ utilitatis acceptum à natura donum, atque arte elaboratum, utinam nostra ætate, exitiale, ac pestiferum infelici hominum generi non evasisset, & cum febres vi suâ extinguendæ forent, vitam potius non extingueret, aut saltem in contumaciores morbos non conjiceret. Id autem haudquaquam ejusdem Corticis vicio, quasi suas vires amisisset, nec ob diversam febrium indolem, aut ob mutata corporum elementa contingit; sed Medicorum imperitiâ, negligentia, qui, dum faciunt epidemiam, ægrotis frequentioribus diligentem dare operam nequeunt. Hinc enim verò nullo studio, nullaque Christiani hominis charitate, febre correptis exhibent citò nimis Peruvianum Corticem; non satis cogitantes, quid inde periculi obvenire possit. Quin etiam in hoc pernicioso instituto perseverant, quanquam videant, ac sensu ipso teneant, Corticem illum non modò febrium radicem non evellere, sed ægros eelerius morti objicere, aut diuturno morbo, insuperabilique; immemores profectò, aut ignari Hippocratis effati: *Judicium difficile, experimentum periculosum.* Nemo porrò de hujusmodi Cortice sermonem fecit, qui non statuat ab eo tamdiu abstinendum, quoad plures dies febris ingruerit, ac nonnisi semel, atque iterum purgato corpore, adhibendum esse. Cui quidem sano, æquissimoque consilio, meâ sententiâ, aliud non minus utile adjiciendum est, ut scilicet Medici advertant animum, ubi terrarum degant, qui febris laborant, & quo utantur vivendi more. Montani siquidem cum ærem subtiliorem hauriant, quo à sanguine lentorem arcant, præsertim si sobrietatem amaverint, facilius, & maturius morbos depellunt; contra verò Maritimi, ut qui Pisaurum incolunt, australibus, falsisque ventis obnoxii, unde fluidorum cursus retardatur in corporibus præcipue edacitati deditis, diuturna febre corripri consueverunt; quippe cujus sit in causa fermentum densam nimis, & contumax. Quamobrem nisi Medici ita animo præoccupati in istud solertes incumbant, ut miti, repetitaque purgatione cruditatis impedimentum auferant, atque obstructions vel omnino removeant, vel imminuant; difficultatis profectò, ac periculi plena erit curatio, quæ solo Peruviani Corticis remedio instituitur. Quanquam & cortex ipse, si illum propinare velint, cum aliquo aut volatili sa-

Tom. II.

le, aut tinctura, aut spiritu necessariò copulari debet, ut stypticam densantemque retundant vim, quæ plerunque, & vix non semper fœdus inicit cum morbi causa. Igitur mirum utique non videatur, si prætermisâ hujusmodi cautione, eaque adhibitâ, quam initio diximus, methodo, Pisauri nonnulli usque à superioribus annis valetudinarii sint, ac spem vix habeant ullam recuperandæ salutis; vel improvisò quoque, ut scribis, occumbant.

II. Quibus equidem Valetudinariis ad pristinum statum breviori via restituendis crederem, nihil utilius esse, nihilque prius perficiendum, quam, ut se ad aliquem montanum locum, Borealibus ventis apertum, conferant, atque ibi corpus diligenter per epierasim purgent, adhibitâ præsertim rhabarbari tincturâ paratâ aquis per balneum Mariæ distillatis è succo taraxaci, cichorei, agrimonie, aliarumque hujusmodi, obstructions dissolventium herbarum, reperitoque per singulas hebdomadas aliquo miti Cathartico, veluti è floribus malorum persicorum saccharo condicis, aut eorumdem syrupo, vel aureo. Quæ sanè remedia viginti, & amplius dies præbeantur. Laudarem quoque dum prandii cœnæque initium sit, elæosaccharum cinnamomi, vel absinthii, julepum cinnamomi; quidpiam elixiris proprietatis Paracelsi; tincturam juniperi, citri cortice temperatam; atque ista quidem, ut depressam, obtusamque ventriculi fermentum coquendis cibis comparatum vires, motumque suum instaureret; hinc autem salubrior chylus evadat, secumque in sanguinem deferat eorumdem medicamentorum virtutem, quò sanguis ipse lætior, vegetiorque fluat. Quòd si adhuc nihilominus non sese à morbi causa expedierint, maximæ foret utilitatis Marte uti diaphoretico, qui cum ligno sassafras, cum rosarum radicibus, ac toris marini floribus ebullierit, idque plures dies crederem propinandum; recreato simul corpore rodicis ambulamunculis. Quæ cum peracta fuerint, tum demum Corticem Peruvianum tutò adhiberem vel in pulverem redactum, vel in bolos divisum; deinde vinum absinthio conditum præcipere, cochlearis mensura sæpius iteratâ portione, quòd vinum aqua chalybeatâ temperetur. In ditioribus verò, vinum excipiat jus incoctis viperina carne, & radicibus chinæ. Infimum ventrem foverem, ungeremque spiritu aliquo volatili; & si quidpiam impedimento esset, nè hujusmodi remedia ad affectam valetudinem restituendam sæpius iterari possent, clysteribus uteret ex pari mole aquæ Testurii, & hordei cum rubro saccharo.

III. Quòd verò attinet ad Pisaurenses Ægrotos qui novo febrium genere, lento scilicet, ac intermittenti corripuntur, ita rem agerem; scilicet stomachica peptica præberem, scilicet syrupum acetosum, salem essentialem absinthii, tartarum vitriolatum, tartarum solubilem; quæ omnia cum aqua theriacali, aut totius citri commisceantur. Eos autem, qui viribus pollent, aut nimia ciborum ingurgitatione premuntur, purgare sex, aut septem granis tartari emetici diligenter præparati, insulso jure dissolutis, aut immixtis conserva florum persicorum. Idque tribus ante cibum horis, ac post horæ intervallum, cyathum juris pariter insulsi hauriendum traderem; quibus omnibus morbosus liquor è stomachi glandulis extrudatur; unde contumax illa febrium causa exoritur, ac perseverat. Quòd cum ita gestum fuerit, manè uncie aliquot exhibeantur succi è soncho, aut è sylvestri cichoreo per arenam per-

lii

colato.

colato, qui vel unâ cum syrupo Altheæ Fernelii, vel è cichorio composito, permisceatur, vel post syrupum propinetur. Antecedat verò tres horas cibum potio hujusmodi, ac per octo, vel decem dies absorbeat, quo tempore, dum vigent paroxysmi, ebibendas traderem aquas è carduo sancto, & ruta capraria, è scorzonera secundum artem distillatas, conspersasque pulvere veri sibi diaphoretici, Lapidis Bezoaris occidentalis, sanguinis hirci præparati; aut guttatim infuso spiritu salis Ammoniaci dulcificato, aut tincturâ contrayervæ. Quibus autem pecunia hisce comparandis remediis non sufficit, tribui decoctum poterit è cervini cornu limatura, vel è bardanæ pulvere. Et quoniam febres istæ intermittunt, modico vino prandentes, meâ sententiâ, uti possunt, ut reficiantur, easque cibo vires addant, quibus illum maximè indigere indicat morbi causa. Post diem decimum quartum leniter alvum purgent; deinde Tincturam Dolei febrifugam hauriant, aut febrifugum Hadriani A Mynsicht; quibus omnibus si febris resistat, tunc Peruviani corticis auxilium implorandum est; siquidem temporibus Medicina nocet; data tempore profunt. Et data non apto tempore vina nocent.

IV. Præcipuè verò à Phlebotomia caveant, nisi illam postulet Pleuritis, aut aliquod molestum symptomata. Tunc pedum aut manuum vena secetur, vel Hæmorrhoides aperiantur.

V. Puto me de re hujusmodi satis scripsisse, & si temporis, cujus angustiis excludor, habeatur ratio, plusquam satis. Cæterum consilium, & facultas mihi sanè fuisset plura proponendi, non ut quemquam docerem, cum neminem docere ausim, quin à quovis doceri cupiam; sed ut morem tibi diligentius gererem, qui familiariter imperasti, ut, quæ mihi tutior, faciliorque videatur, curationem ostendam febrium chronicarum, quæ istic modò defæviunt, & quo pacto citius Aegri, quoad liceat, à morbo convalescere possint; quin etiam ut Apoplexiæ causæ arceantur, quæ frequens adè Pisauri est. Quo quidem mortis genere dum paucis ante diebus correptus est furor quidam, illinc ad nos profectus, cives nostros maximo concussit metu. Utinam verò illorum nemo è patria sua fatum fugiens, huc, aut aliò se conferat, convehatque secum pestiferum hujusce arboris semen. Vale.

Dabam v. Kal. Octob. MDCCX.

CAP. VIII. *Dissertatio Apologetica D. Traversarii ad Illustrissimum Lancisium, in qua ostenditur perutilis china china usus in febribus perniciosis.*

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO
JOANNI MARIE LANCISIO

Archiatro Pontificio,

HORATIUS BARTHOLOMÆUS
TRAVERSARIUS

Meldulensis, Medicus Pisaurensis,

S. P. D.

CUM Tua singularis humanitas, Vir Illustrissime, tum eximia sapientia, quâ in Rebus Medicis ita cunctis præstas, ut meritò nostri sæculi præcipuum ornamentum habearis; tum etiam incorruptum iudicium, quo polles, mihi calcæ addidit, ut hanc ad Te epistolicam dissertationem super Chinæ Chinæ usu in febribus castrensibus, quæ Pisauri grassatæ sunt, iterum darem. Huc etiam accedit quòd suo quodam peculiari jure hujusmodi pertractatio Tibi deberi videatur, qui non modò Peruvianum corticem ritè exhibitum non improbas, verum etiam, ut eo uteretur in posterum auctor mihi fuisti, atque utilissima monita, de recta ipsius exhibendi ratione, addidisti. Ut autem ad hanc descriptionem animum appellerem, èductus sum, quòd Vir eruditus, (utinam etiam ingenuus, atque integer) suo quodam scripto, quòd Tibi etiam mitto, veluti quodam classico nostræ curandi methodo bellum acerrimum indixit, quo adèd accolarum animos commovit, ut præstantissimum hoc remedium non modò aspernerent; verum etiam tanquam à præsentis veneno abhorreant; ac plerique etiam ejusdem ope curati, panico timore acti, ac penè lymphati, residuum medicamenti virus adhuc visceribus inhære, imminetque vitæ perniciem infixam medullis gerere conquerantur. Quamobrem in majus discrimen cives nostræ curæ commissos conjici dolemus, ob hanc animorum pestem fraudulentè ab erudito viro disseminatam, quàm ob aëris virulenta miasmata: Siquidem arma nobis è manibus eripi videmus, quibus febres huc usque defævientes confecimus.

II. Illud autem mirandum, sapientem hunc prudentemque scriptorem, qui tam diligenter aliis consulere studeat, tam malè sibi, ac suæ famæ consuluisse, utpote qui nec morbi causâ, ac naturâ perspectis, nihilque de remediis, quæ adhibuimus, cognoscendis sollicitus, tanquam vates divinitus, atque inopinato exortus ex tripode de ignotis rebus divinando potius, quàm ratiocinando respondeat, ac decernat. Quod Tu, Vir Doctissime, facile noveris, si ejus dissertationem humaniter conferre digneris cum morbi historia, quam describere aggredior:

III. Anno 1709, epidemica febris iisdem signis ac symptomatibus, quibus anno 1708, invaluit, quem-

quemadmodum ad Te aliâ dissertatione perscripsi: fevire iterum cepit paulo post æstivum solstitium usque ad medium Septembrem; quo tempore penitus fuit extincta, neque unquam in chronicos morbos, ut verebamur, defuit; salubri itaque autumnio, atque hyeme prorsus usi sumus, exceptis nonnullis, qui post Autumnale æquinoctium eadem febris leviter correpti, facillimè convalescerunt. Ast circa initia Februarii 1710. numerosissima quædam, benigna tamen, eaque simplices tertianæ debacchari coeperunt, quæ per totum usque Martium paulo post vernal æquinoctium perduraverunt, & sanè absque ulla patientium cæde suam expleverunt cursum; proprium ut plurimum circulum post quintum vel septimum, & quæ longiores erant, post nonum paroxysmum vel simplicissimo, vel nullo argumento medico, exceptâ diætâ, compulsæ perficiebant.

IV. Propterea totum opus naturæ relinquebamus. Verum spem nostram falsebant sæpe sæpius repetitæ patientum recidivæ, fortè quia iidem imbellem negligentes hostem, gulæ postmodum nimium indulgebant: familiare enim primum est hoc in febribus non naturalibus, præsertim apud vulgares homines peccatum, quod nullis usque nunc cohortationibus tolli potest; & licet recidivis blandæ purgationes, & mitiorum antifebrilium usus subministrarentur, tamen ad corticem Peruvianum rhabarbaro copularum tanquam ad sacram ancoram, cui decoctiones, vulgò aperientes, superbibebantur, recurrendum erat, quo propterea auxilio aëri pristina securius valetudini restituebantur.

V. Hoc tempore erucarum per civitatis moenia, ædiumque parietes perreptantium, atque intima quoque domorum penetralia pervadentium ingens vis observata fuit. Non enim remota fuerunt causæ (quemadmodum Tu quàm diligentissimè faciendum docuisti,) hunc serem inquinantes; quare ut insectorum ovula, abunde à phalangibus volantium animalculorum anni 1709. æstate, & autumnio sine foetura relicta à subsequenti non admodum rigida brumâ coercita fuerunt, non extincta; quæ tandem blandiusculo ineantis veris calore foeta, foetus ediderunt; ita pariter ab iisdem aëris moribus noxia effluvia, quæ apud Pisauenses latitabant, novum ad motum convocata occasione descriptis insurgentibus veris febribus contumaciter præbuerunt.

VI. Ab ineunte igitur Julio 1710. per totum subsequenter Augustum febris hæc, licet perniciosi ingenii, felicis tamen exitus fuit; in paucorum enim necem sinebat, & tantum nonnullorum, vel qui principio mitiorem ejusdem moris negligentes, antifebrilia retardari posse arbitrabantur; quæ proinde, aucto morbo, incassum postea cathartica, phlebotomiis, absorbentibus, blandè oleosis, alexipharmacis, diaphoreticis, & si quæ sunt hujus census, aliis præmissis usu veniebant. Ast epidemica hæc febris paulo ante autumnale æquinoctium, quo tempore anno 1709. penitus edomita apparuit, immaniùs usque ad totum Decembrem sævit tam perniciè symptomatum, quam ægrotorum numero: ita ut Accolarum nec tertia quidem pars ab eadem immunis fuerit. Toto hoc luctuoso tempore, quanquam penè omnes ægrotantes non minores numero sex millium usque ad circi fauces perducti fuissent, tamen vix ducenti extincti fuerunt, remedium ab antifebrilibus, & quidem potissimum à cortice Peruviano postulantes, præmissis, vel etiam prætermissis pro ægrotantium temperie, habitu, cacochymia, vel plethora, nec non pro urgen-

Tom. II.

tiore symptomatum exigentiâ, blanda catharsi, & phlebotomia. Laudabamus idcirco tuum de propero Chinæ usu, amplissimè Vir, consilium experientiâ millies firmatum. Nec sanè nimia celeritate patientem curationes præcipitavimus, nos imperiti, inconsulti, cæcique Artifices ab Anonymo nuncupari. Nam cum felix ægritudinum exitus nostram methodum saltem repentinas patientium neces præpedientem plerumque roboraverit, negligebamus quicquid multi opinione propria lyncei ac sapientes, contra præmaturam hujus corticis exhibitionem oblatrabant.

VII. Et quanquam nonnullis contigissent recidivæ per totum, & ultra Octobrem periculosissimæ; quod, ut scriptum est, superioribus annis, non eveniebat; mitiores tamen factæ sunt, minusque crebræ ineunte Novembre, & multò benigniores appropinquante hyemali solstitio. Tunc enim temporis multi singulis octonis diebus vel majori, vel minori adhuc interposito spatio, à tribus vel quinque ad summum harum Februm, jam minutissimarum redditarum Paroxysmis infestabantur, quæ exactâ duntaxat observatâ vivendi normâ sponte finiebant.

VIII. Suspiciabantur nonnulli operâ Antifebrilium suspensas tantum, non edomitas febres; coercitis videlicet turgentibus succis intrâ primos canales; donec excurso Antifebriliu fræno, vomitu, & per secessum egerentur recenter illaqueata fluida; quorum cum vitia superata non essent, denuo recurrebant febres: Dixi antifebrilium, non solius corticis Peruviani usu suspensis febribus; Namque ex his adhibebantur vel sales Antifebriles, vel decoctiones amaræ à Sydenham propositæ, vel concreta, sive tincturæ ex eodem cortice extractæ; aut Mortoniana, aut essentialis Dolei à sagacissimo Censore hac in constitutione laudata.

IX. Suspicionem videbatur augere de Blegnis in suo Opusculo Quinquæ usui dicato, loquens de Febribus, in quibus cruditarum ingens copia stabulatur: *Pituitosa, inquit, sordes in Ventriculo stabulantes, Corticis particulas oblinunt, & quasi visco implicant, eaque de causâ plurimum obtunditur, & impeditur, & quandoque gravissima, & insuperabiles massæ efformantur, quæ eundem opprimentes, Febricitibus vitam eripiunt*: Verùm nostram in Epidemiam non quadrat monitum de Blegnis; ex hujus corticis enim usu, nec febris, nec symptomata urgentiora eandem concomitantia intendeantur; immò eadem unâ cum Febre penitus edomabantur; Itaut nemo repentino facto ea in ægritudine, quæ cortice oppugnabatur, peremptus fuerit.

X. Sed quoniam post Febres Antifebrilibus deletas hypochondriorum tensio aliquos detinebat, in curationum progressu epicraticas per alvum egestionem blandis Cathartica qualibet hebdomade excitabamus ex decoctionibus rad. aperientium cum antifebrilibus, stomachicis, ac roborantibus, paratis; quibus etiam Rhabarbari, ope Tartari, tincturas eliciebamus. Itaque non unico Cortice Peruviano enarratas Februm causas edomare tentabamus, quod modestissimum Censorem latet, cujus amaræ in Pisauenses Medicos objurgationi obsequium meum pacata mente devoveo. Sciat tamen velim anno nuper elapso novas pensatas Antifebriles Tincturas, volatilibus aculeatas: cujus exemplum sequens sit, quæ maximum Pisauensibus contulit beneficium: scilicet spatio 24. horarum Pulverem Chinæ Chinarum, & Radicis Gentianæ in vase vitreo arenæ calore digerebamus spiritibus vini

Lii 2

&

& Salis Ammoniaci; affuso hinc vino rubro generoso, producta similiter infusione ad quinque vel sex dies, phialam saepius agitando: Mox per chartam emporeticam liquor percolatus bis in die Aegris exhibebatur ad aliquot uncias; Nec obstat quod ait D. Monginot in suo tractatu de Febrium curatione per usum quinquinae: Cavendum scilicet esse, ne quid in quinquinae preparatione accersatur, à quo vel imminuatur, vel quod moram injiciat illius actioni: Cui adstipulatur Thomas Sydenham epist. respons. ad Robertum Bradii scribens: Cum sanè, qui aliquid Corticis adjiciunt, prater vehiculum eidem in ventriculum transmittendo necessarium, aut ignorantia peccant, ut mihi videtur, aut dolo malo, à quo vir probus ex animo abhorrebit: Nam volacilia, ut spiritus vini, & Salis Ammoniaci, energiam Antifebrilem Corticis potius augent, quam minuunt; unde Clarissimus Joannes Raius autumat Antifebrile Americanum volacilibus armatum febrem sine recidivae metu delere; & in Bibliotheca Pharmaceutica Mangeti, ubi de Antifebrilibus agitur, haec ejusdem Raii verba leguntur: *Verum sanè asserere possum, me in millenis aegri exhibitionem corticis nunquam satè tutam observasse, omnique prorsus recidivae antevortenda aptam, ni volacilia etiam in largissima dosi admisserim: Hanc veritatem hic quoque Pisauti experientia constantissime firmat.*

IX. At enim verò non vulgi solum, sed nonnullorum quoque sapientum redargutionibus culpabatur tanquam descriptorum symptomatum potissima causa, Americanum Antifebrile, praecipue quia educta fluida per vomitum, & per secessum, colore illum, ipsiusque tinturas emulabantur, & eos, qui novarum redeuntium Febrium immanitate enecabantur, China chinae, tanquam veneno sumpto, interfectos fuisse asserbatur. Superioribus quoque annis 1708. & 1709. Symptoma expositum, licet non tanta feritate, corripiebat Patientes, de quo secunda mea dissertatione, ruditer scripsi. Nec fortè vitium Peruviano Cortici tribuendum est, sed potius miasmatis aegre fortassis Anno 1710. in tantum hostem, laudatissimum istud Antifebrile vim suam alexipharmacam exerebat, quòd morbus esset vehementior ob majorem perniciosorum effluviarum copiam, vel etiam quia siccissimis hujusce Anni Tempestatibus aestiva, & autumnali (Pluviae enim quatuor, & ultra mensium spatio desideratae fuerunt) eadem effluvia udis vaporibus non lenirentur.

X. Quae cum ita se habeant, causasque praesentis epidemiae, quas ego rudi stylo sum persecutus, tuque, Vir consultissime, doctissima tua dissertatione eleganter ac disertè exposueris, nimis injustè redarguitur Chinae chinaram usus, sine quo profectò penè dimidia Pisaurensium pars desideraretur.

XI. Haec quidem Antidotus non suspendit febres quatenus coercet, vel potius illaqueat tantummodo causam; Verum etiam quia illas quam perniciosissimas absque recidivae metu profligat, Aegrosque pristinae valetudini restituit, & eò celerius, quòd citius ad ejusdem usum, nobis suadentibus Aegri recurrunt, dummodo castigatissima vivendi normam praesidium hoc minime enervent. Licet autem interdum aegrotos profectè non restituerit, à morte saltem impendenti liberavit. Quòd autem anno 1710. recidivae suis radicibus pejores successerint, hoc peculiari, ac peregrinae causae tribuendum fuit. Nam attentà observatione in nostra hac Epidemia compertum habuimus Recidivarum causam Americanum Cor-

ticem esse non potuisse, cum recidivas passi sint & quidem frequentiores, ac pejores, qui Chinam non sumperunt.

XII. Pensitata enim re in plurium graviter febricentium curationibus nec laudatum Corticem, nec aliud antifebrile ego, pariterque doctissimus Consultissimusque in arte Medica sodalis meus Dominus Christophorus Cervasius exhibebamus; periculum scilicet facturi, an tot recidivarum, & diuturnarum molestarum aegrotationum causa fuisset Quinquina. Verum abunde docti sumus illas aliunde ortum traxisse. *Respirant enim Accola multa ab hinc annu Aërem alienu sordibus inquinatum, nondum emendatu putridorum effluviarum fomitibus, quos alia mea dissertatione exposui.* Insuper jam tribus ab hinc annis repetunt descriptae febres, quarum ob annum recursum, cum ipsae non possint non magna ex parte eisdem lacessere Patientes (licet easpso anno 1710. plurimos, qui non prius epidemias nostras febres experti fuerunt, corripuerit) ideo jure suspicandum pertinaces factas esse in glandulis imi ventris salinas aggestiones, ac tenacissimos lentores, qui simul acquiescunt, in secretioni illarum partium peno; naturalis Oeconomiae functiones saltem insensibiliter laedunt; certis autem anni temporibus, potissimum aestivo, & autumnali, ab aëris particulis celerius aggratis cientur, ac propterea fermentescentes felleum, ac lymphaticum humorem inquinant, unde, ut opinor, novarum febrium paroxysmi excitantur. Igitur immeritò Cortex Peruvianus, tanquam enunciatorum Recidivarum, infelicitumque, & contumacium valetudinem auctor redarguitur. Potissimum quia absque ipsius usu difficillimè convalescunt aegri, quin potius vel in autumnales contumacissimas quartanas, quarum anno 1710. & currenti 1711. non exiguus est numerus, vel in Cachecticas Leucophlegmaticas affectiones Hydropi insuperabili affines incidunt. Accedit quòd cum non desuerint Lumbricorum in intestinis, & ventriculo enormes tumultus, ob hanc etiam causam Chinae chinae usus fuit summopere necessarius.

XIII. Venio nunc ad id, quod solertissimus censor de praetermissa purgatione, ante Chinam chinae obiectat, quòd quidem non inconsultò, Vir doctissime, à nobis factum agnosces. Considerare enim debuerat peritus ille magister, febres in hac Epidemia ab initio ferocissimam faciem detegere, & miseris aegros enecare solitas; ut idcirco temporis spatium non permisissent purgandis praeparandisque corporibus. Quare experientia compertum habemus, quam plurimos non adhibito statim febrifugo interiisse, plerosque propinata è vestigio Chinam convalescere, quos inter nonnulli hujusce Civitatis Nobilissimi Patritii sine ulla penitus sub initium instituta purgatione convalescerunt; & nunc prospera valetudine fruuntur. Sunt, fateor, pauperculi quidam, qui ob inopiam, extremamque egestatem gregaria in posterum vivendi norma abutentes, tandem non propter exhibitam Chinam, sed omnium rerum inopia oppressi, ac millenis postmodum voluti in sex non naturalibus erratis occidunt non culpa remedii, cujus ope diutius vixerunt, sed propria, ut passim etiam, ubi nulla grassetur epidemia, solet contingere. Hisce profectò de causis, credo, ille, de quo doctissimus censor adeò exclamat, apoplecticus interit.

XIV. Cum verò castrenses febres non adeò celeriter ad necandum ipsae moventur, atque ubi primarum viarum urget plenitudo, tunc quidem, ut, Tu Vir expertissime, nos docuisti, blandia lenien-

lenientibus, ac Clysteribus iter Chinae chinae sternimus; Hippocratis etiam monitum præ oculis habentes, qui agens de tertianis lib. de Affectionibus num. 18. *Tertiana, inquit, febris, cum apprehenderit, siquidem videbitur tibi non purgatus esse, quarta die pharmacum dato: si vero pharmacum non videbitur opus habere, medicamenta in potu exhibere, quibus febris aut transeat, aut deficiat.* Videtis, Doctissime Lancisi, ut divinus Causa Chinae inventioni præfuit. Immerito proinde censor noster ea verba (nec prudens certe nec sciens) excussit; nos scilicet nullo studio, nullaque Christiani hominis charitate citò nimis Peruvianum corticem febre correptis exhibere. Nemo autem non novit, quam difficile sit de aliorum operibus, cum absumus, iudicium ferre. Neque verò (ita nos Deus amet) unquam hic periculosum experimentum tentavimus. In eo utique attentos fuisse oportuit, ne præcipitem occasionem perderemus, quam quando censor longè à Pisaurò habitans cernere, ac expendere potuerit non video; cumque omnia purgantia, ut ait Etmullerus Thef. 17. *habeant in se venenum excepto Rhabarbaro, & Aloë, ideo nostris ægris ad tollenda capita mortua, ut ira inquam, febrilis ignis (Te quoque fudente) Rhabarbarum cum China interdum propinabamus.*

XV. Cæterum, tacere non possum experimentum in Pisaurensi epidemia adamussim respondisse animadversionibus ejusdem Etmulleri. Nam hic Auctor de maligna febre scriptum reliquit: *Nil exitius est, & hominem febre maligna correptum certius ad interitum, & citius trahi, quam quacunque in specie ingens & superflua purgatio: sæpe enim utebar in delicatulis potissimum Matronis duabus mannae unciis clarificatae, emulsione seminum melonum lege arcis exceptis; & tam jucundam catharticum plus quam viginti copiosissimas sedes insigni nobilissimarum Patientum incommodo provocabat; Nec non etiam aliquos robustos viros, hac castrensi febre correptos observavi, qui à recentis pulpæ Cassiæ uncia copiosissimè, & crebris dejectionibus comitatis à torminibus intestinalibus, & tenebris, non sine notabili virium jactura purgabatur. Remittat igitur Censor ab acri nimis loquendi modo, quo nos immanè quantum vellicat, seu potius quò ipsemet in turpitudinem venit.*

XVI. Nullam itaque aliam purgationis necessitatem invenio, nisi ut præviæ intestinales, stomachicæque impuritates egerantur; & quidem quam citò, in februm nempe principio, ne in progressu causam febrilem augeant, vermium foetura pabulum præbeant; sicuti etiam, ut ossiola vasculorum succos felleos, & lymphaticos deferentium liberius hiant, patulasque præbeant vias specificis præfidiis febres jugulantibus, secundum nuper expositum Hippocratis præceptum *si vero pharmacum non videbitur opus habere, medicamenta in potu exhibere, quibus febris, aut transeat, aut deficiat.*

XVII. Beneficium educationis illarum impuritarum, consentientibus omnibus sanioris consilii Auctoribus, feliciter, & promptius emeti, quam catharsi assequimur. Inquit enim Etmullerus: *Certum namque est, quòd radix curandarum intermittentium consistat in vomitu.* Fortassis primò ob breviorè, per quam educendi succi, viam provocantur: secundò quia stomachicis & intestinalibus tunicis stimulo emetico, à pyloro versus cardiam in inversas vermiculationes proripitatis, adhaerentes illis viscositates facilius extricantur, & vomitu viscus, & filamenta multoties tanta aciditate infecta, ut dentes oblupefaciant, educantur:

Tom. II.

Tertiò quia intestinales liquores, felleus videlicet, & lymphatici vomitu à ductibus chyliifero, & lymphaticis avocatur, quod non contingit catharsi; unde Riccardus Morton, egregius Chinae chinarum Patronus, prolixam non tantum istius Corticis Historiam, sed etiam varios ejusdem casus, primavum apud Europæos usum, inchoatum nempe ab anno 1649. diversas apud Auctores, vel defendentes, vel oppugnantes, fortè exponens, exercit. prima cap. 8. inquit: *Me quod attinet, ut ut nausea insolita juadente, lenius emeticum ante usum corticis prescribere, nonnunquam necessarium duxerim: & nisi cachexia urgente catharticum non commendat, cum paulo infra citato loco ait: Et in cachexia insigne Catharticum propinaverim. Igitur sanius consilium censo in homine robusto ad vomitum alias prono, & debitu observatu cautè, in Februm principio, emesi enunciatas impuritates educere.*

XVIII. Alias nisi sordes istæ intestinales urgeant, sicuti profectò non urgebant in Hominiibus tobriciæ vivendi normæ assuetis, quorum quamplurimi à Castrensi febre correptebantur, potissimum fervidiori tempestate, qua tribus elapsis annis immanius grassabatur epidemia, tum enim humani corporis succi summà laborabant fluiditate, & motus utriusque celeritate. Quare perverso etiam februm characterè inspecto tot tantæque purgationes, repurgationesque cortici Peruviano præmittendæ non erant.

XIX. Laudarus præterea Morton eodem loco, ubi de catharsi, & emesi ante corticis utrum promovendis, præmittendisque sermonem facit: nullo autem, ait, absque evidenti indicatione quicquam hominum præparationis gratia ministratum curationi conducere, multo usu expertus sum: Jate merito igitur Raymundus Restaurandus citato loco inquit: *si nonnulli Chinam china usurpantes ejus opera febres non expugnant, id illorum imperitia adscribendum est. Hodie purgans exhibent; postmodum Chinam china porrigit; qua die data illa est, febris desinit; purgans verò de novo paroxysmam accersit, adeò sibi invicem adversantur. Injustè igitur doctus Censor asserit omnes Auctores has corporum purgationes, repurgationesque ante corticis Peruviani usum imperare. Audiat rursus modò citatum Auctorem cap. 7. namque inquit: *Reverè huic medicamento nihil magis repugnat, quam cathartica, quæ mobrem id in usum duxi, majori emolumento impurgatis meo agru præmissa plena phlebotomia, injectu clysteribus, exhibitisque jussulis refrigerantibus: Hinc Dominus Monginot in suo de februm curatione per usum quinquina tractatu scribit; purgatio necessaria quippe est ante corticis Peruviani assumptionem (sed quando, audiamus quæso) cum pluribus impuritatibus scaturit infima venter, vel si primarum viarum non adest libertas: Auctor verò annotationum inscriptarum in libro febris China china expugnata, postquam Auctorum opiniones de purgatione præmittenda nec ne corticis Peruviani usui exposuit (problema enim est ab utraque parte rationibus, & auctoritatibus fultum) hæc scribit: *In ea ego semper fui sententia, non esse equidem longo purgantium usu, & repetita sæpe vena sectione vires atterendas, neque labefactandam esse corporis æconomiam, ac levem aliquam primarum viarum expiationem procurandam esse clysteribus, saltè, aut cassia, antequam ad corticis exhibitionem deveniatur: & licet Mangerus in sua Bibliotheca Pharmaceutica, ubi de antifebrilibus agit, inquit: *Antequam febrifugum exhibeatur, & vena sectiones necessaria, & purgantia quibus febricitantem accommodata, sunt administranda; nam in eo vix cum clarissimo Morton convenimus,****

lii 3

quod

quod fermento febrili venenato antidorum suam, corticem scilicet, sine ulla praeliminari preparatione, ut plurimum opponat. Hoc siquidem nobis feliciter non cessit, indeque recidivas non infrequentes, atque perniciosissimas enatas vidimus. Attamen huic sententiae obstat experientia in hac Pisaurensi epidemia milites firmata. Quamplurimi enim, qui fervente Siro à castrensi luxuriante febre correpti fuerunt, absque praeliminari preparatione, saltem exacta vivendi norma observata, victuque admodum tenui praemisso, opera unius corticis Americani felicissimè sine recidivis evaserunt; inter quos etiam nuper elapso anno 1710. mea conjux, filii mei, uxoris meae famula, & ego recensentur, qui duplici tertiana facis perniciosi moris transacti anni Augusto urgebamur. Unico enim febrifugo Americano selectissimo, canonicè adhibito, per multos dies absque novarum usque nunc febrium recursum convaluimus, Deoque opitulante, jucundissima potimur valitudine; modo, quo insignis Pharmacopæus Donzellus de se ipso fateatur suam proferens sententiam, quod omne prosperiori à cortice febres fugantur, non praemissis purgantibus.

XX. Licet autem sub annum 1709. ego & domestici mei à consimili febre tacti fuissetus, non quidem anno 1710. recidivi censendi fuimus ob chinae chinarum abusum, vel saltem ob malè sanam, & incautam methodum, qua ipsi utebamur; sicuti neque tales dicendi videntur numerosissimi Pisaurentes, qui tribus expositis annis, per ea scilicet tempora, quibus epidemia saeviebat, à recurrenente febre correpti fuerunt; cum enim perfectissima sanitate (qua nunc etiam fruimur) integro anno absque minima ulla oeconomiae naturalis laesione vegeti, ac bene colorati gavisi simus; quomodo febrile semen chinae chinarum nodo illaqueatum in penitioribus nostrorum viscerum angulis conspexitur latere credendum est absque eo quod nostrorum corporum machina nec tantillum inturbaretur? Igitur Dominus Monginot in citato opusculo inquit: *Si quis enim sibi fingat febrem post menses aliquot ingruentem reliquias esse praecedenti, fraudem sibi facit: & paulò post ait: adeo ut ejusmodi reditu iniquè priori fermento tribuenda essent, cujus portio in quapiam parte foret residua, quin potius illi, qui recentibus ex occasionibus suscitarentur.*

XXI. Speraverim autem eruditum Censorem ob eum, quo Cathartica etiam in Febribus Chinà curandis prosequitur, amorem, hanc methodum non malè auditorum, praecipuè cum multorum Auctorum testimonio fultam viderit; nam Monginot inquit: *Et hoc necessariò hic adponendum fuerit, ut Curatio ex voto remedii usum sequatur, ac recidiva praevideatur, purgantia leviora paulò post quam febris desierit, requiri; circa quorum usum perpendendum est primum, opportunum esse, ut adjungantur quibusdam preparationibus quinquina; hoc quippe modo ab ipso tempore, quo instituitur purgatio, vix remedii citra interruptionem transfertur.* Subdit deinde sapiens Auctor: *Cathartica in genere, quorum delectus habendus, ea sunt, qua amaro, aut aliis qualitatibus cum Quinquina conveniant; juvanda ergo illius operationis, aut saltem non inturbanda, veniant in exemplum Rhabarbarum, Aloë, extractum Colocynthidu, vel qua serum superfluum nata sunt abriperè, cujusmodi sunt extractum, vel resina Jalappa: Et revera Rhabarbarum cum cortice miscebamus, non solum quociens diuturnae, & chronicæ hæc febres evadebant, sed etiam cum eadem repetitis recidivis valendarios Pisaurentes relinquebant, eosque biliosis egestio-*

nibus urgebant: censebamus enim ad causarum febrilium correctionem quoque spectare promovendam corroboracionem viscerum intimi ventris, quod cum solo cortice consequi metueremus, ipsi Rhabarbarum addebamus, quod non tantum cathartica, sed etiam subtypica vi potius, medicaram patientibus opem præstare valebat; nec propterea ipso infructuosè utebamur. Hoc beneficium ab isto suppeditandum præsidio, tu quoque, sapientissime Vir, permonuisti tua in doctissima dissertatione, ubi cum ad præcavendas recidivas consilium præbes, inquis: *Itaque tunc temporis optime de nostro Egrotu merere putavimus, si cum china Rhabarbarum intermiscendo, à tam utili, quale ipsa china est, medicamento, omnem censuram tolleremus, & quidem voti compotes facti sumus.* Alit superiori Anno 1710. Cortex cum Rhabarbaro non ea felicitate stimulabat alvum, qua annis 1708. & 1709. & propterea opus fuit illius remedii usum, grandioribus Catharticis interrumpere. Huic sententiae adstipulatur pariter Dominus de Blegnis suo sæpius citato opusculo, nec non Doleus asserit Chinam de China cum purgantibus mixtam exhibendam: quinimo & Bartholinus in cent. 2. epist. 41. scribit: *Fermentum istud Quartanæ hoc medicamento quasi vincit, & in unum compactum, nisi apti cujusdam & proportionati purgantis beneficio è corpore educatur, vim suam fermentativam tandem exerciturum.*

XXII. Cæterum si quis Chinà chinà abutatur, non dubito, quin ita laedendus sit, quemadmodum à quovis alio, quanquam innoxio alkalico, puta crustaceis omnibus, atque inter hæc inculpabili pulvere Margaritarum, ocul. cancro, & similibus, quorum certum est, diutino, seu minus cauto usu non exigua mala processisse.

XXIII. E contrario non pauci sano fortè consilio opinantur, Quinquinae vires Catharticis minime inturbandas fore, nè materiam, quam unum vincit pharmacum, aliud solvat, motusque perverfos succorum, quos Cortex sedat, purgantia redintegrent; ideoque expertissimus Sydenham in epistola responsiva ad Robertum Brady pag. mihi 352. monet: *Vitandas ante omnia evacuationes qualescunque, cum vel blandissima Catharsis, quinimo Enema ex lacte Saccharato in morbi discrimine certissimè, fortè in morbum ipsum denuò Agrum conjiciat: Raymundus verdè Restaurandus cap. 7. ait: Nulla ergo incumbit necessitas illi purgans exhibendi, qui per Quinquinam curationem adepti sunt, præcavendarum ergo recidivarum.*

XXIV. Solvit tamen quæstionem laudatus Raymundus Restaurandus citato loco, hæc scribens: *Nec tamen purgationem improbaverim, si modò ejus indicans Cacoehymia adsuerit, ac Febris character nullus omnino supersit; Porro ut id securius succedat, concedendum est aliquod temporis spatium præterire, imò die uno vel altero ante usum cathartici, & die subsequente utile est infusionem Chinae china assumpsisse in aqua frigida factam, quod nisi factum fuerit, postliminio redit febris; quare satius sit abstinuisse, quam periculo agrum expesse: Quam methodum nos secuti sumus, ut ex jam dictis videre licet.*

XXV. Pertæsum jam profus, Vir clarissime, Te arbitror longissimæ hujus Apologiae, quare pudet variam nunc persequi exhibendæ Chinæ methodum, quâ in Pisaurensi epidemia feliciter usus sum, illamque appositis historiis illustrare: illud itaque dixisse satis erit, secundum diversum in Aëris temperamentorum, & reliquiarum morbi

morbi occursum, diversas quoque chinae formulas adhibuisse, plerumque tamen ad 40. usque dies remissa sensim doli continuatas. Quibus inus venter duriusculus, & sinistri hypochondrii dolor cum faciei pellore à gravi malo supererat, propinabatur per 15. aut 20. dies boli ex Chinae, & Rhab. extract. ana drach. semis. cum scrup. sem. martis diaphor. & jusculo tartarizato incoctis radicibus aperientibus: aliis vino rubello infusam Chinam exhibebamus; multis cum succis concretis: in omnibus tamen unà cum congruo victus ratione. Nam ut rectè animadvertit D. Monginot, *Nemo sibi lingat solius Quinquina beneficio pracaveri posse damna ex erratis in diata commissis emergentia*: Inter quae procul dubio ipsae sunt recidivae, quas etiam vidimus arcellinas adulterino cortice, qui facile per Mercatorum fraudes saepe saepius optimo solet admisceri; ut etiam Etmullerus & idem Monginot testantur.

XXVII. Sed tempus jam est, ut scribendi finem faciam, Teque, Vir amplissime, prece, obtesterque, ut mihi in causa propria forte plura, quam opus fuerat, dicenti humaniter parcas. Vale.

Datum Pisauri die 15. Martii 1711.

CAP. IX. *Ad confirmandum animum Domini Traversarii, immerito ab Anonymo insimulati, Auctor tum hujus objecta refellit, tum illius argumenta corroborat.*

CLARISSIMO DOCTISSIMOQUE VIRO
D. HORATIO BARTHOLOMÆO

TRAVERSARIO,

Poliatro Pisaurensi,

JOANNES MARIA LANCISIUS

S. P. D.

Cum primum abs Te missam Anonymi censuram graviter accepissem, acriorem postea quam putarem, falsisque criminatio- nibus refertam dolenter inveni, simillimam scilicet Auctori suo, quisquis ille fuerit, contumeliosam, minacem, indignam profecto, quae de Te urbanissimo peritissimoque Viro loquatur. Conceptam tamen animo indignationem, tum inde plurimum lenivit Apologetica Epistola tua, in qua Adversarii impetum ira debilitasti, tantaque humanitate acerbitatem vicisti, ut nihil addendum ad optimae causae, seu veritatis confirmationem reliqueris. Enim verò temere ille objecerat novitatem nullam Scriptorum auctoritate suffultam propinanda chinae sub initium, si necessitas postulaverit, malignarum febrium: nam semper nova erunt remedia, tametsi vetera, apud parum peritos Medicos, qui recens aurumare solent, quod ipsi non usurpaverint. Et quanquam ego nullo duce ante annos 20. eam Romae methodum in epidemia castrensi febrium tenuerim; deinceps tamen nunquam non de felici exitu sum gratularus: cum caeteroquin illos aegros passim interire animadverterim, quorum Clinici, ne aeam recentis inventi tentarent, maturum, ut vocant, tempus exhibendi febrifugi

opperiebantur, atque exinde aliis in dies experimentis eandem medendi viam ab amicis quoque munitam viderim. ac expeditam.

II. Miror proinde Censorem tuum, cum gratis Tibi tanquam Magistro acturus esset, convicium pro beneficio reposuisse. Quid? Quod perniciosae febres, cujusmodi plerumque sunt, quae in epidemicis constitutionibus grassantur, saepe saepius intra septimum diem perimunt aegros, ut accuratè observaveras, sapienterque monueras; ita ut si 14. vel 21. diem quis expectare voluerit, non aegrotum, neque cadaver, sed resolutos penè illius cineres curandos susciperet. Hinc plane perspicio quam longè ablit obrectator tuus, non solum à docti Censoris officio, verum etiam à simplicis Empirici munere, & cognitione: duo enim beneficia à Censoribus, qui ex veritate, non ex odio nos nostraque aestimant, solemus arcessere, rectius nimirum cogitandi, & accuratius agendi; ut, quae bona sunt, animo precipiamus, quae mala, opportunè in agendo devitemus. Scire autem pervelim, quid Adversarius tua in epistola fuerit commentatus, unde vel Tu, Clarissime Vir, vel quisquis alius levia saltem, aut ethica, aut physica monita possit haurire. Fateor ingenuè mihi quidem videri illius scriptum non nisi delectandam calumniandi procacitatem, vulgaremque ac summo opere poenitentandam medendi methodum praeseferre.

III. Quod autem interdum à Chinae usu aegrotantes in eundem morbum relabi Censor objectet; miror sanè non intellexisse, recidivam potius quam mortem expetendam esse, ubi haec impendet; nisi febris subito profligetur. Caeterum ii quoque, qui absque Peruviani corticis praesidio ab Epidemicis febribus convalescunt, ipsa morbi indole recidere in febrim solent, ut longè ante detectam chinae vim observavit Hippocrates, qui secundum Vallesii divisionem primo epid. sect. 1. num. 7. refert morbidam constitutionem, in qua quicumque *Supersites manserunt, per multas solum recidivas evaserunt, multique illorum (ut illic contigit) per hyemem aegrotarunt, & num. 36. sect. 3. inquit, nullum novi, qui supersuerit, cui non contingerint recidivas.*

IV. Risum autem tenere non potui, cum legerim quae turbas excitet, ut querelas misceat, & clamitet, propterea quod unus è vulgo diem suum repente obierit, posteaquam febrifugo curatus istinc discesserat: perinde quasi qui Chinam utuntur nusquam sint morituri; vel sani etiam homines improvise ubique locorum interire non soleant, praesertim cum salutare Christi (Luc. 21. 34.) praecipuum minimè servaverint: *Attendite, inquit, vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & cura hujus vitae, & superveniat in vos repentina illa dies.* Jurè igitur ac merito tuorum revalescentiam auribus in Apologia inculcasti, ne inductam à China china bonam valetudinem aut lauciori, aut mala diata (ut saepe fit) labefactent, & corrumpant. Nolo interim hic velut pro aris, & focis cum Censore tuo scribere pugnare, ubi Te (neque fortassis tacitè) in crimen ideo vocat, quia non purgas, nec repurgas febrientium corpora. Nam ubi per tempus licet, id prudenter opportunèque facis, facioque & ipse; sed interdum malum aegros nostros sine purgatione supersites, & recidivas patientes, quam post validas purgationes in deterius lapsos, atque sublato. At video, me longius adhuc provehendum, si omnibus illius Criticæ capitibus vellem respondere; cum potius pudeat malevolentissimam ipsius obrectationem

tionem rescribendo esse haecenus prosequutum.

V. Laudo utique cum patientiam abs Te legatis Adversarii calumniis exhibitam, tum lenitatem respondendo insigniter probatam: quem quidem fructum unicum reputo, qui tibi ex illius acerbitate provenerit: neque Anonymo minorem certe utilitatem accessuram confido, si responsionis tuae moderationem, doctrinamque tunc animadvertit. Vale.

Romae VIII. Kal. Aprilis MDCCXI.

CAP. X. *Consilium scripto datum à Doctissimis Bononiensibus Archiatris in dubio recursum a Pisaurensis Epidemia, ab Eminentissimo Urbini Legato ad Auctorem missum:*

Quisquam sub initium veris anni MDCCXI. omnia jam Pisauri procurata fuissent ad inhibendas stagnantium aquarum, aliorumque corporum computrescentium causas, quas suo loco singillatim recensuimus; ac proinde summa, pro caeli illius ingenio, valetudinis tranquillitas vigeret; tamen, quia nonnullorum Civium animi inter dubitationes futuri malorum recursus fluctuabant, placuit Eminentissimo Cardinali Tanarae Bononiensi, tum Vigilantissimo Urbinis Ducatus Legato, ad duos Clarissimos Patriae Academiae Medicos perscribere, ut diligenter expensam totius facti serie (quam Dominus Bartholomaeus Traversarius Pisaurensis Poliater adornaverat) consilium ederent, quod, ut accepit, datis ad me benigne literis idem amplissimus Princeps è vestigio misit. Hoc autem, cum non modò summo pere eruditum invenerim; verum etiam in posterum valde utile, ac salutare ejusdem Urbis Populo fore censuerim, quemadmodum Eminentissimo Legato tunc per epistolam vehementer commendavi, ita pretium operae me nunc facturum existimabam, si praesentibus Actis inseruissem. Porro hic praeterite nequeo magnos Viros, tametsi longo temporis intervallo disjunctos, cum viderint conformes casus publicis rebus incommodare, ad consilia excogitanda praesidia concordare incidere, & convenire. Nam Eminentissimus Tanara mentem suam ad illud idem nostram aetate convertit, quod olim, scilicet exeunte seculo XVI. Franciscus Maria Urbini Dux excogitaverat, qui nimirum, cum animadvertisset Pisauri Cives pestilentium febrium recursu per singulas aestates affligi, Celeberrimum Herculem Saxoniam per id tempus Patavini Lycei splendorem, & ornamentum consuluit, cujus dissertationem typis editam inter hujus Auctoris opera legimus, legendamque Pisaurensibus Medicis suademus.

TYPOGRAPHI MONITUM.

Quod hic subjungendum erat, Consilium Auctoris Medicis Bononiensibus jam diu remisit, quò si opus esset, ab eis castigatius acciperet: Quod cum se facturos recepissent, nondum tamen expleto jam anno suam fidem liberarunt: Nè igitur vanam fortasse ipsius spe, urgentes jam typos retardarem, illud necessario praetermittendum duxi.

CAP. XI. *Agitur pressius de causis, quae noxia effluvia ad Pisaurense Caelum labefactandum per aetatem potissimum, & autumnum emittunt, & quibus amovendis jussu CLEMENT. XI. trium annorum decursu consultum est.*

Cum igitur Pisaurense Caelum variis de causis, unde maligna extiterat epidemia, contaminaretur, haud quaquam fieri potuit, ut omnes è vestigio tollerentur. Sed trium annorum spatio quotidianam penè diligentiam, atque assiduitate provivum est, ut popularium morborum radices stirpibus evellerentur. Juvat autem hoc loco easdem ordine recensere, ac veluti sub unum conspectum dare, cum de earum amovendarum rationibus verba facturi simus; nec posteris infructuosum erit edoceri, quid sibi potissimum praecavendum sit.

I. Primam quidem praeteritae Epidemiae causam censemus Vallati, qui mediam Urbem perlabitur, aquarum inhibitionem ob everfos subrotosque aggeres vi fluminis, à quo superius ad quintum lapidem in eandem Urbem derivatur: quomobrem, cloacis omnibus in eum canalem sordes exonerantibus, eadem variis in locis haeritantes putrescebant, quòd praee aquae penuria elui non possent.

II. Praeterea tunc temporis Vallatus extra Urbem inferius ad novum, quem vocant, portum mutato in fluviolum nomine vulgò *Feglietta*, aquas suas in idem flumen effundebat, à quo superius deducuntur: quare facillè eveniebat, ut Isaurus, ubi pluviis aquis intumesceret, Vallati aquas, quo minus insisterent, remoraretur, simul etiam in eundem superfusus, inferiora plana Urbis, & agros inundaret, quibus demum vinarie etiam cellae, ac stabula stagnantibus obducebantur.

III. Quoniam Isauri fluminis ripae propè litus, ac portum depressiores erant, quoties illud aquarum auctus attolleret, humilior ejusdem litoris ora, vicinique campi alluvionibus erant obnoxia.

IV. Nec praetereundas censemus lacunas duas, putido semper humore refertas, minorem unam ad Portum novum, majorem alteram, ubi vetus olim Portus, quae longè graveolentior inferiorem Pisauri regionem teterrimis vaporibus afflabat.

V. In eundem censum venit magna vis firmi putrescentis, & stagnantium aquarum in oris suburbanis, haud dudum quae Urbs ad orientem solem, & ad euronotum pertinet, conficit; unde noxii halitus emergunt.

VI. Bombycum studium serici opificii gratia, unde quaestum faciunt Pisaurenses, non nihil ad inficiendum aërem contulisse videtur. Quum enim in ea Urbe fluentis aquae inopia laboretur; excoctis

excoctis bombycibus in magno leberum numero, foetidam illam decocturam cum vermium cadaveribus, ac quisquilis in vicos projiciebant, in quibus, quod nulla penè declivitas sit, semper putidus humor inhaerescit.

VII. Comperitum est coriarios strigmenta pellium, & corrupta praefegmina; similiter lanios varia inquinamenta in Vallatum conijcere consuevisse, etiam tenui rivo vix flueret.

VIII. Pistorum parum bonis aquis panem subigere, qui propterea male olebat, ac longè deteriore fuisse, qui publice prolabat; quandoquidem omnia ferici questus cupidine in fornos ipsos, ceteroqui ad panem coquendum comparatos, madida bombycum involucria condebant exiccandi gratia: quæ res illos haud mediocriter polluit, atque contaminat.

His omnibus, aliisque putidorum effluviis causis summâ diligentia, sumpruque, magno amore, & charitate Principis provisum est.

CAP. XII. *Quæ peracta fuerint, ut Isauri aqua per Canalem Vallati ad liberum fluxum restitueretur.*

Quum primum Sanctissimus Pater circiter Kalendas sextiles anno MDCCIX. præ caeteris Vallati cursum interseptum esse cognovit, conventum indixit in Quirinale Palatium, ut quæ revocandis in eundem alveum fluminis aquis opportuna essent consilia, quam citissime caperentur. Convenerunt itaque Excellentissimus Vir Dominus Horatius Albani Pontificis Germanus frater, Illustrissimus Nanzianzenus Archiepiscopus Alexander Bonaventura, egregius Physicus Michael Angelus de Paulis, quippe qui loci naturam, ac Pisaurensem cælum apprime norant; nec non Agidius Bordonus Hydrostaticæ peritissimus, atque ipse ego, ut enarrarem omnibus, atque exponerem, quæ ante alios de popularium morborum acerbitate didiceram.

II. In eo autem consilio, etsi de caeteris Epidemiarum causis actum sit, præcipue tamen in deliberationem venit totius rei caput, atque principium: de restaurandis scilicet superioribus aggeribus potissimum deliberatum est, ut in Vallati alveum fluminis aqua reduci posset. Sed quia moletrinarum redditus, quæ intrâ Urbem iisdem aquis circumaguntur, Serenissima Medices Familia hæreditario jure capit, in hanc sententiam discessimus.

III. Primò Exorandum Sanctissimum Patrem, ut ad Magnum Etruriæ Principem daret literas, quibus eundem impelleret ad peritos homines Pisaurum mittendos, qui cum Pontificis Medico consultarent; quippe quod Pisaurensis Civitatis salus ageretur, cui præsens auxilium sine ulla cunctatione ferendum esset.

IV. Secundò Primo quoque tempore allegandum esse Pisaurum aquarum Libratorem Agidium Bordonum, Eminentissimi Cardinalis Paulutii à secretis, Status Ecclesiastici literis non solum Urbinati Prolegato (quum Cardinalis Legatus abesset) verum etiam Pisaurensibus Magistratibus commendatum, ut eum omni ope juvarent, & usui necessaria suppeditarent.

V. Tertiò Mandandum eidem Illustrissimo Prolegato, ac Pisaurensibus Magistratibus, ut darent operam, nè quidquam sordidi, atque impuri

posthac in Vallati alveum conjiceretur; sed purgamenta omnia extra Urbem ad mare deferri juberent, aliasque hujusmodi ad tuendam Coeli salubritatem procurarent.

VI. Hæc autem omnia non minori celeritate, ac diligentia perfecta sunt; enim verò Sanctissimus Pontifex suâ manu ad Serenissimum Etruriæ Principem literas scripsit, ut ad ferendas Pisaurensi Civitati suppeditas operam secum conferret. Haud ita multo post Agidius Bordonus (præbente sumptus Sanctissimo Pontifice) Româ profectus XVI. Kal. Septembris, Pisaurum venit XI. Kal. ejusdem mensis, quò pariter se contulit N. Franchus Magni Etruriæ Principis Architectus. Ambo igitur diu, ac sæpius collocuti in eo confenserunt, ut impensâ ejusdem Principis, qui ex moletrinis quæstum perciperet, aggeres restituerentur.

VII. Sed quoniam iidem aggeres multis abhinc annis ligneo tantum opere refecti fuerant, quod parum firmamenti, ac roboris contra vim fluminis habere videbatur, statuerunt eisdem vel constructo muro, vel saltem projectis saxis in cunei speciem, atque oppositis defensoribus communire: itant lapides, & sibi mutuo pondere incumbentes, & arenae aggestione paulatim coagmentandi satis validam molem haud longo temporis spatio effecturi essent adversus aquarum impetum; etiam cum sese major vis fluminis incitaret.

VIII. Caeterum vix dum se se operi accinxerant, quum in Vallati alveum aqua decurrere cepit, quæ continuo sordes, ac cænum, & putrida animalium cadavera magnâ ex parte deterfit: quod ut majori cum fructu fieret, vetoit Bordonus, nè statim aqua ex majore Vallati alveo in rivulos ad molas circumagendas deduceretur; in iis enim incilibus stantia corpora, ac præcipue peremptorum cænum, sæti labem allatura, substitissent.

IX. His rebus effectis remisit epidemica lues, ac tandem abolevit, quod summâ curâ provisum fuit, nè posthac insalubris panis, ut antea, fieret, nec sordida crassamenta, ac bombycum cadavera in vicos, & Vallatum deicerentur.

CAP. XIII. *Proponuntur duæ opiniones de mutatione alvei Pisaurensis Vallati ad avertendas alluviones. quæ per hyemem in inferiori Urbis parte, atque extra mœnia contingunt, ac primo expenditur. & excluditur obliquus percutiendus canalis in fluxum prope Portum.*

Subinde verò de arcendis impostero eluvionibus actum, quæ potissima cura omnium animis infederat, ut, quod reliquum erat, Pisaurensium incolamitati consuleretur. Dicitur est autem superius, Vallati aquas ab Isauro flumine ad quintum ab Urbe lapidem derivari, quæ postmodum mediam Urbem emensa extra illius mœnia in inferiori regione effundebantur in alveum fluminis paulo depressioris eorum superficie, per lineam, quæ ad rectos penè angulos præfluentem secabat. Quapropter quotiescunque aut largorum imbrium, aut liquecentium nivium copia flumen augetebeat, non modò Vallati aquas aditu prohibebat; verum etiam in ipsum superfluenens redondabat: unde inferior Urbs, & finitimi agri stagnis opplebantur;

blantur: eoque facilius, quod saepenumero contingebat, ut neque exundantes pluviae ex Urbe ipsa in Vallatum receptae in Isaurum effundi, neque Isaurus procellosis ventis repellentibus in mare posset erumpere: has ob causas Aegidius Bordonus in quodam civium conventu coram Illustrissimo Praefule Francisco Barbarigo Urbini Prolegato Vallati sive Foliatte cursum necessario mutandum esse contendit, quae oratio aequis animis accepta est.

II. Sed, ut sunt hominum vel sapientissimorum de unaquaque re semper diversa iudicia, in duas potissimum sententias distrahi coeperunt, quas hic luculenter exponere non incongruum existimavi; non modo ne quidquam historicae fidei detraxisse videar; verum etiam, ut, si quando alibi consimilis necessitas, ac difficultas oboriatur, hinc nullo negotio discat posteritas quid optimum factu, ac magis expeditum in eiusmodi temporibus, usu ipso, & rerum eventu comprobatum sit. Prioris itaque sententiae Auctor Vir quidem Egregius, & Mathematicis disciplinis non mediocriter eruditus opinabatur longiorem alveum ad inferiorem fluminis ripam prope maritimum ostium esse ducendum: posterioris autem eundem alveum recta ad mare per majoris stagni finem satius esse perducendum.

III. Quod ad priorem attinet, hac ratione contendebat illius Auctor, omnino obstruendum esse Vallati canalem A C (ut in apposito schemate videre est) qui ad angulos penè rectos in flumen D C B illabatur, ac propterea majo-



rem fluvialium undarum renisum experitur, quod recto impetu in easdem incurrat: novum verò alveum A B effodiendum, cujus incidentiae angulus C B A quum obliquior sit, longè proclivior aperiatur exitum Vallati aquis in fluvium.

IV. Verum Aegidius Bordonus huiusmodi sententiam, quamquam in genere veram laudibus sit profecutus; eam tamen ad usum Pisauri revocata haud quaquam alluvionibus obviam iri censebat, quod semper restagnationis periculum imminet, si Vallato in fluvium erit exitus; propterea quod largiores imbres è montibus delapsi Isaurum supra Vallati superficiem in omne tempus sublati sunt, quocumque in loco istius emissarium in flumen aperiatur. Huc accedit quod novus alveus A B quum longior esse debeat, utpote obliquior, aquis retro labentibus auctus, pluribus in locis per agros restagnaturus sit, quam si brevior excavetur. Praeterea, quum Vallatus ingentem limi, ac sordium ex Urbis cloacis absterfarum copiam vehat, ac propterea tardissime fluat, si propius portum, & fluminis ostium illius emissarium effodiatur, extra omnem dubitationis aleam est, destitutis illic sordidus purgaminibus portum tandem aggeratum iri, atque complendum; quod herculè summopere cavere debemus, ac majores nostri praecaverunt mutato fluminis alveo in rectiorem ac breviorē lineam, ut concitatius laberetur, ac portum cavaret potius,

quam oppleret. Haec igitur huic sententiae officium incommoda; quo circa satius erit novum canalem recta ad mare deducere.

C A P. XIV. Vallati Fluviolum novo aperto alveo per lacunam antiqui portus recta ad mare deducendum, ut simul antevertantur inferiores Pisauri exundationes, atque ipsa lacuna per alluvionem exiccetur.

Postquam iis rationibus, quas superiori capite recensuimus, priorem sententiam confutasset Aegidius Bordonus, Vallati alveum ita mutandum iudicavit, ut recta ad mare per majorem, graveolentiorēque lacunam veteris portus deduceretur: idque non solum facillimum factu; verum etiam non poenitendum consilium, atque utilissimum esse Reipublicae demonstravit.

II. Ac primò quidem se nullo negotio id effecturum, nec fore unquam, ut Principem ejus operis impensarum poeniteret, ostendit; quod quum saepius totam illius campi planitiem à flumine ad maris litus quaque versus libellam examinasset (cujus rei descriptum exemplar atulerat) maris superficiem Vallati fundo, & quolibet fluvialis alvei loco depressiorem esse comperisset, deprehendissetque, quamvis procelloso mari reluctante, Vallati aquas retardari quidem parumper posse; sed intrà suas ripas coërceri, nec eas unquam praeterrere.

III. Quin etiam ex novo canali à se delineato triplex commodum, atque emolumentum perceptum iri docuit. Primum quidem, quod haud quaquam in posterum frequentissimae antea fluminis alluviones essent extimescendae, quum scilicet montanis aquis aductum, & eminens supra Vallati superficiem, in eundem torrentis instar exundabat.

IV. Alterum nec planè contemnendum emolumentum ex commotione, agitationeque palustrum aquarum in majori lacuna desidentium, quae ut posthac computrescerent, nunquam fore opinabatur. Et quidem persfluente eas Vallati rivo, non segni motu ciebantur, tum ob perennem profluentis impetum, tum ob illius refluxum urgentibus à mari ventis, ita ut impressione facta palustris humor in omnes partes commovendus sit, simul etiam in mare abripiendus.

V. Tertium verò aggeratio obtinebitur ex limosarum, turbidarumque aquarum transitu per eisdem lacunae finem ex Vallato decurrentium, quae porrò illuc delatae necessariò quiddam grave, ac terreum vehunt ad latera, ubi fluenti vis elanguescit, compellent atque destituent; quod certè omnibus in locis palustribus sinuosisque contingit, quae per alluviones aggerari solent.

VI. Verum quia nullum penè consilium tam perspicuis rationibus confirmatum comprobatumque reperire possis, quod si in frequenti consensu proposueris, non in difficultatem aliquam aut dubitationem incurrat; ideo mirum videri non debet, si huiusmodi Bordoni sententia nonnullorum reprehensionem effugere non potuerit. Diluit tamen ille eorum objectiones, quarum praecipuas hic referemus.

VII. Prima in eo sita est, quod etiam si campi planities ac situs ad libellam expensus sit, hydrostaticae scientiae scriptores velint, quum de aquis decurrentibus agitur, ut singulis decempedis certa declivitatis incrementa respondeant; quae

quæ tamen in longissimo alvei ductu haud tanta foret, quantum res ipsa postularer.

VIII. Sustulit verò hanc dubitationem Ægidius Bordonus, negavitque optimos Auctores, qui de aquarum decursu scripserunt, præcipere libratore, ut eum strictè servet ordinem, ac toties singulis decempedis declivitatem metiatur. Idque demonstravit exemplo canalisi ad libellam constituti, atque horizonti circulo ubique paralleli, ex quo aquæ, concepto jam motu, sine dubio elabuntur, si in aliquo fundi loco foramen pateat ad illarum exitum.

IX. Aiebant secundò fieri posse, ut Subsolani venti, ac maris procellæ congestis arenis novi alvei ostium obstruerent.

X. At nihil incommodi ex tempestatibus eventurum Bordonus ostendit. Enim verò intumescere ob ventorum impetum aequore, necessarium omnino esse, ut novi canalisi aquæ iidem ventis commoverentur; ac proinde pro suo modulo ad eam altitudinem assurgerent: sed nihil causæ esse, cur omnino inhiherent cursum, neque in mare saltem per partes subterlabentes erumperent. Deinde paulatim quiescentibus ventis sedato maris aestu easdem, nihil prorsus immutata, imò auctâ sui ponderis vi, submoturas sensim quidquid arenarum aggestum foret, ostiumque sibi facillimè cavaturas, ac propterea id nunquam obstruendum iri. Eaque res Genicæ fluviali exemplo confirmata est, qui licet longe minorem Vallati aquam vehat, semper tamen apertum in mare, atque expeditum exitum habet sine ulla hominum industria, atque labore, quod cæteris omnibus, qui in mare exeant, rivulis usû venire deprehendimus.

XI. Tertio denique verebantur, nè averfis aliò Vallati aquis Isaurus semper tenuis fluere, ac propterea ejusdem portus sensim oppleretur.

XII. At metus iste facili ratione discussus est: quum enim compertum sit omnibus tot mensium spatio, quibus & flumen, & Vallatus fluento penitus destituti fuerit, haud quaquam id incommodum accidisse, nihil profectò metuendum erit in posterum, si exigua Vallati aqua adimatur Isauri, ejus portus tot retro annis identidem exiccato flumine nunquam est aggeratus: quippe quem maris aestus, ac septentriones venti excavare possunt, ac purgare solent.

XIII. Huc accedit, quòd Vallati aquæ officere potius eidem, quam prodesse valeant; illuc enim perveniunt sordibus ac limo graves, quæ omnia illic ad ostium deferuntur, & cumulantur.

XIV. Hæc igitur fuit permissivi Viri sententia: sed quo pacto ad exitum perducta sit, deinceps capite sequenti narrabimus.

CAP. XV. *Quomodo post multas difficultates Vallati alveus per majorem lacunam ad mare deductus fuerit; Deque magno inde emolumento, tum ad antevertendas exundationes, tum ad lacunam ipsam exiccandam.*

Sed quia non satis erat novi alvei utilitates in genere demonstrasse, nisi de ejus aperiendi ratione, & quâ circumjacentis agri regione effodiendus esset, eodem tempore statueretur: propterea suasit Bordonus, affirmavitque nihil præstabilius esse, quàm si Vallatus, ubi primum ex Urbis mœnibus erumpit, in canalem ad semicircu-

li, vel saltem ad obtusi anguli speciem excavatum effunderetur, ut proclivius dextrorsum ad majus stagnum iter striperet; neque inflexâ ad rectum, vel acutum angulum viâ detortus in Urbem regrederetur.

II. Verum quia longior futurus erat alveus in semicirculum ductus, ac proinde gravior sumptus non solum ad majorem Canalem, incidentem; sed etiam ad extruendam lapideam pontem, quo publica viâ interrumpenda erat; Patrii quidam ac præsertim egregii Viri Comites Petrus Antonius Santinellus, & Joannes Franciscus Almericus, quibus judicio Eminentissimi Cardinalis Tanaræ Urbini tum Legatione surgentis Ægidius Bordonus perficiendi operis negotium commenderat, supervacuis impensis ob temporum difficultatem parcendum existimant. Quapropter Vallati canalem extra mœnia per amplam Urbis fossam ad eum modum deduxerunt, ut corvato in rectum ferè angulum itinere dextrorsum ad usque propugnaculum, quod vulgò *Rocchetta* nominatur, perveniret, atque inde ad stagnum, & mare decurreret. Vix tamen ejus operis labore perfecto, nonnulli ex Civibus patriæ studium præ se ferentes novum consilium improbarunt, ac Pontifici Maximo supplicem libellam Decembri mense, anno septingentesimo decimo supra millesimum portexerunt. Tria verò hæc possimum obiciebant.

III. Primum, Quòd Urbis mœnia paulatim aquis subrutum iri metuebant, si secundum ea longo alvei ductu, ac propè *Rocchetta* propugnaculum laberentur.

IV. Secundum, Quòd verebantur, nè major lacuna, ubi portus olim fuit, immisso fluente latius se effunderet, ac cælo deterius vitium afferret, quòd ejus stagni solum mollissimum esset, ac vetustis ludibus referum.

V. Tertio, Sumtus denique magnitudine terrebantur; quoniam alidua cura, ac diligentia providendum foret, nè alvei ostium ad litus occluderetur.

VI. At supplex libellus à Sanctissimo Patre ad Amplissimum Cardinalem Legatum missus fuit, ut iis de rebus cognosceret, ferretque sententiam. Ille igitur objectas dubitationes scientissimè sapientissimèque dissolvit VII. Kal. Martias anno MDCCXI.

VII. Quòd ad primum attinet, nihil causæ esse respondit, cur tantopere formidarent; quum Urbana ædificia haud tantam firmitudinem, quantum mœnia, ac propugnaculum haberent, & parum aliis fundamentis, nullaque objecta crepidine superstructa, nullum unquam prælabentibus Vallati aquis vitium fecissent; præsertim quòd antea exploratis muri fundamentis, quàm operi manus admoveantur, compertum sit, eadem multis pedibus novi alvei fundo esse depressiora: quòd sane periculum nuper ad imum quoque propugnaculum factum erat, ejusque fundamenta humo opere ædificata quatuor circiter pedes infra alvei solum jacere deprehenderant. Cæterum spatii aliquantum intercedere aiebat inter alvei ripam, & muri basim, qui inferiore sui parte sex pedes crassitudinis, superiore tres ac dimidium haberet, ac præterea validissimis, & confertis tibicibus ex interiori parte suffragatus esset.

VIII. Alteram verò difficultatem ratione diluit, atque experientia. Ac primò quidem stagnantium in veteri portu aquarum superficiem longè editiorem mari esse confirmavit, quam ob eam eam eò versus decurrere cogerentur aperto canalisi ad litus emillario. Deinde eventus ipso comprobati esse demonstravit longè aliter re-

evenire;

evenire: quum paucorum mensium intervallo, ad-
 vecto per Vallatum limo in angustioem jam sinum
 redacta esset lacuna, & majorem partem aggera-
 ta; quin etiam fluentis aquæ motu purgata,
 atque deterfa antiquam graveolentiam exuif-
 set.

IX. Quod ad tertium spectat, hyeme illa ob
 ingentem siccitatem, humorisque defectum sæpius
 obrigisse confessus est, ut maris tempestates no-
 vi canalis ostium obstruerent, quod raro tamen
 per hyemem accidere consuevit: sed reversam è
 montibus in Vallatum aquam sua sponte congef-
 tas circa litus arenas depulisse. Id præterea conti-
 gisse narravit, ut intumescens maris fluctus in stag-
 num insuerent, ac palustris aqua eorum impetu
 abrepta per novum alveum sursum versus regrede-
 retur, sed paulo post, quàm fluctus resedissent, in ma-
 re, ut antea, decurrerit: nunquam tamen Urbis
 fossam, nedum finitima mœnibus ædificia, stagnan-
 tibus aquis fuisse obducta.

X. Per idem tempus SANCTISSIMUS PATER
 mihi pariter mandavit, uti Bordini sententiam
 sciscitaret. Quumque idem Ravennam propediem
 profecturus esset, alia scilicet negotia ab Apo-
 stolice Cameræ Ministris sibi commissa procura-
 turus; ab ipso igitur percontatus sum. I. An
 immurato ejus consilio, quatenus Pisauenses se-
 cundum Urbis mœnia novum alveum direxissent,
 aliquid noxæ iisdem inferri posse putaret. II.
 An prono lapsu aquas per novum canalem defluere,
 ejusque ostium marinis tempestatibus obstrui animad-
 vertisset. III. An stagnum deveccto cœno aggerari nec-
 nè deprehendisset.

XI. Ille autem ad interrogata respondit, se
 nuper in Pisauensem agrum contulisse, omnia-
 que ad voluntatem fluere comperisse; quamvis enim
 delineatum ab eo exemplum in recens cavato alveo
 aliquantulum esset innovatum; rem tamen ex ani-
 mi sententia succedere, cum nec quidquam omnino
 Urbis mœnibus esset metuendum, & labentes per no-
 vum canalem latices liberè ad mare devolverentur,
 quòd eorum superficies marinis undis longè esset edi-
 tior.

XII. Præterea quoniam Vallato cursus in ma-
 jorem lacunam datus fuerat, ut exitiales vapo-
 res ex inertibus corruptisque aquis erumpentes
 arcerentur, eam rem, prout in optatis fuerat,
 intrà paucos menses effectam asseveravit; quan-
 doquidem profluentis impressione putida, pin-
 guia, & bituminosa corpuscula ad summum
 stagni emerferant, paulatimque fluenti impetu in
 mare abrepta fuerant. Quin etiam majorem
 lacunæ partem adhærescente alvei lateribus cœ-
 no, terreisque sordibus aggeratam esse confirma-
 vit.

XIII. Huc addidit, quòd quamvis sæpenume-
 ro per id tempus montanis torrentibus auctum
 flumen excrevisset, atque illius aquæ effluentis
 in veterem alveum redundassent, attamen Urbem
 non amplius alluvionibus obducerent: sed, ubi
 primum ad mœnia pervenissent, continuo in no-
 vum canalem restà irrupentes ad mare celeriter
 delaberentur. Unde pro comperto haberetur
 quantam novus alveus utilitatem, atque emolu-
 mentum afferret. Quamobrem Cives non mediocri
 lætitia perfalos gaudere, quòd tenuissent tandem
 propositum, ut & à fluminis auctibus nihil sibi in
 posterum metuerent, & stagnum per profluentis ag-
 gressionem oppletum viderent.

XIV. Hæc igitur occasione arreptâ Bordonus
 Pisauensibus persuasit, ut veterem Vallati alveum,
 ac ostium in flumen apertum præcluderent, his præ-
 fertim de causis. I. Ut tota fluminis aqua, si

quando excrevisset, per sumum alveum fluere;
 quapropter & altior, & rapidior foret, ac portum ve-
 hementius excavaret. II. Nè turbida unda per no-
 vum alveum ad mare decurreret, ac litus, paulatim
 aggestâ humo, longius promoveret.

XV. Bordonus denique orationem conclusit ma-
 ximo affectos beneficio Pisauenses per summam San-
 ctissimi Principis munificentiam ob novi operis con-
 silium tam feliciter Pontificio aere absolutum, ex
 quo tantum fructum brevi temporis spatio perce-
 pissent, ac majorem adhuc, ut sperabat, percepturi
 forent.

CAP. XVI. *Pisauri status sub anno MDCCXVI.
 circa ea, quæ de arcendis amorendisque cau-
 sis palustrium effluviis superioribus Capitibus
 enarrata sunt.*

Imprudens profectò forem, si meam nunc fi-
 dem minimè persolverem, lectores videlicet
 non admonendo novissimum Pisauensis Civitatis
 statum: Unde facile colligere possunt, Maligna-
 rum, & Castrensiū febrium ibidem fœturam ex
 palustri cœno, noxiisque indè assurgentibus efflu-
 viis omni tempore ortum habuisse. Percepisti au-
 tem epistolam ad Eminentissimum Cardinalem nunc
 Urbini Legatum: nemo enim qui aut diligentius
 exquirat, aut fidelius referat, occurrit. Itaque
 cum literas, quas ad eundem Cardinalem dedi-
 mus, tum illius responsa Latine reddita hic adjun-
 gimus.

EMINENTISSIMO, AC REVEREND.

PRINCIPI,

JO. ANTONIO DAVIÆ

Amplissimo S. R. E. Cardinali. & Urbini
 Legato vigilantissimo,

JOANNES MARIA LANGISIUS
 Diurnam felicitatem.

Quoniam multo ab hinc tempore de Noxiis
 Paludum Effluviis, eorumque remediis, (ar-
 gumento à nemine hætenus, quod sciam, de in-
 dustria pertractato) scribere aggressus sum; stu-
 dium nunc apprimè necessarium servandæ ubique
 historicæ veritatis, juvandæque Republicæ me
 impulit, ut Te, amplissime Cardinalis, graviori-
 bus quanquam negotiis intentum audacter interpel-
 larem. Quum enim describam inter cæteras ex
 palustri cœlo ortas Pisauensem Epidemiam per
 tres annos nostra ætate crudelissimè grassatam, ac
 tum Pontificis Max. jussu cuncta per literas non
 modò ab ejusdem Civitatis Medicis, verum etiam
 ab Eminentissimo Cardinali Tanara per id tempus
 Legato, & ab Illustrissimis Præsulibus Barbarigo,
 & Cavalerio Prolegatis diligentissimè fuisset scis-
 citatus; mihi tamen nonnulla adhuc ad præsentem
 Pisauri statum pertinentia supersunt exploranda,
 quorum apertâ cognitione, ut opusculum pro viri-
 bus perficere, carere non possim.

II. Primò igitur magni interest, ut resciscam
 utrum aggeres (vulgò *le chiese*) qui sub anno
 1709. refecti fuere, ad hunc diem integri firmi-
 que permaneant; unde Vallati rivus satis vehe-
 mens sit ad sordes quàm citò eluendas; quæ ex
 Pisauri

Febria

Pisauri cloacis in eum immittuntur.

III. Deinde utrum vetus ejusdem Vallati emissarium, sive, ut Pisauenses dicunt, *Foliera* ostium in flumen, nunc penitus obstruendum sit, an sola cataraeta occlusum; ac proinde num Isauri inundationes ex ejus alveo in prædictum ostium refluxu, olim contingentes, omnino desierint.

IV. Tertio num ex recedens aperto Vallati alveo stagnum veteris portus, advecta per alluviam humo, penitus fuerit solidatum.

V. Præterea non minus rescire cuperem, num alii aggeres, qui ad Isauri ripam propè Carmelitarum propugnaculum, ut prohiberentur fluminis exundationes, diligenter excitati fuerint, etiam num facti testique serventur.

VI. Denique te rogo, atque obtestor, Eminentissime Princeps, ut inquiri jubeas, an Pisauenses sedulo faciant, quæ ipsi anno MDCCX, fuerunt imperata; iis enim exquisitè provisum fuit, ut stagnantium aquarum, & noxii odoris causæ ubique locorum tum intra, tum extra Urbem radicitus tollerentur. Humanitatis quoque tuæ erit Edicti exemplar, si typis impressum istic fuerit, ad me mittere. Præceptionum autem tunc temporis editarum specimen ad hujus epistolæ calcem rejicio.

VII. Hæc sunt, Eminentissime Domine, quæ à Te percontari necessitas ipsa coëgit; quorum plenam perfectamque notitiam pro tua singulari benignitate me consecuturum esse confido; nam ad publicam, ut vides, incolumitatem, quæ nihil tibi est antiquius, omnia referuntur. Ejus sane beneficii gratia nunquam abolefecit, atque interitum ego, quoad vixero, futurus sum Eminentissimæ Tuæ observantissimus, ac studiosissimus cultor. Vale.

Romæ v. Nonas Octob. MDCCXVI.

Summa rerum Pisauri promulgatarum Principis Edicto.

Pistores ad sabigendum panem salubribus aquis utantur, non inquinatis, ac malè olentibus.

II. Nè quis in Furnos vel publicos, vel privatos bombyces cum involucribus condat, exiccandi gratiâ.

III. Nemo eosdem in lebetibus excoquat, nisi altissimam domi fossam habeat secessus causâ, in quam decoctura projiciatur.

IV. Lebetum Domini bombyces interiori velamine exuant, prout à publicæ salutis Curatoribus docebuntur.

V. Bombycum cadavera nè conjiciantur in Vallatum, quum aquâ deficiatur, sed ad mare, ubi pharus est, deferantur.

VI. Laniones, & Coriarii similiter purgamenta, non in Vallatum, sed ad Isauri pontem devecta in flumen congerant, & sicco flumine in mare projiciant; si aliter faxint, puniantur.

VII. In singulis domibus, quarum fordes in Vallatum immitti solent, altissimæ serobes defodiuntur, quo eadem conjici debeant, quum Vallati rivus exaruerit.

VIII. Ne quis in hortis intra vel extra Urbem aquam pluviam in aquariis, aut serobibus diutius collectam servet: liceat tamen Olitoribus putealium aquarum habere receptacula; modò carent, ut semper pura, ac munda sint, & procul à fimi cumulis absint.

Tom. II.

Responsum datum ab Eminentissimo

CARDINALI DAVIA

Rescripsit autem nobis pro sua humanitate Eminentissimus Pater, atque ad interrogata exquisitè, accuratèque resp. ondit.

I. Vallatum quidem, adhuc ut antea in Isaurum; flumen per antiquum alveum effundit novum verò canale alluvionibus maximo esse impedimento; nam abundantibus tunc temporis ab Isauri aquis, subito per eundem canalem patet iter ad mare, quibus arcendis non satis erat cataraeta ad inferiorem Urbis partem aquis objecta; illud utique diligenter animadvertendum Princeps Eminentissimus contendit, ut, cum turbidi latices lentissimo cursu per novum alveum suant, ac paulatim subsideant, summâ cum diligentia, quemadmodum jam semel purgatus fuit [quàm longissimè jumentis asportato ceno] ita, & in posterum, cum res postularit, propiciatur; semper tamen ineunte vere, nè mediis æstatis caloribus magno cum vitandi cœli periculo uliginosa humus commoveatur.

II. Majorem, malèque olentem ad veterem portum lacunam, accumulato limo ex lentè fluentibus per novum alveum turbidis aquis maximam partem esse aggeratam, parumque abesse, ut eadem passua fiat.

III. Similiter aggeres ad dexteram Isauri fluminis ripam, & Carmelitarum propugnaculum nuper excitatos, obolare, quò minus in finitimas Urbis regiones exundet, & agri ad veterem portum restagnent.

IV. Quoad Isauri Vallato aquam suppeditat, omnino urbicas fordes abstergi; quod fieri minime potest, si quando per acritatem fluvius exarescit.

V. Præterea Pistores quàm optimis possunt aquis (sunt verò puteales) panem subigere, neque in iis furnis coquere, in quibus per id temporis bombycum involucria siccantur.

VI. Quin etiam domos illas, in quibus bombyces lebetibus excoquantur, altissimas fossas habere, quò grave olens decoctura, non verò in Urbis vicos, projici solet.

VII. Id quoque studere eos, qui serico opificio dant operam, ut bombyces extremo velamine exuantur, neve iidem in Vallatum, quum fluente destituitur, conjiciantur.

VIII. Nec minus olitoribus curæ esse, ut pura, ac munda sint aquaria, nè quid aëris officiat salubritati.

Eadem confirmantur ab Eminentissimo

CARDINALI TANARA

Hæc quidem omnia Amplissimi quoque Cardinalis Tanaræ, qui paulò ante Urbini & Pisauri Legationi præfuit, literis benignè ad me datis, confirmata sunt, itaut non alius planè videatur Pisauensium rerum status, quem si perpetuò contra stagnantes ac putidas aquas studio, curaque servaverint cives illi, nunquam fore arbitror, ut in miserandam epidemicarum, & pestilentium febrium perniciem relabantur.

Kkk

CAPUT

CAPUT XVII. *Quid ad præcavendas Pisauri Epidemias adhuc præstandum esset?*

Cum superioribus Capitibus rationes omnes fasè sim persecutus, quibus trium annorum decursa consultum fuit, ut aquæ sordesque tum intrâ, tum extra Pisaurum per æstatem præfertim, & autumnum à stagnatione, ac congestione vindicarentur; quamobrem ea Civitas recurrentibus Epidemias non est amplius obnoxia: nunc, qui meus est erga eandem amor, haud committam, ut diligentia curaque mea ad reliqua ibidem castrensiùm febrium semina extinguenda ullâ in re desideretur. Neque enim illinc vernaculorum aliquot morborum radix unquam profusa evelli poterit; siquidem humilis loci situs, ingens fructuum, pisciumque vis, meridionalium ventorum status, & non levis aquarum desidia semper ignavam illius Urbis, incautamque plebem infernas præfertim regiones habitantem, ægrotationibus facilem redder. Cives tamen ac Patrii se in posterum promptius à novis Epidemias tueri poterunt, si non solum omni industria (quod à nobis hætenus inculcavimus est) sibi caverint ab aquis unâ cum sordibus in Vallato, in vicis, in hortis, intrâ vel extrâ moenia computrescentibus; verum etiam diligenter curaverint, ut posthac minor lacuna prope novum portum penitus oppleatur. Cum autem id aggesta humo, aut alio modo advectis cæmentis sine ingenti sumptu fieri nequeat, promptius esset per alluvionem eandem aggerare. Quod quidem minimo negotio obtineri poterit, ducto scilicet canali ex propinquo-ri fluminis ripa ad ipsum stagnum, alteroque canali ex opposito stagni latere ad mare exciso; itaut, cum omnis limpidus est, canalis ostium in ripa apertum demissa cataractâ claudatur; eadem vero elatâ insuat per canalem in stagnum, cum humilens, ac turbidus est: hac enim ratione (quemadmodum in majori lacuna jam contigisse diximus) aqua turbida illuc delata torpentibus permiscebitur, & in latius spatium diffusa hebetior fiet, ac propterea graviores terræ particule paulatim ad stagni latera, atque ad fundum decident, dum interim purior lymphæ per alterum canalem ad mare decurret.

II. Postremum, quod non minus ad Pisaurensis Civitatis elegantiam, atque ornatum, quam ad ejusdem aëris salubritatem collatum censerem, illud est, ut canalis, cui nomen Vallatus, intrâ moenia fornice, ad instar cloacæ, ubique locorum contegatur; videlicet nè pravorum effluviarum expiratione aërem vicinarum Aedium inquinet: Hoc quidem opus nec novum, nec arduum videbitur illis, qui ejus rei illustre exemplum viderint apud Plinium ita ad Trajanum scribentem:

Amastrianorum Civitas, Domine, & elegans & ornata habet inter præcipua opera pulcherrimam eandemque longissimam plateam, cujus è latere per spatium omne porrigitur nomine quidem flumen, revera cloaca foetissima, qua sicut tarpis, & immundissima aspectu, ita pestilens est odore teterrimo. Quibus ex causis non minus salubritatè, quam decoru interest eam contegi, quod fiet si permisero, curantibus nobis, nè desit quoque pecunia operi tam magno quam necessario.

III. Quod sanè Consilium Trajano fuisse probatum ex sequenti ipsius epistola intelligitur: *Rationis est, mi Secunde Charissime, contegi aquam istam qua per Civitatem Amastrianorum fluit, si in-recta salubritati obest. Pecunia nè huic operi desit,*

curaturum te secundum diligentiam tuam certum habes; Porro haud dubito, quin, modo paulatim negotium hoc Pisauri etiam procuraretur, factu facilissimum esset; præsertim si Pontifex, ut sæpe sæpius liberaliter fecit, pro sua beneficentia subsidio veniret. Ita enim Pisaurenses omnem veneficorum miasmatum occasionem arcerent, ac repellerent; ut proinde salubri caelo incolumes perpetuo usuros, ut maximè velim, considerem.

IV. Verum longius fortasse sum progressus falente amore, ac studio, quibus sollicitus anxiusque feror in singulas salubritatis causas omnium quidem Civitatum; quæ sub imperio sunt Clementissimi Nostri Principis, sed præcipue Pisauri, cujus à Civibus multa benevoli, gratique animi testimonia tam præsens, quam absens accepi, inter quæ maximum certè est, quod subnectimus.

Exemplar Latine redditum literarum, quas Pisaurensis Magistratus pro acceptis beneficiis ad Auctorem dedit.

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINE.

URbem nostram tot pridem ærumnis, & ceeli nunc gravitate vexatam, maximè Te, Illustrissime Vir, prosequutum officis, ops, benevolentia spud Optimum, Maximumque Pontificem certiores sumus. Tanto verò beneficio obstricti, quo finis erga Te grato animo, utinam possemus re comprobare; sed, cum modò vires deficiant referendæ gratiæ, hanc Tibi à nobis haberi amplissimam, omniaque tuâ causa velle, certum, atque exploratum tibi esse vicissim cupimus. Id sanè officii eximia tua in nos merita æquare nequit, sed illud studio, ac desiderio nostro, non exiguitate sua metiri debes. Camulabimus autem, cum Tibi, Vir Illustrissime, gerendi morem occasio se offerat. Non enim frustra se se obtulisse comperies, ac nos Tibi diligentius, nobisque satisfacisse. Vale.

Pisauri xv. Kal. Novemb. MDCCXI.

Dominationis Tuæ Illustriss. ac Reverendiss.

Additissimi, ac Devotissimi ad obsequendum Vexillifer, & Decuriones Pisauri.

Exemplar in Latinum Conversum Epistole, quam Auctor Pisaurensibus reddidit.

ILLUSTRISSIMIS VIRIS
VEXILLIF. ET DECURION. PISAURI.

JOANNES MARIA LANCISIUS

S. P. D.

Quicquid ad restituendam Urbi vestræ salubritatem aëris consultum, factumque est, id omne Optimi Principis providentiæ, ac liberalitati referendum est, meumque salutis vestræ studium, cura, cogitatio, datumque non nihil eidem tuendæ consilium, atque opera ex ipsa æternum commemoranda, ac penè divina Summi Pontificis beneficentia profecta sunt: Quod tamen eâ de re literas ad me, Illustrissimi Viri, scribere

scribere volueritis officii, ac benevolentiae plenas, ago, habeoque vobis singulares gratias; atque ita vobiscum animo reputetis velim, me vestra humanitate provocatum, vos Viros Illustrissimos in dies magis magisque diligentius observatorum; etsi à me quidpiam nobilissimo Municipio vestro accedere possit utilitatis; curaturum tamen, ut ratio vobis constet perpetui obsequii, & voluntatis meae. Valere.

Romae x. Kal. Novembris MDCCXI.

QUINTA EPIDEMIA

Castrensium Februm quae Ferentini, Anagninae, Finitimisque locis Anno MDCCIX. grassatae sunt.

CAPUT PRIMUM De Situ, Planicie, & Aquis Ferentini, Anagninae & Frusinonis.

Antiquissimae, magisque illustres Hernicorum Urbes, Ferentinum, Frusino, & Anagnina: haec facta ab Antonio cum Fulvia divortio, ductaque in matrimonium Cleopatrae celebris; Bonifacii quoque Octavi Patria: Omnes tophaceis in Collibus, nec multum editis ad Orientem, & Austrum sitae sunt. Quinque circiter millia ab invicem distant; se tamen mutuo respiciunt, atque inter sese agrorum fertilitate contendunt. Earum quippe interjecta, & quaquaversum extensa planicies montium velati coronam terminatur. Harum autem Coelum minime insalubre esset, nisi noxiis lenè decurrentium aquarum effluviis per aestatem saepe saepius inficeretur.

I. Occurrit porro in agris, qui Ferentinum inter, & Frusinonem interjacent, primum jugis aqua vulgò *di Tusano*, quae ex continuis montibus fluit, paulatimque collecta tantam demum copiam discurrit, ut pontem exegerint veterum commercia, & duabus frumentariis molis versandis ipsa sufficiat. Aestate per incertas plerumque annorum periodos suis è venis solito uberius manat; ita ut, cum scrobes, per quas olim liberè decurrebat aggestis modò sordibus, & succreto sensim limo, magnam partem inveniat obstructas, per campos necessaridè disfluere, redundare, corrumpique cogatur.

III. Profectò observatione dignissimum est, quod nos ipsi, cum iter quatuor abhinc annis ad Coenobium Montis Casini Religionis causa suscepissimus, in effusissimis campis Anagninae animadvertimus: nimirum antiquum dicti superius Amnis alveum tartaris concretionibus, ac protuberantiis ita inaequaliter obductum, oppletumque, ut eadem supra tellurem emergentes murorum rudimenta eminè viderentur.

IV. Quanquam verò hujusmodi aqua nullum soape naturam spirer odorem, nullaque alia prava, infestaque qualitate praedita videatur; tamen propter ceptarum in vicinis hortis sationem, linique, & cannabis in ea macerationem hic illic malè olere solet.

V. Praeter aquam istam tophaceam inter Ferentinum, & Frusinonem quinque fontes scaturiunt, quorum alii dulces sunt, alii verò minerales.

Tom. II.

VI. Primus ad lapidosi collis radicem emergens Ferentino propior est, isque plures in rivis dirimitur. Sed erumpentes aquae, cum per inaequale, & plano-concavum solum liberè decurrere nequeant, ideo saepe saepius praegravem lacunam omnes simul confluentes efficiunt, vulgò, dictam *Scrofino*, tum Ferentinatibus, tum Finitimis adeò perniciosam, ut vulgare, tritumque illud per ora Provincialium circumferatur: *Quando esse Scrofino atterza Anagni e Smeza Ferentino.*

VII. Provisum quondam fuit, ut torpidae, ac putres hujus generis aquae ad liberum promoverentur cursum per declivem, ingentemque subterraneam Cloacam è Saxo in fornem exculptam, ad quingentos circiter passus, idest ad Theletem usque Campaniae flumen, protensam, satis laram, atque etiam altitudine insignem, ut quilibet, tametsi procerus homo intra eam & stare possit, & commodè incedere: non exiguam proinde credendum est in id operis impensam erogatam à Romanis Aedilibus, quorum studio extractum fuisse, verosimillimum est. Nam, ut eadem diù duratura aperiretur, concinuum lapidem scalpro excindi, atque altè excavari oportuit. At enim verò elaboratissimum hoc opus jam ob Civium incuriam, Colonorumque avaritiam, sationum potius lucro, quam aëris salubritati studentium, terram, cenoque infartum erat, undasque nostram, nostrorumque Patrum memorià interciperè, ac repellere potius, quam excipere valebat. Quam ob causam Regio illa omnino aquis obducta palustris evasit.

VIII. Secundus deinde fons, ut aiunt di *Sirophino*, qui à primo non longè distans, è terrae poris exaestuans emergit totus sulphureus; atque ideo insigni foetore nares percellit, suamque per scrobem fertur in Caveam aquae, *Oleto* nuncupatae, ubi cum superius memorata serophinica permiscetur.

IX. Tertius apud Hernicos appellatus *fontana Oleto*, nascitur in medio Viae Consularis, totus pariter sulphureus, cui tamen duo rivoli junguntur, alter dulcis, qui ex proximà Cavernula defluit; acidulus alter, qui è saxo scaturiens effunditur in subjectum terrae sinum, Conchae simillimum. miram Naturae elegantiam, tanquam artis ingenio margine circumvallatum. Illic vetustissima quaedam observantur Aedificii vestigia, quae quidem Praefectorum Balnearum rudera esse nemo non conjiciet.

X. Quartus etiam sulphure imbutus est, eique dulcis aqua permiscetur, quae à loco vocitato *Bagnato* initium sumit.

XI. Quintus, & maximus à Montis Radicini visceribus biceps oritur sulphureus, & dulcis, quem, cum solito alveo contineri non posset, per arva diffundi necesse fuit.

XII. Hujusmodi igitur aquam capta ferè omnia thermalia sulphure potissimum abundant; nam aliorum mineralium (excepto vitriolo) particulae vix se se manifestant. Id sanè testari videtur nedum sapor, & odor, verum etiam color: albicans enim; cum caeteroquin pura lympham diaphanam sit, alumini admixta splendat, quod Inspectoribus compertum est. Non aliunde igitur, quam ex sulphureo halitu lactae possunt apparere. Hinc elegantè Virgilius: *Sulphurea Nar albus aqua, fontefque Velini.*

XIII. Neque hic silentio est praetereundum, serophinicum lacum musco viridescere.

XIV. Tanta praeterea in iis stygiis ferè laticibus inest acrimonia, ut etiam lapides, in quos incidunt (cent

ossa per cariem] corrodamur. Extrinsecus adhibita cutim abstergunt, scabiemque tollunt.

XV. Denum non abs re fuerit animadvertisse, aquas hujusmodi, quasi Nili æmulas, ætivistis feroribus non tantum non minui, sed interdum etiam mirum in modum augescere: Id quod ut plurimum singulis septenis, aut octonis annis solet recurrere.

XVI. Cum igitur pleraque omnes sub æstatem anni MDCCIX. copiosius, atque licentius suis ex fontibus erumperent, promptius etiam, ac largius ex rã proprios alveos redundarunt, inque campos effusã tum deprehensas segetes enecuerunt, tum aërem morbosis feminibus fecundarunt, quod clariùs infra docēbimus.

XVII. Et quoniam multa eorum, quæ præfenti capite breviter perstrinximus, à Domino Antonio Cocchi, Medico apud Hernicos Eruditissimo, per summam diligentiam conquistata fuerunt, nobisque scripto communicata; Idcirco huc adnectendum arbitramur Exemplar literarum, quæ tùm ad illum grati animi nostri testimonium libentissimè dedimus.

ERUDITISSIMO DOMINO

D. ANTON. COCCHIO

Rerum Naturalium studiosissimo, ac de Medicinã apud Hernicos optimè merito,

JOANNES MARIA LANCISIO

S. P. D.

Impetravi tandem, quod vehementer cupiebam, Saavissime Cocchi, postremis tuis literis integram Ferentinensium, & Anagninarum Aquarum historiam, quam sanè abs Te, si non misisses, petere rursus constitueram: Non enim alterum librum de Noxiis Paludum Effluviis, quo vestram etiam Epidemiam complector, pro viribus retractare, atque absolvere potuissem; nisi principium aëreæ labis vestrorum Camporum, quæ singulis plerumque septenis annis recurrit, ab istis veritatis quasi fontibus hausissem. Sciebam utique adhuc puer crebrã Maronis lectione Populos esse, qui

..... rorsida rivu
Hernica saxa colunt.

fed numerum, indolemque istiusmodi laticum, quæve olim arte ad proximum flumen liberè derivarentur, præsertim cum incertis legibus copiosius suis è venis effluent, penitus ignorabam. Maximas itaque Tibi gratias ago, pares videlicet immortalitati hujus beneficii, quod in publicam utilitatem Tu quoque contulisti.

II. Scitu sanè dignum, gratumque accepi, fuisse quondam isthic provisum, nè usquam male olentes aquæ torperent; sed contra, ut summo artificio proectæ cum ingenti Accolarum emolumento adigerentur ad cursum; exciso nimirum duro saxo, apertaque longã, ingenti, declivique subterraneã fossã, quæ mihi id quidem revocat in memoriam quod Plinius Junior scriptum reliquit in Epistolã IC. lib. x. ad Trajanum de foedissimã cloacã Mastrianorum, quæ celo patens, sicut turpis, & immundissima aspectu, ita pestilens erat odore terribissimo; quamobrem non minus salubritatis, quam decoris interesse judicavit, ut fornice contegeretur. Eò usque etiam apud

Priscos perennis, & constans fuit cura munditiæ Viarum & clementiæ ipsius aëris; quã quidem semper Hernici procul dubio fruenter, nec per sæcula conterraneorum suorum mortes vulgari, quod apponit, proverbio lugerent, si cloacam illam perpetuò integram, perviamque servassent. Hoc sanè docemur, pleraque mala propter nostram desidiam, ac negligentiam nobis accidere; frustra que nos de naturã (ut nequirer de Superis) conqueri; cum sortes nostras nostris in manibus habeamus. Tu interim perge, ut facis, in Patriã oriar, strenuè tamen, atque actuosè; Nam, ut Menander ait: *Ignavorum Vvorum ignava sunt cogitationes.* Vale.

Romæ IV. Kal. Octobris MDCCXIII.

CAP. II. *Febres Castrenses ex Ferentinensium Aquarum stagnatione apud Hernicos Anno MDCCIX. epidemicè grassantes describuntur.*

Sub æstatem Anni MDCCIX. ab Illustrissimo Præsule Curtio Origo, tunc Sacræ, ut aiunt, Consultæ à secretis, nunc verò meritissimo S. R. E. Cardinali, interrogatus, quid opinaretur in causã, cur per id temporis in humiliori Hernicorum Regione Anagninæ scilicet, Ferentini, ac Frusinonis malignarum febrium genus communiter grassaretur; contra verò Incolæ limitimorum montium nullã penitus labe afficerentur; illico [quod miratus est Præsul] paludes aliquas nuper iis locis inductas horum malorum originem esse sine ullã hæsitacione respondi, obsecrans, ut rem ipsam diligenter exquireret. E vestigio autem, cum id à Campaniæ Præside postularetur, non aliam reverã, quàm hærentem, corruptamque in agris illis aquam debacchantis Epidemiæ causam extitisse, rescitum est.

II. Porro Ferentinenses Aquæ mense Julio præfati Anni tantã mole suis è venis eruperunt, ut extra alveos torrentis in modum effuse universam penè planiciem inundarint. Ex foedissimã verò horum laticum desidiam, quã malignorum morborum semina foventur, ea demum aëris labe emerit, unde perniciosissimæ, ac populares febres æstate, & autumnò ad hyemis usque initium per ultima loca vagatæ sunt: Quarum sanè indoles, mos, & phænomena in sequentibus ad nos datis literis descripta exhibentur.

Viro Amplissimo, & Archiatro Pontificia

JO. Mariæ LANCISIO

ANTONIUS COCCHI

S. P. D.

IN magnis morbis ad Te recurrimus, tanquã ad Latinum Hippocratem, Vir Amplissime. Crudelis hoc tempore apud nos viget Epidemia Castrensiū Februm ab acri, ac penè re-algarinã, Aëris diathesi oriunda. Hanc porro dolemus calamitatem, ut ipsum, quo vivimus, quod die, nocteque inspiramus, in communem perniciem evaserit Elementum. Scias, itaque oportet, diligens Naturæ Scrutator, ut per consilia Tua nobis opportunè succurras, Ferentinum inter,

ter, & Frusinonem palustres aquas jecere. Sunt verò sulphureæ præsertim, atque enormiter foetidæ, quæ hoc potissimum Anno supra modum auctæ, humiles agros, & fata penè omnia inundarunt. Minerale sanè particula, quæ hisce aquis per abditos Terræ sinus evectæ, atque indiscussæ retinentur, æstivis postea ardoribus in Atmosphæram elatæ tantò quidem deterius ad morbos parantur, & cladem, quanto magis pertinaciter in foveis otiosarum aquarum Linum, & Cannabes macerantur. Addo inquinamenta Ranarum, Bufonum, atque Amphibiorum consimilium, quæ nunc humi degunt, nunc aliis cum vermibus viles aquas inhabitant: Ex quibus omnibus, Syrio acutè, pestiferi vapores procedunt, qui, ubi per aërem discutunt, alitè feriunt hominem respicentem. Vix oppida in Montium Verticibus sita, à labe secuta sunt. Eorum namque Plebecula solceptas in subjectâ Ferentinensi planicie febres convehit ad montana. Verùm Frusino, Ferentinum, & Anagnina virulenti Aëris damna maximè sentiunt.

II. Febres sunt verè malignæ, & epidemicæ, quippe in omnibus similes: cum rigore tamen, horrore, & artuum frigore periodicè recrudescunt: Nempe unius, aut duplicis Tertianæ typum initio servant, perniciosissimam indolem suis mox phaenomenis detecturæ. Torva occurrit, & plusquam icterica Agrotantium facies. Pulsus, qui est Cordis Echo, parvus, creber, inæqualis. Attingunt Capitis dolor, tinnitus Aurium, sitis, cibi fastidium, vomitus verminosus, Cardialgia, & Syncope: modicatio enim stomachi ore, per nervos ibi desinentes, Cerebrum, & Cœ in consensum trahuntur. Vires usque ad languorem procombant: nec desunt percinaces vigilæ, anxietates, deliria, & motus irregulares, quos puto ex convulsivâ duræ Meningis oscillatione pendere. Ob exhaustos, vel torpidos animales spiritus, comatosus obrepit sopor. Lingua, cui utpote papillis nervis contextæ magna fides debetur in morbis, arida est, scabra, & nigra, vel lento quodam latice obducta. Urinæ corruptum lixivium æmulantur. Exanthemata, modò purpurea, modò livida, efflorescunt in Cute. Parotides interdum extuberant, interdum verò exostoses, gangrænosique decubitus pateliont.

III. En trillis apud Nos grassantium febrium aspectus. Nunc verò earum facinora expendamus. Septimo, & Undecimo solent occidere, rarò decimum quartum attingunt, ut Ferentini præsertim observamus, cum ipse ad plures Cives curandum accesserit. Quæ superantur, nullâ unquam crisi integrâ solvuntur: ipsa enim Cœli impuritas criticos Naturæ motus distrahit perpetuò, ac turbat; Sed absumptis spiribus, enervatoque sanguinis robore in Viscerum obstructions, Cachexiam, Quartanam, & alios hujusmodi Chronicismos migrant. Vidi septem Rusticos montium incolas, qui ad secandam novam Cerecerem in Ferentini agro semetipsos, ut mos est, pro pane oppignerantes, morati fuerant. Hi verò, cum non aërem solum venenatum, sed æstivâ siti, laboreque extenuati, aquas etiam veneni fontem hausissent, colore turpissimo infecti, se intus uri, simulque Caput in partes quasi dissilire, conquesi sunt: tanta erat gravitas, pondus, & dolor. Circa quartum morbi diem revecti ad patrios lates, angustiores rei domesticæ homines, brevi à tam funello malo, & nonnulli parotide præcedente, jugulati sunt: quò sanè facit illud in Coacis: *Quæ dolenter ad aures asurgunt, pestifera:* Aliqui lethargo stertentes, Alii verò adjuncto dylen-

Tom. II.

terico fluxu [factâ scilicet salium aërium, & dentium ad Intestina metastasi) occubuerunt. Plures intra lisdem ferè symptomatibus affecti, cum per opportu- reditum tempestivæ medelæ locum dederint, optè- strâ prorsus sunt in valetudinem restituti. Hinc con- e fas est, quantum contulerit montanus Aër ob tenuè, purgatissimum nitrum, vegetumque elaterem.

IV. Non est hic, ut Te, Vir Amplissime, detineam inutili causarum, symptomatumque explicatione: Cum Te non lateat, sales alchalinoo-acres, ipso aëre, seu menstruo duros, atque inspicatione haustos per tenella Pulmonum cribra filtrari: primò salivâ quoque ad Ventrículum ablegatos unâ cum Chylo in massam sanguinis trannare. Quò cum pervenerint, tragicas agunt metamorphoses: fuso enim sanguine, ac veluti à sui federe sejunctâ parte lymphaticâ, fibros densatur, ut lac ex feri secretionè concrevit. Hinc febres oriuntur, à coagulo dicitæ.

V. Curationem autem sic instituimus. Initio, cum urget aut vomitus, aut vomendi proclivitas, tincturam emeticam impero, ex croco Metallorum per vinum album elicitam, & quories vomerit Ager, aut alvum exoneraverit, hordei, & seminum Citri decoctum, ut nempe inania tormina præcaveantur, & vomendi conatus auspiciò procedant: Id, quod in Cholera morbo utiliter fieri solet, Aëris labe salivæ impressa, & ad stomachum detrusa, prius quàm tota in sanguinem inuet, per viam omnium brevissimam eliminanda est, quam scilicet innuit Natura, & ejusdem fidelis interpretæ Græcus senex: *Medicari æstate superius, hyeme verò inferius convenit:* secus non posset non insequi diarrhæa, quæ sanguinis despumationem, ut in Pleuritide anacathartum, impedit, quæque diuturna cum sit, in dylenteriam non rarò degenerat. Purgativum semper sub noctem exhibeo, ut tumultus ab Emetico inductus sedetur. Sunt mihi præterea in usu Aqua Prophylactica Sylvii: Gelatina Cornu Cervi, ut Mucilage suâ sitim compescat, & sales acres cicuret, leniatque: Emulsa ex Amygdalis dulcibus, & Melonum seminibus cum aquis scorzonearæ, & sonchi, ut feri defectum refarciant. Contraryæ radix balsamico-sulphurea, Cornu Cervi philosophicum, stibium diaphoreticum, & Bezoarticum Jovis, ut peregrini fermenti moleculas Præcordiis potissimum, ac Cerebro hærentes solvant, & ad extrema vasorum urgeant, expellantque. Nec ea tandem omittuntur, quæ gregum helminiticum destruere valent. ℞. Srib. diaph. gr. xv. Bezoart. Jov. gr. vi. Jecor. Viperin. gr. xv. Ol. scorp. Matthioli gutt. ʒi. Confect. Hyacinthin. s. o. Discord. Fracastor. ana scrup. i. Coge in bolos, & inaura; quos deglutiat horâ somni, & bibat Aq. Card. benedict. unc. v. rot. Citr. unc. i. Laudan. liquid. Sydenham gutt. xii. Cum inde optatus sudor emerit, si febris nonnihil remiserit, statim ad Peruvianum Corticem, veluti ad Sacram anchoram convolamus, & tertiâ quæque horâ ejusdem doses repetimus.

VI. Cum autem præceps instat à coagulatione malum, vix præmissis Enemate, aut leni dejectorio, ad stimulantia solidum, & liquidum iners, ad vesicantia scilicet festinamus, præsertim ubi æger pessimâ febris jactatus ad lethargum pro-

pendit. VII. Juvenis quidam temperamenti salino-terrei, tam victu, quàm Venere incontinentis, nec aëris pravitate, nec tor funerum exemplis deterritus Ferentinum concessit, ubi propter negotia plures duxit dies, noctesque. Nondum erat

Kkk 3

revet

reversus, cum coepit egrotare: incidit enim in febrim popularem cum vomitu vermium. Idcirco ne vires morbo accederent, pro crastinatio remedii, sequentem misturam praescripsi. Mercur. dalc. gr. xss. diagrid. sulph. gr. v. p. abarb. elect. serup. i. Ol. scorp. Matth. gutt. .i. Syr. flor. Persicor. unc. sem. m. Non solum viscida, & biliosa graveolentia, sed etiam extinctos lumbricos magna copia sursum, deorsumque, sine ullo tamen levamine, ejecit. jura deinde Cornu Cervino, soncho, radicibus scorzonerae, & Graminis alterata mane, & vespere potabat cum Pulvere sudorifico alchamino fixo, & veneni acrimoniam simul retundente. Quinto largissime sudavit, sed adhuc frustra: Quae enim aderant symptomata, esserata sunt; quae non aderant, supervenerunt, nempe cruoris stillae e naribus, surditas, & faucium absque tumore ad deglutendum impotentia. Undecimo convulsus interiit. Miramur tamen, quomodo sudor in die critico per universam cutim excitatus prodesse nequiverit: Miramur scilicet, acerrimum febrile fermentum nec despumatum esse, nec fractum, sed suimet inter scorias potius invaluisse.

VIII. Non amplius Te moror, Vir Amplissime, veritus, ne Tibi sim taedio. Culus tamen erga Te meus, & devotio illud exigat, precor, ab Oraculis Tuis, ut mihi adversus febres malignas verminosas ab aere oriundas methodum aliquam peculiarem aperias, & Patrocinio Tuo me foveas. Vale, atque iterum vale, Pontifici nostro Clementissimo.

Datum Fumone xss. Kal. Septembr. MDCCIX.

CAP. III. Auctoris responsio, qua idea, causa, & curatio Castrensiarum earum febrium perstringitur.

ERUDITISSIMO VIRO
ANTONIO COCCHIO

De Medicina apud Hernicos optime merito,

JO. MARIA LANCISIUS

S. P. D.

Petis a me, studiosissime Cocchi, ut tibi referbam equid de palustribus isthic haerentibus aquis, deque inde ortis, & frequentius hoc anno per aetatem grassantibus malignis, aiunt, febribus sentiam. Quid rursus agendum, ne libitina adeo immaniter tuos in aegros defaeviat, mihi videatur.

II. Antiquissimam forte putabit aliquis querelam, quam apud me habes, & in qua vehementer doles, ornatissime Vir, partem nempe Provinciae, quam incolis, Ferentinum inter, & Anagniam, palustribus aquis plus solito identidem inquinari. Etenim Strabo, diligentissimus ille Romani Agri descriptor, postquam lib. V. Geographiae omne Latium a salubritate commendavit; loca excipit quae palustria sunt, atque morbosa, qualis, inquit, est ager inter Antium, & Lavinium, usque ad Pometiam, & Serini agri quaedam, & circa Tarracinam, & Circejum; quo sane locorum circuitu isthaec etiam finitima tellus comprehendi posse videtur.

III. Sed non omnia, quae dolemus, eodem jure queti possumus. Vel enim Regio ista, ob jugem aqua-

um scaturiginem, nullaque hominum industria vincendam telluris humilitatem, olim etiam cornosa fuit, & culpa in eos conferenda est, qui primi coluerunt, vel propter temporum injurias (ut arbitror) non corrivatis sedulo aquis, in hujusmodi statum pervenit, & excusanda minus est posterorum, praesentiumque negligentia, quae eosdem latices torpere finit, qui apertis tum veteribus, tum novis scrobibus, & canalibus, in amnes, ac mare tempestive derivare potuissent.

IV. Quid quod multi, industria paulatim exaggeratione, desertis palustribus locis prudentissime succurrerunt? Alterum siquidem excitandis lacunis, ac stagnis semper subservisse compertum est, scilicet alicubi vel non inventa circumstantis declivitas soli, per quam nascens, aut influens aqua liberè possit excurrere; vel importune occurrens major altitudo proximi fluminis, aut pelagi: unde pigrum fluentum repellitur, quod illorum admisceri undis, ad integrum paludis exhaustum, oporteret.

V. Ceterum mirari desines, mi Cocchi, cur isthic hoc anno affluentiore aqua, tam dulcis, quam mineralis, suis ex scatebris effluerit, & vicinos campos inundaverit: etenim dum algidissima hyems aqueos vapores e terra excitari prohibuit, recens, exterumque nitrum abundè nimis infusum est. Ver autem pluvium subterraneas venas latice magis implevit; exinde, sub aestatis initium utraque de causa potuit uberior lympham manare. Vidit phanomenon hoc ante mensē ipsa etiam Roma, timuitque, cum in valle juxta moenia montis Coelii exigua caeteroqui scaturigo, tantam aquae copiam ocysime reddidit, ut brevi locum illum impleverit; & insectorum, amphibiorumque multitudinem admiserit, certo certius circumfusae etiam atmosphaerae plurimum nocitura, nisi summa CLEMENTIS XI. providentia udam sinuosamque vallem citissime aggesta terra oppleri jussisset.

VI. Inertes vero latices, idcirco tanto putore humilia circa Anagniam, & Ferentinum loca infecerunt, quia iidem ex enormi diversorum, quae vegetabilium, sensilium, & insensilium, quae etiam mineralium corporum mixtione inquinari, agitante solis aestu, corruptivum fervorem cum innumera-bilium vermium exortu subire coacti fuerunt, quam sane fermentationem suis, quos defert, igneis salibus, ipse quoque per aetatem saepe stans auster, adauxit, qui, cum semper ex imis ad sublimia enitatur, ex palustribus, verminosisque aquis lethifera effluvia & abripit, & attollit, facile etiam ad montana oppida evecturus, nisi eadem effluvia in sublime delata multum dispertirentur, ac partim ipso in volatu caderent, partim fumorum instar disperderentur, ac dissiparentur. Unde fit, ut Patria tua, super montem posita, innoxio Coelo fruatur.

VII. Quae vero ratione hujusmodi labis semina, sive animata, sive inanimata castrenses, ac pestilentes febres gignant, & Tu innuis, & nos latius in opere de Noxiis Paludum Effluviis, brevi edendo, demonstrabimus. Nunc autem satis fuerit M. Varronis sententiam, hujuscemodi infortuniis pulchre accommodatam, referre: *Advertendum, inquit, etiam, si qua erunt loca palustria, & propter easdem causas, & quod arescunt, animalia quaedam minuta, quae non possunt oculi consequi, & per aera intus in corpus per os, ac naves perveniunt, atque efficiunt difficiles morbos, quos deinceps Columella Cacos appellavit, quoniam subdit, eorum causas ne quidem Medici (nempe suae aetatis) perspicere queunt: non enim per ea tempora vermium ex seminio, ovulisque propagatio tam clare patuit, sicuti nostro aeo, quo vulgi etiam sermonibus trita est.*

VIII. Nec

VIII. Nec deest probabilis conjectura, exotium liquidum nostris fluidis incongruum à vermibus, dum stomachum, atque intestina corroduunt, fuis per tenues proboscides, veluti per totidem siphunculos, in albas, rubrasque venas, immo in nervos etiam magno cum ægotantium discrimine infundi. Accedit denique, quòd per eadem ulcuscula multis aliis ab aère derivatis particulis suapte natura nobis insensis, latus (præter pneumonicum) iter aperitur in sanguinem.

IX. Triste sanè experimentum consimilis Epidemice Roma cepit superioribus annis, cum ad duo circiter millia hominum in Leonina Civitate propter stagnantes, corruptasque in Fossis Hadriacæ Arcis aquas, verminosà, & pestilenti febre trimestri spatio perierunt. Sed quemadmodum tunc temporis nobis accidit, ut funestis læta successerint; nimirum ingruentibus prope autumnale æquinoctium pluviis, ventisque in contrarium versis, ita vobis, defervescentibus posthac aestibus, arbitror eventurum, & in antecessum gratulor. Cæterum, cum furit ex paludibus morbus, initio præsertim aestatis, vix ullis remediis, aut arcei penitus potest, aut reprimi; nè si Æsculapius quidem ipse, & Machaon propulsatores, & curatores adessent. Unde ingenuà, magnoque viro dignà confessione scriptum nobis reliquit Hippocrates in aestiva quadam constitutione, nihil memorabile sui ægotantibus profuisse, scilicet, non ventris turbationem, non vena sectionem, neque quæcumque alia, quæ ipse tentavit, quem omnia curatione tentasse purandum est: habent enim effluvia ista certum incrementi tempus, quod plerunque totà aestate finitur; cujus decursu affatim irrupentia in hominum corpora, quæ magis propensa sunt, (sunt autem valetudinaria, aut quæ minus congruà vitæ ratione utuntur) duplici potissimum viâ (præter minus conspicuas) respirationis nempe, ac cibi penetrant, patenterque in fluidas, atque in solidas humani corporis partes debacchantur. Sed, cum pluere incipit, æstusque temperatur, tunc certè palustris humor, imbris dilutus, ut docuit Columella, citius mirefcit, & flantibus ventis è septentrione, non solum lethiferæ subsident in paludibus exhalationes, sed quæ jam in aërem sublatae fuerant, aliò converti solent, ac dissipari.

X. Ad curationem portò grassantis morbi quod spectat, illam tu quidem sua duxisti viâ, partim infusum venenum detrahendo, partim corrigendo, partim etiam volatilizando, ac dissolvendo. Sed quoniam mala sæpè sæpius Artis vim eludunt, propterea illud Hippocrates ob oculos perpetuò à nobis habendum est, si non prosis, saltem nè nocens. Ac ritè quidem Divinus Senex Medicum Gubernatori navis comparavit: quemadmodum enim ille magnis in tempestatibus ita gubernaculum, & vela moderatur, ut ventorum impetus, secundos quidem, excipiat, adversos verò declinet, ne vel illidatur scopulis, vel mergatur undis; sic profectò solers Medicus nunquam, nimia cupidine celerioris curationis, multiplicandis cum temeritate, vel confusione remediis, adduci debet; Sed ita diligenter naturæ motus observare, ut salubribus faveat, noxiis obstat, ægrumque, translatione saltem in chronicum morbum (quod est hac in re ut admodum frequens, ita summopere utile) ad salutis portum utcumque perducatur. Exinde fit, ut hujusmodi in febribus, raro purgantia, nisi ab initio, & quidem cum absente diarrhæa; quotidie remiserint, aut alternis diebus rigore, aut saltem frigore exacerbentur, juvare solent; tunc enim, quoniam non levis febrilis fermenti portio hypochondriorum glandulis, quæ in primas vias hiant, hæretæ solet, non agrè illinc blandis subito emeticis, aut dejectoriis evellitur; ut inde locus fiat usui Chinæ chinæ, guttulis Olei

Matthioli irroratæ, tanquam specifico hujus pestilentie alexipharmaco, quod experimento quoque utilissimum compertum est apud illos, qui continuis quanquam febribus, gelido tamen artuum frigore laborant. Sed hæc purgatio non nisi primâ, aut secundâ die laudatur: postea verò, quoniam sæpè [excitata diarrhæa, vel dysenteria] ad alvum confluit malignus humor, ab omnibus purgantibus penè cum superstitione abstinendum est, solisque diaphoreticis, & alexipharmacis utendum.

XI. At verò, si febris servaverit ideam continentis, stipereturque delirio, lethargo, & convulsionibus; nullumque urgeat extremorum frigus; quoniam significat acre, malignumque fermentum, majori ex parte intrâ sanguifera vasa furere, atque in præcordia, cerebrum, & nervos impingere, purgantibus exasperari solet, etiam si nausea, ac vomitu æger vexetur; exigique tantummodo blanda crebraque enemata, stillaricias aquas vel simplicia, quæ longa vocant, jura acido volatilia, ex decoctione rad. scorzonæræ, pimpinellæ, gramin. contrayer. acetosæ, ac foliis contusis sonchi; postulat pariter emulsionem ex semin. melon. cardui sancti, & amygdalis, additis temperatis diaphoreticis, & cardiacis, modò ex stibio diaph. succino, & camph. modò ex C. C. ac lapide Bezoar, vel guttulis spiritus sal. volat. sal. ammon. modò ex decoctione Hyacinth. de Alchet. ac potissimum Diacordio Fracastorii. Quin imò, cum primùm coacti alicubi sanguinis indicia apparuerint aut etiam tinctura, ritè preparata, vel spiritus Mannæ, quem vitæ appellant, agris exhiberi potest. Sed vesicantia præcipuè non solum artibus, verum etiam cervici tempestivè, atque utroque in casu, modò absit dysenteria, admoventa erant.

XII. Hoc tibi fortè mirum videbitur, quòd; quamquam in maligna ista febre viperæ dentis inflat censetur phlebotomi lanceola; nihilominus tamen ægotantes plethorici, qui eadem febre cum dolore capitis, pulsuque magno, & æquali corripuntur, sectâ vena frontis, vel jugulari, tunc maxime, cum majori mentis motione, soporeque, imò parotide premerentur, quandoque levati fuerint; Sectiones enim istæ (modò extremorum frigus absit, & vires consent) accensentur illis, quas laudat Hippocrates, & proximi ventris appellat; evacuant namque, & revocant in præcordia, ac subindè in vitalem circulum multas cruoris partes, quæ piceam, & quasi non dixerim, polypeam, consistentiam nactæ, sinibus duræ menyngeis, atque universæ propemodum cerebri superficiæ, perindè quasi supremi, mortalesque decubitus, pertinaciter adhæserant, atque illinc deturbari naturæ operâ non solent, nisi magno, ac plerumque irritò, parotidum conatu.

XIII. In eundem præter scopum collimant non solum viscera recens mactatorum animalium, crani futuris adhibita, utpotè quæ proprio sale oleoso-volatili, illas sanguinis particulas diluunt, leniunt, ac subnovent, quæ summo capiti erant defixæ; verum etiam cucurbitulæ sicæ, atque adhuc semel scarificatæ, si opus fuerit, ac præ cæteris frictions per totum nobis cursum, murtis manibus oleo amygd. & Matth. cum camphora, identidem repetitæ, torpescens liquidis naturales motus inspirant.

XIV. Sed vereor, nè Tu arguas, meâ ex memoriâ discessisse remedium maxime necesse necessarium pellendis necandisque vermibus, quòd fortè primas in hoc morbo tenere debuerat. Portò illius non sum oblitus, sed valde dubito, nè dum pharmacum (præter quàm ex amaris vegetabilibus, Chinâ præsertim, atque ex acidiusculis cardiacis) quæ-

rimus, venenum inveniamus, quod egros citius, quam vermes perdat. Mercurialia enim in tantâ naturalis œconomiae confusione, nervorumque potissimum oppressione quid quæso aliud, nisi mortiferâ in cerebrum inductâ epigenesi, novas turbas facere possunt? Igitur in alexipharmacis, ipso in tempore, denique in naturæ præsertim solertia, quæ docta est sine magistro, spem omnem collocare oportet, ut filii Patris sumus, qui nos admonuit, ut saltem non noceamus. Namque Medicina est quoddam experimentalis prudentiæ genus, quæ vix doceri ab ullo potest: tota ferè sedulo, peritoque ab artifice in arena ipsa invenienda, ac tractanda est. Macte igitur animo, mi Cocchi. Sed, dum aliorum valetudini incumbis, fac, ut tuæ quàm diligentissimè servias.

Romæ prid. Kal. Sept. MDCCIX.

CAP. IV. De modo, & Fine Ferentinensis Epidemice.

Conducit etiam ad Posterorum utilitatem, ut eos non lateat modus, ac tempus, quibus Epidemicæ constitutiones solent desinere; ut inde non tantum naturam, ordinemque rerum ediscant; verum ut, quid Ars quoque præstare aliquando possit ad malorum exitum anteverendum, apertè deducant. Cum enim Ars sit imitatrix, & ministra naturæ, valebit certè, si locorum id ferat ingenium, debilitare, atque enervare causam Epidemice, cum illa maximè furit, ut aliàs diximus, & nunc rursus admonebimus.

II. Itaque Ferentinensis Epidemia Anno 1709, circa solstitium æstivum orta, sextili mense aucta est, & ferè toto Autumno sic viguit, ut quingentos penè homines enecuerit, Ferentino præcipuè, & Anagninâ Civium iacturam sentientibus. Hyemis tandem initio ejusmodi luis incendium deferebuit: cum scilicet copiosi à Coelo decidissent imbres ad temperandum, extinguendumque fervorem fracescentiam aquarum, quæ postea obrigentibus frigore campis coactæ sunt; imò verò aquilonaribus ventis, quæ in aërem evedæ jam erant, morbidorum vaporum cohortes partim fugatæ, ac dispersæ, partim ad ima repercussæ, simul, & cum propriis ovulis penè omnibus infecta in paludibus suffocata, atque exanimata reddita sunt.

III. Pluvie igitur in memoratâ Epidemiâ primum omnium juvare deprehensæ fuerunt: Nam sales alchalinæ-acres tum dilui, retundi, ac mitescere coeperunt; non secus ac spiritus acido-urinosi, imò sales arsenicales; & venefici multitudine aquarum permisti de turbativâ, & corroderenti vi magnopere remittunt.

IV. Hinc verò nemo non videt, quòd si Campaniæ flumen è vicinis Ferentino montibus transverso alveo Agros illos, & Consularem viam secaret; vel dulces aquarum fontes ab iisdem montium radicibus majori copia decurrerent; fieri facile posset, ut, si quando mediâ æstate thermales potissimum aquæ ob Villicorum negligentiam illic sinantur corrumpi, statim per Aquilegem novis apertis canalibus, & scrobibus, vel adhibitis syphonibus eadem aut fluminis, aut fontium lymphæ, quòd oporteret, deductæ, corruptos latices pluviarum instar temperarent, atque diluerent. Quamobrem illa, quæ tot funera inferre solet, perira ab inquinatis aquis deleteria vis, per ipsasmet, dulces tamen, jugesque aquas (ut à magnis olim Medicis factam fuit) penitus extingueretur.

CAP. V. De Præsidis per Summum Pontificem adhibitis, ne aqua in posterum in Agro Ferentinensi resideant.

Sacratissimus Princeps CLEMENS XI. cujus præcipuum studium est in publica commoda maximas, paternasque curas dividere, ut etiam subditis, quos non videt, quàm diligentissimè prospiciat, mandavit, ut in Sacra, quam vocant, Consultâ negotium hoc sedulo ageretur: quòd cum Eminentissimi Cardinales illius Cœtus accuratissimè fecissent, decreto statuerunt, ut exactis Kal. Januarii Agidius Maria Bordonus R. C. Apostolicæ in librandis aquis Architectus Ferentinum contenderet, & mala illa præsens contemplatus, remedia pro sua peritia opportunè adhiberet. Eò itaque Vir diligentissimus se contulit, quumque omnia perpenderit, certè comperit Aquam scrofinicam tum copiâ, tum pravitate cæteras antecellere, eamque fuisse fontem, & originem grassantis per superiorem annum Epidemice.

II. Hanc igitur primò in cursum per antiquam cloacam revocandam censuit, ac propterea mandavit, ut saxus ille, atque ingens, quem initio innumus, subterraneus ductus à terra, coenoque liberaretur, sed vix amoris operculis tererrimas, & penè suffocantes, quales spelunca Canis Neapoli, vel ubique locorum frumenti puteus nuper referatus emittere solet, exhalationes expertus est; imò verò passim jacentium hic illic aquarum odore sulphureo caput adeò gravari sensit, ut ipse, ejusque Ministri, atque Operarii ad aquam Regiæ Hungariæ, & nescio quæ balsama naribus, temporibusque admovenda non sævè recurrere coacti fuerint.

III. Deinde Ferentini planum per horizontis libram expendens, illud ad fluminis usque alveum satis inclinare deprehendit, & idcirco fossas in solo recens effodi curavit, ut aquæ cæteræ ab invicem distatæ moras rumperent, & singulæ ad Theletem Campaniæ flumen liberè devolverentur: id quòd etiam in Anagninæ Campis confectum est. Cum enim Hernicarum aquarum vicia Bordonus diligenter perpexisset, alias scilicet in eo tantum peccare, quòd in sinuosis locis orientur; alias infestum etiam sulphur olere, & ferè omnes tartaro sui generis abundare, quo sensim accreto, & lapidescente, ipsæ sibi vias impediunt; idcirco novos aquarum ductus alè effoscos declivitate, atque margine munitos esse voluit. Nam telluris inclinatio nova sensim decurrentibus lymphis velocitatis momenta solet adjungere, quæ graviores, ac tartareas, quas illæ secum deferunt, partes in alveis subsistere ferè nusquam patiatur.

IV. Non defuerunt tamen ex Agriculis, qui, ut cannabem, linumque macerare, & cepas serere, atque alere commodè possent, diffusas huc illuc aquas in novos canales reduci, & liberè per suos alveos decurrere noluerunt. Sed quàm misera est hominum conditio, qui tenue lucrum propriæ nedum salutis, verum vitæ etiam anteponunt! Nonnulli autem Anagninæ Cives lacunam quandam reliquam fieri satagebant, quòd hyeme anates præsertim venatum irent, malum, quòd subsequente æstate immineret, minime præsentientes. Demum Sonnineses, cum eorum oppidum ad fluminis dexteram situm sit, ne prædictæ aquæ in illud exonerarentur, temerè obstabant, ignorantes flumina novarum aquarum accessu non quidem retardari, sed potius ad velociorem cursum

sum impelli, quemadmodum lymphas ad fluxum promotas, ac dulcibus permixtas mortiferum virus non amplius emittere.

V. At enim verò, superatis ejusmodi impedimentis, ad exitum res perducta fuit, scilicet non amplius in Hernicorum Agris latentes resident: Lini, & Cannabis maceratio, caparumque etiam satus Eminentissimorum Patrum decreto vetita sunt. Quamobrem incolæ illi, si de propria salute parùm solliciti, tam necessarios aquarum ductus deinceps tueri neglexerint, & aut dilabente terra infarciri, opplerique denuò sinant, aut rupto aggere lymphas ad irrigandos hortos rursus derivare tentaverint, utinam, adventante jam jam septennio, in pristinam, quod Superi avertant, haud recidant calamitatem.

Hactenus Clariss. LANCISIUS de Febribus Castrensisibus, cum quo finem faciemus in qua de Theoriâ ac Praxi Febrium omnium in Genere & in Specie adducenda habebamus. Consultò jam omittimus alias quasdam Curationes, priori hujus Bibliothecæ Editioni insertas, tanquam minus necessarias; & continuò pergitur ad Consultationes, Observationes & Anatomica Inspektiones in omni febrium variarum specie scriptas, & institutas.

CONSULTATIONES.

Pro quòdam in Aulâ Imperatoris Febre diuturnâ & saepe recurrente afflicto.

Dilucida luculentaque signorum & symptomatum, quæ in laborante Domino observantur, enumeratio, expressam morbi speciem, omnesque illius, tum interiores, tum evidentes causas nobis ob oculos posuit. Corporis forma, figura, habitudo, omnisque constitutio; deinde functionum tum naturalium, tum animalium integritas, nativum temperamentum laudabile commonstrant: sed quod paulum in calidius divergere ostendit venarum amplitudo. Id ætate annorumque decursu sensim calidius evasit. Tandem etiam naturæ convenientem modum excessit, magnis animi perturbationibus, vigiliis, curis, sollicitudinibus, quas Dominus sedulo in rerum magnarum administratione subiit. Ab his similibusque causis evidenter jecur incensum, multæ bili gignendæ accommodatum est, quæ tempore coæservata & exæstans, omnium quæ traduntur symptomatum effectrix est. Hæc vel in secunda valetudine celeres vehementesque animi perturbationes, crebraque excandescentiam gignit. Hæc eadem causa est cur alvo strictiore, acri vapore caput tentetur, reliquumque corpus non excretabile sentiat inæqualitatem, & manuum volæ plantæque pedum exæstuent, quod etiam jecoris calidioris est indicium. Itaque bilis retroactis annis tempore exuperans effecit, ut corpus universum, quasi liquefens, in quandam extenuationem collapsum sit, atque etiam ut bilis tempore non expurgata, sed coërcita ac subinde putrescens sæpiusculè sui generis febres excitavit: idque multò crebrius postremis annis, quibus illa copiosior cumulabatur. Et cum corpus proclive sit & præparatum, ut ex levissimis quibullibet occasionibus calor, frigoris, laboris, perturbationum animi, atque vitus in ejusmodi febres incidat; hisque promptè corripitur, argumentum sanè est exuperantis causæ interioris, maximeque redundantæ, quod sit naturæ gravis, & supra modum molesta. Quinetiam febris species invasionisque modus interiorem causam demonstrant atque exprimunt: nam rigor initio, calor æris, faciei rubor & inflammata cum levi mentis alienatione, pulsus creber, similisque respiratio, urina rufa atque crassa, excretiones sub morbi sinem biliosæ, omnes quidem notæ sunt exuperantis flavæ bilis, quæ ex permissione sanguinem tenuissimum fervidamque reddit. Itaque & febris, & omnium quæ

narrantur symptomatum causam non aliò quàm ad bilis exuperantiam, & ad jecoris immoderatum calorem referri potest. Eodem etiam erysipelatis & omnium fluxionum, quæ in crura procumbunt, cura pertinet: quandoquidem erysipelas febri continuò succedit, quasi illius quædam indicatio, ex eo nimirum humore qui febrem accenderat. Cæterum, si quis tumor pedum oedematofus erysipelata discussisse deprehenditur, etiamsi per sanitatem adesse consueverat, & familiaris putetur, suspectus tamen esse debet, & metuendum ne imminens cachexiæ sit prænunciatus; ferè enim jecur multâ crassâque bile obstructum, obscura scirrhi rudimenta contrahit, quæ dum sensim & sine sensu adolefcunt, in cachexiam, hydropemque præcipitant.

Licet autem febrium reversiones & crurum inflammationes defluxionesque agrius inveteratæ sint, restatque laborantis jam inclinè: Si quis tamen tempus diligentiamque sumet, poterit in illa valida robustaque senectute, vel integram sanationem, vel certè summam levationem sperare: maxime vero si in dextro hypochondrio nihil renitens, aut durum, contactu, decubituve deprehenditur.

Medendi autem scopus erit jecoris obstructions expellere, exuperantem illius bilem sensim expurgare, ipsumque viscus refrigerare & corroborare: quæ qui opportunè præstabit, omnem certè febris causam adimet, defluxionum fontem exhauriet, & in multos annos vitam producet.

Primum igitur decernatur purgatio ex diluto ʒi. rheubarbari, ut docet, apparato, quò omnis illa redundantia, & crudorum ac semiputrium humorum in ventriculo, & circa mesenterii ad venas fluctans, abigatur, aut emendetur. Deinde jecoris lienisque obstructions referendo his remediis quæ dum extenuant & referant, simul obstructionis materiam in alvum sensim deducunt: Hujusmodi est syr. de cichor. compos. qui pro dosi habeat ʒij. rheubarbari. Hic diebus alternis, aut tertio quoque die offerendus tribus horis ante cibum sine custodia. Si longius erit intervallum, irrita erunt omnia, nec quem sperabamus effectum assequemur: ita enim laxatis aperisque viis sensim natura assuescet bili in alvum expurganda.

Syrupus ad retorridam bilem.

℞. Rad. cichor. acet. gramin. aspar. ana ʒi. agrim. ceter. cuscute, lupulor. adiant. capill. vener. ana man. j. fol. senn. mund. ʒij. F. decoctio ad lb. s. In colatura dissolve succorum depuratorum buglossi borrag. fumar. & acetos. ana ʒi. sacch. alb. lbj. paratur syr. perfectè coctus. Et cum decoquatur, adde expressioni ʒvj. rheubarbari electi in aq. endivie: infusi cum ʒij. cinnam. electi. Capiat bis in hebdomada ʒi. vel ʒij. pro dosi, cum aquis herdei, vel mellis, sine custodia. Diebus interjectis alvus molliente clytere proritetur.

Ad cruditatem pituitosam, quæ aliquando per hyemem contingit:

℞. Rhabarb. elect. ʒi. aloës optimæ, pulv. hieræ simpl. agar. recenter præparat. ana ʒj. cum syr. absinth. formeur massa. Hæc evacuationum genera omnem bilis exuperantiam sensim detrahent per alvum, nec febrem accendi, nec fluxionem in crura procumbere sinent: nec tamen vires frangunt, sed potius augent, dum naturam humorum noxiorum sarcinâ, veluti pondere gravi, relevant. Hæc æstate residua, dum æstu corporis humores adhuc fluxi sunt, & quasi fusi, in hanc curationem incumbendum.

Scopus alter curationis erat jecur, universumque corpus refrigerare & corroborare: id autem præstabitur victus ratione potius quàm medicamentis. Sic igitur victus tenuis initio curationis, qui modicè refrigeret, ac humectet: jura gallinarum ex lactuca, acetosa,

acetosa, omphacio, buglosso, boragine. Carnes assae macerentur condimento refrigerante, ut succo acetosae, omphacio, succo mali punici, citrei, vel arantii. Vitet salsa, piperata, aromate condita, quae jecur & humores adurunt, saccharata omnia quae promptissime in bilem facefcunt: allium, porrum, cepam, sinapi, nasturtium, hujusque classis omnia. Vitet etiam vina generosa, debilia diluere assuescat, nec timeat stomachi imbecillitatem. Cerevisia interdum utilis, sed quae nec multum acris sit, nec admodum crassa. Corpore puriore jam factò cibus augetur, servatà quantitate. Peractis viginti diebus curationis, sorbeat manè hordeum mundatum paratum ut decets hinc si potest indormiat, continuetque in duos aut tres menses, aut si velit in omnem vitam, torum exemplo qui hoc salubriter & magno valeudinis commodo uti assueverunt.

Cruribus nihil adhibendum censeo praeter aquas aut succos solani, plantaginis, & rosarum cum aceti octava parte, dummodò quantum fieri poterit, illa sublimem locum obtineant. *Johan. Fernellius in Consiliu Medico.*

De Febre Intermittente dolorifica.

Laborans de qua scribitur, gravissimà febre intermittente afflita, cum vomitione crebra, cum syncope, & cum summa corporis totius, sed maxime viscerum imbecillitate, quoniam omnium remediorum opem neglexit, nec tempestivè medicamentis paruit, in saevissimas ventris torsiones merito incidit, quibus diu ac vehementer cruciata est. Febris enim peccans materia, è visceribus (in quibus febris omnis intermittens fomes consistit) inter peritonaei & ventris membranas devoluta, febrem finivit, sed dolorem accersivit. Ex his postea membranis, cum minime excidere posset, nec viam expeditam inveniret quàm in alvum illaberetur, velut furiosa, aliò tandem impetum faciens, transiit in caput, & in corporis artus, ubi & novos cruciatus movet. Metuendum, ne tandem nervos occupans & tendones, paralysis speciem ingeneret, quae ex colico dolore fieri traditur à Paulo, & de qua non pauca scriptis notavi.

Haec sunt sanè omnium malorum gravissima, quae neglectis, & perperam curatis febribus intermittens supervenire solent: his autem remedia quaerenda. Licet autem minus quàm olim purgationes nunc profuturae sint, imperandae tamen sunt, eaque satis validae, ut noxium humorem è summis partibus revellant in alvum: aut si minime paritura est laborans, his saltem levioribus, sed identidem repetitis purgetur, quibus jam aliquoties est usa. A purgationibus conferent unctiones dolentium partium, anodynæ & discutientes, quales comparari possunt ex oleo lumbricorum, irino, & oleo de terebinthina, his tandem adjectis, quae ad paralysis conferunt: conferent quoque balnea in quibus incoxerint herbae cephalicae, multòque magis vaporariae, aut aestuaria sicca, si modò ea perferre queant laborantis vires.

Porrò morbus pernicissimus in laborante malè obtemperante, dubium, aut etiam finistrum plerumque exitum expectat. *Idem ibidem.*

De febre lenta & variis affectibus à Gallico.

Ut certò satisfacere possim quaesitis ad me missis de febre lenta, operæ precium est ejus veram causam & originem investigare, quae quoniam aliis febribus intermittentibus & erraticis successit, in ea sum sententia, fomitem ejus latere, vel in renibus, vel

in jecoris aut lienis prava qualitate; est enim symptomatica. Cujus ut planum haberi possit indicium, urinae sunt perpendendae. Si enim crassae, spissae, albae, purulentae sunt, aut si quando alias cruentae fuerunt; indicium est, abscessum aliquem, aut ulcus in renibus subesse. Quòd si nihil alienum in illis conspicitur, à jecore vel liene causa repetenda. Non enim doloris colici, vel nephritici, quibus D. laborans constitutus est, haec consecutaria esse videretur. Sitis cerevisiamque bibendi lubentius quàm vinum cupiditas, quae teneretur, ciborum averfatio, praecipue esculentorum, ructus, rugitus, ventriculi stridor, & ad concoquendum absurditas, cum lipothymia ad syncopem usque, manifestum ejus & ab eo noxam demonstrant; tum proprio vitio, tum hepatis & splenis vicinia ac sympathia. Neque verò pleniori (si quae in ventriculum decumbit) tantopere mens adjicienda: non enim tam laeva accidentia solus catarrhus parit.

Remedia tum ad febrim, tum ad alios affectus blanda & epicratica esse debent, de aetate, diurnitate, debilitate, considerationis partem ad se trahentibus. Alternis ergo diebus, si alvus non respondeat, injiciatur clyster ex formula.

℞. Radic. alth. ℥j. flor. chamemeli, meliloti, anethi, absintae, fuffur. macri, ana m. j. sem. anisi & fœnic. ana ℥ij. F. decoctio. In colatura ad ℥ij. dissolve mell. rosar. ℥ij. olei comm. ℥ij. Fiat clyster. Si non satis detrahat crassae & lentae pituitae, addes hierae simpl. ℥vj. vel ℥j. Per hebdomadas syrupum infra praescriptum hauriet, ut sensim ventriculus detergeatur, caeteraque partes hujus mali fomites. Quòd si sapiusculè uteretur largius, prodesset. Nullo enim pacto debilitat, imò valenter roborat.

℞. Radic. acetos. cichor. gram. & petroselini, polypod. querc. ana ℥ss. agrim. ceter. culcur. ana m. ℞. fol. fenn. mund. ℥ij. fiat decoctio ad ℥ss. in colat. dissolve sacch. alb. ℥ij. fiat syrup. perfecte coctus, cui inter bulliendum adde expressionem ℥ij. rheubarbari elect. infusi in vino albo cum ℥j. cinnam. electi. Capiet ℥ss. pro dosi in aq. hordei manè, tribus horis, nec pluribus ante cibum. Nonnunquam loco syrupi uti poterit pilulis sequentis descriptionis.

℞. Aloës optim. rheubarb. elect. pulver. hier. simp. ana ℥j. agar. preparat. ℥ss. malaxentur cum syr. absint. Capiat pilulas v. pro 3. manè horis 4. ante cibum.

Diebus interjectis ad roborandum ventriculum & firmanda viscera expediet conditò sequenti liberaliter indulgere.

℞. Cortic. citr. conditi ℥j. myrobal. conserv. rosar. ana ℥ss. pulver. elect. rosati aromatici maj. ℥ss. cinnam. elect. santal. citrin. rasur. ebor. & C.C. ana ℥j. sacch. rosar. q. s. F. conditum autò coopertum. Capiat cochleare unum mane, & per horam ante cenam.

Ad sitim biber julepum similis descriptionis. ℞. Aqua rosar. ℥ss. succi granat. ℥iv. succi limonum ℥ij. sacch. alb. ℥vss. Fiat julep. Utatur in siti longè à cibo, cum triplo vel quadruplo aquae coctae. Neque alii potui indulgebit, aut aquam vel pitisanam vulgarem, ven. cerevisiam hauriet: sed supradicto julepo contentus erit, vel syrup. granator. vel succo citri, aut aurantii, extra cibum, arque etiam cum cibo. Quòd si eum lipothymia quaedam inceserit, praestaret multò haec superiora illi propinari, quàm vinum. Eo tamen in pastu gustare mediocriter poterit, ut nulla postea sitis consequatur. Ad ventriculi autem labores, dum cibus coquendis incumbit, erit ex usu pauca & paulatim praebere.

præbere. Quod si esca solida sit, succis supra dictis irroretur. Neque te victus refrigerans magnoperè deterreat: placidius enim ad frigida quam ad calida ejus se affectus habebunt. *Idem ibidem.*

De Febre Quartana pro Regina

Leonora.

Ab annis teneris, & à priore usque pueritia deprehensa est obnoxia asthma, quod humidiorè cælo, & quoties Luna illucoscit, nova destillatio vehementius fatigat, magnò & periculoso uteri strangulatu sæpe correpta est; in quo & mens & sensus omnes pereunt, & suffocationis vehementia, cervicis, oculorum, & faciei venulæ dehiscunt, ut hinc rubræ maculæ diutius persistant viscerum, maximeque jecoris, illæ numerosæ insunt obstructions, ex quibus sæpe in continuas & in tertianas febres, easque diuturnas, sæpe & in icterum admodum contumacem incidit. Quum tali esset constitutio, annum superiorem totum in otio transegit, nec tamen quidquam detrahit de victu, qui uberrimus esse consueverat. Hinc crudorum humorum, omnisque generis excrementorum ingens proventus, & obstructions geminatæ, quæ tandem effecerunt ut mensium hæmorrhoidumque evacuationes parcius, nec statò tempore procederent. Quibus ex causis tandem universum corpus cepit ingravescere, & quindecim diebus antequam morbo preponderetur, mirâ lassitudine sponteà fatigari. Simul & appetentiam sentit dejici, quam tamen vario obsoniorum genere, variisque gulæ irritamentis conabatur excitare, ut non minus intemperanter quam olim viveret.

Ab his causis quartana invasit secundâ Septembris, ex se ipsa, non ex alio antecedente morbo: sed principis adeò tenuibus, atque obscuris, vix ut à quoquam deprehenderetur. Secunda accessio manifestè exhibuit intermittens febris speciem; in qua omnis generis vomitiones eruperant. Tunc cepimus & syrups & clysteribus, & tenuiore victu corporis humores præparare. Tertia tamen accessio multò vehementior evasit, tum frigore, tum vomitione, tum suffocatione ex asthma permittione, tum jactatione corporis atque sui. Proinde medio accessionum intervallo, & proximò die minoris accessionis blandè purgavimus. Licet autem vacationes unòque & pituitosæ & biliosæ arte sponteque procederent, febris tamen manifestè increvit, habuitque quartam, sextamque accessiorem, & acerrimam, & longissimam, ut jam nulla integritas, aut intermissio deprehenderetur. Nullus enim sudor unquam erupit, qui accessionem finiret. Quum igitur febris non minus continuæ quam quartanæ particeps videretur, ne forè in deteriorè degeneraret, utile visum est venam secare basilicam sinistram, è qua corrupti sanguinis uncie circiter octo detractæ sunt, magnò quidem usu & facili tolerantia. Nam præter febris continuæ suspicionem, id faciendum suadebant mensium, hæmorrhoidumque suppressio, victus in otio intemperantior, faciei rubor, & venarum ingens ac turgens plenitudo, ob quam sanguis è naribus subinde emanabat. Ab eo tempore corporis integritas, & intermissionis puritas major apparuit, sed pariter accessiorem vehementiam, cum cibi fastidio & nausea, cum vomitione & oris amarore. Quæ symptomata, cum nec victus ratione, nec syrups, nec clystere mitescerent, secundò medicamento, eoque blandè purgandam duximus post accessionem no-

vam. Cæteræ accessiones hinc leviores insequutæ sunt, sensimque decreverunt, ut neque frigus molestum sit, nec calor interpellat. Quocirca totò mense Octobris solâ victus ratione idoneâ, & emollientibus clysteribus occursum est, nisi quòd semel, dum gravi nausea & linguæ amarore premeretur, sorbitioni incocti sunt folliculi lennæ, & paucis ante diebus ad levem ex destillatione rullim syrupus adhibitus jujubinus.

Quæcunque posthac ad reliquam curationem idonea videbuntur, horum imitatione prudenter decernentur, quibus id munus erit commissum. *Idem ibidem.*

Ad Quartanam destillationi implexam.

Cum multis ac variis affectibus, fereque assiduâ destillatione, jam diu consistaretur Generosus D. Cathalaunensis, censuimus non soli quartanæ febrî, quæ torquetur, sed aliis quoque implicitis affectibus succurrendum: quòd his præsentibus ægrò possit quartana febris proligari, quòdque eâ proligatâ variis nihilominus querelis futurus sit obnoxius. Itaque omnibus quæ licuit animadversione æstimatis, duximus non differendam, sed summâ diligentia suscipiendam curationem; quæ tum medicamentis, tum victus ratione, & veteres morbos, & hanc vitiosam corporis constitutionem immutet.

Victus ratio prorsus sicca sit & attenuans, moderateque calida, ut hanc frigidum mucosumque habitum emendet. A sorbitionibus prorsus abstinendum, à liquidis omnibus, ab elixis carnibus, à piscibus, à caseo, à fructibus, ab immoderato potu. Carnibus vescendum eucharis, hisce omnibus assis, aut petard elixis, quas tamen si voler condimentis intingat ex pipere, gingibere, cinnamomo, nucè moschata, interdum & sinapi. Vinum generosum sit ac minimè vaporosum, album, aut subrubrum, tenue, non supra modum dilutum, quò & parè utetur in pastu.

Medicamentorum, sed blandorum frequens sit usus, & quæ crudos noxiosque humores sensim, nullaque vi detrahant. Alvus sæpe clystere sollicitur, qui in decocto emollientium habeat hieræ simplicis, diaphanici ana ℥vi. mellis anrhof. ℥ij. olei rutæ & anethi ana ℥ij. sextò aut octavo quòque die, pridie accessionis dentur cataportia, quæ consistunt ex pulvere hieræ simplicis, rheubarbari, aloës & agarici, quæ paribus portionibus malaxantur in syrupo absinthii, sumatque pro dosi ℥j. vel ℥iv. Nonnunquam vice pilularum purgetur hoc syrupo.

℞. Rad. apii, petrosel. feniculi, & capparum, polypod. quercin. semin. carthami ana ℥b. agri-mon. beton. hyslop. origan. lupul. cerer. thymi, epithymi ana manip. j. sem. anis. fenic. & melon. ana ℥iij. fiat decoctio ad ℥xvi. in qua infunde per noctem folior. lenn. mandator. ℥iv. agarici albi ℥ij. gingiber. ℥ij. bulliant manè parum, & fiat expressio in qua dissolve sacch. albi ℥ij. Paretur syrup. coctus ad perfectionem, & non clarificatus. Capiat ℥ij. pro dosi cum aqua buglossi vel alia convenienti. Convenit interdum dissolvere in eo expressionem ℥j. rheubarbari electi infusâ in vino albò, ut sensim genus omne humoris separetur, vacueturque. Ita igitur illorum usus continuandus est alternis diebus, ut vix ulla prætereat, quin pridie vel clyster, vel pilula, vel syrupus adhibeatur.

Præparantibus syrups non admodum fatigandus est D. Laborans, sed omnis præparatio idoneâ

don ea victus ratione tentanda. At quoniam interdum per accessiones, bibendi necessitas urget, locò prisanae aut aquae hordei, vel alterius potus refrigerantis, & compingentis humores propinandum est oxymeliti simplex Galeni, aut syrup. acetosus aqua multà dilutus: sed tamen parvus potus apprimè utilis est, omnemque morbum breviorē reddit, at liberalior naturam occupat, revocatque ab humorum coctione. *Idem ibidem.*

Pro Juvene egregio tertiana intermittente exquisita laborante.

Juvenem propositum laborare febre nemo esset sanæ mentis, qui denegaret, corripitur namque calore quodam extraneo supra naturæ modum ad modum excedente, ac per totum diffuso. Verùm cum ex febribus alia sit diaria, alia hæctica, alia putrida; febris hæc erit de genere putridarum, quoniam symptomata, quæ spectantur in hoc patiente, non ad febres diarias, non ad hæcticas, sed ad putridas attinent. Et quoniam febrium putridarum alia est continua, alia verò intermittit, hæc quia rigorem sibi conjunctum habet, est de serie intermittentium, ac Tertiana intermittens existit, non quidem notha, sed exquisita. Hoc autem ex forma, causis, & symptomatibus cum Galeno secundo de Crisi, secundo, facile deprehendo; Et forma primùm, quoniam æstus adest insignis, calor est æris, idemque citò movetur, atque durat circiter octo horas (hujusmodi enim febris duodecimam horam non transcendit) ita causis secundo quoniam bilis flava peccat, quemadmodum vita anteastra, tempus anni æstivum, temperies biliosa, ac ætas Juventutis patientis ipsius persuadent. Ex symptomatibus demùm, sicuti dolor capitis, sitis clamosa, rigor intensus, & non extensus, vomitus bilis flavæ sinceræ, ac urinæ bilem flavam attestantes manifestè docent.

Causa interim immediata hujus febris est fuligo putrida cordi communicata, elevataque ex minera biliosa sincera putrescente in venis ambitus corporis, & quod ibi putrescat non solum sudor, verùm etiam rigor in singulis suadere videntur, putrescit autem ob prohibitum transpiratum ab obstructione, generatur verò in hepate calidiori ob errores in sex rebus nonnaturalibus insignes perpetratos ad unicam bilis generationem idoneos.

Ut propterea scopi curativi sint refrigerare, & humectare, non solum ratione febris, verùm etiam ratione jecoris fervidioris, præterea, & materiam putridam eradicare, putrescentem per refrigerantia, atque siccantia corrigere, obstructionesque refrigerare.

Quos scopos obtinere non erit impossibile, nec arduum quantum ego existimo, quoniam febris intermittit, itemque symptomata omnia, finita accessione, finiuntur.

Deveniens itaque ad curationem, statuo venæ sectionem non probare, quoniam deficit sanguis, nihilominus occasione doloris capitis cucurbituli scarificatæ partibus infernis applicatæ, sicuti & frictions, deligaturæ, & lavationes earundem non improbantur.

Quantum verò ad pharmaca attinet, primùm lenienda est alvus syrupo violato solutivo cum decocto tamarindorum, præparandi sunt humores decocto endiviæ, acetosæ, lactucæ, ac hordei, addito in sine tanullo aceti propter obstructiones; Purgandi denique sunt infuso Rhabar. & syrupo violato dicto, dummodo tamen sudor non prohibeat, prohiberet autem, ubi cum aliqua morbi remissione proficeretur, quo in casu naturæ tanquam per se

bene operanti totum esset opus curationis hujus febris committendum. Quòd si forte fortuna progredereur quidem sudor, sed imminute admodum absque insigni alleviatione morbi, tunc ab aqua hordei tum cortice copiosè in fine accessione assumpta pro sudoris vigatione, nullo pacto esset desistendum.

Atqui pro alteranti conveniet demùm serum cum succo endiviæ, & lactucæ sumptum, exteriusque succo endiviæ, & semper vini cum aceto jecur perfundi poterit.

Sed quoniam patiens de dolore capitis insigni, de sitique clamosa præsertim querelas habet, idè pro dolore capitis frontale ex lacte cum succo limonium, vel ex oleo rosato completo cum aqua rosacea, & aceto addito ovo integro mihi videtur opportunum, & eò magis si sincipiti quoque hoc remediū genus adhibeatur.

Pro siti mihi arident sillicidium supra linguam ex aqua cisternæ frigida factum, aqua hordacea sumpta, quantum unico haustu sumi potest, vel aqua acetosæ, & violarum cum succo limonis; Huc pertinet loco ex mucilagibus seminum psyllii atque cotoneorum cum succo limonis, & saccharo candido ex juleb violato, frusta etiam cucurbitæ, & caules lactucæ saccharo condita, & in aqua cisternæ macerata supra linguam detenta mirificè valent.

Sed inter cætera victus refrigerans est addendus, locetur igitur patiens in aere frigido, cujus census, si naturalis haberi minimè poterit, arte erit præparandus, cujus occasione patientem inspirare supra vas magnum aqua frigida repletum, maxime proficuum erit, quemadmodum & eundem vesci prisana cum lacte seminum majorum frigidorum, necnon pane ex jure, lactucæ, endiviæ, acetosæ, & similibus alterato; Potus sit vini granatorum cum aqua cisternæ necesse est, reliqua verò omni respondeant secundum proportionem. Et Deus patienti succurrat, sic etenim iudè, citòque, & non injucundè præsidia modica operabuntur. *Julius Caser Claudinus in Consultationib. Medicin.*

Pro quodam Nobili Juvene febre tertiana continua notha proportionata correpto.

Quòd juvenis propositus labore febre ita de se cogitat, ut nulla penitus indigeat confirmatione, calet enim in toto plusquam conveniat secundum naturam; Quòd rursus febris hæc sit putrida, ex præsentibus Symptomatibus colligitur, quæ sunt perpetui comites febris putridæ, non autem diariæ, neque hæcticæ. Et quoniam febrium putridarum aliæ sunt continuæ, aliæ intermittentes, febrim, de qua interim agitur, esse continuam, quia est immunis à rigore, dignoscitur; Quoniam rursus continuarum aliæ sunt continentes, aliæ proportionatæ, febris nostra est proportionata, nam alternis diebus habet exacerbationem, sine qua febris continua continens existit, ut unica accessione contineatur; Demùm quoniam febris proportionata, vel est tertiana, vel quotidiana, vel quartana, febris præsens est tertiana, nam pendet à bile, quod cognosco ab ægri temperie, dolore capitis, siti, inquietudine, ac tempore anni æstivo, quæ omnia in unius bilis generatione, & collectione conspirant; Verùm ob vitam anteastram picuitæ, ac humoris crudi feracem (plurimum enim in usu tractuum, ac lacticiolorum patiens deliquit) puto febrim hanc non legitimam, sed spuriam esse constituendam.

Uticumque tamen causa immediata ejusdem est fuligo putrida cordi communicata, causa verò remota est minera biliosa, & aliquo modo pituitosa, à qua fuligo illa putrida elevatur, quæ quidem minera putrescit in venis mediis ob prohibitum transpiratum

piratum inductum ab obstructione illarum venarum, atque hanc obstructionem oriri cum à multitudine sanguinis, tum à crassitie & lentore humorum existimo; A multitudine quidem sanguinis, quoniam patiens est temperamenti sanguinei subdominantis: hinc excernit quoque urinas crassas, & rubras; A crassitie, & lentore humorum, ob vitam prægressam. Tandem causa remotissima est intemperies calida jecoris, bilem multiplicans.

Quibus ita constitutis, ad Medicum attinebit refrigerare, & humectare, materiam putrefactam eradicare, putrescentem per refrigerantia, & siccantia corrigere, obstructions per evacuantia, attenuantia, & detergentia auferre, jecurque attemperare.

Cæterum intentum assequi, non erit undequaque tutum, febris namque est continua, nulla autem febris continua periculo vacat, & summa cum ratione, quoniam sub ea major est recessus à statu naturali, putredo est in venis, plura Symptomata conjunguntur, imminet tabes, & vires sæpius non resistunt.

Ideo (quantum ad materiam medicam attinet) omnis profusa diligentia est necessaria, quare lenita prius alvo clysteri, venam cubiti dextri secandam esse statuerem, & si febris ulterius progredere, ita ut vigesimum diem transcederet, & saluacelam sinistrae manus secari posse non absque fructu putarem. At si opus fuerit ob capitis dolorem, extrema fricari, deligari, atque lavari poterunt.

De medicamentis verò statuo, ut leniatur alvus ante venæsectionem clystere ex decocto hordei, & herbarum communium, oleo, melisque violaceis, saccharoque rubro parato; post venæsectionem cum syrupo rosato solutivo, & sero, addito modico mellis rosati solventis. Deinde pro humorum præparatione probo decoctum ex soncho, endivia, acetosa, hardeo, & boragine, adjecto modico aceti in sine, interdum verò serum depuratum copiosum, & cum succo cicorii, ac acetosæ datum ad remittendum fervorem febrilem non improbo. Et ad humorum evacuationem omnibus præfero infusum Rhabarbari, & modicum Agriaci trochiscati cum syrupo rosato solvente, postquam evacuationem alterantibus uti licebit, inter quæ ego primum omnibus præfero idem serum cum succo sonchi: deinde laudo conservam citraceam cum pulvere confectiois ex tribus sandalis. Exterius valet irrigatio hypochondrii dextri cum succo sonchi, endiviæ, & aceto cum pulvere sandalorum. His non conferentibus, ac febre ulterius progrediente, necesse erit deobstruentia mediocriter propinare, inter quæ mihi aridet, vel pisanæ facta cum radice Apii rec. vel oxymel simplex cum jure pulli decoctionis agrimonii, vel decoctum agrimonii, Capillorum ven. citrac. radice Apii rec. cicorii, & boraginis cum aceto, quibus non conferentibus, ad trociscos de Rhabarbaro, de eupatorio, de rosis, & de absynthio deveniendum; tandem repetenda purgatio pilulis de Rhabarbaro, vel aggregativis, adjecto item Rhab. Febreque progrediente, & absente prohibente, balneum aquæ dulcis omnino laudarem; Ac viscera tandem corroboranda Diathodone Abbatibus, & confectiois ex tribus sandalis.

Pro victu autem primum eligendus est ser frigidus, deinde nutriendus est æger Prisana, & pane ex jure pulli, pro potu verò dandum est vinum granatorum aqua dilutum, quò pertinet & decoctum pranorum vel passularum. Alvus mollis est servanda clysteri jam dicto, somnus (si fuerit opus) lacte feminum papaveris cibariis immixto conciliari poterit: Demumque corporis,

Tom. II.

& animi quies imperabitur. Et hæc Deo auspice cedant in salutem ægrotantis. Idem ibidem.

Pro Illustrissima Beatrice Estensi de Bonivolis Parvo hæmorrhico, febre inquam putrida quotidiana continua, necnon tertiana intermittenti, ac puerperio imminuto laborante.

Postquam à viris clarissimis constitutum fuit, Excellentissimam Matronam à sexdecim diebus febre laborare, & à septem jam puerperam esse, habuisseque partum in mense octavo, qui per biduum tantum vixit, mihi interim meas partes agenti quantum erunt examinanda. Primum qualesnam sint illi propriè affectus, qui eam infestant. Secundum an sint sanabiles, Tertium quibus remediis. Quartum quibus remediis materis.

De primo statuo febrim, & hanc ipsam putridam (ut fatentur omnes) necnon puerperium valde imminutum, esse vitia, quæ Illustrissimam Matronam affligunt, & circa quæ mihi interea est digrediendum, ea tamen ratione, ut cum Galeno initio primi ad Glauconem ex medendi Methodo remediis illis convenientia invenire, inventisque rectè uti possim: sed cum remedia varientur pro varietate essentiae, ac existentiae morborum, idcirco morbi propositi considerandi erunt quoad propriam tum generationem, tum læsionem, nam illi ad essentiam, hæc verò ad existentiam attinet: Ad hæc quoniam generatio supponit quidditatem, & morbi lædunt cum intensione, seu remissione, sub aliquo more, ac in tempore præfinito, ideo non tantum mihi de quidditate, & principiis generationis horum morborum est agendum, verum etiam de intensione, more, ac tempore, seu motu; nam tempus, ut numerus motus, ex motu innascitur.

Ut igitur à primo exordiar, ad febrim me convertito, quam tanquam putridam ab omnibus receptam & ipse recipio; verum quoniam febrium putridarum alie continuæ, alie cum intervallo affligunt, febrim hanc nunc esse mixtæ naturæ puto: continuæ namque affligit, ut nemo jugi pulsus frequentia, celebritate ac inæqualitate, febrium putridarum propriis ductus negare potest, cum intervallo autem, quoniam alternis diebus horror quidam invadit, qui à continuis, ex Galeno, non modò si intensus, sed etiam perseveret, est sejungendus. Ut ex his pateat, febrim hanc interim esse de genere hæmorrhicorum, nam primis diebus fuit febris tertiana simplex interpolata, sed valde extensa.

Et si quis objiceret nunc forsitan etiam extensam esse, ac paroxysmum alterum alteri subingredi: Dicerem primum non dari tertianam quæ novum paroxysmum attingat, nam accessio tertianæ ad quadraginta horas tantum extenditur, & amplius extensa dicitur. Secundò, dato quod hoc esset, jam non appareret ratio, cur ea die, qua horror non accedit, febris præsens circa Vesperas exacerbaretur, cum accessionem præcedentem cum horrore ingruentem, suam exacerbationem citius habuisse patitur.

Febris igitur nostra est composita ex quotidiana continua proportionata, ac tertiana intermittenti, qui complexus semitertiana etiam, atque parvus hæmorrhicæ vocari solet ad mediū, & majoris hæmorrhicæ differentiam: ille enim ex tertiana continua & quotidiana intermittente, hic verò ex tertiana continua, & quartana intermittente componitur. Nostri autem parvi hæmorrhicæ meminit Hippocrates primo Epid. Commentario primo tom. 23. & primo ejusdem Comm. 3. Tex. 5. qui cum duplex sit, exquisitus, & non exquisitus, ille sit ex pituita,

L II

ac

ac bile ex æquo putrescentibus, hic verò ex iisdem humoribus, quorum unus alteri dominatur.

Pituitam in Illustrissima Matrona prædominari, ab hora motus, nam febris quotidiana putrescentis pituitæ soboles circa Vesperas (quo tempore pituita movetur) exacerbatur, item ab urinis, & alvi excrementis pituitosis facile est intelligere, in ejus confirmationem facit sitis non molesta, & mador quidam lentus, ac viscidus per totum erumpens, vita sedentaria, atque etiam totius habitus sub-pituitosus, quinimo (ut accepi à Viris Doctissimis) non tantum excrementa potissimum alvi sunt succo pituitoso, & hoc ipso vitreo referia, verum etiam & vomitus, quem superioribus diebus, Nobilissima Patiens habuit, eodem penè humore scatebat, quibus omnibus & illud addo, quòd Mulieres utero gerentes hujusmodi succi collaviam ob menstrui retentionem viciata prima coctione sibi comparare solent, ut ex his alicui mirum videri non debeat, si Nobilissima Matrona utero gerens in fine septimi mensis, generationem prædicti humoris excrementitii, & ab hujus generatione febrim quotidianam incurrit, quæ (ut illud etiam non omittam) videtur quoque sapere naturam illarum febrium quas Galenus contra Lichum, Tiphodes, & Elodes vocabat, sub quibus ægrotantes sæpe jugiter sudant.

Cæterum, tertianæ febris notæ, sunt quæ bilem putrescentem ostendunt, calor inquam factis mordens, qui alioquin mitis esse ob pituitæ copiam deberet, atque hic circa meridiem, qua hora bilis movetur, accedere solet, dolor etiam capitis punctorius, vomitus biliosus, sitis aliqua, quamquam non molesta ob pituitæ præsentiam, ætas primi floris, atque Archigenis conjectura, quoniam scilicet istis diebus tertianæ vagatæ fuerunt.

Atqui, dicit ille, tertiana hæc dubio procul erit de genere notharum propter pituitæ redundantiam, ita ut tertiana majoris famæ dici mereatur, quo dato jam insignis occurrit difficultas, quòd videlicet cum denominatio fiat à prædominanti, & pituita, ut statutum fuit, longe, lateque prædomineatur, potius febris hæc intermittens quotidiana, quàm tertiana vocanda erit.

Dico respectu febris quotidianæ pituitam non tantam copiam, sed etiam virtute dominari, respectu autem tertianæ copiam tantum, bilem verò virtute; modò denominatio à prædominio virtutis fieri debet, & sumram cum ratione, idè cum bilis in casu nostro secundum virtutem prævaleat, jure febrim propositam tertianam dixi.

De puerperio ita sentio, ut circa omnem controversiam sic imminutum; quis tamen Illustrissima Fœmina non sit sanguine repleta, ut hac ratione non videretur hoc mali genus pati posse, nihilominus, quia jam septem tantum dies à die partus distat, puerperium adhuc emanare debere rationi esset consentaneum, & eò magis, quoniam corpus illius valde cacochimicum pravisque succis redundans observo, quibus accedit quòd ultra solitum molesta Nobilissima Patiens existit, quæ duo hoc morbi genus insequi solent.

Cum igitur hæc sint vitia curanda, puto ea ipsa à communi causa, unica nempe pituita pendere: hæc enim in venis ad uterum atinentibus recepta pariter obstructions, à quibus expultrix uteri impedita in proprio opere frustratur, atque sic puerperium, quòd est Symptoma secundariū in genere excretorum, in quantitate decenti non expellitur. Rursus eadem pituita in venis mediis totius corporis suscepta pariter illas obstruit, transpiratum prohibet, putredinem in pituita, in iisdem venis existente parit, à putredineque sumi exusti cordi communicantur: hinc occasio febris quo-

tidianæ continuæ proportionatæ; nam, ut omnes norunt, in febribus continuis proportionatis locus putredinis sunt venæ mediæ; Ad hæc eadem pituita per venas capillares ad ambitum corporis attingentes propagata, similiter illes obstruit, & modo jam dicto febrim in humoribus pituitoso, ac bilioso simul mixtis accendit.

Et si quis quaereret, quo modo fieri possit, quòd in venis mediis aliqua bilis portio non subsit, quoniam in his febribus absque dubio humores ii simul mixti transmittantur à venis majoribus ad medias & capillares, nam febres cum accessionibus pro majori parte ortum habent à transmissione materiæ.

Dicerem id contingere, quoniam transmissio bilis, & pituitæ simul non fit eadem hora, qua transmissio pituitæ tantum, quoniam bilis propter sui acrimoniam, facultatem expultricem irritando, est sibi imer causa, ut ad venas usque extremas expellatur: cui faveret & agilitas ejusdem humoris ad motum, necnon habitus corporis admodum rarus?

Et si rursus aliquis quaereret, cur non fiat rigor, sed parvus horror, ac frigus, quando bilis ob rationes dictas solet rigores efficere,

Dicerem hoc evenire, quoniam portio bilis, quæ à venis capillaribus ob concitatum motum expultrici egreditur, ac per partes sentientes discurrit, permixta est cum aliqua pituitæ tenuioris portione, à qua & ipsius acrimonia, & ad motum promptitudinæ imminuta rigor de more non succedit.

Jam verò febrim hanc ratione saltem Symptomatum concomitantium nullam intensionem habere existimo, quando hæc ipsa in casu nostro nullam magnitudinem præ se ferant: non nego tamen ratione essentiae, qua scilicet febris duplex est, atque altera continua existit, magnam dici posse.

De more illud pro certo habeo, quòd nimirum febris proposita sit bene morata, atque à malitia immunis: nulla namque Symptomata, quæ pravitati attestantur, hucusque magna supervenerunt, magna, inquam, & in propria essentia, & ratione præstantiæ partis laborantis, ac malæ tolerantiae.

Tempus autem ejusdem febris ex motu morbi, motus ex alteratione & coctione materiæ, coctio autem, ex Galeno Meth. capite quinto, non tantum ex urinis à posteriori, verum etiam à priori ex pulsu innotescit: Quare cum urina signa coctionis manifesta, sed imperfecta præ se ferat, patet febrim hanc non ita cito esse terminaturam, ut meo judicio ad quadragesimum diem possit pervenire; nam quamquam sic in augmento universali, quòd immediate ipsam statum præcedit, quoniam tamen augmentum in morbis, qui à materia crassa, & lenta dependent, semper prorahi solet, non abs re idè ad quadragesimum diem, & forsitan etiam paulò ultra morbum hunc pro majori parte à materia crassa pendentem deduci posse sum arbitratus; Idem etiam ex pulsu liquet, quis hic ipse in Illustrissima Matrona non usque admodò validus observatur, ut hujusmodi caloris nativi robur præ se ferat, quòd citram humorum coctionem, & proinde proximum morbi finem possit polliceri.

Sed jam (quòd pertinet ad secundum propositum) explicemus quisnam sit futurus hic finis. Ut igitur libere loquar, puto finem salubrem futurum, quoniam Illustrissima Fœmina facile spirat, dolore non angitur; bene dormit, atque morbum hunc facile tolerat, præterea prudens, & obsequens est, ut his omnibus rationibus adductus sanitati restitui posse confidam. Et quamquam febris hæc, ut dicam, aliquod sibi periculum adjungat, & in longum protrahi multum possit, nihilominus anni tempus æstivum,

vum, atque Medicorum curantium solertia, & diligentia satis insignis, hæc duo poterunt quàm facile emendare. Provincia tamen hæc ab omni difficultate, & periculo immunis minime censenda est, nam præterquam quòd plures morbi simul complicantur, & contraria remedia exigentes, agendum est contra febrem continuam, & quæ tertio quoque die fortior sit, quam periculo non vacare scribebat Hippocrates.

Quenam autem sint remedia in hoc casu convenientia, sic adinvenire licet. Morbi si habent suæ occasionis initium à pituita copiosa, lenta, & crassa, genita in ventriculo frigidiorè, necnon à bile copiosa, à jecore fervidiori producta, & utrisque ad locum putredinis transmissis, ergo hosce succos oportet evacuari, sed eosdem prius calefacere, refrigerare, detergere, ac attenuare: oportet etiam & eos à loco putredinis retrahere, ad quem ubi pervenerint, si sint putrefacti, oportet illos eradicare, si putrefiant refrigerantibus, & siccantibus corrigere, atque puerperium fluxile reddere, & ut Nobilissima Matrona magis, ac magis præserveatur, ventriculum calefacere, ac jecur refrigerare necesse erit; Interimque calor febrilis attemperandus, & virtus alimonis erit conservanda.

Postremò quantum ad Materias Medicas attinet, sic procedendum arbitror, ut lenita alvo clysteri communi mane, qua hora febris remittit, vena tali aperiat, deinde partes infernæ jugiter fricentur, delinantur atque ventosentur, ut scilicet puerperium imminutum jam evocetur.

Verùm & medicamentis utendum, quæ ad evacuantia, & alterantia redigo. In genere evacuantium tum lenientia, tum purgantia propono. Et quamquam lenita fuerit alvus medicamento accommodato ante partum; puto tamen interea leniri iterum deberi tum clysteribus emollientibus, alternis diebus injectis, tum medicamento per os dato (transacta inquam secunda die) ex melle rosato sol. & diacatholico composito. Apparentibus vero signis concoctionis, componendum est pharmacum ex infuso Agarici troscati, & Rhabbarbari, adjecto melle rosato solvente, quod progrediente morbo pluries repetendum erit, nam in hisce morbis corpora delicatiora obsidentibus (quale est corpus Illustriss. Fœminæ) per epiciasum est procedendum, in quem finem præter pharmacum propositum, mihi maximè arrident, vel cataplasma de tribus cum Rhabbarbaro, vel quod ex infuso agarici præparati in decocto cartami factò adjecto syrupo de cichoreo cum Rhabbarbaro componitur, nam à valentioribus ob rationem etiam de epicrasia adductam, est abstinendum. Ad hæc & medicamenta insensibiliter evacuantia, febre nimis in longum tendente videntur ex usu; Idcirco jus Galli tantopere à Dioscoride celebratum maximè probo, & eò magis si Gallus junior in præsentia seligatur, & China, aut etiam salsa cum tantillo ligni sassafras alteretur.

Medicamenta autem alterantia sunt quæ materiam morbificam, atque viscerum discrasias respiciunt. Priora sunt quæ & materiam crudam præparant, & sanguinem nunc immobilem, veluti fluxilem paulo post reddunt, quapropter in casu nostro mihi maximè arrideret, ut manè Nobilissima Patiens. unc. i. s. oxymellis simplicis assumeret; ac statim apozema biberet ex jure decoctionis cichorii, betonicæ, boraginis, pimpinellæ, capillorum veneris, & cicerum rubeorum; eo tamen constituto ut ipsis uteretur quousque coctio in urinis appareret. Persæta autem prima hac præparatione, ad validiorem deveniendam erit, quocirca & oxymel longum cum decocto simplicium jam dictorum, necnon quinque radicum aperientium, cuscute, camedris, & arte-

Tonn. II.

misæ paratum, ante cujus assumptionem troscos de Rhabbarbaro, vel de eupatorio devoratos oportuna existimo: Hunc jus Galli prædictum omnibus enarratis simplicibus medicatum, itaque oxymel, vel acetum scyllinum syrupo de pomis, vel de corticibus citri castigatum veniunt referenda, scio etiam, & veluti experimento quodam, pulveres ex camedris, vel ex milio folis, vel radice gentianæ paratos plurimum valere in finiendis febribus hujus census nimis in longum protractis. Verumtamen & ad putredinem corrigendam, ne scilicet in venenatam, ac perniciosam qualitatem abeat, ea, quæ citra adstrictionem operantur, ex usu proficuo esse posse existimo. Sunt autem lapis Bezoar (qui mensis etiam evocat ex sententia Mercati) datus ex aqua scorzonæ, necnon aqua cordialis, quæ in febribus pestilentibus usurpatur, tandemque acidum citri cum pulvere boli Armeni lutei, & scordii veri, quemadmodum etiam aqua scorzonæ stillatitia bibita.

Cæterùm & jecoris fervor compescendus erit succo cichorii depurato tum interius assumpto, tum exterius, speciebus adjectis cerati sandalini, modico spicæ, & aceto sub forma perfusionis adhibito.

Ventriculus quoque calefaciendus tum decocto absinthii pontici in jure columbi parato, vel cortice citri condito, vel aromatico rosato sine musco, & ambra assumptis, tum unguento ex oleo amygdalino dulci cum vino Cretico, Cinamomo, absinthio, & mastiche in duplici vase ebullito, & facta colatura adjectis succo absinthii concreto, & cera. Ceratum quoque ex mastiche cum aromatis aliquot maximè proderit: Atque his non conferentibus ad stultitiam ex oleis cum simplicibus stomachicis, ac aromatis, bezoino, myrrha, & ligno sassafras medicatum erit deveniendum.

Quibus omnibus & victus compar adjiciatur oportet, quare maximè ardet, ut prosequatur in usu pitansæ, quam audio pipere medicatam esse: laudo etiam ut ferculis utatur cum ovo, atque acerario cichoreo cum floribus boraginis, in progressu autem ex Capparis salitis erit opportunum, & sicuti nunc juribus sunt incoquenda pimpinella, & acetosa, ita posthac petroselinum, fœniculum; Bibat interim Nobilissima Patiens jusculum tenue; febris enim, & materiæ copia atque cruditas, vinum prohibent, sicuti puerperium aquam vetat; At febre remittente, cocta materis, atque etiam minorata vinum sulvum, aut etiam subrubrum propter consuetudinem tenue, pauciferum, & non austerum concedatur: Alvus in proprio munere fervetur clysteribus, alternis diebus injectis, paratis ex decocto communi, adjecto fursure in linteamine deligato; ex melle ros. sol. oleo communi, saccharo rubro, ac similibus, quibus in progressu & hieram simplicem adjicere præstabit.

Amplius danda est opera, ut animo, & corpore Illustrissima Fœmina quiescat, & si aliquando sub hoc morbo corpus esset exercendum, exercitio substituantur frictions, quæ meo judicio, sicuti & alia omnia Deo annuente Nobilissimæ Matronæ sanitatem restituent. *Idem ibidem.*

De Febre Lenta, dolore ventriculi, & macie insigni totius corporis. Pro Nobili Matrona.

Ex disertissimis scriptis Viri Præclarissimi constat apertissimè, Nobilissimam Matronam quadragenariam de duobus præcipuis affectibus conquestam esse, dolore scilicet ventriculi cum rugitu, & febre lenta cum insigni corporis macie. Pro quorum debellatione plura Medica præsidia successivis temporibus fuerunt à Viro Præclarissimo ex methodo proposita, summaque

LII 2

cum

cum utilitate administrata, sed ob inordinatam victus rationem omnia in deterius lapsa sunt, perseverante febre cum macie, & forsitan cum dolore ventriculi & rugitu; ideoque de agendis consulitur.

Quod ut pro virili præstemus, statuendum censentis, non solum ab incomposita victus ratione, sed & ab inordinata mensium purgatione, omnimodaque eorundem suppressione inceperunt, omnia cum præsentia, tum præterita mala originem traxisse, rediisse, & adhuc foveri, & conservari: Mensibus enim deficientibus, morbi sunt ex utero, Divini Senis testimonio. Impurus namque sanguis, & à prædominio melancholicus in Nobili Patiente genitus à jecore præcalido, & in corpore detentus, labefactare potest calidum innatum, non ventriculi tantummodo, cui maxime consentit uterus, sed & totius venosi generis, hincque dolores, rugitus, febres, totiusque corporis macies, non sine suspitione melancholice hypochondriacæ.

Qui proinde affectus cum ex sui natura, tum ex victus incontinentia difficillimæ curationis erunt. Verumtamen cum antehac beneficio remediorum administratorum semel atque iterum recesserint, sperare quietiam possumus, fore ut iisdem reperitis omnino tolli possint, cum habemus ex Avicenna, quod illa remedia, quæ semel assumpta juverunt, repetita sanare possint. Dubitare tamen quis facile possit, utrum ventriculi dolor à viginti annis per intervalla recurrens, provenerit à materia pituitosa, & cruda, vel ab humore melancholico ad ventriculum transmissio: ab utroque etenim morbi diuturni provenire possunt, habitusque corporis, & aversio à vino id suadere possunt. Attamen si à juvenibus & lædentibus indicia sunt desumenda, cum referat Vir Excellentissimus, quod in juventute dolores accesserunt absque ullâ mensium imminutione, vel inordinato cursu, quodque aqua Teretiana, Chinæ decoctum & stillicidium stomacho bis administratum quammaxime juverunt, cum filiam pepererit, dolorque omnino remiserit, & ad proprias functiones absque ullo impedimento redierit, in eam inclino sententiam, quod potius provenerit à materia pituitosa: non negando tamen jecoris fervorem, ventriculi imbecillitatem, & sanguinis impuritatem, ac obstructions venarum uteri, maciei, & febriculæ lentæ occasionem dedisse.

Quare suaderem ut Nobilis Patientis præmissa corporis expiatione, sanguinis detractione tum ex saphena, tum ex hæmorrhoidibus, repeteret aquam Teretianam, & decoctum radicis Chinæ cum fentalis & lentisco, paratum cum columba turricola, utpote iterum fiat stillicidium ventriculo ex oleis stomachicis, dum sumus in hoc anni tempore ad frigidum properante. Interim tamen laudarem ut singulis mensibus aperirentur vana sedales in plenilunio, & tandem, ut vere ad æstatem vergente, repetita purgatione, daretur serum lactis caprini, modò depuratum, cum syrup. de pol. tanquam dejectorium, modò destillatum cum syrup. capillorum ven. tanquam diureticum, pergendo in missione sanguinis ex venis sedalibus; & post horum usum, ut denuò admitteret lac humanum: in morbis enim longis, longa quietiam medicatione opus esse censeo. Sic hæc sunt, quæ annotanda duxi. Faxit Deus, ut sint cum juvamento Nobilis Patientis, alio interim lubrica servata familiari aliquo medicamento. *Bened. Silvaticus Consil. & Respons. Medicin. Cent. 1.*

De Febre Mali Moris. Pro Illustrissimo Abbate Gustavutto.

Illustrissimus Abbas quinquagenarius, habitus gracilis, hirsutus, venosus, gravibus negotiis addic-

tus, diurnæ scripturæ, hæcque occasione cutis constipationem perpessus, ob ambientis frigiditatem, hora vigesima secunda, parum riguit, & incaluit; die secunda bene habuit; tertia prorsus cum Eminentissimo Legato, à prandio in curru cum eodem riguit, evomit cibum, & pituitosa excrementa, decubuit, & magis incaluit; quarta dies quæta: in quinta rigor vehemens circa decimam quintam horam, febrisque valde calida, urinæ crassæ, rubræ, non subsidentes; sexta vesperi sine rigore incaluit, accessitque dolor ostocopes in femoribus, & cruribus valde molestus, ictericus fuit, cui tamen ictericæ dicitur obnoxius: septima rediit febris cum rigore, & cum levi lipothymia; urinæ fuere copiosæ: octava sponte biliosa deiecit, vesperique magis incaluit sine rigore; nona levis rigor, horror, refrigeratio postponens per quatuor horas circiter; ac deinde incaluit, denuòque biliosa deiecit; decima perseveravit febris cum obscura annotatione; undecima visus est melius habere, nulla observata manifesta accessione, febre tamen semper durante, quæ continuè diebus subsequenter persistit, ita tamen ut horis matutinis visus sit magis febricitare quàm vesperinis; linguæ siccitas ferè continua: urinæ modò minus coloratæ, modò colorem intensiorem habentes, hæcque vel sine contentis, vel cum obscuro suspensio, vel cum crasso, & inæquali sedimento: pulsus modò parvi, modò majores, inæquales, celeres, & frequentes: somni in primis diebus insomniis turbati, mox quieti, & ita faciles, ut comatosus videretur: quando tamen excitatur à somno, promptissimus est ad actiones omnes animales cum principales, tum sensitivas & motivas: post decimam quartam urinæ sanorum similes, pulsus minores, & sic protractus est affectus usque ad vigesimum cum febre continua, obscurissimis accessionibus, extenuatione corporis, & cum imbecillitate virium.

Pro ipsius curatione sexta die leniens exhibitum biliosa purgavit; octava sanguis educus ex venis sedalibus; decima præmissa Clyster cucurbitulæ scarificatæ dorso, & lumbis fuerunt applicatæ. Alterantia, & Benzoinica non omittenda; undecima Clyster mollis denuò præscriptus, à quo tardè, & parum purgatus fuit; decimatertia syrup. ros. solut. clarificatus præscriptus nil purgavit: propterea vesperi præscriptus fuit Clyster acris ex pulpa Colocynth. cum centauro, melle rosat. solut. & hiera Logadii, ex quo habuit dejectiones biliosas in copia; decimasexta iterum Clyster acris injectus, præmissa unc. 1. flor. Cassiæ, & serup. 1. pilularum ex Aloë, hincque etiam copiosæ dejectiones biliosæ: duo etiam adhibita vesicantia; decimas octava ante diluculum sumpsit serum caprinum depuratum ad libras duas: postea denuò præscriptus Clyster acris cum electuario de succo rosarum, loco hieræ, & cum aliis jam præscriptis, vomuit biliosa, & pituitosa, & valde corrupta, & fetida, hincque major virium prostratio, quæ tamen decimanona die parum refectæ sunt.

Febris hæc quemadmodum communi Clarissimorum Virorum consensu, duplex tertiana continua spuria judicata fuit, ita in dubium revocatum an continua essentialiter, & maligna semper fuerit, an primis saltem diebus fuerit continua per subingressum paroxysmorum, non autem essentialiter talis, & benigna: communior tamen fuit opinio ipsam fuisse in tribus primis paroxysmis tertianam, & subsequentibus, usque ad undecimam, duplicem tertianam continuam per subingressum paroxysmorum, non autem essentialiter, quod ex rigore in paroxysmorum principio apparente fuit confirmatum, juxta Hippocratis doctrinam in Aphorismis dicens:

Quibus

Quibus quotidie rigores fiunt, quotidie febres solvantur. Etenim rigor in febribus apparens vel invadit in principio ipsarum accessionum, vel in progressu febrium continuarum, vel perseverat inæqualiter per totum paroxysmum, & febris progressum. Quando invadit in principio singularum accessionum, non potest non arguere febrem ex natura sua intermittentem fore, propter transmissionem materiae morbificæ per partes sentientes, quæ possunt esse tum ambitus corporis, cum Alimato, tum viscera naturalia, cum Fernelio, præsertim si repetat singulis paroxysmis. Nam aliquando incipit febris cum rigore, quæ tamen est continua, & symptomatice, dependens scilicet ab inflammatione pleuræ, vel aliarum partium sensilium: siquidem in principio ipsarum inflammationum, dum materia transmittitur à venis ad partem affectam, rigorem infert; sed talis rigor non amplius reperit: at quando rigor ipsas febres subsequitur, id fit vel critique in febribus ardentibus salutaribus, juxta Hippocr. in Aphor. A febre ardente habito rigor superveniens bonum; vel symptomatice in lethaliibus, de quibus idem Hippocrates. In febre non intermittente rigor superveniens ægroti jam debili, lethale. Quod si rigor inæqualiter invadat, hoc utique fieri potest etiam in continuis malignis, quas horrificas vocat Galenus, necnon in febribus semitertianis, à Græcis Hemiriticis dictis.

Cum itaque in casu nostro rigor per quinque paroxysmos tertio quoque die sese manifestaverit, luce clarius constat febrem hanc de genere biliosarum, periodicarum intermittentium fuisse, ideoque non immerito vocatam fuisse duplicem tertianam spuriam, continuam per subingressum, ex sua tamen natura intermittentem, à bile prædominante, cum magno subdominio cum pituitæ, tum melancholicæ: humoresque hos non putuisse tunc temporis in venoso genere; quoniam habemus ex Galeno in secundo de differ. febr. ultimo, quod quibus per circuitus ægritudinum accessiones fiunt, in his partem aliquam esse affectam necesse est. Pars autem affecta in casu nostro fuit hypochondrium dextrum, & fere viscera naturalia. Propterea dejectiones fere biliosæ, & continuè apparuit lipothymia, quæ successit transmissa prædictæ materiae portione ad os ventriculi. Imò & linguæ siccitas aliqua ex parte id confirmat, quamquam & narium angustia respirationem impediens possit esse causa quod lingua, & fauces siccescant. Tunc autem temporis, quando febris fuit de genere intermittentium, benigna quoque censenda fuit, saltem quoad excellentiam putredinis: siquidem si respiciamus symptomata assidentia, & supervenientia, negari non potest quin mali moris extiterit. Illa enim icteritia ante septimam apparens, illa urinarum crassities, lipothymia, & dolor ostocopus non possunt non præ se ferre malum aliquem morem prædictæ febris. Cæterum sicuti usque ad undecimam sapuit naturam intermittentis, ita in illa die, dum melius habere visus fuit, degeneravit febris in continuam essentialem. Natura enim gravata à sarcina materiae, quæ premebatur, & à mala qualitate humorum acrabiliarum, quibus scætet hoc corpus, non potuit amplius detrudere materiam extra venas, prout antea fecerat, cum præsertim serositates in septima pro majori parte fuerint evacuatae: ideoque facta fuit febris continua, periodica tamen, sed ex illis, quæ accedunt magis ad naturam continentium, propter obscurissimas annotationes: propterea licet remiserint accidentia præterita, quo nomine melius habere videbatur, non tamen melius habuit; sed Illustrissimo patienti evenit id, quod & Hermocrati ab Hippocrate descripto tertio Epidem. qui un-

Tem. II.

decima melius habere visus fuit, & decima quarta fuit immunis à febre, nihilominus in vigesima septima obiit. Dum autem facta est continua, dumque natura gravata fuit ab humorum prædictorum copia, & mala qualitate, destitit ut plurimum à concoctione humorum peccantium, languente calore nativo, ideoque tenuis quinciam calor febrilis, & vehementia Symptomatum.

Nihilominus tamen in dies vires magis labuntur, ut propterea suscipiari possimus de Hermocratis eventus, quod Deus avertat.

Interimque agendum, & insistendum primò & principaliter virium conservationi, cum natura sit morborum medicatrix; & quia virium imbecillitas provenit à copia, & mala qualitate humorum, incumbendum erit revellentibus, evacuantibus, & bezzardicis corroborantibus cor.

Atque ideo præmissa sanguinis detractione, antehac à Viris Præclarissimis præscripta, non erit abs re cucurbitulas cum flamma infernis partibus aliquando repetere: vesicantis famoribus, & brachiis applicare, frictionesque toti corpori, cum inunctione Aëti administrare, non omittenda repetita alvi purgatione, etiam cum scribis clysteribus horis minoris assiduationis. Bezzardica tamen temperatiora principem locum obtineant. Cujus generis erit aqua ex succo acetosæ, de rura capraria, ex scorcionera; Jubæ gemmatum, lapis bezoar, aqua cordialis Magistralis Saxoniana; conserva ex acido citri cum cornu cervi usto, & margaritis præparatis; aliquando Michri lactica confectio in pauca quantitate, confectioque de hyacintho, abstinendo ab omnibus astrigentibus, ab impenis calefacientibus, & exsiccantibus, ob continuam linguæ siccitatem, internam phlogosim indicantem; ob quam serum lactis caprini destillatum cum succo citri, præfana hordeacea, emulsionisque seminum frigidorum proficient summopere; sic potus loco aqua hordeacea, aqua fragorum, & humectantium in ore detenta, ex usu erunt; non omittis externis epichematibus, & inunctionibus cordi, & jecori apposis, Viris Præclarissimis notissimis, quæ propterea lubans & volens omittenda duxi. Faxit Deus ut ad vota succedant.

Item ibidem.

De Febre Populariter Bergomi grassante, ad Excell. Medicorum Cæsarum jussu Illustrissimi Johannis Grimani Urbis prætoris, Responsum.

Temporibus inconstantibus morbi equidem fiunt inconstantes, dummodo illorum perduraverit inconstancia: sed quando ipsorum inæqualitas uniformis aliquamdiu perfluerit, prout factum est per duos annos fere continuos, ut qui plurimum fuerunt austrini, ventosi, frigidi, pluvii & cum maxima aquarum illavie, morbi supervenientes constantes apparent, & fere uniformes: cujusmodi sunt febres hoc tempore grassantes, non Bergomi tantum, sed Bononiæ, Venetiis, in Foro-Julienfi, agro Patavii, Vicentiæ, & fere ubique locorum. In his enim omnibus locis populariter saevierunt febres, non quidem verè pestilentes: quia licet multos interfecerint, ut plurimum tamen fuerunt salutares; nec alicui (quod fuerit observatum) communicatum fuit contagium: sed sunt ardentes communicatum naturam accedentes, invadentes cum dolore capitis, colli, lumborum, & totius corporis, perseverantes cum siti, vigiliis, comate vigili, paraphrenitide, & aliquando cum vera phrenitide, vermibus, & cum peticulis erumpentibus plerumque rubris, aliquando violaceis, nitidis, diversis temporibus, ut plurimum circa septimam, & in puerulis, cum morbillis & variolis, & urinis

L 11 3

& urinis

& urinis tenuibus; aliquando crassis, & turbatis, & cum aliis acciditibus malum morem harum febrium commonstrantibus; hæque febres viros magis quam mulieres affligant, eosque ut plurimum infra secundam ætatem constitutos, si præsertim plethorici, biliosi, aut melancholici fuerint, si locorum humidorum fuerint incolæ, si incomposite vixerint, immodicè incalescent, venæ indulserint, vitiosive succis redundaverint, raro claustrales, tanquam minus incomposite viventes.

Harumque febrium sicuti causa adæquata fuit vel insignis exustio, vel excellens & vera humorum peccantium corruptio, aliquando superante natura, aliquando eadem saperata: ita causa communis fuit inæqualis æris intemperies, quoad activas qualitates, cum excessu humiditatis quoad passivas: Hinc enim accidit ut caput pluribus humidius sit redditum quam conveniat, & interna viscera vitiosis humoribus cujuscumque generis, à prædominio tamen serosis & biliosis fuerint repleta, impeditaque ipsorum ventilatione cum à cutis conspatione, propter ambientis frigiditatem, tum ab internis obstructionibus, computruerint, & putrescendo febrium prædictarum causæ fuerint, cum enarratis symptomatibus, pro varia parte affecta, & diversitate dispositionis viscerum principalium. Foveri quidem potest hæc febris ab annonæ charitate, cujus merito facta est major congestio vitiosorum humorum: hancque ob causam pauperes febriunt magis quam divites, & frequenter intereunt; non tamen annonæ charitas fuit causæ principalis harum febrium, ut quispiam forsitan suspicari posset, non enim divites his febribus fuissent correpti, ut potè qui annonæ charitatem non fuerint experti.

Originem autem habuerunt hæc febres ut plurimum à putredine circa viscera naturalia, ideoque & vermes fuerunt excreti, & diarrhoeæ non raro subsecutæ, cum critica, tum symptomatica: serè tamen semper sese insinuavit putredo in totum venosum genus, non sine aliqua pulmonum inflammatione, ut apparuit ex dissectione cadaverum: hincque factam fuit, ut serè in omnibus apparuerint peticulæ, pluribus supervenerint sudores aliquando diaphoretici, non raro salutaris, & serè omnes indicati sint per urinas copiosas.

Quæ cum ita sint, sperandum etiam est, morbum hunc pestilentem non futurum, dummodo austrinæ constitutiones tamdiu non perdurent, ut hinc ær non solum intemperatus fiat, verum etiam corruptionem & putredinem concipiat per admixtionem vaporum putridorum. Quod ne fiat, ventilationes, ignis accensionis, viarum mundities, & diligentes cadaverum humationes erunt necessariae.

Pro curatione autem harum febrium, insistendum duximus refrigerantibus, exsiccantibus, divertentibus à partibus principalibus, deobstruentibus, bezoarticis, & vires conservantibus.

Ideoque inter Chirurgica præsidia principem locum debere censuimus venæsectioni, dummodo vocati fuerimus statim in principio, in ætate vigente, non præcedenti immodico venæsectionis usu, vel simili quopiam vires prosterne, & hoc nomine sectionem prohibente. In febribus enim omnibus putridis, internis inflammationibus incipientibus, & obstructionibus internorum viscerum, nullum magis accommodatum remedium excogitarunt veteres venæsectione. Neque obstat, incipere putredinem à visceribus naturalibus, vel in his febribus adesse exanthemata, aut superventura. Per venæsectionem neque trahuntur humores à visceribus naturalibus ad venas, neque impeditur transmissio ad cutem, quando pauca sanguinis copia detrahitur, ut faciendum censemus; imò potius sequitur id quod

dixit Galen. 2. Aphor. 29. quòd scilicet natura levata ab eo, quo veluti pondere premebatur, residuum materiam facilius vincere valet. Si enim Galenus 2. in 6. epidem. 30. expendens historiam Simonis ab Hippocrate descriptam, in qua apparet quòd Simoni lata apparuerunt exanthemata, dixit, etiam in hoc casu convenire purgantia, & venæsectionem, non quidem ad evacuandam materiam ad cutem transmissam, sed ad tollendam humorum superfluitatem in venoso genere existentium, antequam topice evacuetur materia ad cutem transmissa, cur & nos venam secandam non censuimus in febre ardente, acuta, viribus permittentibus, antequam materia transmissa fuerit ad cutem: eligimus tamen potius salvatellam dextræ manus quam jecorariam, ob minus virium dispendium. Quòd si vires non permiserint venæsectionem, in hoc casu venarum fedalium apertionem laudamus, quamquam non fuerint innatæ, cum ratione revulsionis à partibus principalibus, tum ratione evacuationis à venoso genere, antequam ad topica deveniamus; paulò tamen postea cucurbitulas cum scarificatis tum non scarificatis lumbis, & infernis partibus sæpius applicandas censemus; frictions & inunctiones injungimus, dummodo natura non tendat excretionem materiam per alias partes corporis. Vesicantia præsentaneum & tutissimum remedium semper fuisse: ideoque nullo modo prætermittenda, si præsertim materia impetum habuerit ad caput, ad cor, & partes spirituales, dummodo non adsit aliquod urinæ impedimentum, tunc etenim vel non applicanda, vel non ex cantharidibus, sed ex ranunculo, aut flammula.

Inter pharmaceutica laudamus quam maxime blandas alvi subductiones, quando natura non transmittit cum impetu ad cutem, omniumque maxime largas potationes aquæ hordeaceæ, aut seri lactis caprini, cum spiritu chalcanti: refrigerant enim, sitim sedant, urinam movent, sudorem alliciunt, & omnibus intentionibus mirificè satisfaciunt, non omittis bezoarticis illis, quæ vel non sint calida, vel parum, nec sint valde adstringentia: inter quæ unusquisque sibi eligit illa quæ sunt magis familiaria. Medicamenta ex citro sunt tutissima, ideo Venetiis paratam habent aquam ex toto citro, qua familiariter utuntur: Margaritæ præparatæ, cornu cervi, sunt exsiccantia.

Duretica, sudorifica, temperatissima. Conf. hyacinthina sine ambra, Aqua cordialis Saxoniana: Pulveres Bergomenses Magistrales, Juleb gemmatum magni D. Gelatina ex cornu cervi, & alia. Inter externa oleum scorpionum Matthioli, vel quid tale.

Vitium non exquisitè tenuem laudamus, præ cæteris commendatur ab omnibus pusana hordeacea, & in progressu morbi, facta corporis evacuatione, vinum oligophorum interdendum non censemus, sicque progrediemur in harum febrium curatione. *Idem ibidem.*

De Morbo Epidemico Luca grassante, Ad Præclarissimum Virum Franciscum Mariam Florentinum, Medicum Lucensem, pro Republicæ Responsum. Anno 1648. mense Augusto.

Morbi grassantes in Nobilissima Urbe Lucens; ipsiusque agro, necnon & in Herruria, inter epidemicos absque dubio sunt reponendi, si non ratione essentia, quo nomine sporadici potius dicendi forent, cum plures afficiant sub diversa forma, synochi scilicet, hemitritæ, ardentis, tertianæ, ephemeræ cum variis quinque symptomatibus: ratione tamen

tamen cause, epidemici & communes sunt dicendi, utpote qui à causa communi ortum duxerunt, aëre scilicet valde humido, & in aëribus inæquali, modò calido, modò frigido, qualis ab autumno præterito ad hodiernam usque diem perduravit.

Et quis hic affectus magis viget in planitie, quam in montibus, ubi magis ventilatur aër, hinc factum est quod in montibus degentes non egrotaverunt; agritudineque variæ exortant, pro diversa patientium temperaturs, & variâ victus ratione. Sicut enim excedens aëris humiditas corpora afficiens ea disposuit ad putredinem, cum humiditas sit putredinis substratum, putredoque hæc sese insinuavit in humores in corporibus prædominantes, eosque vel sanguineos, hinc synochi putride; vel biliosos, hinc arduentes, & triacophyes; vel cum picuitosis putrescentes, hinc hæmorrhagici. Nec solum variæ fuerunt febres, pro diversitate humorum, sed etiam, pro diversitate loci, in quo putrescant. Hanc ob causam bile prædominante, modò facta fuit ardens, dum putruit in venis, modò tertianæ naturam referens, dum putruit in parte determinata, vel in carnibus ipsis; circa quas serositas biliosa inventa fuit in copia, dum facta fuit cadaverum dissectio. Nec solum variæ febres fuerunt subortæ, varia etiam symptomata fuerunt, concomitantia, & supervenientia, pro varietate loci in consensum tracti à materia putrescente. Dum enim impetum habuit ad caput, dolores ejus, comatosæ affectiones, vigilia, deliria successerunt, & hæmorrhagiæ narium, dum irruit in ventriculum, cardialgias, anxietates, sitim, Anorexiam, vomitum bilis putraceæ, æruginosæ induxit: dum ad intestina, verines, diarrhæas, dysenterias; ad renes, variæ urinas; ad ambicum, lassitudines, sudores modò indicantes, modò non. Dubium tamen est, cur morbi prædicti non apparuerint hyeme præterita, quo tempore aër erat unigue humidus & pluvius. Secundò cur ex pluribus graviter infectis pauci interierunt. Tertio cur deterius habuerint euchymia abundantes, quam vitiosis succis scatentes. Quarto quid prædicendum. Et quinto quid agendum.

Prima difficultas contingit etiam tempore Hippocratis. Refert enim 2. in primum Epid. 2. quod totus annus fuit humidus, frigidus, & borealis, & nihilominus quoddam per hyemem salubriter deperunt. Ratio est quia non statim ac tempestas aliqua incipit intempestiva fieri, afficit adeo corpora, ut morbis corripantur: sed tunc tantum, quando intemperies aëris ea tali intemperie afficit; quod sane in instanti fieri non potest. Ad secundam quod attinet, ratio propter quam major pars affectorum evasit, duplex est: prima, quia aër fuit tantum alteratus non corruptus, nec putridus, ut contingit in peste Thucydidis, propterea morbi isti non sunt pestilentes; secunda causa est, quia putredo in humido genita, non semper magna fuit, sed aliquando benigna, & quando maligna, nec semper provenit à venenata, & occulta qualitate; talis enim plures interficit, sed tantum ab illa putredine, quæ fuit propostita à Galeno, primo de diff. febr. 6. quam duplicem esse dixit; aliam superante natura, aliam ea superata, addita tertia facta partim superante, & partim superata natura. Fie autem superante natura, quando est junctis cum concoctione facta à calido nativo dominante calori extraneo, prout fit in inflammationibus ad suppurationem devenientibus: pus enim album, læve, & æquale fit à calore naturali prædominante: superata verò natura, quando calor extraneus ita dominatur naturali, ut hic pugnare non possit cum causa morbifica; quod Hermetocrati contigisse retulit Hippocrates primo in tertium epid. qui decima

quarta immunis fuit à febre, & non sudavit. 17. rediit febris, 20. ab ea immunis, sed sine sudore, 27. obiit. Dicit Galenus ipsam immunem exitiis à febre, quia natura non pugnavit cum morbo, & propterea non supervenit aliqua evacuatio; hæcque est vera illa excellens, & summa putredo, quæ interficit, extincto calore nativo, non secus ac fit in gangrænis, nunc verò quibusdam ex febribus prædictis, plerisque tamen ipsarum contingit cum domino naturæ: propterea patientes evaserunt superveniente vomitu, diarrhæa, dysenteria, vel sudore, dummodo is non fuerit diaphoreticus, ob nimiam raritatem corporis, & vitium imbecillitatem; qualis contingit aëre præterito, & præfenti. Quod si quis febris intermittente obiit, hoc necessarîo evenire debuit ex vehementia symptomatum, aut ex nimia spirituum dissolutione: cum febres intermittentes ex sui natura sint semper salutares. Si quis tertio quaerat, cur boni succi pleni interierint facilius, quam succis vitiosis referti? Responderi potest dupliciter: primò quia vitiosis succis redundantes facile à levi quacunque causa affici possunt, cum in symbolum facilis sit transitus; plethorici verò non ita à violentiori causa, propter robur calidi innati, cause autem validæ magis officiant quam debiles. Secundò dici potest, quod humores vitiosi, ut plurimum protrudantur ad partes remotiores, ac inde ipsorum putredo minus afficit: boni autem succi re inveniuntur in toto venoso genere, ideoque ipsorum putredo facilius irruit in viscera principalia, & cor ipsum.

Ex his elici potest quid sit prædicendum. Vereri enim debemus, ne in dies magis ingravescat affectus. Si enim aër æstivus ex sui natura calidus resistere non potuit corruptioni, cum alioquin febres pestilentes æstare cessare solent, quando æstivum tempus servat propriam naturam, longè facilius extingui vel remittere saltem debuissent affectus præfentes. Nec ab autumnali præfenti tempore quidquam sperandum, utpote valde inæquali. Faxit Deus ne ita contingat.

Pro curatione corpus expandendum erit diligentissime etiam cum sanguinis missione, quantum vires permiserint, nec adfuerint symptomata ipsam impediencia. Nec omittenda sunt bezoardica medicamenta, quorum sylvia habetur apud scriptores: præcaeris tamen debent esse refrigerantia, & exsiccantia, utpote quæ contraria, febri ratione refrigerationis, putredini verò per exsiccationem. Pro præfervatione autem habitatio sit in locis montosis. Quod si fieri non possit, vitandus saltem aër auritus. Provocandus somnus, & alvus continuo lubrica servanda. *Idem ibidem.*

Febris Synocha.

Omnia mala, tum præterita gestationis tempore & à partu in Puerperio, tum præfentia, Matronam Excell. infantia, à sanguinis vitio produsse & procedere, non est in arte versatus qui dubitare possit: id enim apertissime demonstrant ea quæ tum à priori, tum à posteriori elici possunt: sanguineum enim est ipsius temperamentum, hinc vitium in quantitate & submelancholica dispositione consideratur, unde mala qualitas, acris nimirum & quodammodo adusta atque acida; cujus sanguinis effectus pravi non adeo manifestabantur ante uteri gestationem, dum natura per uterum exonerabatur, secus autem in uteri gestatione, ejusdem evacuatione suppressa, & præfentem primis mensibus: cum enim parvulus foetus abundantem sanguinis molem consumere nequireret, Medicus ejusdem per venam sectam evacuationem moliri coactus fuit, ut à tot molestiis Mulier Excellentissima vindicaretur.

Et quoniam à partu non satis, quinimò valde imminute expurgata fuit, deteriora successerant, sicuti Lochia deterioris, quàm Menstrua, conditionis existunt, dum absumpto à foetu utiliori sanguine, vitiosior permanet, qui sicut singulis mensibus antea per uterum excernebatur, ita in puerperio sub lochiorum titulo expurgari necesse est, alioquin; ait Gal. aut uterus phlegmone corripitur, vel ad superiorem aliquam partem irrepens sanguis varios affectus producit; & nisi aptissima & quàm celerima medela præstita fuisset, ad evidens vitæ periculum Matronam Excellentiss. deduxisset: Galenus enim memoria tenendum esse monet, in omnibus Mulieribus in quibus à partu impeditur purgatio, nonnullas in extremum mortis discrimen devenire, perpauca verò modice laborare, dum considerabat Philiini Uxorem quæ filiam pepererat, quia non bene expurgata fuerat, die vigesima à partu obiisse: quod idem repererat in Historia Mulieris in Cizico decima septima defunctæ. Verùm quia per sanguinis missionem diminuitur quidam ejusdem quantitas, remittitur quoque prava qualitas, at portio vere peccans ex toto à massa sanguinea evelii & educi non potest, ideo factum est ut à puerperio melius quidem habuerit Excell. Mulier, at non omnino convaluerit, & ideo contigit quod divinus prædixit noster Senex, Ipsam nimirum febrile & horrorem habere, quia partus purgantia non fuerunt expurgata, nec postea satis Menses prodierunt; sic & magna febre correpta fuit, quæ Synochæ naturam sapit, & gulæ inflammatione atque ulcusculis. Febris tamen cito remissa est, quia peracuta; & quoniam congruis & magnis remediis adhibitis cessit, ut ipse Hippocr. innuebat dicens, quòd Nisi à partu Mulier repurgetur, magno morbo tentabitur, vitæque periculum incurret, nisi quis celeri adhibita curatione convenientem purgationem promoveat. Et licet extrescentias quasdam febrem habere observetur, id evenit, quoniam ut Continens sit febris, fat est sanguinem fervescere & fermentari in venis alicujus partis cum corde, pulmonibus, faucibus, imò & venis communibus magnum consensum habentis.

Quibus ita se habentibus, cum febris ista non modo acuta, sed peracuta censetur, cito & bene terminaturam sperandum, quia cito & apte auxilia medica administrata fuerunt. Restant autem indicationes considerandæ, nimirum vitiosi sanguinis correctio, qui quatenus adhuc quantitate peccat, imminutionem indicat; quatenus qualitate, commoderationem; quatenus motu, revulsionem & diversionem; calor verò febrilis, si perseveret, contemperationem exposulat viriumque sui conservationem.

Et à fonte Chirurgico repetenda adhuc esset sanguinis missio, si Viro prudentissimo adstanti opus visum fuerit; sicut frequentes partium infernarum frictions, necnon calidæ lotiones non sunt omitteandæ.

Ex pharmaciâ reliqua sunt depromenda pauca remedia, hæcque alterantia, evacuantia & ab affectis partibus repellentia; ideo opportunissimus esset exiguæ Cassiæ ad drachmas quotidianus usus, superepoto copioso sero, aut saltem aqua Nocer. matutinis horis; (sicuti in statu febrilis caloris) aquæ stillat. de succo cichor. & acetosæ cum syr. vel Conserva de acido citri, de succo limonum aptissimæ erunt; & gargarismi repellentes jam propositi & administrati, ex aqua plantag. cum sale prunellæ, vel succo granat. vel succo agrestæ, vel mororum immatur. à dulcibus omnino abstinendo, & ulcuscula spiritu chalcanti tangendo. Meliora proponenda pro statu præsentis non habeo, congrua victus ratione Prudentiss. Viro commissa. Verùm exacto

convalescentiæ tempore, Patavium ut se conferat Excellentissima Matrona consulo, ut levi præmissa primarum viarum expurgatione, ad aquas B. V. epotandas disponatur, ut jecoris fervor contemperetur, ne forsitan imposterum valetudinariam vitam ducat. Hæcque sint dicta potius, ut acta & proposita confirmetur, quàm ut nova agenda proponantur. *Raym. Joh. Fortis Consultation. & Respons. Medic. Tom. 2. Cent. 2.*

Febrii continua.

Quoniam primis diebus febris Illustriss. Comitissam cum refrigeratione invasit, nec adeo sensibilibiter operationes, læsit, cum domo exierit, neque à consuetis muneribus destiterit, ideo acutum nondum fuisse censendum, sed neglectam, acutiem quarta die acquisivisse credendum, sicque continuam primò per subingressum, mox non modò periodicam proportionatam, verùm & essentialiter continuam redditam esse existimo. Quare biliosam mineram putrescentem cum sanguine, coque crudo atque melancholico (unde lassitudo, si non phlegmonosa, saltem tenuis) in venis majoribus supra jecur cum Viris Excellentiss. reperiri credo, ut facile ex urinis turbatis cum sedimento inæquali & obscuro, pullosque frequentia atque celeritate conjici potest, Dolor autem capitis, aurium tinnitus, somnus parvus atque turbatus, si febrem comitentur, magnitudinem seu ejusdem vehementiam arguunt; sicut malum morem, si supervenerint & mox apparuerint; vapores enim à toto venoso genere turbato atque confuso, vel auram malignam atque veneficam ab eodem ad caput elevari significant, quæ in capite continuum solvendo, dolores: spiritus agitando & cerebrum calefaciendo, somnos exiguos atque turbatos: & sèrem implantatum commovendo, aurium tinnitum excitare valent. Putredinis autem occasionem præbuerunt humoribus jam dictis errores prægressi, in assistentia Illustrissimæ defunctæ peracta: à vigiliis enim cruditates multiplicentur; ab animi motibus, utpote corpus calefacientibus, bilis adaugetur, & ab istis perseverantibus exultiones atque animi moeriores tandem oriuntur; unde sanguis totus excalefactus quoad illam partem facile putredinem nactus fuit, & eo facilius, remorata & tardiori reddita ab ejusdem crassitie totius circulatione, non parum ad hæc omnia conspirantibus imminutibus Menstruis, pravi sanguinis congestionem in promptu significantibus.

Sed circa jam dicta considerandum occurrit, cur modò accessiones non solum refrigeratione, verùm etiam cum horripilationibus invadant, nec tamen febris ulla declinatio observetur, quinimò semper magis in vigore sustineatur, quod non ratione febris contingere credendum, sed verendum potius ne aliqua portio sanguinis è venis ad partem aliquam deponatur, quæ in exitu per partes sentientes discurrendo, horripilationes inchoantibus inflammationibus familiares excitet, quod confirmare quoque videtur alvus turbata, biliosa, cruda & tenuia excernens, naturæ irritatæ indicio.

Quibus omnibus ita constitutis & consideratis, nil certi, præsertim absens, prædicere possum: affectus enim adhuc inferi, inauguratione nimirum reperitur, cum hucusque vix apparuerit coctionis rudimentum, febrisque pravis symptomatibus comitata sit; vires tamen in hæc florenti ætate, proba temperie & anni tempore saluberrimo forsitan valere possunt, quousque natura dominari & coctiones peragere valeat: acutus animus cum sit, celeres mutationes ad utramque partem suscipere potest.

Ideo

Ideo ad agenda deveniendum, ut indicationibus à Viris Excell. propositis satisfacere nitamur. Et ut ordine executivo procedamus, cras summo mane sanguis ex altera Saphæna omnino erit educendus ad septem uncias, si pulsus permittant: non enim diurno numero, sed uni virium robori attentos esse oportere jubet Galenus; assistat itaque Vir Excell. Illustrissimæ Patienti in ipsa sanguinis educatione. Nec alvus irritata cum exigua materie expulsionone hoc genus remedii vetare poterit, nisi fortasse pluribus vicibus & copiosam excreverit peccantem materiam. Duo Vesicantia coxis, à Viris excell. proposita, jam apposita suppono; nec frictions sunt infernis partibus omittendæ, toti corpori verò caute administrandæ in præfenti alvi commotione; licet enim cruda existat materia, ideoque motus criticus esse non possit, quandoque tamen fit ut motus hujusmodi, mediis paulatim critici tandem evadant, & ideo post sanguinis educationem, nocte sequenti exigua portio floris Cassiæ præberi poterit, superaddito fero.

Alterantia erunt aqua Aillat. de succo acetosæ, addita quoque portione scorzonæ, cam fyr. vel conserva de acido citri. Alexipharmaca cordialia necessariis sunt, non tamen diaphoretica, tum propter alvi motum præfentem, tum propter Menstruorum imminuentem. Verùm si alvus supprimatur, nec Menses erumpant, & lassitudo totius perseveret vel augeatur, adeo ut humores ad ambitum corporis vergant, tunc diaphoretica intrinsicis, ut lapis Bezoar, cornu cervi phil. Extractum Contrayervæ in aquis cordialibus; & externis cucurbitulæ siccæ & incisæ, frictions & Aëii inunctiones erunt exercendæ. Omnibus congruam victus rationem addendo Viris Doctissimis notissimam, sicut reliqua quoque omnia ab iisdem proposita, & à me confirmata. *Idem ibidem.*

Febris Chronica

Vestalis Illustrissima, temperamenti calidi & humidi, annum agens trigessimum sextum, jam septimus annus est, ex quo post improviuum mortis dulcissimi fratris nuncium, moestissima facta, post varios animi angores, febre etiam correpta fuit, qua per totum fere hoc temporis spatium divexata est. Principio febris continua proportionata evidens fuit, quæ eadem hora per hebdomadas quodvis invasit, mox verò medicamentorum ope evanuit, sed brevi interjecto intervallo, absque manifesta causa Nobilissima Virgo iterum febricitavit eodem febris ordine, sed typo non adeo distincto, ita ut aliquando non solum ab accessione, sed ab ipsa febre liberaretur, à qua etiam repetitis medicamentis omnino evasit. Cæterum vix convalescens, male servata victus ratione, imo neglecta, spretoque Medicorum consilio, non solum improporionata numera obeundo, sed præcipue jejunoando, & piscibus pravisque aliis edulis vescendo, maxime in suo, ut vocant, adventu, iterum in febrem incidit, à qua usque in hodiernam diem continuo affligitur. Febris hæc quotidie nocturno tempore invadit, accessione satis obscura, nullo prævio rigore, sed aliqua tantummodo universali lassitudine, quæ per multas horas perdurat, nec integre dissolvitur, nisi in fine augmenti ipsius paroxysmi, quo tempore vehementem calorem ut plurimum percipit, & præcipue circa caput, de quo non leviter conqueritur. Toto hoc molestissimo morbi curriculo, corpus ejus permansit, ut vix ex aspectu qui fere naturalis est & & nativo roseo decore præditos, aliqua à naturali statu declinatio desomatur. Pulsus satis firmi, urinæ non multum tenues, calor satis mitis, hypochon-

dria mollia, somni breves, appetitus potius dejectus, maxime pharmacorum tempore, à quibus semper affligitur, corporis vigor satis debilis, ut à quocunque faciliore motu offendatur; menstruæ purgationes ordinatæ, non imminuta. In hac pertinacissimi morbi natura, frustra de Peritissimorum Medicorum Vincentiæ repetito consilio, & de meo pluribus expertis remediis, graviora exitia metuens, alienam, me jubente, requirit opem, ut tandem Deus juvantibus, evadat.

Virginem Illustrissimam, multis abhinc annis claustrali vitæ dicatam, ob dilectissimi fratris obitum septem jam annis cum intensissimo perseverantia ejusdem animi magore secutum, melancholicam fuisse redditam, quinimò & affectu melancholico correptam pro certo habeo: distractis namque spiritibus, cum naturali calore à ventriculo ad caput ob intensas & diurnas & nocturnas continuas meditationes, chylosi imminuta, cruditates genitæ, & in venis lacteis atque mesentericis diutius detentæ, à jecoris calore terree, arefactæ & in melancholicam naturam conversæ, affectum hypochondriacum illegitimum excitare poterunt, cui brevi temporis tractu succedere solet melancholicus, dum ab hujusmodi clausuris, hypochondriorum & jecoris calor non ventilatus acuitur, intensiorque redditur, qui postea sanguinem à ramo cœliaco & mesenterico emanantem, ac mesentericas & splenicæ portæ venas ingressam, ut ad hepar, indeque per cavam ad cor circulando feratur, magis magisque excalescendo, crassorem & ad motum ineptum reddit, ut propterea in eodem loco stabulans, symptomata aliqua melancholica, vel in corde, vel in cerebro excitare solat, à quibus omnino immunem est Virginem Illustrissimam vix credere possum, sicuti hypochondriaca affectione decineri pro certo habeo. Quoniam verò per consensum ab hypochondriaci ventriculi læsio perseverat, juges ideo quotidianas cruditates emergentes, & à jam dictis obstructionibus detentas, ab æstuante calore non solum esse factas, verum & fermentatas febriculæ causam esse non est mirandum: sicut enim illarum portio quodvis consumitur, ita quotidie quoque reproducitur, eoque magis, prava addita victus ratione, putridum verò tangens non putridum, putridum illud reddit, sicque febriculæ perseverant horis vespertinis aut nocturnis obscure intendentes, quæ licet in ignobili loco cruditates fermententur atque putrescant, quia tamen clausæ per partes sentientes dimoveri non possunt, ideo neque manifestas accessiones prodere.

Neque viscera obstructa & inquinata esse credere possum, adeo ut Ferneliana febris ex labefactatis visceribus enascatur; siquidem neque floridus faciei color, neque totum corpus adeo nutritum conservari possent: hucusque enim si non cachecticum, cacochymum saltem fuisse reddidit, insigniter læso jecore, nutritionis principio: sed pulsus alterationes febriles facile soverit: conseo ab æstu hypochondriaco, ut observare solemus in Hypochondriaci, præferim à cibo, & in hac Nob. Virgine potissimum horis vespertinis atque nocturnis, dum coena licet levis, prandio non adhuc bene confecto, superingeritur.

Ab hoc febrili & valetudinario statu vindicæ posse Patientem Illustrissimam non dubito; & licet non adeo facile nec brevi, quia in febribus corpus pro ratione non imminui & contabescere, morbi diurnitatem, sicut plus justo periculum minari solet: at tamen congruis repetitis remediis febrem cessuram, in hac gratiosa ætate optimoque temperamento pro certo habeo.

Quod assequi poterit, primis viis expiando; Obstructiones, licet non adeo tactu manifestas, reser-

lando;

rando; Hypochondriorum & jecoris calorem con-
temperando; Et tandem ventriculum, licet non
positivè, sed privativè affectum, nonnihil corro-
borando.

Pro quibus explendis intentionibus, à fonte Chi-
rurgico sanguinis missio petenda ex superioribus po-
tius, quàm inferioribus venis, ad eventandum je-
coris totiusque venosæ generis calorem, & ad con-
ditionem sanguinis explorandam, ne forsitan adeo
diuturni temporis tractu, totum quoque succo me-
lancholico sit inquinatum. Et cum in Utero nulla san-
guinis portio commoretur, quæ derivatione indi-
geat, ideo ex venarum sedalium apertura, ab u-
tero rectè operante diversio verenda esset.

Præcipua remedia à Pharmacia sunt desumenda;
& pro primis viis expiandis, electuarium lenit. pro
prima & secunda evacuatione sufficiens erit: sicut
quinque intermediis diebus erit quoque sufficiens
julapium acet. cortic. citri aromatizatum, quod
exigua aqua totius citri dilui poterit. Inde ad
ulteriora Præparantia & Aperientia erit devenien-
dum, quæ semper exsiccatam materiam humectare
valeant, & meo judicio, succi depur. opportunif-
simi erunt: mellita namque & saccharata Hypochon-
driacis non valde conferunt; quare parabitur syru-
pus præparans ex succo depurato cichor. borag. &
pom. dulc. ad ℥ij. in decoct. borag. endiv. malvæ,
violariæ & agrimoniz. Sex autem transactis diebus,
aliquod benigne Purgans erit exhibendum ex flore
cass. & semidrach. extracti senæ & pilularum de tri-
bus, cui superbibat jus pullæ tenuis, herdeo vel
malva alteratum. Mox iterum succorum usus repe-
tendus, succum agrimoniz vice pomorum dulc. ad-
dendo, quinimò & tartari vitriol. grana in deco-
ctione erunt dissolvenda; sequenti verò die nos cas-
siæ ad ℥ij. addito scrupulo rhabarbari opt. præbea-
tur, & post horam superbibat feri capr. aut afin.
destill. cyathum, tribus verò horis ab assumpto fero
prandeat; Tertia die repetat succos, ut supra,
quarta rhabarbarum cum cassia, & ita alternatim
perseveret supra viginti dies; præbendo interim, si
opus fuerit, duobus diebus succos ipsos: & quar-
to quoque die cassiam cum rhabarb. si evacuatio
sequeretur abundans.

His peractis, ut venulæ in hypochondriis jam
excalescæ contemperentur, & removeatur siccitas,
serum copiosum caprinum aut asinum depur. si
non bis aut ter, semel saltem ab libras propinare op-
timum erit, cum vehiculo syrapi ros. solut. vel po-
tionis ex man. clarif. ut inde jecoris & sanguinis
quoque fervor remitti possit lactis usu, quod pote-
rit primò artificiale parari ex emulsione seminum mel-
lon. & amygdalarum dulcium, fero capr. destillat.
aut aqua de succo cichor. extrahenda, addita uncia
syrup. de succo limonum, ut postea si Viri Excellen-
tiss. prudentiæ visum fuerit, ad lactis quoque afini-
ni usum cum saccharo Illustrissima Patiens ducatur:
refrigeratis enim prius hypochondriis & visceribus,
non adeo facile corruptetur. Nec à febricula pro-
hibetur, cum ab Hippocr. iis qui non multum fe-
bricitant, concedatur.

Et si interim ventriculo quoque aliquam corrobo-
rationem asserre placuerit, à cibo duo grana masti-
ches deglutire poterit, vel rotulas ex aromat. ros.
aut aquæ cinnam. cochlear.

Quibus omnibus congrua victus ratio erit addenda,
ab Eximio Viro in Arte versatissimo præscribenda,
cui etiam reliqua omnia cortigenda libenter relin-
quo. *Idem ibidem.*

*Febris Chronica, & decumbendi difficultas ab
Hypochondriis.*

Illustrissimus Comes annorum sexaginta trium,
temperamenti calidi & humidi, cum prædominio
tamen ipsius caloris, jecoris & capitis fervidioris,
pituitosis destillationibus obnoxius, ob quas tran-
sactis temporibus aliquando febricitavit, pyralismo
subditus, Autumno præterito, magno totius cor-
poris æstu correptus fuit, cui succedere in uni-
versa cute multæ efflorescentiæ, & hæ in ali-
quam molem elevatæ cum pruritu (vulgo Esse-
re) à quibus solâ victus ratione convaluit. In-
cipiente Vere incidit in capitis gravedinem & fe-
brem, quam cathartalem putavit, & ideo sine Me-
dici assistentiæ per aliquot dies decubuit; postea verò
ingravescente morbo ad medicam opem confugit, à
qua, licet medicamentis secundum rationem præscrip-
tis, & sanguinis missione è venis superioribus insti-
tuta, levati non potuit: imò observatum fuit febrem
ipsam potius adaugeri, licet naturæ intermittentiæ &
erraticæ, cum etiam circa quadragesimam, post u-
sum lactis caprini per tres dies in ferculis usurpati,
lapsus sit in passionem statuosam molestissimo symp-
tomate ipsum divexantem, à qua frequentissima ni-
dorosa eructatio exorta est, & aliqua per inferiora
crepitum emissio, cum aliquo ventris rugitu & ven-
triculi extensione, cum impotentia decumbendi, adeo
ut fere mensis spatio erecta cervice & somnum capere,
& integrum diem sedens degere coactus fuerit: cum
enim solitum decubitus vel pronum, vel supinum,
vel ad latus tentat, statim surgere conatur ob im-
minentem suffocationem, quam forsitan Æger potius
timer, quàm nos credamus, cum nulla in ipso pulsu
vel interceptio, vel intermissio, vel inæqualitas per-
cipiatur. Quibus tamen non obstantibus, licet secun-
dum rationem & propositis & adhibitis, febris ad-
huc perseverat sine intermissione: perseverat & status
qui gravior sit in assumptione cibi, & ingruente febre,
licet nunc remissior appareat. Ceterum febris magis or-
dinatâ ac determinatâ periodo Patientem aggreditur
vespertinis horis absque notabili refrigeratione, sed sen-
sim irrepit alternis diebus gravior, paucâ pulsuum coar-
tatione & urinarum mutatione, quæ potius crassæ sunt
& rubræ cum sedimento copioso: quæ tamen febris
matutinis horis manifestè declinat sine ulla evacua-
tione, quo tempore etiam status remittit. His omni-
bus accedit frequens sanguinis stilla, præcipuè è na-
re dextera, coloris satis vividus. Medicamenta quæ
ex tuo consilio exhibita hætenus sunt, fuere potio-
nes ex manna clarif. bis repetitæ cum fero capri-
no depurato, à quibus copiosa successit evacuatio
materiæ potius biliosæ tenuis, non sine aliqua pi-
tuitæ permissione, quod evacuationis genus etiam in
ipsis clysteribus sæpius apparuit, & aliis levioribus
medicamentis observatum fuit omittis succis depu-
ratis, & horum loco decoctionibus earundem herba-
rum substitutis, quæ ventriculo ipsius Pat. magis a-
micæ visæ sunt. In hoc rerum statu, cum febris
& difficillimus decubitus Ægrum ipsum & nos tor-
queant, & cum tum ratione stillæ sanguinis, tum
efflorescentiæ ipsius capitis, conveniret sanguinis
missio, hanc ex hæmorrhoidibus perfecimus. De salu-
te autem Illustrissimi Viri anxii, ut par est, perdu-
rante præcipuè utraque affectione, tam universali,
quàm particulari, tum ipsa decumbendi impoten-
tia, à quibus majora infortunia meruimus, ipso
Hippocrate teste, ad Te Nobilissimi Ægroti jus-
su confagimus, ut salubriora consilia recipientes,
optatum finem, qui salus Ægri est, consequi valea-
mus.

Ab

Ab exacta relatione status Illustrissimi Comitis, à Viris Præclariss. descripta, mihiq; transmissa, constat, duos esse affectus præcipuos Virum Illustrissimum affligentes, febriçalem nempe & decumbendi difficultatem, quibus illi accedunt considerandi, perseverantes nimirum in hypochondriis flatuositates, à cibo præsertim invalescentes, & forsitan aliqua à capite destillatio eidem Comiti familiaris & sæpe connaturalis, si non in partes spirituales, saltem in naturales, quæ sicut utriusque affectus fons & origo fuit, ita in præsens eosdem fovet atque conservet. Sed quamvis res ita se haberet, nobis tamen cause proximiores & immediate præcipuorum affectuum occurrant curandæ, hypochondriorum nimirum obstructions jam diu factæ & confirmatæ, necnon phlogosis aliqua in hypochondriis ipsidem excitata; etenim dubitari non potest, quin febricula prima autumnalis à catarrhali destillatione, unâ cum cruditatibus à libertate vivendi productis originem primam traxerit, nempe alteratis & puris factis viscerum humiditatibus in ignobili loco à corde distante, ut propterea sine Medicis auxiliis diu degere & manere potuerit: sed tractu temporis, pituitosa hujusmodi & cruda materia ab hypochondriorum calore clausa & incensiori reddito in terram naturam conversa copiosè flatuositatis in causa fuit, quæ exhalationis potius, utpote ex terra minera elevata, quam vaporis naturam obtinet, & ideo haud facile dissolubilis: hinc ab ipsidem clausuris & à calore intensiori reddito nidulentæ ciborum corruptiones procedebant, depravatæ concoctionis indicium, quam tamen & innumeras in ventriculo sequi quotidie credendum, aded ut quotidianæ cruditates emergant, addita facile catarrhalis materiæ portione, à quibus febricula pendet, quæ vespertinis horis sine sensibili annotatione, pulsive contractionis, exacerbati observatur, cum urinæ tamen colorationibus, ob calorem in jecore adausum, & crassioribus ob cruditates ab hypochondriis ad jecur & venas delatas; jecur enim præcalidum habuisse virum Illustrissimum significabant quoque tum efflorescentiæ universales, tum frequens vividus sanguis à nare dextera stilla, & ideo facilius hypochondriorum calor intensior fuit redditus, qui nunquam cessat, tum recentes humiditas cruditates, tum antiquas jam exsiccatas in halitus levare atque convertere; à quibus compresso diaphragmate, respiratio ipsa lædiur, eoq; magis in decubitu, tam quia facilius ad septi compressionem concurret, tum quia maxime in decubitu à flatuositatibus ipsis copiosis facilius comprimentur vasa lævis, qua compressione spiritibus liber transitus impeditur, sicque dimicilis, imò intolerabilis redditur decubitus ipse: neque hujus decumbendi difficultatis alia mihi causa suppetere potest, nisi forsitan quantitas aliqua subtilioris materiæ catarrhalis à capite in pulmonum cavitates paulatim sese insinuasset, quod etiam sine tussi evenire potest, ut monebat Gal. dum scilicet per parietes asperæ arteriæ non assatim & confertim, sed sensim & sensim delapsa fuisset, quo modo frequenter pulmonum hydropes fieri solent: quæ tamen causa si adesset, Præclariss. Virorum notitiam subterfugere non potuisset.

His igitur ita se habentibus, non est qui non videat pro salute Comitis Illustrissimi necessarium esse ut cruditates evacuentur, obstructions resorvantur, & hypochondriorum atque jecoris fervor contemperetur, dum interim flatuum discussio non est negligenda, sed capitis destillatio tantummodo consideranda, & aliquo modo divertenda, alioquin vel in Hydropem siccam, vel in Cachexiam labi posset status Comitis Illustrissimi, ut omnitiam repentini suffocationis periculum,

Idcirco omnia agenda, ut Vir Illustrissimus pristinam sanitatem recuperet, in quem finem rursus primæ viæ à recentibus cruditatibus sunt expediendæ manna clarificata, serocopiolo superepoto. Mox ad validiora Aperientia deveniendum, quæ prohibere non potest febricula, imò indicare: paranda itaque decoctio aperientis horis maturis exhibenda. Parant autem mihi Præstantissimi Viri, si descriptionem subdam, ut Pat. Illustrissimo morem geram, quæ tamen descriptio ab ipsidem Viris Adstantibus alterabitur, prout melius illi visum fuerit.

℞. Salsæ paril. electæ, Chinæ opt. an. ʒss. Radic. althææ ʒi. Aqu. stillat. lat. cichor. malv. agrim. an ʒij. M. F. inf. per horas 24. deinde adde quartam partem pulli junioris, & bull. ad consumpt. dimidii, deinde fiat colat. pro duab. vicib. matutino tempore exhibenda, in qua dissolvantur gr. x. salis tart. fixi, & tertio quoque die parum ante prandium præbeatur castia, aut elect. lenit. ad ʒij. Altero vero die injiciatur clyster. ex lact. com syr. ros. solutivo, adeo ut quotidie & obstructionum apercio, & humorum evacuatio procuretur, sed blandioribus jam dictis remediis, cum præcipuorum malorum minera in distantibus partibus non sit querenda. Quod si forsitan dubitari posset de melancholici humoris subministratio à toto, ideo progressu aperiri poterit Jecoria dextra, Medico præsentem, ad explorandum potius, quam educendum sanguinem, nisi forsitan niger & crassus appareret, tunc enim ad aliquot unc. educi posset ad sanguinem ipsum depurandum jecorisque calorem contemperandum, memores quod Gal. etiam in quartana intermittente venam aperiri jubet sanguinemque educi, si niger fuerit, non ratione causæ conjunctæ febrem facientis, sed ratione causæ antecedentis, ne scilicet à toto venoso genere melancholica minera foveantur, & materia suppeditetur.

His caute administratis, & obstructionibus magna ex parte reclusis, libenter devenire ad usum aquæ Nocerianæ, primis quatuor aut quinque diebus, cum vehiculo dejectorio reliquis verò cum diuretico, quale esse posset spiritus tart. ter rectif. ad semidrachmam in primis cyathis: sicut pro vehiculo dejectorio potio ex manna clarif. ut minus insensiva; quo bene cedente remedio Comitem Illustrissimum ducerem ad usum lactis almini, ut quod residuum exsiccatæ materiæ emollire, hypochondriorum aestum & jecoris fervorem contemperare, totum nutrire, neque caput tentare valeat; & dum jam dicta omnia sunt, totum abdomen humectantibus & laxantibus illinire non parum proderit, victus rationem addendo cum intentionibus nostris proportionem habentem; quæ optatum finem habitura spero sub Præstantissimorum Virorum accuratissima assistentia & infallibili judicio, quibus ideo omnia & alteranda libenter relinquo. *Idem ibidem.*

Plures febres Chronica.

Febria qua Illustrissima Mulier decem abhinc mensibus per intervalla divexatur, longa quidem atque chronica in genere dicenda est, in specie autem erratica, si totum tempus à quo febricitat, consideretur. Verùm si in particularia intervalla ingruentis febris examinentur, plures febres, non unica tantum censendæ erunt: si quidem erraticæ febris natura est, errando suis accessionibus perseverare, sed febres istæ aliquot diebus intermittunt, rursus reperiunt, quatuor aut quinque dierum spatio recedunt, aliquot post dies denno invadunt, qui procedendi mos me ad credendum inducit, quod sicut febres hujusmodi causam unam stabilem habeant, à qua

qua foveantur, ita altera iisdem per intervalla pareretur & addatur, per quam excitari possint. Igitur ego iudico obstructions reperiri in aliquo viscerum naturalium huiusmodi contumaces, quæ à reventis live imminutis Mensibus sanguinis impuritate arguentibus, foveantur & conserventur; non tamen ab his febrem hanc excitari credo, quoniam sicut firmatae manent obstructions ipsæ, continuè quoque insurgerent febres, & aut tertianæ, aut quotidianæ, aut quartanæ naturam retinentes perseverarent; verùm per intervalla repetunt, dum alia superadditur causa, quam in visceribus potius naturalibus, quàm spiritalibus exoriri arbitror, forsitan & facile ex incongrua victus ratione, genitibus nimirum cruditatibus, vel ex prava ciborum qualitate, necnon à ventriculi imbecillitate in adeo diuturno morbo contracta, & à catarrhali destillatione valde adaucta, quæ cruditates antiquis obstructionibus superadditæ, utpote obstructionibus ipsis humidiores existentes, & ideo ad putredinem paratior, calore præter naturam afficiuntur, & febriculas excitant cum aliquo horrore, quia jam reperiuntur circa viscera naturalia, nimirum circa partes sentientes, quarum naturæ & conditioni conveniunt & competunt pulsus non valde frequentes, urinæ cruda & albicantes, moderataque sitis cum calore remisso; his autem cruditatibus tribus aut quatuor diebus consumptis, consumitur & ipsa febris, donec aliæ cruditates cumulentur, ut febris iterum quatuor aut quinque dierum excitetur. Non autem adeo facile accenditur febris ex catarrho in pulmonibus corrupto & putrefacto, sicut excitata non adeo facile cederet: præterquam quod Senibus potius, vel Juvénibus hæmoptoicis familiaris esse solet; & ita tres omnes causas diuturnarum febrium à Galeno cum Hipp. 3. Prognost. 23. propositas, ad hanc quoque febrem constituendam concurrere existimo, nimirum partem curatu difficilem, humores crassos, viscidos & lentos, evacuationi resistentes, & errorem aliquem in victu.

Ita de præseni febre decerno; & ideo Curationem à Viro Excellentissimo propositam, quæ præsertim ad obstructions aperiendas, ad sanguinem depurandum & ad Menstrua consueta revocanda dirigitur, profuturam spero, cui & ego libenter subscribo, sanguinem ex venis superioribus opportuno tempore educendo, atque tandem, sed tarde ex pede, peracta nimirum expurgatione & vasorum reseratione: iteratam enim sanguinis missionem, sicut permittit calidum & humidum temperamentum, ita non reclamare ignotam ætatem suppono. Causticum suspendo, præsertim si viridis fuerit ætas, verùm Excellent. Viro adstanti & copiam majorem, vel minorem distillationis ad pectus delabentis observanti, illud ipsam remitto.

Quoniam vero in adeo diuturno morbo jam primas vias satis expiatis suppono, ideo ad obstructions aperiendas statim descendendum esse existimo, quæ si quodammodo exsiccatae censeantur, prius humectatione præparandæ, præbendo per 15. dies alternatim cassiam ad ℥ij. aut ℥ij. cum uno scrupulo rhabarb. opt. quatuor horis ante cibum, cui post horam superbibat jus malvæ, borag. & cortice citri alteratum; diebus verò intermediis hauriat jus malvæ, borag. endiv. alteratum, in quo dissolvatur semidrachma salis prunellæ. Quindecim vero transactis diebus ad usum syrupi Ferneliani à Viro Excellentissimo propositi, tuto deveniri poterit, secundum nostram descriptionem cum rhab. parati, quem assuet 10. aut 12. vicibus, alternis diebus ad ℥ij. in jure endivia, & borag. alterato, diebus autem intermediis præberi poterit jus

alteratum radice cichorii, petroselinii, foliis borag. endiv. capill. Veneris, agrim. omittendo peorhaphyllum, deficientibus Menstruis valde noxium, in quo dissolvantur grana x. tart. vitr. aut gutt. xxi. spiritus tart. rectific. Quid si fortasse jura alterata respiciat Illustrissima Pat. præbeat cyathus aq. stillat. agrim. & capill. Veneris, iisdem addendo spirit. tart. rectific. guttulas.

His peractis, febrem jam recessisse, viscerum naturalium obstructions facis ablatas, satque bene massam sanguineam depuratam fore sperandum, adeo ut ad uteri vasa aperienda devenire possimus hysterico potius, quàm diaphoretico aliquo medicamento. Propterea in aqua artemisiæ, capill. Veneris & agrim. stillatitia infundi poterit lignum sassafras ad ℥ss. pro duabus vicibus, quotidie summo mane exhibendo huiusmodi decoctionis ℥vii. quibus affandi poterit oleum sabinæ ad gutt. iij. in cuius defectu substituat unciã una aut altera aquæ ejusdem sabinæ; erit enim validum hystericum Aperiens. Quo eodem tempore extrinsecus quoque spongia magna bis in die utero erit apponenda, decoctione aperiente hysterica miscefacta & expressa, quæ parari poterit ex radice lib. alb. cyclamini, foliis origani, pulegii, calamenthi montani, mercurialis, leucioii, sabinæ, addito quoque calamo aromatico, imo & cyarho vini albi generosi ad faciliorem foris penetrationem: remota vero spongia, tota regio uteri abunde illiniatur oleo lil. alb. cum aromatibus.

Et his omnibus congrua addatur victus ratio, siue qua nihil; suspicor enim Illustrissimæ Pat. ventriculum magis appetere, quàm concoquere posse, & juges cruditates febrium mineris subministrare: nec enim nos latet quàm difficilis sit in morbis diuturnis continentia. De hac igitur sit valde sollicitus, tum quoad quantitatem, tum quoad qualitatem Excellentissimus Adstant, ut Illustrissima M. optatam sanitatem quamprimum consequi possit, quam eidem, servatis jam dictis servandis, polliceri possum. Idem ibidem.

Recidiva Febris.

Illustrissimus Comes duodecima Aprilis de more annum exercuit corporis expurgationem, duobus assumptis medicamentis, sex interpositis syrupis, & unica desumpta sanguinis evacuatione ex basilica hirudinum ope; phlebotomiam etenim absque vitæ discrimine admittere non potest. In quorum usu observavi (sicuti & alias) excrementa produsse fetosa ut plurimum, crassa & viscida pro aliqua parte, ultimò tandem biliosa, calida valde, ut igneam præ se ferrent conditionem. Post actos hos expurgationis dies, cum ulteriorem non admitteret Illustrissimus Vir corporis emundationem, in usu tamen refrigerantium & humectantium interne & externe exhibitorum, non parvo tempore perseveravit, in Autumno ob negotiorum seriem differens ulteriorem corporis expiationem. Interim Venetias se confert: ibi die noctuque animo & corpore negotiis deditus, assiduo Marte versatur. Somnum vix capescit; Victum ex oleribus familiarum, necnon ostreaceis sibi comparat. Gelidum mox vinum, & quidem generosum, nunc aquam pro potu admittit. Tandem rediturus in Patriam, noctes sub dio auræ maritimæ expositus in somnis transigit, domumque reversus, binas repletiones ex necessitate in conviviis sibi adjungit; à quatum ultima, febre superveniente, lecto decumbens Illustrissimus Comes fuit coactus. Febris erat de genere tertianarum spuriarum, sat lenta, per subingressum continua: Pro cuius cura cum bis unciam cremor. tart. sumpisset, & salvatella dextera adaperita fuisset,

set, copiose expurgatus, liber evasit. At vix è lecto Illustrissimus Patiens prodiit, denuo se gravibus negotiis mente & corpore objicit, hinc paucos post dies inappetentis, lassitudinis, & demum febris ex recidiva supervenit. Hujus febris diem assignare adeo excedit ego non audeam, cum non statim Illustriss. Pat. decubuerit: puro tamen diem Veneris, quæ fuit 29. mensis elapsi, febris exordium dedisse, cujus norma erat de genere duplicium tertianarum spuriarum; protensus, & per subingressum saltem continuatum, invadens hora quarta post meridiem, cum extremorum refrigeratione, paucis capitis dolore, interno caloris parum molesto, corporis aliqua jactatione & potus appetentia, necnon genarum per morbi decursum rubore. Hanc ego die Lunæ sumpsi curandam, & quidem cum omnia medicamenta hucusque dulcia respiceret, syrupum ros. solut. aur. ebibat, cui lubenter adjectilem serum capr. depurat. nisi experientia doctus fuisset, facile illi vomitum ex quocunque liquore superbibito contingere. Ab haustu bona successit evacuatione & copiosa, serosorum, pituitosorum, necnon ultimò biliorum succorum; illi quidem à stomacho & capite catarrho obnoxio, & continua destillatione ventriculum vexente; illi ab hepate calido ac magis accenso ab obstructionibus, quas frigidi & crassi, vias interceptantes, illi peperere humores. (Ex tactu enim non solum obstructio in parte gibba, verum & dolor aliquis emicavit.) Et quia vesperi deiectionis aliqua cupiditas Illustrissimum Pat. infestabat, levi clystere intromissio, denuò calidam & excrementum materiarum aperuit exiit, flavi coloris partim, sed magis æruginosi. Nox fuit illi molesta, inquietæ, somni turbati, sed his præbuit maxum & alia causa externa. Mane sciebat, fauces aridæ, tales etiam ob angustiam in naso obortam. Capitis dolor, pulsus celeriores, urina colorata, crassifolia substantiæ cum nube divulsa, crassa, atomis crassifolia circumfusa. Quibus in considerationem habitis, ne febris essentialis continua & mali moris tandem evaderet, jussi sanguinem ex salvetella dextera educi, blando præmissio clystere: Basilicam enim tundere, ob convulsivos motus in quos dilabatur, si plane formidolosum accidit. Sequens accessio invasit hora consueta, quarta nempe à meridie, cum eadem extremorum frigiditate per tres horas durante: Noctu moderate quievit & dormivit, ita ut mane omnia remissa invenirem. Sed nova accessio hora consueta die Mercurii invasit: noxque fuit sat laboriosa, non tamen ut nudius tertius, namque dormivit, sed cum insomniis, & aliqua corporis jactatione. Mane die Jovis, quæ apud me erat sexta, præbui bolum ex cass. cum crem. tart. difficillima industria illi exhibitum, & duas post horas seri capr. depur. lib. ij. & quamvis paulo post majorem feri partem evomisset, nihilominus subsæcra fuit bona evacuatio heterogeneorum, crudorum, pituitosorum, & tandem æruginosorum humorum. Febris accessio ea die postposuit plus hora, invadens cum majori extremorum frigiditate, quæ etiam plus consueto protraheretur, forsitan quia non se cooperiebat: ex qua cum calor tarde excutiri videretur, non solum leves frictions, sed & unctionem Aërii in usum duxi, à qua rediit æqualis calor, & nocte, si non perfecta, saltem competenter se gessit, cum paucis sudore mane oborto, sed non universali. Accessio quæ supervenit de more die Veneris, fuit paulum laboriosior. Die Sabbati itaque quia hæmorrhoides intumescabant, præmissio simplicissimo clystere ex lacte, ex quo vitellinæ bilis non parva copia prodiit, sanguis ab illis eductus est, ex quo visus est calor febrilis, & color faciei tancisper restitutus. Verum accessio ea die, tertia post meri-

Tom. II.

diem invasit: noxque fuit sat molesta, faucesque exsiccatæ. Mane injecto simplici clystere, magna vitellinæ bilis copia exivit, in vase ebulliens & spumosa. Eadem die, quæ fuit Dominica, accessio anticipavit hora una, fuitque mitis, nox quietæ, & mane omnia meliora, nam vitellinæ bilis copiam ex haustu seri capr. depur. deiecit; rem aeris & calidæ conditionis, ut ignem ex corpore effluere exclamaret. Die Lunæ, quæ fuit nonaginta dies, & forsitan undecima, accessio invasit ut alia: nox magis molesta: hinc mane pulsus celerior, & cætera magis Illustriss. Patientem affligentia, in qua ex sero capr. depur. epoto, magna exivit vitellinæ copia, & adhuc magis calens, ita ut ex lacte clysterem imponere ad humoris effluendum mordicitatem, & calorem, fuerit opus. Hoc igitur mane viscera pertracto, nullamque labem, nisi in jecoris gibba reperio, obstructionemque & succos ex primis viis depulso esse non solum tactus, sed biliosi excrementi conditio mihi fidem facere videntur. Fomitum duplicis hujus tertianæ in unico hepate statuerem: vitellinam autem bilam, non solum per assationem bilis flavæ, verum & pro parte per misturam frigidorum & crassorum succorum, tanquam causam agnoscerem. Urinam quoad substantiam, mediocrem invenio, vel saltem mediocri assimilem, nubecula crassa, divulsa, caloris citrini, excellentis, & corpusculis sive atomis à succis crassis emanantibus, circumfusam. Pulsus non multum unquam fuerit celeres, frequentes, frequentia se tenente ex parte distoles, & parum duriores. Hucusque, Illustrissime & Excellentissime Domine, morbi hujus progressu devenimus, cujus ideam ea quo potui diligentia, & pro temporis angustia, descripsi, & quidem aliqua fusius recensere potuissim, quæ tamen præterivi. Sunt etenim hæc & alia Sapientie tuæ præ foribus, cum ex ungue Leonem tibi inter multos noscere Dii concesserint. Quid autem post hæc sit agendum, à tua, Vir Illustrissime, eximio Viri tute expectabo. Interim ego aperientia, non tamen calida & humectantia quam maxime, ut feci, in usum ducam; evacuationesque, cum tamen copiosæ ex solo injecto clystere appareant, vix de simplici medicamento cogitabo: Vires conservabo hepatisque regionem ex ætius etiam fovebo. Quibus si accesserint tua præstantissima monita, quorum præstantiam, tum Vir Illustriss. tum ego tanti facimus, sperabo, temporis ductu eundem sanitati restitui posse.

Quoniam à peccatis Purgationibus, viscera naturalia nonnihil labefactari necesse est, ideo ut refractas vires à medicamentis resumant, diligenti custodia opus habent, ne nimirum aut nimium cibis onerentur, neve calor naturalis ventriculi, præsertim addito alio errore minuatur; alioquin excrementa facile rursus multiplicentur, & sæpe multo majora & deteriora reproducantur, quæ nisi à natura, aut vomitu, aut diarrhoea expellantur, obstructiones in visceribus, aut non solum servescunt, sed fermentata, febres accendunt; quod quidem Comiti Illustrissimo contigit, dum statim ab exacta purgatione Venetias se contulit; errata in victus ratione commisit, excrementa cumulavit, quorum quantitas, domum reverso, à repetitis repletionibus aducta fuit, & inde pravus uterque successit effectus, non parum animi pathematibus adminiculantibus. Obstructionibus enim jecur repletum est, à quibus impedita ventilatione calor naturalis servescitur & in ignem naturam converti coepit, unde febris, quæ Medicis auxiliis oportune administratis extincta & superata fuit. Verum quia quæ relinquuntur in morbis, recidivas facere solent; ideo cum adhuc in hepate stagnantes humores, licet non fermentati

M m m

sati 2

tati, nec putrefacti, relictis fuerint, rursus à novis reproductis cruditatibus, iisdem additis & calorem p. n. adeptis, nova quoque febris germinavit, & priori deterior: adeo ut cum Avicenna recidiva peior sua radice successerit; duplex tertiana nimirum spuria, à bile vitellina copiosa, ex bilis flavæ & cruditarum missione exorta, & in jecoris vasis sedem habente; quæ in si rite & recte à Medica manu tractata fuisset, non solum per subingressum, sed essentialiter continua reddita esset: nec mirum ab illo æstu in viscere existente & corporis jaçtationes, & bibendi desiderium, & faciei ruborem, & vigilias primò enatas fuisse: sunt enim symptomata, hujusmodi febris propria.

Hoc die Sabbati 13. currentis ingreditur febris diem decimum sextum, quæ cum ex relaxatione mitior visa fuerit undecima die, optatus eventus sperari potest, nisi aliqua inquinati sanguinis portio è vasis in parenchyma jecoris hucusque effusa sit, adeo ut aliqua lateat in jecore spuria inflammatio, cujus dubitandi ansam nobis præbuerant extremarum partium diuturna perfrigeratio, sive saltem tepor, genarum rubor, excrementorum biliosorum copia cum urinarum crassitie quæ non nisi à corrupto sanguine ex nimio fervore procedit; atque tandem ipsius visceris dolorosa tensio, quæ utinam intra limites tantum obstructionum sese contineat: hanc tamen excitatam non fuisse, considerare possumus, ob repetitam sanguinis extractionem aliæque Medica præsidia opportune administrata.

Et ideo in calorem contemperantibus, simulque obstructiones aperientibus insistendum, quousque febris adhuc mitior fiat & ad chronicam vergat: tunc enim magis attenuantia, incidentia & aperientia in usum duci poterunt.

Quibus ut satisfaciamus, pauca mihi proponenda restant, siquidem majora remedia ab initio administrata fuere, juxta Hippocr. monitum, In principis morborum, si quid videtur movendum, move; ideo sanguini missionem iterandam proponere absens non audeo, quæ tamen conveniens non esset sine inflammationis præsentia. Jecori epithema ex succo cichor. cum succo limon. addita quoque exigua aceri ros. portione, tepidam appositum prodesse poterit: sicut etiam illinitiones unguent. ros. Mes. succo cichorei condensato misto, ut reformari possit.

Per os quotidie flos cass. ad ℥iij. exhiberi poterit, cui superbibat, hora transacta, feri capr. destill. lib. j. idque tribus horis ante prandium. Pro alterante, in vigore febris exhibendo, succo cich. depur. & per aream trajecto, erit utendum ad ℥iij. in decoct. cichorac. addita quoque uncia succi lim. vel offeratur aq. stillat. de succo cich. cum succo lim. vel ʒß. Salis prunellæ; sicque erit procedendum, evacuando & alterando, donec inflammationis suspicio omnino evanuerit. Tunc enim unguentum ros. Mes. usurpari poterit, exiguo ol. de absinth. & portio succi absinth. epithemati erit addenda. Cassiæ verò gr. v. aut vj. tartari vitriol. erunt commiscenda; sicut succo quoque cichor. ad gr. x. cum julap. acer. & reliqua dulcia abhorreat. Aquæ verò stillat. pro alterante, esse poterunt de succo cichor. & de succo agrim. addito pariter tartaro vitriolato. Atque tandem contumacioribus se præbentibus obstructionibus, ad usum rhabarb. esse deveniendum, primò in substantia, vel cassiæ mistum, vel comansum, superpræbendo serum destill. post horam, ad concavam jecoris expiendam; sicut progressu in aqua cichor. & agrim. infusum, ut ad gibbam quoque aperiendam pervadat.

Hæc omnibus congrua pro tempore erit addenda victus ratio, à Peritissimo Viro præscribenda, cujus Judicio reliqua quoque jam dicta administrau-

da remitto, pro salute Illustrissimi Comitis, quam eidem à Deo Opt. Max. enixe precor. *Idem ibidem.*

Hæctica febris, cum catarrhali destillatione.

Tres abierunt anni postquam Vir iste Illustrissimus quibusdam tempestatibus tussi infestatur, quæ sicca fuit, nullo vel admodum exiguo sputo insequente: inde humidior facta est, cum sputo tamen admodum tenui. At proxima Æstate non solum sputum aliquod sanguinis tussim secutum est, sed semel & iterum copiosa floridi & spumosi sanguinis excretio, ad quinque vel sex uncias qualibet vice, à qua pluribus transactis diebus, tandem, serò tamen ad Medica præsidia confugit, quæ sanguinis sputa omnino suppressere. Modò tribus abhinc mensibus crassiora sputa cum tussi ejicit, & aliquando etiam livida & putrida. Corpus multo gravior evasit, continuaque febre detinetur, licet ab ipso Pat. non sentiat, nisi quod à cibo manifeste incalescit, & vesperi febris cum frigore aperte invadit, cui nocte postea non medicus calor succedit, præsertim in partibus spiritalibus, cum insigni rubore faciei. Quamobrem de his malis sententiam tuam Vir Sapientissime, Patiens Illustriss. enixe exposcit.

Præcept & perennis pituitosæ materiæ à capite destillatio in partes tum spiritales, tum naturales, quæ Illustrissimum Virum angit, non alio quàm catarrhi nomine cum Gal. appellari potest, symptoma vere in excretis immodice fluentibus, cujus essentia in motu consistit. Quoniam verò ad quemlibet motum quinque concurrere solent, Motor scil. Mobile, Terminus à quo, Terminus ad quem, & spatium per quod, in nostro casu Motor dici potest retentrix capitis facultas à copiosa humida materia imbecillior facta, genita ab intemperie capitis insigniter humida, & per consequens destillationibus maxime obnoxii. Ab hac igitur intemperie Mobile producit, nempe materia pituitosa tenuis, quæ à capite tanquam à termino à quo, per asperam arteriam & œsophagum, ut per spatium, in pulmones & stomachum, & inde in mesenterium tanquam ad terminum ad quem, copiose descendit. Partes igitur istæ quas diximus esse terminum ad quem hujus motus, sunt partes affectæ, materia namque ista in pulmones recepta, ut objectum noxium, expultricem irritat ad sui expulsionem; frustra tamen ob materiæ ejusdem tenuitatem, æris impulsu effugientis, quæ ideo in pulmonum substantiam sese insinuat, ibique diu immorans, ab eorundem calore falsifacit, aliquam illis venulis corrosit, unde excretio illa & copiosa, & repetita sanguinis secuta est, non quidem per Anastomofin, nam Patientis habitus plethoricus non est, non per Diapedesin, quia excretio adeo copiosa non fuisset, sed per Diarresin, ut dictum est, eroso scil. à materia jam dicta pulmonum vasculo, quod postea callo obducto, coaluit iterum, unde nullus postea sanguis apparuit.

At ab ista putrida materia in pulmonibus inhaerente vapores in cor elevarunt, quod dum eodem repellere conatur, celerius & frequentius movetur: cumque omnis motus sit causa caloris, calidam & siccam intemperiem cor idem acquisivisse censet, ejusdemque substantiam esse modo in calfacto esse, sicque toti corporis communicato calore; jam fixam & habitualementem febrim constitutam esse, quam cum hætenus non rotidas solum humiditates, sed adiposam & carnosam substantiam absorberit, ad finem secundi gradus jam pervenisse credendum; quæ omnia facile confirmari possunt à prava corporis conformatione, pectoris scil. angustia

angustia, collo oblongo, & prominentibus scapulis, & à juvenili ætate, cujus hujusmodi mala ex Hippocr. propria sunt: præterquam quòd febrile continuo, nec febrem percipere, & calor à cibo, sunt hæcicæ febris pathognomonica signa.

Alia verò ejusdem materie portio in ventriculum, & inde in mesaraicas venas delapsa obstructions facit, quas prohibita transpiratio, & hæc postea calor extraneus necessario consequitur, sicque febricula illa catarrhalis, quæ vesperi manifeste invadit; adeo ut febris hæcicæ putrida quoque adjungatur.

Ut horum malorum Curatio instituat, ex dictis necessariæ sunt eliciendæ indicationes, quæ duplicis generis erunt, Curativæ pro febre hæcica, Curativæ & Præservativæ pro putrida. Primis satisfaciendum erit medicamentis refrigerantibus & humectantibus substantiis; secundis, refrigerantibus quidem & humectantibus, sed etiam moderate attenuantibus & incidentibus: hoc tamen ordine, ut prius febris putridæ occurramus, & catarrhali destillationi tanquam causis sine quibus non, & postea fixam ipsam febrem curare tentemus.

Intentiones quidem maximæ utilitatis, sed quæ fortasse adimpleri non poterunt, dicente ipso Galeno quòd caliditatem hujusmodi cum siccitate conjunctam tollere impossibile est; & ed magis quòd à sanguinis sputo Phthisis ait Hippocr. quòd clarius etiam expressit Gal. his verbis: Cum vas in pulmone ruptum est, nisi statim glutinatum sit, antequam phlegmon excite ur, se re aperire licet, id postea insanabile fore. Sed in hoc casu serò medicamenta adhibita sunt, ergo, &c. Difficultatem præterea auget virium debilitas, & ipsarum indicationum repugnantia. At tamen ne solo Prognostico Patiens Illustrissimus relinquatur, cum præsertim omnia æturus sit quæ Medici imperaverint, aliquis sunt proponenda, quorum ope diutius saltem vita protrahatur.

In Chirurgico igitur fonte, nisi prostratæ adeo essent vires, & totam corpus macie confectum, aliquam sanguinis portionem ex Salvatella juberem, ratione phlogosis aut inflammationis quæ circa corosum vas in pectore supponitur, & ratione etiam putridæ febris; quia tamen ex dictis prohibetur, omitti potest. Cantherium verò in altero brachio infigatur, ad revellendam & divertendam materiam quæ in pulmones cadit, quæ quoniam præceps quoque labitur, opportunissimum esset Ceratum futuræ coronali applicatum, quòd tamen Sinapismo omnino similis non sit, ratione caliditatis capitis, sed compositum potius ex rosis, myrto, santalis, mastiche, tragacantho, thure, betonica, & similibus. Lotiones etiam crurum in aqua dulci tepida conveniunt, ad diversionem vaporum qui in caput ex infernis partibus ascendentes destillationem fovent.

In Pharmacia, expiandæ prius primæ viæ modica cassia & modico agarici trochiscati. Humores præparandi syrupo de farsara, julapio acet. & syr. de hyssopo; repetito postea eodem medicamento, cum validiora & calor, & macies, & vires nullo modo permittant. Factâ hæc levi primarum viarum expurgatione, quæ sufficiens fuerit, cum antehac aliquod tempus medicamentum subinde Patiens assumpserit, quòd corpus purum servaverit, Decoctum Chinæ, santal. & exigui lentisci, cum beton. farsara, cicher. hyssopo in jure pulli, tentarem per 20. aut 25. dies, & amplius etiam, si opus fuerit. Quòd si interea tussis urgetet, & somnum noctu impediret, necessarium erit uti pilula aliqua Cynoglossæ, aut Laudani Nepenth. quæ non solum somnum conciliare valeat, sed destillationem etiam in pulmones intercipere. Nec interim materia

Tem. II.

jam in pectore hærens negligendâ erit, sed sæpe Lambirivo utendum parato ex oxymel. simpl. syr. de farsara, de liquir. de hyssopo, pulvere I. reos & rad. enulæ. Suffumigium ex myrrha per os attractum, non exigui juvamenti esset, prout in Patientis quoque cubiculo alterum parari posset: ex aqua rosac. myrrha, santalis, rosis, thure.

Hoc tempore, si cessasset destillatio, & putrida febris sanata esset, opportunus foret lactis usus, quòd omnium maxime in hæc casibus Galeno placuit, cum ex eodem lac frigidum & humidum sit, facillimæ concoctionis, optimi nutrimenti, & substantiis humiditates mirifice reparat. Prius itaque eligatur ac humanum, & assumatur ad ℥ij. vel ℥v. donec appareat, num toleretur à stomacho, cui postea succedat alinum majori etiam quantitate.

Antequam tamen lac assumatur, Balneum aquæ dulcis ab ipso Gal. summopere probatur, vel saltem universalis intinctio oleo amygdalino & violacco.

His addendus exactissimus vivendi modus. Aë itaque cubienti temperatus fervetur. Quies convenit, non verò exercitium. Alvus lubrica semper sit, vel humidis alimentis, vel etiam aliquando drachmis aliquot cassiæ recentis. Somnus diurnus laederet potius, nisi nocturnum suppleat. Cibi sint refrigerantes & humectantes. Vinum sit tenue, album, dulce; & coena parcissima. Post cibum utatur aliquò astringenti, ut sacchato ros. & alacriter vivat. *Idem ibidem.*

Febris Ferneliana.

Illustrissimus Comes temperamenti calidi & humidum, cum subdominio bilioso & melancholico, olim mediocriter carnosus, ætatis annorum quinquaginta quatuor, cui caput negotiosum, non sine notis hypochondriacæ affectionis, pro quibus multoties Veris tempore, purgato corpore, acidulas Sancti Mauricii sumpsit. Modo hoc Autumnali tempore fructibus horariis summopere delectatus, se etiam in aliis sex rebus non naturalibus non leviter errans, septem abhinc septimanis febre continua constabat, licet singulis diebus cum proportionem de tertiam in tertiam fiat exacerbatio, cum levi & obscura extremorum refrigeratione. Primis duabus septimanis, vehemens atque adeò acutus capitis dolor torfit Illustriss. Patientem, ut de Apoplemate in capite latente sæpe ac sæpius dubitarum fuerit. De ingenti hypochondriorum æstu & tensione, præcipue dextri, etiam antiqua; de siti inexhausta, ne non de maxima ciborum abominatione ferè toto morbi decursu conquestus est. Tribus vicibus, singulis octo vel novem diebus in considerabilem lapsum facultatis vitalis incidit, ut pulsus vix perciperetur, & ferè semper inconstans, & hoc cum intensa extremorum refrigeratione & somno satis profundo præter solitum molestante. Novam abhinc diebus dolore maximo circa hypochondrium dextrum prope hepatis regionem molestante, plurima & per superiora, & per inferiora dejecit, pituita crassa substantiam, & bilis porraceæ & æruginosæ colorem præ se ferentia. Hodie Illustrissimus Comes pluribus abhinc diebus absque ulla capitis dolore vivit, nec non cum reliquorum symptomatum remissione, febrilis tamen calor singulis diebus mutata hora percipiuntur leves adorationes cum robore facultatum principum. Urget jam diu, & nunc totius corporis insignis extenuatio, cum maxima hypochondriorum & totius abdominis depressione, & cum colore nescio quid cachectici præ se ferent. Alvus rarissime sponte respondet, arte semper, ope nempe Clysterium: flore Cassiæ parumper ante cibum in

M m m 2

palv

parva dosi sumpto. Urina primis septem Morbi diebus visa fuit quasi laudabilis, in substantia, colore & contentis; de cetero modò cruda, modò subviridis, modò tenuis, modò crassa, semper copiosa; nunc cum aliqua materia crassa, semper copiosa; nunc cum aliqua materia crassa in fundo matulae existente. Pulsus observantur paulo validiores, magis aequales & constantes. Plurima tentata sunt medicamenta, evacuantia, alterantia à qualitate manifesta, & occulta preciosiora, non neglectis roborantibus, derivantibus, & revellentibus praesidiis: Multoties namque sanguis missus fuit ex haemorrhoidibus, applicitis hirudinibus, & per Cucurbitulas scarificatas: imò etiam Vesicantia primis diebus coxis fuerunt applicita. Evacuarum fuit totum corpus per syrupum rosatum solutivum Magistralem variis vicibus & tempore congruo. Deinde per epicrasin cum syrupo de cichorio Nicoli cum rhabarbaro, cum flore Cassiae & cremore tartari: imò etiam variis Clysteribus, cum lenitivo, lacte atque aliis. Inter Alterantia ex usu fuerunt destillata Magistralia cum sero lactis, serum ipsum copiosum, cum syrupo acetoso simplici, Emulsiones seminum frigidorum; aqua Nocetiana, hordei: Jus parvae pullae alteratum Cichoraceis & aperientibus; succus cichorii depuratus, cremor tartari. In praxi etiam posita fuit inunctio totius corporis cum oleo amygdalino & violato, non sine illinitione etiam cordis regioni, cordialibus appropriatis. Balneum universale aquae fluvialis tepidae, alterata refrigerantibus & humectantibus cum lacte quatuor vicibus; ultimò lac ipsum Asininum sumptum secundum leges Medicas. Perdurante igitur febre supra descripta, cum siti adhuc molesta & totius corporis insigni extenuatione, petit Illustrissimus Comes à singulari tua humanitate & ab eximio Virtutis tuae candore responsum: Primò An usus lactis Asinini aliquo temporis spatio adhibitus possit proficere, unà cum Balneo. Secundò An cortex Chinæ, vel quaedam alia Medicina febrifuga passim apud Authores descripta, possit esse salutaris. Tertiò An purgatio per epicrasin, vel cum cassia, aut lenitivo cum portione rhabarbari vel syrupo de pomis Regis Sabor, vel syrupo cachectico Fernelii, vel alio consimili Morbum possit extirpare. Ultimò An quid peculiare pretiosum ex arcanorum taorum thesauro depromere valeas atque digneris, quod falcem ad radicem mittat, pro omnimoda istius morbi profligatione.

Si Galeno difficile visum fuit, Aegris absentibus consilium dare, difficillimum utique id mihi videtur in Febricitantibus: ut propterea rarò & aegre pro istis scribere consueverim. Nihilominus quoniam statum Comitum Illustrissimi à Doctissimo Medico Adstante adeo exacte delineatum video, ut tactu excepto sub sensu cadere videatur; idcirco quid sentiam describere, & Viris Excellentissimis considerandum proponere non recusabo.

Febris itaque quae Comitum Illustrissimum primò invasit, sicut biliosa spuria, cum subdominio pituitosi & melancholici humoris statuenda fuit, ita semper aliquo maligno characterismo comitatum fuisse credendum, accidentali & symptomatice saltem, si non essentiali, cum cerebrum ab initio vehementer doloribus infestaverit, progressu verò cum vitium virium lapsu cor occupaverit, & tandem cum hypochondrii dextri dolore, & forsitan durtis, hepar obsederit: quas quidem febres eum hypochondriorum dolore, malignas appellabat Hippocrates. At cum jam quadragesima dies hujus febris praeterierit, conditionem mutasse, non est quod dubitemus, sedemque propriam in hypochondriis sibi firmasse, & praesertim, ut ego judico, in hepate, adeo ut in

febrem Fernelianam degeneraverit. Hujus autem affecti visceris indicia non desunt, nempe praegressa vivendi ratio: longi temporis hypochondriaca affectio: dolor mox superveniens in eadem parte: cibi fastidium: sitis perseverans: & quod magis est, imminuta non solum, sed depravata quoque totius corporis nutritio, macies videlicet etiam praeter rationem insignis cum fœdo totius cachectico colore. Verum quoniam Febrem Fernelianam non unicam semper & eandem in visceribus naturalibus labem habere voluit ipse Fernelius, sed nonnunquam solas obstructions in hepatis vasibus, nonnunquam humores excrementitios in parenchymate ipso reperiri, substantiam ejusdem visceris labefactantes, & quodammodo corrumpentes, ut nobis insinuavit quoque Avicenna ante Fernelium: Propterea utra hujus visceris pars sit febris minora, dubitari potest. Et quamvis hanc determinare, parum Curationem alterare aut mutare possit, non tamen idem de Prognostico asserendum: Medicæ namque intentiones in unum conspirant, in obstructionum scilicet resorptionem, peccantium humorum evacuationem, visceris roborationem, & universi corporis renutritionem, caloris febrilis semper habita ratione, de quo dicebat Galenus, refrigerandum esse quantum sufficit. Sed cum ab Excellentissimis Viris, tot tantisque remediis rite & recte administratis, adversus hanc febrem incassum hucusque pugnatum fuerit, ideo spem salutis in angusto positam esse video, cum etiam lethales affectus, hepar durtius, quam cor & cerebrum, tolerare soleat: Non ideo tamen dura provincia defendenda est. Et licet Medicamentorum Sylva, ad jam propositas intentiones explendas, nobis praesertim consideranda, praecipua tamen fiducia in rhabarbari usu reponenda mihi videtur, ut quod aperiendi, educendi, & hepar ipsum roborandi facultatem obtineat; & propterea jure merito *Pater hepatis* à Medicorum Schola dictum fuit. Quoniam verò ad intimas & penitiores hepatis partes, ad substantiam scilicet pervadere debet, ideo ejusdem infusio aptissima erit, quae partes tenuiores ipsius Rhabarbari magis penetrantes & aperientes in se continet: & ita parari posset.

℞. Aquae stillat. de succo cichor. de succo agrim. an. ℥ij. Succu limon. ℥j. Rhabarb. maturi incisi & in perla alligati, ℥ss. M. F. inf. per horas 12. & colatura tertio quoque die praebearur, cui si placeat, sacchari semicochlear, ad gustum Illustrissimi Patientis, immisceri poterit. Intermediis verò diebus aliquod validum Aperiens, non tamen valde calefaciens, licet exsiccans, adversus putrilaginem erit offerendum; nec aptius excogitare valeo, spiritu tartari alcalizato ad 12. vel 15. guttulas in iisdem aquis exhibendo. Et interim ad uberiores humorum evacuationem, si opus fuerit, semel in hebdomada syrupum Fernelianum, secundum descriptionem nostram ad ℥ij. cum sero destillato exhiberem: etenim humorum educationem per vias urinarias, forsitan ab infusione Rhabarbari incepsam, divertere minime poterit. Et si fortasse calor febrilis urgeat (quamvis magis causa quam febris modò sit incumbendum) sola aquae cichorii infusio fieri poterit, & serum destillatum copiosius cum syrupo propinandum. Extrinsecus quoque Medicamenta hepatica, moderate calefacientia, discutientia & aperientia erunt apponenda, ut succi cichorii, eupatorii & absinthii simul misti, quibus addi potest unguentum malvinum vel rosaceum, & cum cera fieri linimentum. Pro Alterante verò in accessionis vigore, succus cichorii depuratus, imò & per arenam trajectus ad ℥ij. vel iij. in jure Cichoraceis alterato, vel in aqua stillat. additis granis solis absinthii & tartari, opportunus fore mihi videtur. Quibus omnibus,

omnibus, si febris non cedit, tunc tutior esse posset pulvis Peruvianus, China Chinarum dictus, ut febrifugus & visceribus naturalibus amicus; moxque sedata, aut valde imminuta febre, lactis asinini usus locum habebit, cum non valde multum febricitantibus ab Hippocrate concedatur. Et dum jam dicta omnia administrantur, vitium ratio præcipua habenda est, & vinum album pauciferum, tenue & oligophorum facile concedendum. Pro potu vero consueto, aqua carnis stillat. herbis & radicibus aperientibus alterata parabitur; & lactis usum alia Edolis facilis coctionis, distributionis & optimæ nutritionis supplere debebunt: sicut Balneum inunctiones universales jam propositæ. Meliora & tutiora mihi absenti proponenda non suppetunt. Ita Summus Deus, Illustrissimi Comitæ meritis assistens, omnia salutaria reddat. *Idem ibidem.*

Febris Ferneliana ab Hepate.

Illustrissima hæc Matrona sexagesimum circiter annum agens, temperamentum hepatis & totius calidi & humidi, habitus mediocriter carnosus & nonnihil obesi, colorisque ad album vergentis, à naturæ primordiis usque ad annum quinquagesimum sextum inculcata valetudine degit; quæ olim Viro nupta, fecunda fuit, & multos feliciter peperit filios, semperque sat bene menstruata. Sed quoniam postremis annis ob laxatum peritonæum in inguine dextro vitam sedentariam ducere cœpit, non mutata vivendi libertate, alimenta crassi succi comedens, & vina crassiora bibens, additis etiam animi pathematibus, tribus abhinc annis conqueri cœpit de dolore in hypochondrio dextro ad ventriculi regionem sese extendente, à Patiente Illustrissima semper neglecto; & cum bis in anno gravissima Pleuricide correpta fuerit, fuit etiam nobis concessa abdominis exploratio, & tumor in hepate considerabilis observatus, ventriculi quoque situm occupans. A jam dictis acutis morbis evadens, nunquam tamen pristinum statum recuperare potuit: imò paucos post menses adeo copiosa narium hæmorrhagia supervenit, ut animi deliquium induxerit, quæ remediis multis administratis suppressa, virium tamen languorem per multos menses reliquit. Interim aliqua semper spirandi difficultate cum tussicula laboravit, quæ Autumnæ proxime præterito magnopere invaluit cum sit molestia quam extinguere conabatur pomorum atque pyrorum comestione; & quoniam existimabat Illustrissima Patiens dolores spirandi difficultatem inducentes à flatibus provenire, ideo vinis generosis bibens in mensa urebatur. Vere autem proxime præterito pedum tumores œdematosi supervenire, tuncque ad Medicos confugere coacta fuit, & observata insigni tumore in hepate, non sine ventriculi quoque læsione, cum ad mucronatam usque cartilagineam tumor cum dolore sese extenderet, initum fuit consilium, & statutum symptomata omnia ab hepatis tumore pendere, & hydropem imminere, quo morbi genere affectis visceribus etiam ipsius Mater defuncta est. Quare inausulto præmissio Prognostico, ad majora præsidia statim deveniendum esse decreverunt. Ad hunc finem præscripta est illi statim potio Magistralis solutiva, inde Præparans ex Julap. acet. cum crem. tartari, & modico aquæ cinnamomi. Interim missus est sanguis ex salvetella, in modica tamen quantitate: postea applicitæ sunt hircines hæmorrhoidibus. Deinde expurgatum est denuo corpus eadem potione Magistrali, addita infus. shabar. & agarici. Post hæc corporis evacuationem, opportunum duximus præscribere illi syrupum cachecticum Fernelianum quem ca-

Tom. II.

peret alternis diebus, deinde Tettucianam aquam experiri mens erat, ut inde ad medicamentum aliquod ex chalybe confectum devenire possemus. Sed vix coeperat uti prædicto syrupo Ferneliano, dum morbus hic qui hucusque ex propria natura chronicus fuerat, repente fere, in acutum mutatus est: nam febris quæ antea levis percipiebatur, magnum incrementum sumpsit cum ingenti extremorum calore; urinæ quæ antea potius tenues & squosæ erant, valde flavæ & subrubræ crassæque substantiæ evadere coeperunt; sed quod majus facebat negotium, respiratio adeo difficilis reddebatur, ut fere suffocari se crederet. Quare supradictorum remedium usum intermittere coacti fuimus, cum non levis suspicio adesset, ne phlogosis aliqua in hepate superveniret. Cumque per decem aut duodecim dies tam gravibus conflictata esset symptomata, postremis hæc diebus morbus paulatim ad consuetum statum rediit.

Matrona Illustrissima eum optimum ab ortu naturæ sortita fuerit totius & viscerum temperamentum, fecundaque extiterit, & abundantibus Menstruis semper adjuncta, quamvis errores in vivendi ratione, & præsertim in ciborum crassi succi comestione, & vinorum promiscua potatione commiserit, attamen semper incolumem vitam duxit usque ad quinquagesimum sextum suæ ætatis annum. Verum quoniam terminato Menstruorum tempore & declinante ætate, vivendi modum mutare non animadvertit, hinc factum fuit quod vitiatum sanguine, pleuriticis aliisque effectibus obnoxia reddita fuerit, & copiosa immodica narium hæmorrhagia successerit, atque tandem humiditates excrementitiæ redundantes corpus totum obesum reddiderint, & ab eisdem peritonæo laxato, Hernia intestinalis, Babonocèle dicta, excitata fuerit. Quoniam verò abyssus abyssum invocat, ob hæc ideo, cum vitæ sedentariæ se dederit, cruditates multiplicatæ in jecoris valis stagnare coeperunt, in quo viscere, ut dicebat Galenus, ob vasorum angustiam & permeantis substantiæ copiam crebræ sunt obstructions; facilius verò, ut notat Mercurialis, in Mulieribus quam in Viris, eo quod eadem vasa angustiora habeant, adeo ut nonnunquam crassi succi infima jecoris parte instar collæ adhæreant. Et quia medica auxilia renuit, obstructions ejusdem visceris quotidie magis magisque adauctæ fuere, & progressu humores extra vasa duci & in parenchyma impelli, & cum Avicenna, obstructions in eodem viscere construere coeperunt. At nos dicamus quod potius tumorem constituerunt. Verum tamen est quod si huic tumori nomen imponere velimus, scirrhusus quidem non est, quoniam magnopere dolet: minus cancerosus, temperamento, partu & peccantibus humoribus minime consonus: nec œdematosus, cum Galenus crediderit, Oedema in hepate fieri non posse. Inflammatorius igitur esse deberet, qui tamen non sine febre acuta brevis esse consuevit. Quare crediderim ego, tractu temporis hujus visceris substantiam heterogeneis extremitatibus refertam, adeo inquinatam fuisse, ut labem Fernelianam contraxerit, levi febricula perpetuè comitatam. Non tamen hoc fuisse Fernelii inventum ego judico, sed à Galeno deceptum, dum primo ait quod consequitur impedita distributio & plenitudinis collectio in Mesaræo & finis venis, unde vel concoqui necesse est, vel phlegmonem, vel corruptionem sequi: & alibi adhuc melius habet, quod Humores in obstructionibus non possunt tales manere, sed aut concoquantur, aut assimilantur, aut corrumpuntur, pu resunt & febrem faciunt. Quoniam verò hepatis obstructio, ex Avicenna, est omnium Ægitudinum Mater, idcirco mirum non sit, si vitiatum sanguine pedum tumores

Mmm 3

succes-

successerint, tachexiæ & hydropis nuncii, præterea si replecum viscus dolore afficiatur, & sepium suo pondere deorsum trahendo difficillimam reddiderit respirationem: Lobum enim hepatis superiorem, ventriculo in omnibus superequitatem, etiam citra ipsius ventriculi læsionem, circa ejusdem regionem sitissimæ Patienti molestiam potius afferre credo, eam ventriculi operationes læsas non audiam. Ex jam vè dictis facile ratio elici potest, cur medicamentis deobstruentibus, parumper calidioribus exhibitis, hepar exasperatum fuerit, & cum adaucto dolore febris ita increverit, ut veræ imminentis inflammationis Adstantibus Excellentissimis suspicionem & metum intulerit: ab iisdem enim Medicamentis humores jam fermentati & semicorrupti, intensiorem effervescentiam adepti, ipsum parenchyma magis magisque excalefacere & ad inflammationem ducere coeperant, quæ omissione eorundem medicamentorum rursus remissa fuit.

Quibus ita se habentibus, spem salutis in angusto positam esse, imò vitæ discrimen præponderare & ad perniciem tendere, non est in Arte versatus qui non videat: altissimas enim radices malum hoc ab Illustrissimis Patientibus diu neglectam sibi jecit: pro quibus extirpandis pars ipsa læsa propria medicamenta jam tolerare non potuit, ut ideo vel tractu temporis Hydrops, vel potius brevi hepatis inflammatio lethalis immineret. Non est tamen solo Prognostico deferenda Illustrissima Patientis, sed in iisdem intentionibus aptissime ab Excellentissimis Viris istis sibi propositis insistendum, remedium materiam tantum alterando, quæ sine multo calore aperiendi & putredini resistendi, atque quandoque evacuandi facultatem habeant. Quibus intentionibus satisfaciendis, succus cichorii depur. aprissimus mihi videtur, si ad ʒij. in jure pullæ tenui Cichoraceis & malva alterato, tertio quoque die exhibeatur, cum apud Galenum prærogativam habeat, ut hepati valde proffit, nec ventriculo noceat; cui progressu dierum addi poterunt grana tartari vitriolati, utpote aperiens, & putredini magnopere resistentis. Intermediis vè diebus idoneis mihi videretur Cassiæ usus ad ʒ. ij. addito unico scrup. rhabarb. maturi, cui post horam superbibat Patientis feri destill. cyathum, & duabus horis ab epoto sero prandeat. In quorum omnium usu pluribus diebus perseverandum erit, facta diligenti successus observatione. Et interim quinto aut sexto quoque die Minorativum aliquod præferri poterit ex flore cassiæ, cum semidrach. pulul. de trib. cum rhabarb. cui serum depur. superbibendum offeratur; ut inde, si dabit Deus, ad validiora deobstruentia deveniri possit, nempe vel rursus ad sycupum Fernelianum, cum sero destillato, aut cum aqua de succo cich. exhibendum, vel saltem ad rhabarb. infusionem in aqua de succo cich. paratam, tertio quoque die præbendam: diebus vè intermediis ad spiritum tartari alkalizatum, qui ad penitiores visceris partes permeare & pervadere poterit, si aqua de succo cichorii & agrimonie offeratur. Non omitto externa auxilia, inunctionem scilicet ex unguento rosaceo, cui superponatur Epithema ex succo cichorii cum exiguo succo ablinthii, addito quoque succo limonum. Et hæc pauca Eximiis Viris consideranda propono; quibus congruam victus rationem instituendam relinquo: illud unum addendo pro fiti remittenda, quod stillatum è jure pullæ Cichoraceis, malva & frustulis pomorum dulcissimi alterato parari poterit. Quibus omnibus assistat Divina Clementia. *Idem ibidem.*

Febris Hæctico-Gallica.

Nob. Juvenis annorum unius & viginti circiter, temperamenti ex constitutione naturali sanguinei quidem, sed excedentis caliditatis, ut etiam habitus, ex primæva constitutione, moderate carnosus, nunc vè multum à priori differentis & exsiccati; à quatuor jam mensibus ex multis in sex rebus naturalibus commissis erroribus, præcipue vè circa frequentes Venæ illecebras, quibus impuras contraxit Gonorrhœas, in manifestam totius corporis imminutionem incidit, extenuari enim universaliter cepit, vividum vegetumque amittere colorem, pro ipsoque pallido fuscoque indui, viribus destitui, consueto appetitu spoliari, & quadam difficultate etiam cibaria assumere, obnoxiumque catarrhalibus fieri distillationibus, licet non falsis nec diu perdurantibus: & ex duobus circiter mensibus continua detineri febre, sed lenta, & ad vesperam maxime ingravescente: quo tempore, dolore satis molesto in summitate humeri sinistri correptus est, qui tamen post quinque vel sex dies ex ren ediorum usu & topicis inunctionibus evanuit. Remansit vigeatque adhuc descripta febris, & cum ipsa, universalis emaciatio chlorosisque descripta. Quæ omnia Sapienissimo Judicio tuo subijcio, ut ab hoc labyrintho Nob. Adolescentem eruere valeam.

Arduus quidem, gravis & periculi plus est casus Illustrissimi Adolescentis, à Te, Viri Excellentissimi, exacte & eleganter delineatus: siquidem, dum totius corporis maties insignis substantificam humectationem desiderat, hanc ipsam verabunt, maciemque adaugentur medicamenta exsiccatia; ex perita à hæc gallica, cujus caracterismus quamvis sit ipsa adustio, ipsa tamen fundatur in corruptione putrilaginosa & humida: ut propterea difficillimum sit, substantificas humiditates servare magisque reparare, simulque excrementitias absumere. Nihilominus in his angustiis & contraindicationibus audio summam Prudentiam tuam scopum attingisse, nam febriculam hæctico-gallicam, à putrilagine multò magis occulta, quam manifesta procedere tecum & ego sentio. Et ideo post jam præmissam necessariam excrementorum expurgationem, Alexipharmacis propriis tabum gallicum expugnare tentandum esse censeo, cum impossibile sit quod ex pravo ac venenato sanguine caro gigni, & corpus totum nutrirî possit, nisi prius venenum ipsum ab ipso sanguine, imò & ab ipsis visceribus segregetur & admittatur. Sciam igitur dura hujusmodi provincia suscipienda, Decoctum sudorificum ita parando:

℞ Salsæ parillæ el. incisæ, pulpæ guajaci pinguis & rec. Chinæ opt. an. ʒb. Aq. stillat. cich. borag. an. ℥j. Cardui sancti ℥ss. M. F. inf. per horas 24. deinde adde quartam partem pulli junioris, ranarum mundatarum, caudarum astacorum an. n. 4 m. bull. ad consumpt. dim. & celatura fervetur pro duabus vicibus, maturino tempore una hora ante sudorem exhibenda. Sodor autem in Balneo provocari debet, aquæ dulcis steratæ foliis malv. viol. salicis & pentag. in quo non valde fervido, & potius linteo cooperto, maneat per horæ quadrantem circiter: etenim & in lecto perseveret ipse sudor. Tribus transactis diebus, libenter experiret hypocaustum, ut mox ad Balneum revertatur. & quarto aut quinto quoque die sudorem in eodem hypocausto provocarem. Quod si fortasse cum difficultate erumperet sudor, præmitti poterit ante Decoctum bolus ex uno scrupulo Extracti salsæ granis 4. Mercurii dulcis. Victus ratio interim nec tenuis, nec multum extenuans esse debet: etenim esro puliæ

pullæ junioris, etiam elixa concedi debet: permitti quoque ova recentia, prifana hordeacea, præsertim in coena ex ferculo excellentissimi Saxonie parata. Emulsionem quoque amygdalarum rec. & pineorum in panatellis; sed una cum carne ebulliant semper caudæ cancerorum, ranæ, imo & portio carnis Testadinis nemoralis, una cum taleolis optime Chinæ. Pro potu consueto, secunda parari poterit ex residuis, addito saccharo & frustulis citri recentis: in prandio tamen, & coena cyathum quoque vini albi tenuis subdulcis libenter permitterem, ad vires recreandas, & ut vehiculum ad alimentum distribuendum. In quem finem manibus inunctis, cutis hinc inde sublevatio & levis frictio erit quotidiana administranda. Nec medicamentis, quamvis levioribus, ventrem solventibus, ut mos esse solet, utendum, sed potius Clysteribus ex lacte, butyro & saccharo paratis alvus erit excitanda: vel ad summum Cassia ad ℥ij. vel ℥v. erit offerenda. Absoluto verò sudore, ad usum laëis & Balnei aquæ dulcis alteratæ ducendum esse Nob. Patientem existimo. Quæ pauca dist. vi, sed appropriata, ut à senili Prudentia in J. ventura tua recto usu executioni mandentur. *Item ibidem.*

Febris post Colicam cum lue Gallica & suspitione ulcers in Mesenterio.

Ex erudita & eleganti relatione Præclarissimi Viri in Arte consummati, quam ore tenus confirmavit, & auxit Excellentissimus Medicus, Hippocraticæ atque Galenicæ Doctrinæ fidelis Cultor, colligi posse mihi videtur quod Illustrissimus Co. annum agens quinquagesimum quintum, temperamenti secundum totum calidi & humidum, capitis, humida intemperie affecti, & ideo rheumatismis obnoxius; mollioris habitus, & præsertim abdominis, propterea herniosus jam factus fuerit, qui negotiis implicatus, in reliquis liberam vitam semper duxit, & Veneri præsertim indulgit, à qua fructus Colicos reportavit, quos propriis medicamentis alexipharmacis semel dimisit, sed rursus cum eadem infecta Muliere reperito congressu, reamplis, nec amplius dimittere valuit, præceptis Medicis obtemperare renuens. Interim copiosior multo quam antea, apparuit materiam catarrhalem destillatam, præsertim in ventriculo: sed ob ejusdem redundantiam, non solum ad vias deglutionis, sed & respirationis irruere cœperat, cum metu potius, quam sensu suffocationis, erumpentibus interim variis in locis etiam nonnullis gummatibus & pustulis Gallicis. Tandem multis abhinc mensibus Colici dolores invadere cœperunt cum febriculis & Ictero, ab initio fere nigro, deinde progressu, flavo: cedebant autem evacuantibus medicamentis, non omnia sanguinis ex venis sedalibus extractione; sed revertabantur, & eodem modo cessabant, & paucis post mensibus (ut retulit Excellentissimus Medicus ex auditu) pus verum atque legitimum, multum ab Excellentissimis Adstantibus per alvum excretum visum fuit, ob idque abscessum abruptum fuisse unanimes judicant; post cujus excretionem Illustriss. Co. melius habuisse sibi visus est. Sed duobus circiter transactis mensibus, rediit Colica febre comitata, ut supra, Evacuationibus cedens; mox octava die pluries reversa, inde nono quoque die, & denique cedente Colica, mansit ipsa febris, quotidie vespertina & non adeo manifestas habens exacerbationes, sine ingenti calore, cum modica siti, & absque aliis symptomatibus, acutem comitari consuevit. Modo Illustriss. Co. status hujusmodi mihi considerandus proponitur, de quo quid sentiam paucis perstringam, & ad agenda deveniam, cum rebus magis

quam verbis Illustrissimi Aegri & ægritudinis conditio opus habeat.

Febrim itaque omnium primò considerandam atque curandam, cum Viro Excellentissimo & ego sentio, quæ ab initio Colicos dolores comitabatur: non quia à doloribus ipsis accenderetur, sed quoniam ab eadem causa dolorum, nimirum à copia catarrhalis materiam à capite delabentis, ad asperam arteriam ingressum quidem tentantis, sed per cesophagum ad ventriculum, indeque ad intestina pervenientis, in cavitatibus, non in venis fermentatæ excitabatur: facile autem medicamentis evacuantibus cederet, quia loci conditio facile evacuationem admittebat; Octava vero & Nonana facta fuit Colicæ periodus, & inde eodem modo octava & nonana febris, quoniam tantum temporis requirebatur pro crudæ & catarrhalis materiam novo apparatu atque proventus, ut Colicam & febrim ipsam excitare valeret. Verum quoniam progressu materia quæ prius in cavitatibus hænebat, & à debili calore in status conversa, intestina extendebat Colicamque excitabat, & utriusque bilis ductus comprimens, brevem Icterum inducebat, facileque evacuationibus cederet, tandem ad vasa aliqua ex parte sese insinuavit; idcirco non amplius spatia distendens, sed in vasis fermentata & alterata moram faciens, non amplius ideo Colicam excitat, sed febrim conservat, quam quidem putridam, sed catarrhalem potius, quam humorem censendam esse crediderim, quoniam nondum remanentem: cum magis à catarrhali materia continuo à capite in ventriculum delabente, quam à vera & legitima pituita proveniat; cui tamen exigentiam quoque bilis portionem à jeoore transmissam immiseri negandum non est, pro frigida materiam accensione; Unde Hippocr. omnes febres à bile, id est, non sine bile fieri pronunciat. Sed interim ob visum non oportet copiosæ evacuationis materiam per alvum excrete, ab abscessu in mesenterio disrupto emanantis, ut asserbant Viri Excellentiss. Adstantes: spatium namque quod antea purulentam materiam continebat, est supponendum: nescio verò quomodo detersum, unitum & curatum fuerit, nisi forsitan materia illa non fere purulenta, sed catarrhalis & crassa in intestinorum cavitate diu detenta & corrupta fuisset: scitu namque mihi necessarium esset, num prægressi fuerint continui & diuturni ventris dolores: cum ab Hippocr. habeamus, A ventris dolore diuturno, suppuratio. Præsertim continuæ febres unâ cum doloribus necessariò prægressæ essent, juxta illud vulgatum Hippocr. dictum, Dum pus conficitur, dolor & febris magis, quam purè jam confecto; de quibus omnibus certior me reddere non potuit Excellentiss. Medicus ut nuperrime accessit. Ad febrim redeo, & præter rationem non esse existimo, circa mineram dubitare, materiam catarrhalem fermentatam hæere in mesenterio, relicto ulcere additam. Nec nos tutos reddit levamen post puris evacuationem, aliquo tempore à Viro Illustrissimo perceptum: si quidem post purulentæ materiam excretionem levamen ipsum respectivum, non absolutum forsitan fuit, ita ut mox spatium, sive ticus relictum, quotidie magis sordidum reddi potuerit, pro evidenti febricula postea gignenda: & multo facilius, addita Gallici præsentia. Horum omnium malorum auctorem fuisse copiosam à capite in subjectas partes destillationem, ab intemperie quidem naturali scaturientem, quæ tamen non leve augmentum suscepit à Gallica lue contracta, à qua viscera quoque naturalia non parum labefacta fuerunt, non est qui non videat.

Utinam materia superioribus mensibus per alvum excreta, verò purulenta non fuisset, sed fuisset

eruda & catarrhalis in intestinis potius corrupta, & ad formam sive speciem puris redacta; & si purulenta, spatium relictum, deterfum, satis exiccatum, unitum & cicarrizatum facit: ita enim de Illustriss. Viri salute dubitandum non esset; superata namque febre, expeditis intestinis, etiam hoc tempore incongruo, & Gallica lues, & materiae catarrhalis proventus non parum remitti poterunt, sique arceri Colicæ iterati insultus. Quod ut assequamur, intestinorum spatia mundanda; humores visceri & lenti in vasis mesenterii, & forsan etiam cavæ viscerum, sunt attenuatione & deterfione præparandi, atque per Epicrasin educendi; mox alexipharmaco aliquo medicamento via Gallici retundenda, simul humida capitis intemperies corrigenda, & si fortasse ulcus relictum adesset, exiccandum.

His autem ut satisficiamus, à fonte Chirurgico aliqua sanguinis missio ex salvatella dextera esset petenda, nisi Pharmaceuticis remediis cesserit febris. Cauterium autem brachio sinistro affixum, jam indicavit copiosæ materiae catarrhalis in capite perennis reproductio. Interim quotidiani Clysteres laxantes & detergentes in usum ducendi, dum per os assumptis, materiae præparatio erit ineunda, nimirum melle ros. simpl. addita, si placet, portione julsap. acer. cum vehiculo, sive diluto ex aqu. aur jure hordei, in quo cochlear erem. tart. cum frustulo cinnam. ebullierit, facta colat. post secutam imprægnationem. Quarto autem aut quinto quoque die Minorativum erit exhibendum ex semi-unc. elect. lenit. addita semi drach. pilul. de tribus cum rhab. ut vis medicamenti ad vasa perveniat; cui medicamento superbibendum dari potest jus hor. & rad. cich. alteratum. Ita progrediendum esse præparando & evacuando, xv. saltem diebus existimo, ut inde ablata, aut saltem valde remissa febricula, aqua Tettucianæ propinari possit, tribus, aut saltem duabus vicibus. Sicque tandem ad postremam intentionem exequendam devenire possimus usu aquæ nostræ stibiatæ, quæ ita parari poterit:

℞. Salsæparillæ electæ, visci querc. veri, Chinæ opt. an. ℥i. Aq. font. lib. vt. M. F. inf. per horas 24. deinde adde antim. crudi electi rud. contusi, lapidis pumicis rud. contusi sacculo simul cum antimon. repositi, an. ℥iij. m. bull. omnia ad consumm. duarum partium, ita ut remaneant lib. ij. & colatura servetur pro tribus syrapsis matutinis. Aqua verò pro potu consueto ita paratur.

℞. Salsæ electæ, visci querc. veri an. ℥iij. Chinæ optim. ℥vj. Aqu. font. lib. xv. M. F. infus. per horas 24. deinde adde antimon. crudi electi lapid. pum. an. ℥v. contund. crasso modo, & ponantur in sacculo, deinde bull. ad consumpt. tertiæ in fine adde cinnam. integri ℥ij. ball. parum, & colaturæ adhuc ferv. adde sacchari albi ad libitum, & frustula citri rec. ut agitando f. aqua vulgo dicta Cedrata. In hujus autem usu quadraginta diebus insistendum erit: & decimo quoque die potio ex manna clarif. exhibenda, interdicens omnino vini potum, sicut comestionem piscium, lactis,eduliorum ex pasta, fructuum & olerum; Potus sit aqua præscripta ad libitum. Toto vero hoc tempore sub ingressum lecti Conservam aliquam capitalem in usum ducere poterit, è floribus rosarum, beton. salviæ, ros. mar. additis speciebus aromar. rosati, & aliquot guttulis tincturæ coral. chymicæ. Pauca hæc suppetunt mihi proponenda, à Sapientibus Viris potius consideranda, quàm executioni mandanda, cum selectiora iisdem non desint, pro meliori statu Illustrissimi Co. comparando, ut, Deo dante, Vere venturo ex toto perfici possit. *Idem ibidem.*

Febris Ephemera.

Nobilis Juvenis, 25. annum agens, temperamenti totius ad calidum & humidum vergentis, rari habitus, in viâ ratione non valdè aberrans, sed moderatè vivens; cum æstivo tempore, triduo abesset ab hac Urbe, matrem acuto morbo laborare per certum nuntium accepisset, nulla interposita mora, jejuno ventriculo, per dispositos equos, sub radiis solaribus, cum exiguo cibo, domum versus iter suscepit, quò perveniens, matrem animam agentem invenit, quæ paulò post expiravit. Interim Juvenis ex itinere defessus, parùm nutritus, & animi morore confectus, decubuit, febricitare incipiens; ob idque Medicus statim accersitus, ab adstantibus accepit febre cepisse absque ullo rigore, pulsive coarctatione, ipse autem observavit liberum caloris ascensum, absque ullo pravo symptomate: præterea pulsus æquales & celeriores in dilatatione quàm in constrictione: urinam, cum naturali suspensio, omnino coctionem ostendentem: calorem suavem & halituosum, sed cum cutis siccitate: status clementiam, ægrique facilem tolerantiam. Perterriti autem Consanguinei, celeri matris interitu, postridiè me ad consilium de ægendis accersiverunt, qui postquam jam dicta, à Medico observata, audivissem, & juvenem, cum febre decrecente medentem, invenissem, absque ulla de reditu febris suspitione, meam ita sententiam in medium protuli:

Licet aut nulla, aut valdè exigua ope Medica indigeat Nobilis ille Juvenis, attamen, quia tempus non operandi, æquè ac operandi, Medicus cognoscere tenetur: remedia verò, non à medicamentorum, sed affectuum cognitione sumuntur, ideo tenetur quoque Medicus affectus cognitionem habere (& quidem prima die) ut præstantissimæ hujusce Facultatis peritum semetipsum ostendat. Quare jure gloriabatur, Gal. nullius Diaricæ cognitionem prima die ipsum aufugere potuisse. Et quidem Diaricam existimo hanc esse febre, quia unius diei febris etiam ab Hippocr. dicta est, ideo & ephemera appellari solet, sumpta denominatione ab ephemeris quibusdam animalibus, apud Hypanim flavium, qui ab Europæ parte in Pontum defluit, nascentibus, & unico die viventibus. Neque exercitatio Medico difficile erit, hanc febre statim cognoscere, si ea, quæ à Viro Excellentissimo accuratissimè observata fuere, examinentur.

Et primò, quòd febris sine rigore & horrore inceperit, citraque pulsus coarctationem; cum enim rigor imperuosum morum humoris, aut crassi vaporis, per musculos requirat, extra febres humorales non reperitur, sicuti sine his neque opprimi, neque gravari potest pulsifica facultas: horripilationes autem quædam contingere possunt, quando Diaricæ ex cutis obstructione provenit, quæ tamen facile solvuntur & evanescent.

Secundò, ipse observavit liberum caloris ascensum, quia à materia non opprimitur, sed liberè augetur; substantia enim spirituum subtilissima cum sit, facile inflammatur atque resolvitur.

Tertiò, pulsus æqualem & celerem in diastole, tardiorum in systole, quia refrigerium, magis quàm excrementorum expulsionem, Diaricæ desiderat.

Quartò, urinam statim concoctionem ostendentem, quoniam nulla in venis humorum putredo reperitur, quod signum proprium & inseparabile est ab ipsa diaricæ.

Quintò, calorem suavem & halituosum; sicut enim ephemerarum calor suavis est, ita putridarum accis & mordax, ut aridus hecticarum.

Sextò,

Sextò, status clementiam, à facili ægri tolerantia desumptam.

Septimò, videre mihi videor terminandam hanc febrem cum madore quodam universali; quia temperamentum est calidum & humidum, non autem cum sudore, ob prægressam lassitudinem & inediam. Et licet febris humoralis non sit, spiritus tamen cum consistit ex tenuissima sanguinis parte, & subtilissima æris inspirati portione, dum in accensione attenuantur, crassior ipsorum portio in sudorem abit.

Et tandem incipit à procatartica causa, quod est omnibus ephemeris proprium, facta namque fuit, ut notissimum est, ab insolatu, lassitudine, inedia & animi mœrore, prout ex lassitudine non semel Diaria fuit correptus ipse Gal. Has omnes occasiones appellabat Gal. sicut causa, est accensio spirituum, non naturalium, quia non dantur, nec animalium, quia contingeret delirium, sed vitalium, non tamen semper immediatè, sed nonnunquam mediante jecoris vel cerebri accensione, & ita sibi constat ipse Avicennas.

Quibus omnibus addamus cutis siccitatem, quæ in lassitudine major est quàm in reliquis ephemeris omnibus, ætatem, spirituum accensione idoneam: temperamentum, ad calidum & humidum vergens, in quo spiritus accensionem suspiciunt & conservant, cum in bilioso, si spiritus accendantur, accensionem non conservent, sed illicò ad exustionem transeant, & tandem vitam anteaactam, ab impuritatibus & excrementis immunem, quibus præsentibus non adeo facillè ephemeræ accenduntur, sed potius excitantur.

Ephemeræ omnes, ex sui natura, sunt salutares, quæ 24. horarum spatio terminari solent, & licet adeo breves sint, non tamen inter acutissimos morbos collocandæ, quæ ne vix quidem inter morbos ponendæ esse existimabat Cels. unde moderatissimas has appellabat Actuarius. Et hæc quidem talis censenda hoc anni tempore calido, & diatriaria victus ratione à prudenti Medico omissa, ex Medicorum enim inciticia ephemeræ, ab hisce causis, non solum ad hæcticas, verum & ad tabem ipsam atque marasimum transeunt.

Quod ut averteret peritissimus Medicus, in statu forbitionem, & potionem in declinatione Patienti obtulit, siquidem in hac febre curanda duplex debet esse Medici scopus, alter febrem ipsam, aliter partem affectam, cujus causa febris fuit inducta, respiciens. Priori satisfaciendum remediis universalibus, refrigerantibus & humectantibus, posteriori verò particularibus, affectæ parti appropriatis.

Universalia remedia tria proponuntur ab Avicenna: Potio frigidæ: Balneum & inunctio, necnon congrua victus ratio.

Potio frigidæ offerenda in vigoris principio, ad lib. 6. 7. & 8. Aquæ fontanæ dulcissimæ, non mineralis, sed cavendum ne adsit aliquod prohibens. Prohibitentia autem quinque esse possunt, corporis gracilitas & extenuatio, cruditarum præsentia, alicujus visceris imbecillitas, insuetudo, & anni tempus frigidum, quibus absentibus est certè remedium ingenus profectus, quod quidem in præsentis casu alioquin convenire potuisset, nisi præverso ordine, forbitio refrigerans potioni præmissa fuisset, ut in cura costæ se gessit Gal. Etenim præter inediam, & ab ea accidentalem quandam corporis extenuationem, reliquæ omnes aderant pro frigidæ potu conditiones, sed quoniam remedium hoc hisce nostris temporibus se è profus obsolevit, ut ego puto ob climatis qualitatem & ob squarum impuritatem, ideo Excellentissimus Aëtius, frigidæ substituit serum asinum ad lib. 3. & quidem depuratum, ut quædam

lactæ evaporatione caput quoque humectaret. Propinari quinetiam possunt aquæ stillatiæ cichor. fenci, endiv. acetos. cucurbitulæ, cum julap. viol. ros. syr. de ribes, de berberibus, & hujusmodi aliis.

Balneum aquæ dulcis secundum est remedium quod antiquitus sanis quoque familiare esse solebat, quodque ex quatuor constabat, aëre calido, aqua calida, aqua frigida, & loco detersioni apto. Hoc administrari potest calidum & frigidum, calidum in ephemera curandæ, convenit in cutis constipatione, otiosis, somniculosis, acriis & hujus ordinis aliis, sicut perniciosissimum in ephemera ab inedia, vigiliis, mœrore, insolatu, verbo, à causis omnibus digerantibus & exsiccantibus excitata. Frigidum verò contra, sicuti prioribus causis infensum, ita utile posterioribus, quod tamen gracilibus & valdè extenuatis coporibus, ab initio tepidum, & sub finem frigidum institui debet, cum ut humectatio facilius ad internas partes pervadere valeat, tum quia actu frigidum nervosis & membranosis partibus parùm amicum esse monuit Hippocr. quod quidem in casu nostro usurpari poterit, prout in Menandro Gal. sub cibo brevi exhibendo, cui post leves detersiones, inunctiones ex oleo amygdal. & viol. succedere debent, hocque remedii genus triduo continuato administrandum.

Victus ratio tandem sit refrigerans & humectans, ei dque nutriens. Cubiculum ad Septentrionem, vel saltem ad Orientem sit expositum. Quoniam verò facilius est impleri potu quam cibo, ideo convenient præfana hordeacea, Panatellæ, cum emuls. sem. mel. & amygd. dulc. Ova recentia, Panis vino mactatus, vinum enim sine formidine præbet Gal. Somnus sit consuero diuturnior. Quies omnium maxime necessaria. Alvus, si fuerit opus, clystere ex lacte, butyro & saccharo sollicitetur, & tandem alacri animo æger degat.

Partem affectam quod attinet, hæc particularia postulat auxilia, potest autem affici in ephemera febre cerebrum, cor, jecur, aut ventriculus, at in præsentis casu afficitur cerebrum ab insolatu & cogitationibus intensis. Cor verò à mœrore. Caput igitur refrigerantibus & humectantibus irrigandum, ol. ros. viol. & vigiliis urgentibus, copioso nenupharino. Ablutiones quoque capiti parari possunt, ex aqua dulci, violis, malva, lactuca, nenuphare folis vitis & salicis alterata, quibus, æstu existente majori, adduntur quoque papaveris capita. Cordi verò epithemata parentur ex aqua florum citri, aurantiorum, rosarum, addito aceto rosaceo & speciebus cordialibus temperatis, frigidiora namque in mœroribus, cor non postulat. Quæ satis, superque. *Idem Tom. 1. de Febribus.*

Synocha.

Juvenis Nobilis, 25. annum agens, temperamentum totius calidi & humidum, plethoricus, & densi habitus, otio, somno & ventri magnopere indulgens, cum temporibus hisce bacchanalium, in suburbanum recessum, ad convivium, cum commensalibus amicis, pedibus incedens concessisset, post prandium, & fecundissimos calices, eodem modo domum reversus, valde excalescens, rursus cum iisdem compotatoribus potavit largius, ac interim mædor, licet exiguus, qui per totum eruperat corpus, perfrigeratus est. Cubitum ivit, nec unquam somnum capere potuit, sed æstu intolerabili interno correptus, huc & illic se jectabat, & de universali lassitudine, dolore capitis gravativo, & nonnunquam passivo, conquerebatur. Accersitus ego in Pat. observavi rubram faciem, & quodammodo tumentem, cum delatione in somnum, nec sine aliqua

qua respirationis læsione, calor tactui erat minimè mordax, pulsus maximus, æqualis & vehemens, urina & crassitie, & colore, à naturali non multum aliena, ac ipsi nares valdè pruriebant. Medico autem domestico his perterritato, ita pro salute Pat. sum allocutus.

Morborum primis aspectibus non statim fidentum est, Excellent. Vir, siquidem, sicut aliquando debiles & parvæ febres malignæ sunt atque lethales, ita vehementes & magis, nonnunquam simplices & longè minus periculosæ evadunt, è quarum numero erit præsens, febris sanguinea & synocha dicenda, quoniam ex sola sanguinis effervescentia, citra putredinem fuisse excitatam sat nobis superque persuadere possunt res, non solum præter naturam, sed & naturales & nonnaturales: etenim, si febrilem calorem consideremus, est halituosus, fumosus & minimè mordax, benigni humoris accensus, sed non putrescentis indicium; si pulsam contractemus, æqualem inveniemus, utpotè qui non à fuliginosis vaporibus, à putrida minera inæqualiter elevatis, agitur, unde Gal. hanc febrem in diariarum numero reposuit, maximum præterea ob sanguinis accensu redundantis copiam, vehementem atque frequentem, ob nativi caloris maximum incendium. Urinam inspicimus, à naturali statu parum distantem, ac solum paulò confueto crassiorè, & rubram, quia ex multo, crasso & accenso sanguine producta est, somnum verò ab initio hujus febris capere non potuit, ob ætum internum, angorem quandam inducentem, licèt ad somnum adat proclivitas, quæ in febris progressu semper augebitur, imò somniculosus, & quodammodo soporosus evadet Patiens, ob multas fumositates ab universo sanguine accenso elevatas, quæ caput gravant, & replent pectus atque pulmones, unde aliqua respirandi difficultas, quinimò totum corpus replent & inflant, & ideo ab aliquibus, febris inflativa dicta fuit, atque ab Avicen. febris profundi somni, ob multitudinem vaporum condensatorum, ascendentium, & cerebrum humectantium. Ab aliis, cum Gal. epitemera plurimum dierum appellata, nisi quispiam, non ineptè, hanc potius humoralem non putridam appellare malit, tum ut ab ephemera, quæ à solis spiritibus, tum ut à putridis distinguatur, & hæc ratione non multiplicentur genera febrium.

Sic causa immediata hujus febris, est evaporatio in cor & totum corpus, à sanguine multo, non putrefacto, sed solum accenso, elevata. Quantitatis autem sanguinis cause sunt in Paciente nostro, naturales & nonnaturales, temperamentum scilicet calidum & humidum, habitus plethoricus, & otiosa, ac in cibo & potu libera vivendi ratio, prout accensio in sanguine fuit excitata à motu in itinere facto, huic pleno corpori, laborioso, sed multò magis à prohibita transpiratione, quæ copioso sanguini, & cutis densitati, tum naturali, tum à perfrigerato calore adacta, successit, copia namque sanguinis prægravat naturam, qui ideo depurari non potest: plurimi verò vapores à sanguine elevati nec dissipati, eundem, & unà spiritus naturales ac vitales, in arteriis & venis contentos excalescunt, sicque, cum vapores eleventur, & ob cutis densitatem non dissidentur aut resolvantur ab iis, sic ebullitio sanguinis, prout multi in dolio, ad quam non adeo facile consequitur putredo ipsius sanguinis, quoniam à natura custoditur ob vitæ necessitatem, nisi interna intercedat prohibita transpiratio, ab humoribus crassis ac lentis: sic in hujusmodi febribus accendi posse universum sanguinem, asserbat Gal. Experientia siquidem sæpe videmus frumentum, propter denegatam transpirationem, sine putredine multum incalescere; qua synocha, sine putredine, detinebatur Liber ille juvenis, à Gal.

descriptus, ex otio & intermisso exercitio, cui aderant reliqua symptomata, in nostro Paciente quæ appetentia, nempe intolerabilis æstus, lassitudo totius tensiva, capitis pulsationes, vigilæ, iactationes, & narium pruritus, synochis omnibus communis; quibus rursus addantur considerandæ res naturales & nonnaturales, nimirum totius temperamentum calidum & humidum, habitus plethoricus, copioso sanguine abundans, & juvenis, otio, commotionibus & comotationibus deditus, pleno corpore exercitatus.

Unicam itaque habebit accessionem febris hæc, si benè tractetur, ne transeat in putridam, in quam valde propensa est, ob cutis densitatem, & plenitudinem totius, ac præterea, quia non paracastica & decrescens, nec homotona & æqualiter affligens, sed epacastica, hoc est semper increscens observatur, idque, quoniam plus est quod evaporat quàm quod resolvitur, & ideo non unius, sed plurimum dierum erit hujusmodi accessio.

Febris hæc, cum sit continua & continens, periculo vacare non potest; eò magis cum sit epacastica, nimirum semper increscens, homotona & paracastica periculosior. Et licèt mitior, ac cæteris simplicior nominetur à Gal. locutus tamen fuit respectivè ad putridas, sit enim ex sanguine, inter humores benignissimo & non putrido. Hæc paucis diebus terminanda, nunquam enim hebdomadam excedit febris hujusmodi, & benè judicabitur rectè tractata, non enim tolerat pigritiam, aut Medicorum ignorantiam, quin degeneret in putridam, aut in phrenitidem, anginam, vel pleuritidem.

Ideo nihil cunctandum, sed Medicis scopis illicè satisfaciendum, sanguinem evacuando, alterando, & meatus totius corporis aperiendo. Quapropter tria proponuntur à Gal. potissima remedia, Sanguinis missio, usque ad animi deliquium, frigida potio, & balneum.

Et primò à sanguinis missione curationem esse inchoandam, idem præcipit, quia nullo modo differenda, & licèt nonnulli Gal. arguant, quòd in curando juvene illo libero, sanguinis missionem distulerit in tertium diem, at tamen ipse spontè in secundum tantum eam distulit, ut certior fieret de natura febris; dilatio verò in tertium, non ab ipso Gal. ut patet ex ejus verbis, sed à cæteris vincitibus Medicis decreta fuit.

Quamprimum igitur, injecto elytere, ad sanguinis missionem deveniendum, nulla expectata febris declinatione, quæ in epacastica futura non est usque ad integram ipsius febris solutionem. Educatur autem usque ad animi deliquium, quidquid dicat Averr. contra Gal. & Hippocr. ipsum, forsitan non distinguens animi deliquium à syncope, ut distinxit Gal. dicens, quòd dum educitur sanguis usque ad animi deliquium, pulsus mutationi attentos esse oportet, ne syncopen incurrant. Hæc igitur evacuatione abundans ferventis sanguinis copia minuitur, totum corpus perfrigeratur, & ad naturalem temperiem deducitur, unde sublevata natura, residuum expellere ac superare valet, adeo ut eorum qui, ex cutis obstructione, hac febre correpti fuerunt, nemo in putridam incidit, hoc administrato præsidio, cujus, in casu nostro, adest omnimò permittens, & abest quodcumque prohibens, quod item remedi genus indicatur magis à præsentis epacastica, ab homotona minus, & adhuc minus à paracastica.

Secundùm, continentium febrium maximum remedium, est frigida potio, quam omisit Gal. in curando juvene illo libero, quia sola sanguinis missio sufficiens fuit. Hoc autem remedium agro, copiosa sanguinis evacuatione indigenti, perniciosum esset, quia copiam intra corpus incalescendo, coerceret atque

atque firmaret, & innatus calor, à multo & crasso sanguine veluti suffocatus, à frigida pota obrueretur, cum tamen aliqui Medici Hæmiphobi, falsè crediderunt frigida potum esse remedium venæsectioni substituendum, licet sine detractione sanguinis administrari non possit, aded ut venæsectio sine frigida potu admitti quidem possit, ut in juvene libero, non autem frigida potus sine præcedente sanguinis missione.

Propinetur itaque Patienti nostro frigida, levis & copiosa, ad pallorem; egregius enim potator est, & omnium prohibentium expertus, corpus etenim gracile non est, robur habet omnium viscerum naturalium, absunt tumores & obstructions, nec deest consuetudo, & licet tempus æstivum non sit, hæc tamen parvi momenti conditio prohibens, præsentibus cæteris omnibus permittentibus.

Quod si, aut Medicus Phychrophobus, aut Patientis Hydrophobus fuerit, absentibus quoque frigida potum prohibentibus, tunc frigida potioni substituenda est portio aquæ still. eichor. acet. end. aquæ hordei, feri capr. aut asinini destill. quibus addi poterit julap. ros. violac. syr. de succo lim. de acido cit. de succ. acetosæ.

Interim flos cass. cum pulpa tamarind. locum habebit, cum sero capr. aut aqua Noceræ, si febris prorshatur.

Balneum aquæ dulcis, tertium est medicamentum in casu nostro administrandum, calidum scil. tum ad meatus recludendos; tum ad vapores expurgandos ac discutiendos.

A balneo abstersiones non adeo leves fiant, & ab his, frictions panno calido, inunctionibus omissis, ut pote quæ poros cutis obstruant & totum humectent.

Extra balneum refrigerantia convenient, Hepati, Cordi, Renibus & Testibus. Sic pro hepate,

℞. Succ. eichor. depur. lib. j. succ. lim. unc. iij. acet. ros. unc. j. specier. trium sandal. drachm. ij. m. pro epith. hepatis. Pro corde

℞. Aq. melissæ, borraginis an. lib. j. Aq. flor. cit. ros. an. unc. iij. succi cit. acet. ros. an. unc. j. f. specier. cord. temp. drachm. iij. m. pro epith. Cordis.

Pro Renibus, ℞. Unguent. ros. Mes. infrigid. an. unc. j. sandal. popul. an. unc. f. m. pro renum illitu. Sic testibus aqua rosacea, cum aceto frigida applicata, magnum affert toti refrigerium.

Victus ratio sit refrigerans & humectans, tenuis, ita ut sola prisana sufficiat, vel lactuca cocta, vel cucurbitula, cum aliquo ex fructibus refrigerantibus. Potus sit aqua hordeacea, vel stillaritia acet. aut end. Vinum oligophorum, dilutum, tandem concedit Serapio in declinatione. Et hæc pro salute Nobiliss. Patient. satis. *Idem ibidem.*

Synocha Putrida.

Juvenis Illustrissimus, 25. annum ægens, temperamenti totius & hepatis, calidi & humidissimi, carnosissimi atque plethorici habitus, valde edax & bibax, vinis dulcibus & substantiæ crassioris usus, otiosam vitam ducens, tandem, adventante Vere, ut sibi extremas partes, imo totum corpus excalefaceret, frigusque illius diei importunum fugaret, ad parvæ pileæ ludum cum sociis se contulit, ita excalefactus sudavit, vinum potavit, nec indusium jam madefactum mutavit; coenavit; & nocte sequenti febricitavit, cum quibusdam horroribus inæqualibus, & totius corporis lassitudine phlegmonosa, matè autem parentes Medicos statim advocarunt, ut de ægendis consulere. Invenimus Nobilissimum Patientem æstuantem, huc illuc per lectum

tum sese jactantem, cum intenso rubore faciei & oculorum, capitis gravitate, & dolore circa fauces, Calor ad tactum multus erat, non aded aeris & mordax, ut vulgò in cæteris putridis observari solet; nec tamen adeo suavis & halituosus, ut in ephemericis, semper autem æqualem manui ragenti sese offerebat. Pulsus erat magnus, frequens, mollis, vehementis, & major in systole quàm in diastole. Urina rubra, & crassa. Quibus à nobis observatis, alterans ex refrigerantibus aquis stillaritiis, mox prisana cremorem præscripsimus, & ut interim natura febris clarius nobis innotesceret, in vespertam consultationem distulimus, tuncque Patientem observavimus eodem febris tenore divexatum, atque iisdem symptomatibus allictum, absque ulla status mutatione aut alteratione. Quare pro ipsius salute ita consultum fuit.

Magnam & acutam febrem affligere Juvenem hunc Illustrissimum, statim coniecimus ex æstu magno, & quoniam statim extremos habuit labores dum illic ad statum pervenit, synocham eandem judicavimus, quæ continens; à continuo fervore, à Gal. & Antiquioribus dicta fuit, & ab Avic. conclusa, estque illa febris quæ nullas habet exacerbationes, sed à principio usque ad finem uniformiter progrediendo, unica accessione terminatur, de qua Gal. dicebat quod unicam habet accessionem, quia nulla est corporis pars quæ præcipue sit offensa, quæ vel mittat, vel suscipiat, vel generet, vel attrahat superfuitates, sed humores habeat in venis omnibus & arteriis, præsertim maximis, & plurimo calore abundantibus, putrefactos. Ex quibus Gal. verbis patere potest sanguinem, pro tota massa sanguinea sumptum, putrescere in hac febre, & æqualiter in cor evaporare, quidquid dicant Avic. Averr. Mercatus, Argenterius, Capivaccius & alii, Gal. redarguentes quod asseruerit sanguinem, dum putrescit, secundum partem tenuiorem, in bilem, secundum crassiorem verbò, in melancholiam converti, & ita non dari febrem sanguineam. Etenim si ita sensisset Gal. febrem synocham dari negasset, neque eandem ab ardente distinxisset, ac potissimum febrem sanguineam sanguinis missione usque ad animi deliquium non curaret, quam in biliosa febre nunquam admittere ausus esset, & præterea, sanguinem corrumpi, putrescere, & febrem accendere, iisdem verbis asseruit Gal. ipse: credidit tamen dari synocham, & legitimam, & spuriam, legitimam quidem, à tota massa sanguinea, omnes humores æquali proportionem continente, ut in illo Juvene; spuriam, ab eadem cum bilis exuberantia putrescente, quam ideo quodammodo biliosam appellabat ipse Galenus.

Hanc autem legitimam synocham existimamus, & homotonam, tanquam æqualiter affigentem, & quia peccantis sanguinis nullum nobis defuit indicium, quia ætas juvenilis est, temperamentum totius calidum & humidum, habitus plethoricus, sanguine refertus, necnon vita antea sanguinem multiplicans, sic dicebat Gal. bene habitus corporis, ac valentis ætatis propria est, & ideo nec in frigida ætate, nec in frigido temperamento fieri solet.

Præterea, æstus insignis cum corporis jactatione, copiam fervidi ac putrescentis sanguinis indicare possunt, sicut calor ille, multus quidem, verum suavis & semper æqualis, non aeris, mordax & inæqualis, ut in cæteris putridis, benignum humorem, sanguinem scil. putrescere significat. Pulsus magnus, ob copiam spirituum arteriam dilatantium, frequens, ob usum adaptum à caloris intensione, mollis, ob sanguinis copiosi præsentiam, vehementis, ob virium robur, procedens à copia sanguinis & spirituum, majorem autem habet contractionem quàm dilatationem, ob

ob majorem necessitatem expellendi fulgines.

Urina rubra & crassa, copiosa sanguinis peccantis indicium, prout esset biliosi, rufa & flava. Laxitudinem totius phlegmonosam & capitis gravitatem à copioso sanguine, & maleo magis à nimia vaporum copia provenisse credendam, necnon facies rubra, cum rubris oculis & venis, veluti sanguine suffusis, ac faucium glandulis intumescens, exuberantis sanguinis indicia existunt.

Sanguis autem iste copiosus, à parva pile ludo, utpote violento exercitio com notus & exalescens, nec à venis repletis ventilatus, patre linem concepit, & quidem facilius ex prægressi totius corporis cutis densitate, sudore perfrigerato, & inde prohibita universali transpiratione, ob quam retrocesserunt excrementa, adactus est calor internus, & præterea ex retentis vaporosis excrementis, universali horripilatione, febris jam dicta synocha putrida, eaque homotona secuta est.

Febrim hanc inter simpliciores ennumerabat Gal. unde, nisi accideret error, sperari potest crisis in quarta, aut per hæmorrhagiam aut per sudorem, ad summum vero in septimana: synochus enim, vel incipit à vigore, vel tribus aut quatuor horis, ad vigorem pervenit, imò totus synochorum decursus, itatus est. Error autem, qui maximus in continentibus committi potest, est curationis dilatio, apud nos vero, præter dictam, secundus & frequens est, omnia sanguinis missio, aut quia timidi sint Patientes, aut quia Medici inoperti, hæmophobi & cucurbitularii, & ideo, si febrilis hæc hebdomadam pertransierit, acutissimi, maximi & gravissimi morbi contingere poterunt, unde & ipse Hippocr. dicebat, quod morbi qui ad febres continentis consequuntur, sunt maxime acuti, & accidunt laboriosissimi, qui plurima tutela & exactissima curatione egent.

Protractionem autem, imò & exitum infelicem, nobis plurimum præmonstrant urinae, quæ si ab initio ab albedinem vergant, diuturniorem fore febrim significant, si albæ & tenues, plerumque mortem prædicunt. Cum itaque in casu nostro rubra & crassa appareant, & quia nullus in curatione error admittitur, salutarem ac brevem fore speramus, cum vero densus sit Patientis habitus, hæmorrhagia facilius quam sudor expectari poterit.

Utrunque, statim ineunda curatio, quæ quatuor perfici debet. Refrigerantibus & humectantibus, ratione febris. Refrigerantibus & exsiccantibus, ratione putredinis. Attenuantibus & incidentibus, ratione obstructionis. Et tandem evacuantibus, ratione materiæ peccantis. Inter has autem indicationes, illa quæ à febre desumitur, dignior est & cæteras obscurat, ut Galeno visum fuit.

Et in Chirurgico fonte, in primis consideranda sanguinis missio, quæ si in ulla alia febre conveniat, in hac necessaria censetur à Gal. dicente, Saluberimum autem est in febribus venam incidere, non modo continentibus, verum etiam aliis omnibus quas humor putrescens concitat, ubi nec ætas, nec vires prohibent. Ratio autem est, quoniam adest vitium in sanguine, & morbus est magnus: sic servus, synocha putrida laborans, missio sanguinis à Gal. septima omnino liberatus fuit.

Quantitas autem sit usque ad animi deliquium, quam evacuationem admisissent quoque Averroes, Celsus, Brasavolus, si in se distinxissent exolutionem, animi deliquium, & syncopen. Exolutionem quippe distinxit Hipp. ab animi deliquio, dum dixit, A tuberculi intus ruptione, exolutio, vomitio, aut animi defectus. Deliquium autem distinxit Gal. dicens, Quod si crassi succi, neque obstruant, neque

oneant, syncopen certe non inferunt, sed animi deliquium. Sanguinem itaque mittit Gal. usque ad animi deliquium, non usque ad syncopen, nimirum usque ad incipientem pulsus mutationem, non ablationem, ita enim totum corpus refrigeratur, & ad pristinam temperiem deducitur, ac natura copiam peccantis humoris, per nares, vomitum, alvum, urinam aut sudorem expellit, eoque audacius in tali casu molienda evacuatio, cum juvenis sit plethorici habitus, neque cruditates prohibeant; quæ si ommitteretur, periculum incurreret suffocationis, aut syncopes, nisi plurimus sudor, aut largum sanguinis profluvium, ipsum à morte vindicarent, atque ita miseræ agrotantis vita, non in manu Medici, sed naturæ suffocatae posita esset. Tempus sit, quamprimum, immisso clystere, antequam sanguis majorem putredinem nanciscatur. Quod si ob metum patientis, aut Medici, nonnunquam differatur sanguinis missio, sexto, septimo, ac sequentibus diebus erit usurpanda, non enim dierum numero, sed uni virium robori in hujusmodi febribus attentos esse oportet.

At si forte ægri patientes sanguinis missionem usque ad animi deliquium reformidarent, repetatur bis aut ter, adeo ut cum Avic. multiplicatio numeri quantitatem suppleat. Conveniunt præterea frictions totius corporis, nec non cucurbitulae leves, ad cutis obstructions referandas, & liberam transpirationem ac diaphoresin conservandam.

Et quoniam, maximi continentium febrium remedia duo sunt, detractio sanguinis, & potio frigida, ideo, si sanguinis missio sufficiens non fuerit, frigidam propinandam esse, præcipi. sic Rosicum quendam, synocha laborantem, gelidæ potu post venæ sectionem, sanavit ipse Gal. & ideo hoc quoque remedium patienti nostro conveniet, ut qui nativi caloris robore gaudeat, viscera omnia ab obstructionibus, tumoribus & inflammationibus immunita habeat, copiosis gelidæ potibus sit affectus, nec gracile sit ipsi corpus. Quare, aliqua tantum, licet non perfecta, sed incipiens saltem concoctio expectanda foret, & primæ viæ ab excrementis mundandæ. Hoc autem statim ab educto sanguine curandum, syr. ros. fol. & manna, cum decoct. pulpæ tamarindorum, flore cass. cum tart. quibus superbibat seri depurati lib. ij.

Dum autem expectatur concoctio, cæteris indicationibus satisfaciendum, attenuantibus & incidentibus, juleb. scil. acer. vel cum Avic. acido cit. in aqua hordeacea, vel syr. de acido citri, de succ. lim. in aquis stillat. de succo cich. acer. endiv. imò & jusculs cichoraceis alteratis.

Frigida propinata, observanda naturæ propensio, quæ plurimum solet esse ad sudorem vel ad urinam, nisi hæmorrhagia secuta fuerit, ideo parari poterit pulvis, repetendus, qui, ut exsiccans, putredini quoque resistere valebit.

℞. Corn. cerv. philosoph. drachm. j. lapid. Bezor. occid. drachm. sem. m. pro duabus vicibus, & præbeat in aqua Card. sanct. & scorzonæ; cum gatt. spirit. vit. mane & vesperi. Clysteres quoque frequentes injiciendi, contemperantes, & ad alvum allicientes, ex decoct. malv. viol. mercurial. hordeac. cum cass. & syr. rosar. Solut.

Tandem, ab rhabarb. exhibitionem cum cass. vel syr. rosar. solut. cum copioso sero capr. depur. deveniri poterit, curæ tamen, & nonnisi apparentibus manifestissimis signis coctionis, nimirum sub finem, ne relinquatur in morbo quæ recidivam facere possint, alioquin, ante signa coctionis, calor febrilis augetur, turbatur concoctio, neque sequitur humorum evacuatio.

Extrinsicis interim, refrigerantia, Jecori, Cordi, Renibus, & Testibus apponi debent.

Et pro

Et pro jecore, ℥. Aq. de succ. cichor. lib. j. de succ. hepat. lib. f. succi lim. vel aurantium unc. iij. aceti ros. unc. j. f. specier. trium sandal. drachm. iij. m. pro epith. jecoris.

Pro Corde, ℥. Aqu. viol. ros. an. lib. j. Aq. flor. cit. unc. iij. succ. cit. aceti ros. an. unc. j. f. specier. cord. temp. drachm. iij. m. pro epith.

Cordis. Pro renibus, ℥. Aq. nymphae lib. j. plantag. ros. an. lib. f. album. ovar. rec. n. ij. m.

Pro testibus, ℥. Aq. ros. unc. vi. Aq. sempervi. aceti ros. an. unc. iij. m.

Victus sit refrigerans & humectans, tenuis, ut emulso sem. mel. cum paxillo pane, vel ptisana sola, jubet enim Hippocr. in forbitionibus & potionibus degendum esse donec febris imminuta fuerit. Vinum omnino interdicitur. Et hæc pro salute Nobilis Patientis dixisse, satis, *Idem ibidem.*

Ardens.

Mercator Nobilis 25. annum agens, temperamenti totius, & jecoris, calidi & sicci, gracilis habitus, & ut ad operationes omnes exercendas promptissimus, ita ad iram facile pronus, cum sub Cane, ut Nundinas adiret, pluribus diebus sub radiis solaribus iter fecisset, diurnam sitim passus, vina meraciora abunde potavit, iisdemque diebus, domum reversus, inexhausta siti detinebatur, & totius corporis lassitudine dolorosa corripit cepit, cui paulo post successit vehementissima febris, cum ingenti calore & inexplebili siti, quæ prima & secunda die continua perseveravit, absque ulla declinatione cum linguae ariditate, oris amaritudine, vigiliis, inquietatione corporis, aliqua interpolata mentis alienatione, & dejectionibus per alvum biliosis non sine aliquo morfu, modo ad tertium pervenimus diem, in quo, pro febris, & symptomatum declinatione, potius omnium exacerbatio, licet non cuilibet evidens, à nobis Medicis convocatis observatur, cum respiratione magna, celeri atque frequenti, pulsu pariter celeri & frequenti, temporum pulsatione & urina flammea, cum aliquo tamen apparente suspenso. Quare de agendis pro salute, consulit.

Calor exurens & sitis inextinguibilis, sunt duo symptomata pathognomonica, adeo ardenti febrì propria, ut omni, soli & semper ipsi convenient, biliosarum enim omnium maxima est ardens, si magnitudo febris à magnitudine caloris est desumenda; Deurentem enim & Causonam, sive Causonidem, ab incendio, eam Græci dixerunt, quam proprie & peculiariter ignem appellavit Hippocr. in Sileno, Philini Uxore, Metone, & Erasino. Talis est quidem præfens febris, qua torquetur egregius iste juvenis, in quo, pro abundantissima bilis generatione concurrunt cause omnes internæ & externæ, naturales & nonnaturales. Juvenis enim est Patiens, temperamenti totius & jecoris, imò & ipsius cordis, calidi & sicci, cum & ad operationes omnes & ad iram promptissimus sit, habitus quoque gracilis, quia serofitatibus biliosis, non probo sanguine abundat, unde carnosus evadere potuerit, iter longum fecit sub radiis solaribus, & sitim diutius passus est, quam extinguere credidit potibus meracioribus, sed præterea copiosæ bilis in venis putrescentis, & ardentem febrem

Tom. II.

excitantis, præsentiam sat superque attestantur, lassitudo ulcerosa, quæ primò futuram febrem pronuntiabat, modò præsentem offendit, biliosorum enim ac tenuium humorum acrimoniam significat.

Pariter reliqua signa ab Hippocr. & Gal. proposita, nec non à Paulo, Orbasio & Aëtio recepta, nimirum lingua aspera & sicca, dejectiones liquidæ & pallidæ, ventris morfus, vigiliæ, interdum mentis alienatio. Et primò quidem lingua aspera, & sicca, ob insignem exustionem; biliosæ dejectiones & liquidæ, à calore colliquante; ventris morfus, ex confluxu acrimium humorum ad ventrem, à quibus elevati vapores ad ventriculum, inquietudinem & angorem inducunt; vigiliæ, ob vaporum acrimoniam caput petentium & exsiccantium, mentis alienatio, à raptis in cerebrum, non vaporibus solùm, sed biliosis humoribus, spiritibus agitantibus & cerebrum calefacientibus, nondum tamen inflammantibus. Respiratio est magna, celer & frequens, quia os aperientes continuo respirant, ut majori exustatione spiritus ignis levatur ipse Patiens. Pulsus celer & frequens, ob necessitatem calorem eventulandi & fulgines expellendi, prout temporum pulsatio, ex spiritu, à vehementi calore impulso atque commoto. Urina tandem flammea & lucida, utpotè ignea & biliosa, & in ardentibus perniciosis, aut nigra, aut alba; nigra ob flavam bilem superassitam, alba, & omnino cruda, dum tota bilis ad caput fertur & phrenitidem facit.

Quibus omnibus in copiosæ bilis præsentiam conspirantibus, à nobis consideratis, ardentem febrem necessario secutam vidimus, dum hoc æstivo tempore, venulæ exsiccatae à toto ad sese biliosos humores attraxerunt: sicut enim siticulosus qui spiritum æstivo tempore redditus, si liberalius aquam saltam, vel vinum purum bibat, siticulosior evadit, ita attractrix vasorum facultas acres humiditates attrahit, quæ in uno membro, erysipelas, in toto, causum faciunt. Hæc autem biliosæ humiditates sunt primò, bilis excrementitia, utpotè magis putredini obnoxia; progressu verò & alimentalis, quæ ratione ignis prius in aridioribus stipulis accenditur, mox in virgulis, & lignis, tuncque pulsus & urinae peiores evadunt. Sic de Ichoribus loquuti fuerunt Hipp. & Gal. 4. Acut. 11. de Morb. 27. & 4. Aph. 57. De humoribus verò, 4. Aph. 58. & 59. 2. de Crisib. 3. & 2. de Diff. Feb. 9. Bilis autem hujusmodi tertio quoque die accessionem non excitat, quia putrescit in venis maximis & cordi proximis, annotationem, & exacerbationem quandam præbet, licet obscurissimam tum ob ejus insignem activitatem, tum quia solet putrescere in venis; maximum consensum habentibus cum corde & faucibus, & ideo calor exurens, & sitis inextinguibilis, sunt signa ab hac febre inseparabilia, quas partes voluit esse Gal. ventriculum, hepar & pulmones.

Ardentem febrem acutissimam & perniciosissimam appellabat Gal. quæ, si exjusta intrà hebdomadam terminatur, quia adeo ingentem calorem, & symptomatum vehementiam, diutius natura tolerare non potest, quare statim aut vincit aut vincitur. Hæmorrhagia expectari potest, cum hujusmodi febrì & familiaris & salutaris esse solet, familiaris quidem, quia sicut in musto effervescente, ob spirituum copiam dirumpuntur & utres & dolia, quid mirum si in ardentibus aperiantur venæ narium? Salutaris verò adeo esse solet, ut Hippocr. dixerit, quòd

Nnn

maximè

maximè servabantur illi quibus ritè & largiter sanguis per nares erumpebat, quorum nullum vidit mortuum. Philiscus verò, Epaminondas & Silenus, quibus parum, quarto & quinto die de naribus stillavit, mortem obierunt. Gal. addit in Comm. quòd servati quoque nonnulli sunt, quibus aliæ fiebant excretiones, aut per sudorem, aut per urinam. Heraclides autem, apud Aristoclidem, ardens febre detentus, auriginosus factus, etiam ante septimam, quia has tres habuit omnes evacuationes, servatus est, sed per alvum servati fuerunt Bion, Critonis puer, & ipse Milo.

Exitialem autem, & omninò perniciosum eventum, in ardentibus pronuntiavit liberè Hippocr. ex quo mors futura à sex potioribus signis tuto prædici poterit. Et primò quidem si diebus paribus intensior febris fiat. Secundò si adsit siccitas linguæ, nec tamen æger illam persentiat. Tertio si stilla meri sanguinis appareat. Quarto si rigor ægro jam debili superveniat. Quintò si superveniat icteritia ante septimam. Sextò, extremarum partium refrigeratio.

Cùm igitur nullum horum adsit in Patiente nostro, & remedia tempestive administrantur cum ægri obtemperantia, & sedulitate assistentium, speranda salus.

Pro curanda hac febre, à nobis considerandus modus quo pereant ardente febre correpti, exsiccati namque moriuntur. Quare, indicationes sunt desumendæ, ab ipsa Febre, à Causis, & à Viribus. Et primò quidem febris validissima postulat refrigerantia. Causa, bilis nimirum, & ipsa refrigerantia quidem primò, verum & secundò evacuationia. Vires verò tertio indicant sui conservationem, alimentis refrigerantibus & humectantibus, neque sunt negligenda symptomata.

Pro explendis intentionibus, jam dictis, tria præcipua ab Antiquioribus considerantur remedia, Venæsectio. Frigidæ potio. & Balneum.

Venæsectionem in curatione ardentis febris proposuit Gal. cum Hipp. quam tamen damnat Avic. & Arabes à Græcis dissentire videntur. Verùm neque Græci in vera, legitima & exquisita ardente curanda, sanguinis missionem proponunt: sic neque Paulus, neque Trall. neque Aëtius ullam de sanguinis missione mentionem fecerunt: pariter Hipp. & Gal. hoc remedii genus omnino prætermiserunt, & ratio est quoniam dum fit à pura bile excrementitia, cum defectu sanguinis, in temperamento calido & sicco, habitu gracili, facileque resolvable, cum prægressa victus ratione calida, in regione & anni tempore calido, vires constare non possunt. At si fiat à sanguine bilioso, aut à bile sanguini mista; mittitur sanguis ad caloris ventilationem, sanguinis effervescentis moderationem, fuliginum dissolutionem, & ad calidi humoris à corde diversionem. Animos autem addit ad sanguinem mittendum, crisis, seu iudicium, per largum ex naribus sanguinis profluvium, quod ardentibus febribus familiare esse solet. Nec valet Avic. object. quod effrenetur bilis, quoniam æqualiter educitur effrenans ac effrenatum, nam in divisione misti, unaquæque pars illius divisionis constat ex omni simplici constituyente totum mistum. Unde Avic. in non exquisita sanguinis missionem admittit, dicens & non phlebotometur, fortasse enim inflammabat, in pura scilicet & exquisita, non inflammabit, in impura & non exquisita. Quantitas tamen nullo modo sit usque ad animi deliquium, licet talis evacuatio proponi videatur à

Gal. in febribus ardentissimis, intendit enim, ut Brasavolus, & cum eo omnes Professores interpretantur, per ardentissimas febres, fortissimas & vehementissimas, quales sunt synochi. Educatur itaque, habità virium & humoris peccantis, ratione, parcè tamen semper; imò, non constantibus viribus, venæsectioni substituantur cucurbitulæ, vel hirudines venis sedalibus admotæ, præsertim urgente delirio, in quo casu phœnigmi quoque applicantur.

In nostro autem casu, cùm omnes adsint ardentis puræ, legitimæ atque exquisitæ conditiones, à sanguinis missione erit omninò abstinendum, & ad frigidæ potionis considerationem deveniendum, est enim secundum principale remedium; in curatione febris ardentis, à Gal. propositum, his verbis. Nullus, cui frigidam propinavi, mortuus est, quia opportunè propinavi: neque perniciosè habentibus eam administrare unquam sum conatus. Hoc autem remedii genus satisfacere poterit Medici intentionibus, non solum curativis, quatenus æstuantem calorem febrilem contemperat & extinguit, verum etiam præservativis, quatenus bilis mordacitatem & acrimoniam moderari, demulcere, ejusdem tenuitatem incrassare, & non raro eandem per vomitum, alvum aut sudorem evacuari solet.

Cautè tamen frigida præbenda, etenim, licet adsit indicans, sæpè tamen adest prohibens. Prohibitentia autem plurima sunt, gracilitas corporis, imbecillitas caloris nativi, viscerum obstructions, tumor, vel inflammatorius vel scirrhosus, vel œdematosus; insuetudo, tempus non æstivum, & signa cruditatis, quam tamen admittit Trall. in inflammationibus erysipelaceis. Sed quoniam prævidit Gal. difficillimum fore, ut omnia dicta prohibitentia à febricitante abesse possint, & ideo egregium hoc remedii genus rarissimè usurpari posse, restrinxit ad tres conditiones. Prima est, quòd febris sit ardentissima, & est indicans. Secunda, quòd adsit totius & viscerum robur, & est permittens. Tertia quòd appareant signa coctionis, & sic non adest prohibens. Et quoniam scio multos instare, quòd si expectentur signa coctionis, tunc æger in tuto est, & ideo frustra futurum remedium, si verò non appareant, nunquam locum habebit, undè contra Gal. Aver. insurgit, pluresque adducit rationes, concludens exhibendam esse antequam ad exsiccationem ducatur, sicque moriatur æger: Hanc ob causam, Galenum explicando, dico, sufficere quòd aliqua appareant signa coctionis, quæ observantur in augmento, antequam æger exsicceatur, nec in tuto reperitur, brevissimum enim est febris ardentis principium.

Quantitas sit ita copiosa, ut potentior ipsa febre evadat, ad extinctionem fitis, quantum unico haustu haurire potest. Pateris, ad extinctionem verò febrilis caloris usque ad mutationem coloris ad plumbeum, ad lib. 6. 7. & 8. gelida autem in assuetis sit, naturalis verò frigiditatis, in desuetis.

Tempus universale sit, transacto principio, nimirum in augmento, præsumpto medicamento leniente, vel syrup. ros. solut. cum sero capt. aut flore cass. cum eodem sero, non autem purgante, quidquid dicant Averr. Trall. & Paul. Et licet Hippocr. proposuerit sorbitiones attractorias, non novit nostra lenientia, sed præterea cibum medicamento commiscendum, innuit, ad siccitatem arcendam, quod nos etiam in lenienti-

nientibus exhibendis observare tenemur, & ideo serum copiosum superbibendum præbemus. Particulare verò tempus sit, horis minoris afflictionis, recedente statu, tuncque tegatur Patientis, quiescat, & somnus imperetur ut sudor provocetur. Ac proinde in Patiente nostro, frigidis potibus assueto, cum adsint conditiones requisitæ, ad gelidam exhibendam, & aliqua signa coctionis apparere cœperint in urina, frigida propinari poterit, in præsentis exacerbationis status declinatione, jam dictis omnibus observatis, & alvo prius flore cassiæ lenita.

Quibus concedi non potest frigida potio, alia refrigerantia, & bilem ac calorem contemperantia substitui possunt. Hippocr. Causo laboranti, aquæ mulsæ coctæ & aquosæ, quantum æger voluerit præbendum jubet, imò & lac asinæ concedit, sed Gal. in Comm. serum præfert. Ægyptii utebantur aquis stillatis anguriæ, cucumeris & melonum. Trall. narrat se frequenter ardentem febrem sanasse succo peponum, & aqua copiosa superhaufta. Sennertus dat emulsionem seminum melonum, cum sero asinino. Fonsæcopiosam aquam hordei, cum drach. j. salis prunellæ. Nos, potionem ex aquis de succo cich. acet. endiv. cum syr. de succo lim. Mox pro secundo alterante, decoct. viol. lactucæ, portulacæ, hepaticæ, nymphæ, sempervivi, cum succis acidis refrigerantibus. Et licet Massariis reprobaverit acida, ut adstringentia, forsitan non cognovit quod stypticorum alia sunt crassæ substantiæ, ut pontica & austera, forba, corna & hujusmodi alia adstringentia, alia tenuioris, ut acida, succus citri, limon. acetum, vitriolata omnia, hæcque non adstringentia, sed aperientia sunt, quæ ideo potionibus refrigerantibus, imò & aperientibus immisceri possunt.

Balneum tandem, est ardentis febris tertium præcipuum remedium, ex aqua dulci, malva, violis, lactuca, nenuphare alterata, paratum; tepidum initio, pro resolutione acrum humorum, ulcerosam lassitudinem causantium: frigidum in fine administrandum, licet robustis corporibus, æstivo tempore, frigidum quoque statim & semper permittat Gal. Sed quoniam Balnei usus hisce nostris temporibus jam obsolevit, ideo in nostro casu omittatur, & capiti, cordi, jecori, renibus & testibus refrigerantia apponenda substituantur. Sic capiti applicentur lintea, aqua rosarum, violarum, lactucæ, salicis & papaveris imbuta.

Cordi, ℞. Aquæ nymphæ, viol. ros. buglossi an. unc. iv. flor. cit. unc. ij. aceti ros. succ. lim. an. unc. j. specierum cord. temp. drachm. ij. diamargarit. frigid. drachm. j. camphoræ gr. ij. m. pro epith. cordis sæpius repetendo.

Hepati, ℞. Succis depurati cich. lib. j. end. lib. f. lactucæ unc. ij. succi lim. unc. ij. aceti ros. unc. j. specier. trium sandal. drachm. ij. m. pro epith. jecoris. Renibus applicentur folia nymphæ, aqua frigida lota, vel lintea lacte madentia.

Vel ℞. Unguent. ros. Mes. infrig. Gal. an. unc. ij. m. illinantur renes, mox folia vitis, aqua lota, superponantur. Testibus applicentur lintea aqua ros. frigida, cum aceto ros. imbuta.

Dum hæc omnia sunt, frequentes sint clysteres refrigerantes & humectantes, ex decoct. malv. viol. hordei, cum oleo violac. butyro & flore cassiæ, vel ex lacte, butyro & saccharo parati. Et hæc pro febre satis.

Symptomatibus præterea occurrendum, quorum frequentiora & principaliora solent esse,

Tom. II.

sitis, vigiliæ; delirium & ventriculi angor ac æstus.

Sitis quod attinet, primò observandum præceptum Hippocraticum. Siti carentem, os claudere, tacere, ventum, cum potu, frigidum introducere, quo non sufficiente, aquæ potum & quietem addidit. Frequentes itaque sint oris collutiones aqua frigida, vel emulsione quatuor sem. frigidorum, cum aqua hordei aut cucurbitæ extracta. In ore detineat Crystallum, Achatem, vel alios lapillos, nive refrigeratos. Illinatur ventriculi regio unguent. ros. Mes.

Ad vigilias, præbeatur unc. j. syrup. de papav. Vel ℞. Sem. papav. albi drachm. ij. aq. lactucæ unc. iv. M. F. emulsio, vel Nepenth. Quere. à gr. j. ad gr. ij. Extrinsicus illinantur nares & tempora. Nep. Querc. aqua ros. vel viol. Vel, de more Rhasis, totum sinciput oleo nenuph. illinatur. Pedibus lotiones tepidæ, ab assumpto cibo, administrandæ, ex decoctione foli. lactucæ, nymphæ, vitis & salicis, nec non capitum papav. albi.

Ad delirium præcavendum, est revellendum, repellendum & refrigerandum. Revellunt pedum lotiones, aqua calente, ante cœnam, frictiones, cucurbitulæ siccæ, & urgente delirio, cruribus sinapismi, & phœnigmi coxis. Clysteres quoque quodammodo aciores, ex decoct. malv. bet. mercur. chamæm. addito syr. ros. fol. imo & elect. de succo ros.

Repellunt hæc, ℞. Ol. ros. omph. unc. ij. succi lim. unc. j. m. pro oxyrhod. frigidus apponendo & quibus caput est firmum, nec destillationibus obnoxium, capiti applicari poterit etiam linteam aqua frigida imbutam.

Ad ventriculi æstum & anxietatem, calor ad inferiora trahendus, frictionsibus, siccis cucurbitulis. Deinde sub exacerbationis tempore.

℞. Aqu. Torzon. tot. cit. succi granat. an. unc. ij. Margarit. præparat. drachm. j. m. & per os cochleari præbeantur. Sed potio frigida sat esse solet.

Extrinsicus ventriculus illinatur ol. ros. vel succo portul. aut agrestæ, ut Trall. à quo proposita vesica, gelida aqua semiplena, est reprobanda, ne difficultas spirandi, singultus & interitus accidant, ut observavit Benivenius.

Victus rationem quod attinet, decumbat æger in lecto amplo & molli, cum linteis nitidis. Aër cubiculi frigidus sit & arte refrigeretur, tectus tamen maneat æger, adeo ut tangat calidum, & inspiret frigidum. Victus sit refrigerans & humectans; tenuis; quia morbus peracutus est, non tamen tenuissimus, hac recordatione, quod Gal. contra Diatriarios, in juvene calido & sicco, in accessione, cibum præbere coactus fuit. Unde & Rhasis non probat in Causonide victus rationem ab Hipp. in acutis præscriptam, nimis enim calor febrilis accenderetur, qua ratione etiam sani, calidi & sicci, ex inedia febricitant. Sic parum & sæpe, potiones & sorditiones, suo tempore, actu & potentia frigida offerendæ, opportunè scil. & propè declinationem, etenim Philonis Filia, septima die in tempestivè cœnata, defuncta est, licet è naribus sanguis proflexerit, cum tamen Gal. in Com. asserat quod omnes, quibus copiosè sanguis è naribus proflexerat, servati fuerint. Potus sit aqua stillatitia cich. end. acet. & cucurb. Nec potus adeo denegandus, ne miser Patientis ducatur in hecticam, ut notat Gal. contra Medicos ignaros, & perperam rigidos. Somnus

Nnn 2

omni

omni industria procurandus; ita & quies. Alvus clysteribus ex lacte, butyro, & saccharo, vel flore calif. sollicitanda, & animi commotiones, ira præsertim, arceantur. Hæcque sint dicta pro salute Patientis, *Item ibidem.*

Ardens Spuria

Vir quinquagenarius, temperamentum totius & jecoris, calidi & sicci, gracilis habitus & vorax, cui juveni alvus lubrica fuit, nunc verò exsiccata, est, diebus bacchanalibus, lautissimis, cum juvenibus, coenis interfuit, & noctes infomnes duxit, à quibus ingenti febre correptus fuit, cum ingenti & aceri, at non exurenti calore, siquæ molesta, cui, cum tribus antè aut quatuor diebus, alvus omnino adstricta fuisset, prima febris die soluta est, & excrementa, non biliosa, sed potius corrupta & cruda dejecit, lingua tamen non nigra, sed potius albicans, cum sapore non amaro, sed salso, & statim cum delatione in somnum, pulsus celer quidem & frequens, at non adeo ut in ardente legitima, sicut urinæ crassæ sunt & crudæ, non flammæ. Modò, tertia volvitur dies sine nova repetita accessione, die secunda à Medico assistente flor. calif. cum crem. tart. exhibuo. In præsens de agendis pro salute consulit.

Febris hæc, quæ nudius tertius invalit, absque ulla repetita accessione, cum ingenti calore, & siti molesta, necessario inter conclusas & continentas collocanda venit, nec ob ætatem, temperamentum, habitum Patientis, inter sanguineas & synochos, sed potius inter biliosas enumeranda videtur, præsertim, si calorem insignem & acrem, siquæ molesta, ac pulsus celeritatem & frequentiam consideremus, sicque Causonidem, & ardentem eandem constituemus. Verùm quoniam neque calor adeo exurens, neque sitis adeo magna, nec lingua adeo aspera & nigra, imò albicans observatur, neque urinæ alvique excrementa biliosa apparent, & loco vigilie, delatio in somnum, ideo ardentem notham & spuriam hanc omnimò dicemus. Et licet Hippocr. in descriptione Causi nothi, posuerit alvum solutam, sitim magnam, linguam asperam, siccam, salisam, urinæ interceptionem, vigiliam, excrementorum refrigerationem, ipse tamen descripsit Causum malignum, non enim perpetuò nothus est talis Causus, nec tamen posuit linguam nigram, quippe cui non competat, ut ardentem legitime, sitis magna & inextinguibilis.

Hunc autem nobis confirmant ætas inclinans & vita antea, voracitatibus dedita, cum spontaneis vigiliis, ad crudos & pituitosos humores coacervandos maxime idonea, unde dicebat Hippocrat. febrem ardentem pituitosos quoque corripere, & hyeme magis, hoc est, vehementius, non autem frequentius, ardentem febrem fieri asseruit Aristot. nec sine ratione, cum spuria ardentem sint germanis periculosiores, ut observavit Tral. At quoniam, Patientis temperamentum totius & jecoris, calidum & siccum, habitusque gracilis est, ideo in eodem quoque bilis aëtare proventus est supponendus, quæ fuscæ pituitæ associata, salisam eandem reddidit, & in venis maxime, cum corde & faucibus consensum habentibus, copiosa firmata, nec ut antecedentibus annis, per alvum excreta, putredinem concepit, majorem falsedinem acquisivit, ac febrem ardentem notham excita-

vit. Quibus enim juvenibus alvus humecta est, iis senescentibus exsiccatur. Spuria autem est, ratione materiæ, non ratione loci, sit enim & causus iste nothus, ex phlegmate falso, putrefacto, & quidem in venis, quæ sequuntur partes cordis, ut Avic. verbis utar.

Febris hæc notha, legitimam ardentem periculosior à Tral. censetur, eoque magis si in senes fiat, tunc enim lethalis habetur, & ratio est, quoniam cum à materia crassiori procedat, naturæ viribus eget, tum ad concoctionem, tum ad expulsionem ejusdem perficiendam, quæ ut plurimum & ferè semper, per abscessum sequi solet ad aures, ut Antiphoni, Critobuli filio, cui 24. abscessus fiebant, & 40. profusus liberatus est. Aliquando tamen & ad crura, aliasve corporis partes abscessus fiunt; unde & Averr. ab ardente febre fuit liberatus, materia noxia ad artus transmissa, frequentissimè tamen per parotidas judicantur, quæ si apparuerint, & non erumpant suppuratæ, pereunt, nisi horum alterum superveniat, aut sanguinis fluxus copiosus è naribus, aut crassa & copiosa in urinæ subsidentia. Noster autem Patientis, cum non sit adeo senex, viribus valeat, & tempestivè se ipsum obsequentem Medico præbeat, fore ut sanitati restituatur sperandum est.

Curatur autem ab Avic. eo modo quo tertiana continua notha, evacuantibus, præparantibus, & modicè contemperantibus.

Ad sanguinis missionem quod attinet, convenire non videtur, nisi multo sanguine æger abundaret, tuncque parè, & potius ad eventilationem quàm ad evacuationem. In casu nostro, si in progressu caput lædatur, & somnus profundior evadat, venæ sedales aperiri poterunt, nec tamen id differendum quousque natura deponere inceperit, narrat enim Rhafis quòd Causo correptus, expulso humore ad partes extremas, judicatus, facta phlebotomia intempestiva, mortuus est.

Evacuantia quod spectat, cum leniens jam fuerit exhibitum, ad humorum præparationem erit statim deveniendum iis quæ attenuandi, detergendi, at non multum calefaciendi facultatem obtineant. Paulus, & Oribasius mulsam proponunt, imò & Hippocr. quæ ut vim quoque acquirat incidendi, acetosa reddetur, addendo duodecimam partem aceti, præberique poterit ab lib. j. vel julapium acet. cum decoct. borrag. end. melissæ & betonicæ.

Ad caloris verò remissionem, quoniam potio frigida huic ardenti non competit, utpote nothæ, ideo substitui poterit aqua hordei cum saccharo, ut quæ & attemperandi, & abstergendi facultatem obtineat, sic pariter sua nitrositate serum asinum, aut capr. depur. quod facilius ad alvum ducetur addito julap. acet. ad unc. iij, sicut, si ad urinæ vias natura vergere videatur, emuls. sem. melon. cum succ. limonum & pauxillo saccharo. Vel talis parabitur convenientissima potio,

℞. Sem. mel. mundat. unc. iv. anguriæ, cucurbitæ, cucum. an. unc. i. liquiritiæ rasæ unc. f. femin. foeniculi drachm. iij. sacchari fini unc. j. m. conterantur omnia in mortario, & aqua rosacea irrorata in linteis colligentur, & cum aqua hordei lib. ij. fiat emuls. quæ bibenda præbeat, sitim enim extinguit, calorem febrilem satis contemperat, & urinam provocat.

Interim clysteres injiciantur, ex decoct. malv. betæ, mercurial. addito melle ros. sol. & oleis. Vel repetatur minorans, ex calif. lenit. & tart. vel

vel ex syrup. ros. solut. mel. ros. solut. quibus superbibat Patiens ser. depur. lib. ij.

Et apparentibus manifestis signis coctionis, nimirum febre declinante, aliquod leve purgans exhiberi poterit, audacius quam in legitima, & in hac potissimum existimarem Hippocr. proposuisse sorbitiones attractorias, ita ut attrahenti pharmaco sorbitiones misceamus, vel statim post medicamentum eas præbeamus, ad calefactionem nimiam & exsiccationem evitandam. Itaque sic parari poterit potio,

℞. Pot. Magist. ex manna clarif. unc. v. addendo infusioni consuetæ agaric. troch. drach. ij. Rhab. opt. drach. s. fiat potio, tribus autem horis ab hac assumpta, præbeantur aquæ hordei, aut feri capri lib. ij. & duabus horis ab assumpto sero prandeat.

Vel boli, ℞. Flor. cass. recent. extr. elect. lenit. diacath. an. drach. iij. pil. de tribus, vel de agaric. drachm. j. M. F. Bol. & post horam præbeatur serum, quatuor verò ab hoc, prandeat.

Balneum, pro tertio remedio febris ardentis, jam fuit ab Hipp. Gal. Avic. ac omnibus Medicinæ Principibus propositum, utpotè, quod possit calorem temperare, & humorum coctionem, simulque resolutionem adjuvare. Sed in ardenti spuria, dubium est, an conveniat necnè, & dubitandi occasionem præbent Gal. & Avic. non concordantes. Gal. enim ait, quòd Balneum, corpore evacuato, prodest, si à bile, non adeò, si à salsa pituita putrefacta oriatur febris ardens, cui subscripsit & Paul. Avic. verò docet, Balneum in ardente notha utilius esse quam in exquisita. Concoquantur autem dicendo, quòd finis & effectus Balnei duplex est, alter ad ardorem temperandum & compescendam bilis effervescentiam, alter verò ad reliquias humorum discutiendas & evacuandas. Pro prima intentione, convenit in ardente exquisita, non solum apparentibus signis coctionis, verum & antè, tuncque convenit frigidum; in ardente verò notha, convenit calidum, ut quod possit salam pituitam, quæ difficilioris est resolutionis, attenuare atque resolvere, in quem finem Avic. Balneum in ardente notha commendat, sed calidum, Gal. verò & Paulus damnant, sed frigidum. At quoniam balneum in febribus putridis apud nos administrari non solet, idèd ejus loco, in hac febre notha frictiones univertales quotidie, in remissione febris, usurpentur, manibus tali oleo munctis.

℞. Olei amygdal. dulc. cum igne ext. unc. ij. vini albi dulcis unc. j. niri drachm. j. m. bull. ad consumpt. vini pro frictione totius.

Victus rationem quod attinet, cum ardens notha adeo acuta non sit, neque victum adeo tenuem postulat, licèt magis extenuantem, si diuturna evadat. Et hæc pro salute nostri Patientis considerata sufficiant, *Idem ibidem.*

Tertiana Exquisita.

Nobilis juvenis, 30. annum agens, temperamenti calidi & sicci, gracilis, & rari habitus, libere vivens, biliosis diarrhœis quolibet mense obnoxius, quæ sex abhinc mensibus suppressæ cessarunt, post iter unius diei, celeriter festivo tempore, sub radiis solaribus peractum, subundus factus, domum reversus, ita æstuans in cellam vinariam descendit, & abunde vinum dulce generosum potavit, à quo, nocte sequenti, inquietus, nihil dormivit, & totius

Tow. 11.

corporis lassitudine defessus, decubuit, circa verò meridiem impetuoso rigore fuit correptus per horam, cui calor successit multus, acris & mordax, cum molestissima siti, oris amaritudine, æstuationibus, renum & capitis doloribus. Accertitus Medicus jam dicta omnia observavit, & præterea, pulvis magnos, celeres, frequentes & inæquales, juxta diastolem, urinam subrufam & subflavam, moderatè crassam. Præscripsit autem ei alterans, ex sero capri depur. in statu febris propinando, & recessit mox, hora 24. ad visitationem reversus, invenit Patientem totum mutatum, cum exigua febris residuo post quatuor biliosas spontaneas per alvum evacuationes, cui pituitam, cum ovo forbili, pro coena, hora tertia noctis, præbendam præcepit, & abiit. Nocte autem sequenti quietè dormivit, sequentem diem omninò sine febre transegit, sumpsit tamen syr. ros. solut. cum sero depur. cui copiosæ, biliosæ, & serosæ materiæ successit evacuatio, indè noctem sequentem insomnem duxit, & die tertio, duabus horis antè meridiem, rediit febris, eodem, imò vehementiori modo, tuncque quoque accersiverunt, ut de agendis pro salute acri consuleremus.

Vehementissimam apparere febrem tertianam, quid mirum? si de genere ardentium esse, licèt intermittentem, expressit Gal. Tertiana autem dicenda febris hæc, quia tertio quoque die invadit, hæcque exquisita, quia non protrahitur ultra duodecimam horam, si cur spuria foret si ultra 21. extenderetur, tuncque protensa, sive extensa dicitur, prout quæ intra 12. & 24. horam concluditur, simplex tertiana à Gal. appellatur, quæ quidem, neque exquisita, neque notha est, sed inter utramque media. Fit autem hæc febris, à flava bile per totum corpus affluente, quæ sincera est, non quidem sinceritate permissionis, talis enim in solo folliculo fellis reperitur, sed sinceritate qualitatis, etenim ubi adeit copia bilis putrescentis, & plurimus calor, reliqua excrementa in bilis naturam convertuntur, cum in illo loco biliosa vis adeò vigeat, ut si quidpiam alterius humoris ei misceatur, pro nihilo habeatur, sicque purus atque sincerus dicatur, prout si vini exiguo & meraco aliqua portio aquæ superfundatur, adhuc tamen vini puri conditiones, quoad colorem, saporem atque odorem servabit, quia aquæ portio jam in vini naturam transit. Et idèd, toto tempore quo tertianæ accessio durat, febris ardentis symptomata observantur, qua ratione omnium febrium maximè biliosas Galenus appellabat tertianas, imò biliosissimas, ab ardentibus enim in eo tantum differunt quòd ardens habet flavam bilem ebullientem in venis, tertiana verò eandem in totum corpus discurrentem, sicque non ratione materiæ, sed solum ratione loci differt hæc nostra febris tertianæ exquisita ab ardente. Focus autem putredinis, in casu nostro, sunt inania spatia viscerum naturalium, quem nobis demonstrat copiosæ bilis flavæ per alvum spontanea excretio. Non tamen semper bilis in hoc loco putrescit, in exquisita tertiana, ut falso credidit Fernellius, nec in solo ambitu corporis, ut perperam existimavit Altimarus, sed in utroque, ut facilè deducere possemus ex locis duobus, per quæ natura bilem flavam peccantem excernit, alvum nimirum & vomitum, vel per sudorem. Et propterea non minus in ambitu corporis, quam circa viscera naturalia, bilem in exquisita tertiana putrescere posse

Nnn 3

posse

posse censuit Galenus; & ipse, dum non à jecore, ut Fernelius, sed à venis majoribus ad minimas, & à minimis ad spatia aut totius corporis, aut abdominis, bilis exuberans à natura transmittitur, quo impetu quoniam à bile ipsa vellicantur partes sentientes, ideo rigores excitantur.

Exquisite autem tertianæ signa elegantissimè proponuntur à Gal. quæ octo enumerata, omnia observantur in nostro Patiente. Et primum quidem, rigor vehemens, veluti à re quapiam acuta & pungente proveniens, ad differentiam rigoris tertianæ nothæ, quotidianæ, atque quartanæ in quibus rigor, ab initio, nec tantus, nec talis observatur: concurrunt enim omnia in hac febre, quæ ad vehementem & magnum rigorem puncturium statim exercitandum, necessaria sunt, nimirum quantitas bilis sufficiens, qualitas acris ejusdem, facultas movens robusta, & partium sensibilitas.

Secundum signum desumitur à calore, qui statim multus, acris & mordax percipitur, adeò ut à calore ardentium non distinguatur, paulò post tamen sub manu remittitur, cum in ardentibus, quantò diutius manus imposita detinetur, tantò molestior & acutior percipitur, idque quoniam in tertiana humor quidem tenuis est, sed per universum corpus dispersus, & ideo facile dissipatur atque resolvitur, in ardentibus verò non dissipatur, cum copiosus intra vasa contineatur.

Tertium signum desumitur à pulsu, est enim magnum, celer, frequens, ingentis caloris indicium, sicut inæqualis, inæqualitate spectante cordis ventilationem, nam inspiratio, quæ diastole fit, systole & expiratione longior.

Quartum signum est ab urina, quæ subrufa, subflava moderatèque crassa est, bilis copia in venoso genere redundare significans.

Quintum signum desumitur ab accessionibus, accessiones enim fiunt de tertio in tertium, nec protrahuntur ultra duodecim horas, quanquam citius terminari possunt, unde Avic. septem horis id fieri posse asseveravit. Varietas autem durationis, pendet ab humoris quantitate & qualitate, facultatis robore, aut imbecillitate, curis raritate vel densitate, & ab aliis causis externis.

Sextum signum dependet à modo solutionis paroxysmorum, solvuntur enim cum sudore, vomitu aut bilis per inferiora evacuatione. Per vomitum quidem & alvum, si bilis circa viscera naturalia putrescat, per sudorem verò, si in ambitu corporis, unde Avic. dicebat quòd vomitus in principio, aut aufert, aut miatit febrem, & Gal. quòd morbi materiales, qui humidi sunt, hoc est, habent evacuationem annexam, salubriores ac breviores evadunt.

Septimum signum desumitur à symptomatibus, hanc febrem concomitantibus, suntque sitis, oris amaritudo, aestuationes, renum dolores, dolorque capitis pungitivus, non gravativus: quæ omnia ab humore bilioso necessariò provenire nemo est qui facile non videat.

Octavum signum constituitur à prægressis, quæ interna & externa sunt. Interna, temperamentum calidum & siccum, habitus gracilis, ætas juvenilis, & suppressa bilis consueta, ut in casu nostro, evacuatio. Externa verò sunt, anni tempus æstivum, nimia exercitia potissimum, ut in casu nostro, sub radiis solaribus, & inde statim viæ meracioris copiosa potatio, ac tandem, totius obstructio ab ambiente frigi-

do in cella vinaria contracta. Sicut autem omnia superius allata signa in nostro Patiente tertianam exquisitam significant, ita omnia, ab octavo signo deducta, bilis flavæ redundantiam necessariò demonstrant, quæ tandem naturæ molesta, à genere venoso successit, & facilius ad centrum, nimirum ad viscera naturalia, quàm ad circumferentiam & ambitum corporis delata fuit, tum quia ad alvum jam antea eandem deponere consueverat ipsa natura, tum quia ab ambiente frigido repellente, unà cum excrementis retrocedentibus, vias occludente atque intercipiente, bilis ad centrum repulsa fuit, & circa viscera concitato motu discurrens, rigorem, & inde quiescens atque putrescens, febrem hanc excitavit.

Si de eventu hujus febris loquamur, nunquam de se lethalis est, idque confirmat cum Hipp. Gal. dicens. Solæ febres, quæ in quietem febre vacantem desinunt, periculo vacant, etiam si vehementissimam, & valde longam habuerint accessionem; si verò adeò brevis fuerit, ut in tertianis exquisitis, minori duodenis horis tempore circumscripta, non modò sine periculo talis est febris, sed etiam citò judicatur. Neque obstat, quòd sincerus humor sit periculosus, & pessimus, quia biliosus multam caliditatem, pituitosus multam frigiditatem significant, id enim tenet de bile sincera, cujus humiditas ab ardenti calore fuerit exusta, ut in ardentibus, non autem in tertianis. Longam, aut lethalem vocavit Hipp. si vel non curetur, aut malè curetur.

At quoniam magni Viri, Collierius & Mercatus, tertianas intermittentes lethales viderunt, quinque proponunt casus, in quibus lethalis reddi potest. Primus, quando biliosus humor ad aliquod principale membrum impetuose decumbit. Secundus quando nimis tenuis & summe putridus est. Tertius, quando bilis flava non est, sed vitellina, porracea & æruginosa. Quartus quando tenuis crassis humoribus commiscetur. Quintus, quando habet aliquod symptoma perniciosum annexum.

Si de longitudine aut brevitate loquamur, & primò de tempore particulari. Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie solvuntur, ita & tertiana. De universali, tertiana brevissima, quartana longissima, utraque sine periculo, unde tertiana exquisita septenis circuitibus, quod longissimum est, terminatur, ait, quod longissimum, namque si prima die, in urinis appareat subsidentia alba, levis & æqualis, tertium circuitum non transcendit, si verò nubecula alba, pendens, ut in casu nostro, conspiciatur, in quarto paroxysmo terminandam sperandum, sicut, si urina potius rubicundior, sine nebula & suspenso, ad septimum usque protraheretur. Nec tamen unquam est morbus acutus, quia brevis, ut falso Altimarus fuit opinatus; acutus enim morbus, cum Gal. & Archigene, ille est, qui habet cum brevitate periculum.

Si de modo, Tertiana & ardens, ut plurimum sudoribus terminari solent, maximè verò si bilis, totius carnes & ambitum corporis occupaverit, ut si circa viscera naturalia extiterit, facilius per vomitum aut per alvum expurgabitur, namque, delationis impetu, ipsa bilis per seipsam expurgatur.

Curatur hæc febris, alterantibus potius quàm evacuantibus, nimirum summè refrigerantibus & humectantibus, cum flava bilis calidissima & siccissima.

siccissima sit. Secundò, evacuantibus. At quoniam, ut diximus, delationis impetu ipsa per seipsam expurgari solet, ideo attente observandum quò vergat, an per vomitum, alvum, sudorem, urinam expurgari desideret. Tertio symptomatibus occurrendum. Quarto vires conservandæ. Quæ intentiones ut executioni mandentur, consideranda sunt remedia Chirurgica, Pharmaceutica & Diætica.

Et in Chirurgico fonte, primò sanguinis missio consideranda venit, num scilicet conveniat, quando, & ex qua parte. De convenientia, dicant quid velint Mercatus, Mercurialis cum Actuarius, ex usu esse posse, auctoritates enim & rationes eam non admittendam persuadent. Et primò quidem Gal. in erysipelate curando sanguinis missionem dimittit, & purgationem instituit, ita in herpete, & quòd magis est, in curatione tertianæ exquisitæ, omisit omnino sanguinis missionem, cum tamen in cura tertianæ nothæ, & quartanæ, eandem proposuerit. Et licet Gal. sanguinis missionem non admisisset, dicant, eò quòd non sit morbus magnus, vel quia non sit periculosus, vel quia in exquisita tertiana vires constare non possint, ratio tamen potissima est, quia sanguinis missione exquisita tertiana in continuam, imò in ardentem migrare posset. Ardens enim, & exquisita tertiana intermittens, conveniunt in materia, differunt tantùm loco. Quòd si in tertiana exquisita sanguinem detrahimus, exinanitis venis, eadem bilem à toto ad se attrahere poterunt, & febrem continuam, imò ardentem excitare: etenim, nullo alio modo sit febris ardens, nisi, quando æstivo tempore venæ exsiccate ad se biliosos humores attraxerint: hæc autem venarum exinanitio & exsiccatio, sanguinis missione facillimè induci potest, in corpore exquisita tertiana laborante: cujus temperamentum, habitus corporis, ætas, anni tempus, regio, sunt omnes conditiones exinanientes; ideo bilis per universum dispersa facillimè à venis exinanitis attrahi poterit. Excusari verò possunt Actuarius, Mercatus atque Mercurialis: eò quòd sanguinem esse educendum proposuerint in tertiana, ab exquisita recedente. At quomodo defendi possit Avic. non video, qui, & circa quid, & circa quando, omnino errasse videtur, dum ait; phlebotomiam post tertiam accessionem exercendam esse: primò enim non convenit, & si conveniret, in principiis morborum, si quid videtur movendum, move; quando consistunt, melius est quiescere, neque concoctiones turbare. Sed status exquisitæ tertianæ est circa tertiam accessionem. Ergo &c. Quare, in casu nostro, cum omnes adsint exquisitæ tertianæ conditiones, omnino à sanguinis missione erit abstinendum. Et quoniam rarò omnes simul ununtur, adeò ut exquisitam tertianam constituere omnino possint: ideo quanto magis ab exquisita recedat, tantò minus prohibetur sanguiniseductio, maximè ex venis sedalibus, in doloribus capitis & renum, ut fiat à capite revulsio, & à renibus, per venam cavam derivatio. Vel, applicitis cucurbitulis incisis, dum in ambitu corporis putrescit bilis: vel siccis, dum ab ambiente frigido cutis densata fuerit: quo casu & frictiones, ut in agro nostro, toti convenientes erunt. Ita, ex hoc fonte, pedum lotiones à capite revellent, ex aqua calente, ante cibum: somnum verò concilians, à cœna, ex aqua tepente, malva, viola, lactuca, salice & capisibus papaveris alterata.

A Pharmaceutico præcipua desumenda remedia, in quorum administratione, mirum quo modo Mercatus & Sennertus adeò male senserint. Statim itaque à nobis erit consideranda facilitas materiæ educendæ, naturæque inclinatio: etenim, si materia circa viscera naturalia putrescit per vomitum, aut per alvum: si in ambitu corporis, per sudorem est educenda: ideo aptissimè Vir Excellentissimus, præ omnibus, alvum leniens exhibuit. Per vomitum autem nunquam est educenda materia, adeò mordax, ob oris ventriculi sensum exquisitum: nisi quando natura eò vergat, ut nimium celerius è ventriculo educatur: & tunc utendum aqua tepida, ut Tral. vel paretur vomitorium epicerasiticum, ex jure pullæ malva alterato: additis oleo amygd. & julap. acet. omisis antimonialibus & valentioribus vomitoriis à Chymicis propositis, atque à Sennerto admisis. Per alvum autem tutior evadet humoris peccantis excretio. Et licet Hippocr. pharmacum deorsum purgans exhibendum proponat, tertiam solum transacta accessione, cui subscribit quoque Celsus; eo tamen utebantur magni isti Viri, aliqua tantum coctione prægressa; cum nostra lenientia & minorantia non cognoscerent, quibus & in principio nunquam copiam biliosorum humorum, cum tenuis sint, & ad expurgationem paratissimi, mira cum utilitate educimus. Nec tamen ob id purgans ab initio exhibendum; ut perperam Rhazis, quem carpit Avic. Et licet tenues humores purganti medicamento educi posse asserere videatur Gal. intelligit tamen tenues, serofos & aquosos; imò & nos, neque post tertiam accessionem, exhibere purgans audent, nisi appareant manifesta signa coctionis; tuncque rhab. infusum usurpamus, cum syrup. rosar. solut. superhausto sero capr. aut aqua hordeacea, ad libras.

Tutius autem fuerit, in nostro casu, minorativum repetere, & quidem die intermissionis, non verò accessionis; ne afflictio addatur; ut quidam perperam, exempli Hippocr. in quartanæ curatione, purgans, duabus horis ante accessionem, præscribens; id enim fecit ob humoris peccantis pertinaciam; quia facilius educitur dum à natura movetur; quæ pertinacia in tertiana exquisita non reperitur.

Interim, præparandi humores, refrigerantibus & humectantibus, decoct. cichor. acet. end. viol. lactucæ, nenuph. cum julap. viol. rosac. & syr. de acido citri; vel, quòd melius, cum succis depuratis acetosæ, & end. dulcia namque & saccharata, in hac biliosissima febre, suspecta censenda. Præbeatur autem matutinis horis diei intermissionis; in die verò afflictionis, sicut frigida potio conceditur ab Hipp. ita nos hujusmodi alterantia propinare poterimus.

℞. Aq. still. ex succo cich. acet. end. cucurbitæ an lib. i. syr. de acido cit. de succo lim. an. unc. j. m.

Vel ℞. feri capr. aut asin. depur. lib. ij. Julap. acet. syrup. de acido citri an. unc. j. m. pro potu, in itatu febris, quando scilicet extrema fuerint æque ac præcordia calida; propinando; tribus verò transactis horis ab hac frigida assumpta potione, sorbitio, nimirum jus cichorac. alteratum, erit offerenda; nec perperam, contra Hippocr. mentem, ut multi faciunt, sorbitio potu præferenda.

Dum biliosi humores refrigerantibus & humectantibus alterantur atque præparantur, cly-

steribus ex lacte, butyro, saccharo & flore cassie, frequenter sunt alliciendi. Die verò accessionis, cum Petro Salio, sub ejus principium acrior injiciatur; addendo syrup. ros. solut. imò & elect. de succo rosarum.

Apparentibus signis coctionis, absinthium, pro rhab. cum melicrato proponit Gal. utpote quòd ad inferiora biliosos propellat humores, & ventriculum à morfu egregiè defendat. Et licet Tral. asserat se uti absinthio tantum in nothis tertianis, ob pituitæ misturam; hic tamen Gal. semper adeo impugnat, ut sepe veritatem non cognoscat; qui certè in hac re se ignarum demonstrat; absinthium enim bilem contentam expurgat, quæ etiã stomacho & ventri inhæret. Pariter, de urinamoventibus carpit Gal. eò quòd anethum proposuerit, ut minus calefaciens: cum in secundo gradu calidum & siccum sit; permittit verò apium, calidum & siccum in tertio. Non desunt autem, si opus fuerit, urinamoventia temperata; ut aqua hordei, cui, media ebullitione, addatur radix graminis, & sub finem, semina melonum mundata & contusa; colaturæ verò, addendo succi limonum ad libitum. In nostro verò Patiente facilè locum non habebunt; sicut neque sudorifica; quæ verò bilioso humore in ambitu corporis putrescente, administrantur, temperata esse debent, neque calefaciendi, neque humores liquandi vi prædita.

Ut ℞. Cornu cervi philosoph. drachm. j. Aq. Card. sanct. unc. v. m. & exhibeatur; à quo statim præbeatur potio hujusmodi;

℞. Aq. acet. lib. j. scorzon. unc. iij. m. & cooperiatur æger, sed moderatè. Fernelius enim vidit aliquos vestibibus multis, siti & sudoribus extinctos.

Vel. ℞. Aq. acet. unc. x. card. sanct. scorzon. an. unc. iii. spirit. vitrioli gut. v. m. pro sudorifico.

Extrinsicus Antiqui ad biliosum humorem, atque febrilem calorem contemperandum, Balneo utebantur; nos autem, Balnei vice, epith. apponimus & inunctiones.

Sic pro hepate, ℞. Succu depur. cich. end. an. lib. i. succi lim. unc. iii. aceti ros. unc. iij. specier. trium sandal. unc. l. m. pro epith.

Pro renibus, ℞. Ung. ros. Mes. unc. ij. infrig. Gal. unc. j. camphoræ gr. v. m.

Pro toto abdomine, ℞. Decoct. cich. end. hordei lib. vi. succi aurantiorum lib. i. m. & linteum madefactum tepidum abdomini applicetur.

Symptomata, quæ urgeant, non habemus in casu nostro, excepta siti, & quodam angore. Pro siti itaque sedanda, folia acetosæ, aqua gelida refrigerata, ore detenta in usu esse poterunt, sicut pruna parva, rotunda, recentia (vulgò amoli dicta) decorticata, aqua gelida imbuta, & in ore diu cum suo nucleo detenta, mirificè sitim sedant, & id genus alia Excellentissimi Viri prudentiæ notissima. Ad angores autem arcendos, panem lotum, frigida agrestia aspersum, offerebat ante accessionem Amatus. Tralliani verò experimentum temerarium quodammodo mihi videtur; qui, hora una ante accessiones pepones impensè refrigeratos comedendos offerebat; mox statim aquam frigidam copiosam propinabat; atque se frequenter accessionem præcavisse, dum aliis sudor, aliis copiosa bilis per alvum fuit excreta.

Victus rationem quod attinet, refrigerans & humectans esse debet. Aër frigidus arte paratur, ut inspiret frigidum, & tangat calidum,

Cibi sint cucurbitæ; lactuca, ptisanæ; pisces saxatiles; volatiliu caro tenerrima, cerebra animalium, ova recentia: solam autem ptisanam, usque ad statum, non valdè deliciolis proponit Gal. Cibandi tempus, apud veteres erat dies intermissionis. Apud Avic. novem horis ante accessionem. Apud nos, potissimum in hoc Patientente, facilè resolubili, hocque anni tempore æstivo, quatuor horis ante febris insultum; ut à cibi præsentia etiã bili fortè ascendenti iter intercipiatur. Potus sit aqua still. cich. aut acet. cum succo ribes, granatorum, citri, limonum. Apparente coctione vinum concedit Gal. tenue, aquosum & paucum. Album autem acerbum magis refrigerare quàm aquam solam asseruit idem, & confirmat Aëtius; æquè namque refrigerat; sed ad refrigerandas omnes corporis partes, magis quàm aqua sola permeare atque penetrare valet. Ex methodo autem, in principio accessionis, nec cibus, nec potus ullus est offerendus; nisi vires Patienti deficient, aut angor corripit; tunc enim, etiã in principio cibum offerebat Gal. Ptisana autem tunc concedenda, vel panis agrestis, aut vino granatorum imbutus. Hæcque pro curanda hac febre, dicta satis superque. *Idem Ibidem.*

Tertiana Notha.

Adolescens quidam dives, 20. annum agens, temperamenti totius calidi & humidu, frigidioris ventriculi, & hepatis plus æquo calidioris; carnosu & obesi habitus, coloris potius albicans, in deliciis educatus, æstivo tempore proximè præterito, de more, gelidis computationibus vini meracioris, & aquarum odoratarum, ac frequentibus comestationibus usus, otio omninò indulgens, febre tertiana correptus fuit, septenis circuitibus judicata. Sed quoniam febricitationis tempore, & aquæ frigidæ, & feri copiam, non solum Medici jussu, sed multò majorem clandestino potavit, pondus in utroque, sed præcipuè in dextero hypochondrio, à convalescentia emerit, cum manifesta tangentis tensione; quæ consuetà prava vivendi ratione semper augmentum suscepit; & tandem, cum hoc anni tempore autumnali, ambiente licèt refrigerato, exutus vestibibus incederet, languente interim cibi appetentia, noctem insomnem ac inquietam duxit, & in aurora, spontaneo, sed difficili excitato vomitu, pauca pituitosa rejecit; ac tertia posthora perfrigeratus, horrore diurno correptus fuit, cui paulatim successit calor, non adeo acris & mordax, satis moderata sitis; nec pulsus adeo vehemens, potiusque tardus & rarus ac inæqualis, plenus, cum quadam tamen durtie, digito tangenti obvia. Urina cruda, & tenuis. Hæc febrilis accessio totà sequenti nocte perduravit, qua tamen seger utcumque dormitavit. Mane sequenti accersitus, jam dicta omnia ab Excellentiss. Viro adstanti accepi, & simul visitantes Patientem, eum invenimus febricitantem adhuc, cum insigni tamen declinatione, toto corpore madentem; sic ante nostrum discessum, cibum circa meridiem offerendum jussimus, mox hora 22. ad visitationem reversi, illum fere profus febre vacantem, post sudorem in somno, à prandio secutum, invenimus. Præmissis clystere communi, addito mel. ros. solut. cœnam instituimus. Subsequentem noctem insomnem transe-

transegit; & mane sequenti, eadem hora, eodemque modo febricitavit. Nos autem accedentes, patientem ægrè vomentem invenimus, cui vomitorium ex jure, seminibus citri & oxymelite paratum obtulimus, quo viscidam pituitam & crudam excretam vidimus, cum quodam, sub finem vomitus, amarore. Inde ad aliud cubiculum adducti, consilium pro salute infrascripti tenoris inivimus.

Febrem hanc Typus, qui jam tertianarius fuit observatus, tertianam esse nobis apertè demonstrat; & quoniam accessiones habet, non solum ultra 12. horas perdurantes, verum usque ad 30. horam protractas, ideo non solum simpliciter notham, verum & extensam, sive protensam jure merito eandem appellabimus; quò enim longior est accessio, eò febris impurior, & exquisitè tertianæ magis contraria; & ideo dicebat Gal. dari febres intermedias, ex extremis constitutas, adeò ut exquisitè tertianæ accessio, intra 12. horam terminetur; quòd si ad 18. extendatur, tertiana notha simpliciter appellatur; si ultra, semper dicitur extensa, sed si extensio producat ad 24. horam, dicitur simpliciter extensa; si ad 30. partim extensa; si ad 36. multum extensa; si ad 40. horam, & ultra, dicitur plurimum extensa. Hanc igitur nos propriè Tertianam exquisitè notham, sed partim extensam appellabimus.

Notha autem redditur hæc tertiana à permissione, & unione perfecta pituitæ cum bile ipsa; si enim fieret sola superadditio, non una tantum, sed plures suborirentur febres; in hac verò missione prædominatur bilis, ratione activitatis; sicut pituita, ratione molis; cum febris usque ad 40. horam protrahatur. Et licet aliquando in hujusmodi febre, bilis melancholicæ quoque, non pituitæ misceatur; à qua missione, tertiana notha non exquisita producitur; de hac tamen non est quod cogitemus in præsentem Patientem nostro, temperamenti calidi & humidi, cum obeso habitu, & albicantis coloris, ex frequentibus comestationibus, gelidisque potibus, sicque, non solum à frigida ventriculi intemperie, sed multò magis objectis improprietatibus, cruditates continuò congerente, nec ullo exercitio easdem attenuante aut resolvente; quæ omnia in pituitosi humoris, non melancholici præsentiam conspiciant. Et licet calidius sit hepatis, bili producendæ aptum; non tamen adeò fervet ut sanguinem atrum reddere, aut humorem melancholicum producere possit; quòd si superioribus mensibus præcessit febris tertiana exquisita, quæ humores adurere potuerit, attamen tanta fuit humectantium assumptorum copia, ut quamcunque exustionem inhibere & superare valuerit. Quare, à bile vitellina majoris famæ, nimirum ex bilis cum pituita permissione, non ex vitellina minoris famæ, ex permissione scilicet bilis cum melancholia, præsentem febrem ortam censemus. Hæc autem vitellina bilis, nota non Arabibus tantum, ut quidam falsò crediderunt, sed & Gal. quam citrinam seu croceam appellavit; imò & ipsi Hippocr. qui in historia sili Cydis, dixit, quòd in eo prodiit subbiliosum, viscosum, & velut ex ovo conquisato subpallidum; ad differentiam vitellinæ bilis, per assationem in venis genitæ, quæ crassa est, non viscosa, prout hæc per commissionem extra venas genita, & in hac præsentem febre, circa viscera naturalia putrescens, præcipuè circa jecur, ubi tensio major, majorque obstructio

percipitur, quæ naturalis caloris ventilationem prohibendo, antecedentium excrementorum putredinem acceleravit, cui febris hæc tertiana notha extensa mox necessario successit.

Hanc commodè nobis significare possunt, primò horror in principio, inter rigorem & frigus, medius: nam sicut rigor bilis est proprius, ita pituitæ proprium frigus. Secundò, calor mitior, & in vigore non adeò mordax: nec ita confessim per totum corpus diffusus, ut in tertiana exquisita: quia à pituitæ præsentia incipitur. Tertio, pulsus non adeò vehemens, tardus & rarus, cum pulsu tertianæ exquisitæ comparatus, & inæqualis, non solum febrili, verum & collectiva inæqualitate; quia vitalis facultas ab humorum putredine oppressa est: durus etiam percipitur, potissimum in principio, cruda existente materia, cujus coctione incipiente molbor redditur: hujus autem durities sit, non à siccitate condensante, nec à frigiditate congelante, sed à copia humorum replente, & arteriam distendente. Quarto, urinae sunt crudæ & tenues, pituitæ & bilis præsentiam ostendentes. Quintò, modus invasionis & solutionis: invadit quippe cum vomitu pituitoso, & solvitur cum crasso & leato sudore. Sextò, tempus durationis, & primò quidem particulare, quòd non solum 12. horam pertransit, sed attingit 30. Universale verò, quia ultra septimum circumum progredi solet. Septimò tandem, res naturales, nonnaturales & præter naturam præteritæ, utriusque humoris exuberantiam nobis significare possunt: ut totius temperamentum calidum & humidum, habitus obesus, ventriculi frigiditas, jecoris caliditas, vita antea oriosa, delicias, gelidæ meri & aquæ comestationibus ac comestationibus dedita: & tandem tertiana exquisita præterita: cujus occasione, ex potibus copiosis, cruditates, indeque in visceribus obstructiones genitæ ac relictæ fuerunt.

Febria hæc, propria ratione, periculo caret, cum sit intermittens: longa tamen esse solet, ob viscosi humoris commissionem. At si errores, aut ab ægro, aut à Medico committantur, non solum longa, sed periculosa evadit. Hinc Gal. dicebat, quòd si quis eam incipientem curet, neque longa, neque periculosa est: si verò non curet, aut malè curet, & longior sit, & sæpe occidit: nam vel transit in quartanam, vel, prægressis obstructionibus cachexiæ succedunt: & sic periculosam existimavit hæc febrem Gal. in illo Adolescentulo 18. annum agente: quia delinquebat, nec satis obsequens erat. Quibus consideratis, verendum ne in hoc Nobili Patientem hæc diuturna & periculosa quoque evadat: Primò, quia ipsum in deliciis educatum habemus: prout ille Galeni: sed præterea adsunt obstructiones in visceribus, & potissimum in hepate, febrem ipsam foventes; quæ si augeantur, viscera naturalia semper magis intemperata reddunt, unde cachexiæ & hydrops.

Pro curatione itaque, in primis protestandum huic Adolescentulo ut obsequentem se præbeat: alioquin Medicus aut parum, aut nihil proficere poterit. Deinde à nobis considerandum quòd intentiones, in hujus febris curatione, valde diversæ sunt à scopis curandæ tertianæ legitimæ exquisitæ: & ideo, non sine ratione, tertiana notha exquisitæ maximè contraria dicta fuit: in exquisita enim omninò refrigerare & humectare oportet: quia coincidunt indicationes cum febre, & causa febris: at hæc febris indicat refrigerantis,

frigerantis, causa verò calefacientia. Quare refrigerandum & humidandum, ratione febris; moderatè tamen: calefaciendum, attenuandum, incidendum & evacuandum, ratione causæ: deobstruendum, ratione obstructionum; & tandem, magnâ diligentia & observatione, vires conservandæ.

Et in Chirurgico fonte, in primis consideratur sanguinis missio, quæ in Patientè nostro, præmisso clystere & lenienti medicamento, necessaria erit, ex jecoraria dextera, parçè sanguinem educendo; incisiones enim, & detersiones, purgant obstructiones, non venæsectio; educitur tamen ratione causæ foventis. Undè & Gal. dicebat, quibus sanguinem mittere opus est, his statim, in primis diebus mittendus, servatis conditionibus; & evacuandum quantum convenit. Sic Paulus & Oribasius, cum conditione, si opus fuerit, Aëcius limitat moderatè sanguinem esse mittendum. Avic. autem ait; quod dum phlebotomaveris, clysteribus non indigebis; ita clyster contrâ, erit succedaneum venæsectionis remedium. Et si caput coassaretur, hirudines quoque venis sedalibus applicari possent, revulsioni gratiâ; sicut frictions quotidianæ non sunt omittendæ, & Balneo substituentur, manibus inunctis oleo amygdalino & chamæmelino. Laudat præterea Gal. ut hypochontria foventur, supposit enim in visceribus naturalibus obstructiones. De his autem infra dicemus.

Ex Pharmaceutico fonte, sunt desumenda Lenientia, Præparantia, Contemperantia, Evacuantia, per vomitum, alvum, urinam, sudorem, prout opus fuerit, Deobstruentia, viscera Roborantia; & tandem, à proprietate Juvantia.

Leniens crassino mane exhibendum, poterit esse cass. cum lenit. & tart. vel syr. ros. solut. cum lenit. quibus superbibat jus, aut aquam hordei. Secundo, præparantia sint ab initio leviora, ut julap. acet. ad unc. iij. cum acetum mulsam proponat Aëcius. In progressu efficacius reddi poterit, macerando in aqua agrimonie & aceto, radicem petroselinæ, pentaph. cich. fœniculi; & expressioni addendo sacchari q. s. pro julapio, cui superbibat succum cich. ad unc. iij. in decoct. cich. borrag. end. agrim. beton. Tertio, refrigerantia valdè moderata esse debent; quare, facilè sufficient succus cich. depur. jam propositus; vel, urgente calore, seri depur. lib. cum copioso julap. acet. Quarto, evacuantia consideranda, & primò quidem vomitoria; solis namque vomitionibus à cibo, Gal. asserit se hujusmodi febres diurnas sanasse; ita Paulus, Aëcius, & Oribasius. At notanda illa verba, in longis hujusmodi febribus; cum enim per vomitum materia conjuncta evacuari nequeat, evacuatur antecedens, quæ quotidie ab imbecillo ventriculo generatur, nè evadat conjuncta & febrem foveat. Ab initio autem, sola prima die vomitus ciendus, ut factum fuit; in progressu verò vomitorium parabitur ex jure sem. cit. alterato, cum oxymel. & succo raphani.

Per alvum purgantia præbeantur, ex Tral. verum coctione apparente, ex Oribasio, quæ benigna sint, humores enim purgandi non sunt distantes; & præterea, nè calor febrilis augeatur. Inter ea verò rhab. primas tenet; sed & agaric. Aloë, folia Sennæ. Quare parentur bol. ex cass. lenit. & pil. de tribus cum rhab. Vel inf. rhab. agar. Sennæ; cinnamomi integri; addito syr. ros. solut. quibus superbibat aquæ mulsæ,

ex aqua hordei paratæ lib. ij. At quoniam materia hujusmodi requirit evacuationem per epicrasin factam; idè tutius erit, quarto quoque die, cassiæ unc. sem. cum drachm. s. pil. de tribus exhibere, cui hora transacta, superbibat jus hordei, & prandeat.

Si ad urinam materia tendat, ita ut crassas eadem reddat;

℞. Decoct. agrim. petrosel. apii, capill. ven. unc. vj. spirit. ammoniaci gutt. v. m. Egyptii utebantur chamæmelo, Soli consecrato, ad febres fugandas.

Si sudor moveatur, ut in brevibus, non in diuturnis aliquando evenire videmus, præbeatur decoctio verbenæ & Cardui sancti, cum aqua cord. pr. Sax. addito cornu cerv. philoph.

Quintò, deobstruentia & aperientia sunt necessaria; obstructiones enim, licet febris minera non essent, caloris tamen ventilationem prohibendo, aliorum humorum putredinem fovent. In hanc rem hyssopum & origanum proponit Gal. Nos uti solemus troch. de eupat. de rhab. de absinth. in jure aperientibus alterato. Pariter, syr. de cichor. cum rhab. & in contumacibus, decocto falsæ, cum attenuantibus & incidentibus; habet enim falsâ subtilissimas partes & maximè permeabiles, quibus angustissimas quoque vias pervadere potest; neque verenda ejusdem caliditas, calidiora quippe sunt apium, hyssopus & origanum; ipsa vero in activis temperata censetur.

Quare, ℞. Salsæ optimæ incisæ unc. j. radic. petrosel. fœnic. an. unc. s. Aq. cich. lib. ij. agrim. lib. j. m. fiat inf. per hor. 24. deinde bul. ad consumpt. dimidii; in fine bul. addendo fol. capill. ven. rec. agrim. pentaph. an. pug. j. bul. parum, & colat. fervetur pro duabus vicibus; cui præmittatur bol.

℞. Succ. condens. eupatorii, cich. troch. de rhab. an. drach. s. tart. vitriol. serup. j. m. & cum vino albo reformetur bol. iv. & aur. quorum unus antè decoct. exhibeatur.

Sextò, viscera roboranda, in quem finem præstantissimum est absinth. ponticum, si ex eo paratur conserva; vel sal absinthii, vel vinum absinthites.

Extrinsicus verò, pro ventriculo; ℞. Ol. de absinth. mastic. de mentha an. unc. j. pulv. mastic. diarrhod. Abb. an. drachm. j. vini albi generosi unc. j. s. m. bull. ad consumpt. vini; in fine, addendo ceræ parum, ut fiat linim. molle.

Pro hepate; ℞. Ung. ros. Mes. unc. j. s. ol. de absinth. unc. s. suc. cich. depur. unc. ij. pulv. absinth. agrim. an. drachm. j. m. bul. ad consumpt. succi; sub finem, addendo ceræ parum, pro linim.

Pro splene; ℞. Ol. de cappar. amygdal. amar. de cyclamine an. unc. pulv. tamaricis; cort. radic. cappar. an. drachm. j. succ. fumar. depur. unc. ij. aceti acerrimi unc. j. s. m. bul. ad consumpt. aceti; in fine, addendo ceræ parum, pro linim. lienis.

Ultimò, à proprietate, juvantia, in hac tertiana notha, solent esse decoct. verbenæ & Cardui benedicti, centaurium minus febrifuga dictum, Chymici præbent salem Centaurii minoris, ad gr. v. in aqua ejusdem. Egyptii utebantur Chamædry. Extrinsicus apponitur pulsibus manuum apium silvestre tusum.

Victus ratio sit moderatè refrigerans & humectans, sed attenuans; idè prisanam cum pipere offerebat Galenus. Nos autem cum integro cinnam. Crassior verò in hac quàm in exquisita

quarta tertiana; quia diurnior est. Non tamen, more Galen. & Avic. alternis tantum diebus est æger nutriendus; nostris enim temporibus, quia multo cibo assueti sumus, tantam ciborum dilationem vires ferre nequeunt, sed die quoque accessionis, quinque horis ante eandem cibum, sed consueto tenuior est offerendus, à Galen. verò & Avic. forsan plenior prohibebatur. Vinum non conceditur nisi apparentibus signis manifestæ coctionis, ne cruditates deducantur ad venas, quod in legitima tertiana minus verendum. Et hæc sint satis pro hac tertiana notha curanda. *Idem ibidem.*

Tertiana Duplex.

Vir quadragenarius, temperamenti, secundum totum & secundum jecur, calidi & sicci, gracilis habitus, & multis ab hinc annis hypochondriacus, liberè vivens, potissimum in potu copioso & fructuum usu delinquens, ineunte autumno, post vomitum continuato triduo, multiplicium & heterogeneorum humorum, amari, acidi, & insipidi saporis, cum alvi stipticitate, hora xx. febricitare cepit, cum totius corporis horripilationibus. Calor tactui erat ab initio non adeo mordax, qui in progressu acrior percipiebatur; cum siti molesta, ventriculi angore, capitis dolore: Pulsus non magnus, non vehemens, non adeo frequens in diastole; sed valde inæqualis, & systole frequentior. Urina cruda & tenuis, quoad substantiam; sed quoad contentum, crassa & confusa. Perseveravit febris, cum corporis jactatione, tota nocte, quam solo jure cichorac. alterato transegit, summo verò mane sequenti præbuit illi Medicus cassiam cum tart. Et quia valde sitiebat æger, & ipsius hypochondria maximè æstuabat, serum depur. superbibendum concessit; mox pitisanam cum ovo forbili sumpsit pro prandio; & inde somno se tradidit, capite tamen adhuc dolore vexato. Paulo post meridiem expergefactus est, cum adaucto calore in toto, capitisque majori dolore, molestiori siti, hypochondriorum æstu, corporis jactationibus atque inquietudine. Quare Medicus accersitus, ægrum cum novo febris assultu invenit, cujus progressus præterito valde ab similibus, imò molestior fuit observatus. Ideo tertio die, matutinis horis, præmissa clystere, sanguinem ex jecoraria dextera educendum; mox prandium præcepit Excell. Adstans, somnumque imperavit, quem quidem cepit; sed capite semper gravato. Hora autem 20. refrigeratis parumper extremitatibus, intensius totum incaluit, cum aliqua mentis alienatione, molestiori siti, & corporis jactationibus: tunc verò me ad consilium accersiverunt, qui, cum omnia jam præterita, & acta à Viro Excellentiss. accepissem, observato pulsu valde inæquali, calore ad tactum perdurante multum acri, urinis crassis, confusis & ferè turbulentis, quæ mox clarescebant, ita sum fatus.

Quod excrementorum varietate abundet Nobiliss. iste Vir, indicio sat est quòd hypochondriaco affectu detineatur: in quo cum feveat jecur, hypochondriaque æstuent multis abhinc annis, coctiones in ventriculo, tum imminutæ, tum depravatæ sequutæ fuerunt, unde modò nidorulentæ, modò acidæ, modò pituitosæ & insipidæ materiæ proventus, non quidem, ut vulgus Medicorum falsò credit, ob frigidam ventriculi intemperiem, sed ob impro-

portionatum objectum, sive potius; ob calorem excedentem, à jecore & hypochondriis ventriculo communicatum, qui, utpote improporcionatus, cum coctio à moderato & halituroso calore perficiatur, ciborum corruptiones, vel saltem concoctiones imminutas, efficere solet; atque ita ferè perpetua est excrementorum productio, quæ tractu temporis, & obstructiones in mesaraicis, atque lacteis venis adauget, & venosum genus conspurcat, dum interim nec cessat biliosi humoris generatio; tum à jecore fervidiori, tum à copiosis vini potibus, & fructuum dulcium consueto usu. Quapropter biliosorum, pituitosorum & melancholicorum excrementorum colluvies, in venis viscerum & totius acervata atque commista, nec amplius à natura moderata, mediantibus obstructionibus, liberam transpirationem prohibentibus, putredinem, nondum quidem in venis communibus, quia febris continens sive conclusa non est, sed in venis viscerum, scilicet hepatis & cavæ principio, concepit, unde febris continua sequuta est, non per subingressum paroxysmorum; quia accessiones, neque declinationes adeò manifestæ sunt, neque continua omninò essentialis, quia exacerbationes habet, Medico & Patienti notas, sed est continua periodicè proportionata. Prior quidem manifestior; quia in venis hepatis magis particularibus sedem habet; secunda verò obscurior, quia in trunco venæ cavæ magis communi hæret: duplex enim requiritur putredinis locus, cum duplex sit tertianarius typus, tertio quoque die sibi correspondens, quæ ideo tertiana duplex continua, sive duæ tertianæ continuæ nominantur; & quidem spurix; ratione materiæ, ob aliorum humorum cum bile missionem: unde pulsus, urinx, calor & symptomata omnia, ab exquisitis declinant.

Symptomata concomitantia sunt, sitis, ob ingentem febrilem calorem; capitis dolores, ob evaporationes è venoso genere sursum elatas; angoris autem, & hypochondriorum æstus causa, potius hypochondriacus affectus quam febris censenda est. Delirium verò, licet in vigore febris solùm observatum fuerit, & ideo paraphrenitis, & pseudo-delirium sit existimandum, nihilominus in acutus semper malum & exitiale signum fuit; ut in Hermocrate Adolescente, in Melibœa, & aliis, ab Hippocr. fuit observatum.

Quare acutus quidem morbus est, qui acutissimos, maximos atque gravissimos affectus secum ducere potest, & ideo valde periculosus; eoque magis cum non exiguus excrementorum apparatus argui possit, ex vita antea acta, naturalium viscerum constitutione, accessionum vehementia, & pulsus inæqualitate, qui in systole celerior est quam in diastole, copiosas expellendi fuligines necessitatem significans, ac tandem, ex urinis crassis ac turbulentis, quæ crudorum humorum copiam in venis, à calore non moderatam significantes, aliquem capitis affectum indicare solent.

Pro hujus febris curatione tribus est prospiciendum. Morbo, Causæ & Symptomatibus. Morbo quidem, refrigerantibus & humectantibus. Causæ, attenuantibus & incidentibus; nec non detergentibus & evacuantibus. Symptomatibus, Cor, Cerebrum & Hepar præmunientibus, nè aliquis in hisce partibus affectus inducatur;

catur; observando semper quò putredo vergat; namque si ad adustionem alexipharmaca refrigerantia & humectantia convenient; si ad totalem corruptionem, frigida exsiccantia.

In Chirurgico fonte, sanguinis missio necessaria fuit; quoniam putredo in vena cava & hepate viget, ad jecoris refrigerationem & ventilationem; ita enim major inhibetur putredo, & calor febrilis remittitur; sicque febris formæ & materiæ medetur; imò, si in progressu caput magis coarctatur, venæ quoque sedales aperiendæ erunt; ut vaporum & humorum, caput petentium, fiat revulsio, & forsitan aliqua ab hypochondriis derivatio. Et si non solum coarctatur, sed essentialiter quoque caput ipsum lædatur, adedò ut dolor sævior evaderet, & delirium diutius perseveraret, phœnigmi duo coxis apponendi essent, & de duobus aliis brachis applicandis, cogitandum foret.

Ex pharmaceutico fonte depromenda sunt, Lenientia, Præparantia, Frigida aperientia, Alterantia, Evacuantia & Symptomatibus occurrentia.

Leniens jam fuit exhibitum; modò præparantibus & alterantibus, suo loco & tempore eit in sistendum.

Et pro præparante, saltem duabus horis ante prandium, julap. acet. ad unc. iij. opportunissimum erit, in jure pullæ in quo ebullierit semuncia crem. tart. lævigati, fictâ prius colaturâ. Secundum præparans, ordine executivo, proponam.

Alterantia in vigore febrilis caloris sunt omninò necessaria, ne exurantur & confundantur in venis humores; hoc enim remisso, coctiones à naturali calore facilius fieri possunt. In quem finem, in febribus biliolis & sanguineis, Hipp. & Gal. aquam libenter propinabant. Sic Hipp. 3. Acut. 40. & 42. & Gal. pluribus in locis, aquæ potionem commendat; ut in Lib. de Caus. Procat. cum suo Gorgia, contra Erasist. 1. Meth. contra Thessalum. 7. Meth. ventriculo malè affectos, frigida potione, unica die sanatos testatur. 8. 9. 10 & 11. Meth. gelidæ potum probat in febribus biliolis & sanguineis, sive putridis, sive non putridis; servatis tamen servandis, præsenibus nimirum conditionibus ad frigidæ potum necessariis; quæ plures enumerantur à Gal. sed omnes tamen ad tres redigendæ, dicente. Ergo, si vires cunctæ valentes sint, febris ardentissima; & coctionis notæ appareant frigida propinari poterit; quæ quoniam in casu nostro non adsunt, idedò frigidæ potio, licet à Pœtente expectata, à nobis tamen non est admittenda. Quare substituenda potio alterans, ex quibus stillatitiis cich. acet. borrag. end. ad lib. iij. cum syr. de acido cit. vel de suc. lim. vel cum conserva de acid. cit. quæ potio in febris vigore, quando nimirum calor major ad pedes descenderit, est offerenda. Quatuor deinde transactis horis præbeatur alterans, quod præparandi quoque & aperiendi vim obtineat; alterum scilicet duorum, aut jus cich. borrag. end. acet. pentaph. malva alteratum, addito suc. depur. cich. ad unc. iij. aut unc. iv. Julap. acet. si humores ad alvum vergant; quòd si ad urinam, præberi poterit, pro sorbitione, emuls. sem. mel. mundit. extracta in jure pullæ, si nutrimento sit opus; sin minus in aqua cich. & endiv. addendo utrique syrup. de succ. lim. ad unc. ij. vel iij. Inde in remissione (qualiscunque ea fuerit) ptisana hordeacea, cum ovo

sorbili, aut jure pullæ instaurante, erit offerenda. Sed hora una ante cibum, aliquid cordiale exhibendum; quale esse poterit jul. gemm. M. D. ad gutt. x. in aq. scorzon. & tot. cit. Vel julap. perlatum, in iisdem aquis, ad scrup. j. utpote minus calefaciens & vaporosum, cum sine moscho & ambra paretur. Nec ad efficaciora cordialia, diaphoretica scilicet deveniendum; nisi præcedant, & coctionis signa, & naturæ ad sudorem propensio.

Eodem ordine erit sequentibus diebus procedendum; sed interim clysteres frequentes erunt injiciendi ex lacte, butyro, syr. ros. solut. vel mel. rosar. solut. parati. Et ante septimam, minorativum medicamentum erit repetendum, ex flor. cass. & tart. vel ex syr. ros. sol. & manna; quibus superbibendæ præbeantur feri capri, aut aq. hord. lib. ij.

Transacta septima, faciliè apparere poterunt aliqua signa coctionis, febre nimirum ad augmentum properante; & idedò tunc observanda erit naturæ propensio, ad expellendam materiam concoctam; quæ propensio ante coctionem expectanda non est, nulla enim excretio ante coctionem apparens, critica esse potest; ac proinde, neque à natura vincente tentata; & idedò irridendi Medici illi qui, ante signa coctionis, de evacuationibus solliciti sunt, cum tamen naturam operantem, & bene operantem imitari debeant, sive ad sudorem, sive ad alvum, sive ad urinam ipsa moveant.

Et si ad sudorem sudorifera sint temperata ut Cora. Cerv. philosoph. spirit. vitr. Bezoar. Orient. pulvis Contr. yervæ, vel jus extractum, Aq. pa. Cord. Sax. Aqua Card. sancti, Aq. scorzonæ, & quotidianæ levis frictions.

Si ad urinam, spirit. vitr. qui ad urinam & sudorem promiscuè se habet, sicut pariter Bezoar. Occidentalis, in aqua capil. Ven. agrimon. gram. hord. addito aliquo cordiali, ut aqua totius citri, cum succ. cit. aut lim.

Si ad alvum: exigua cassiæ portio sat erit, vel scr. cap. j. depur. cum portione crem. tart. vel aqu. hord. cum julap. acet. naturæ namque moventi exiguum sufficit auxilium, operanti verò, nullum, juxta Gal. dicentem. Neque si febris fuerit cum profluvio alvi, alia opus est evacuatione, verum hæc sola sufficit, etiam si non fuerit pro multitudinis ratione, quicunque enim, aut sanguinem mittere, aut ventrem movere tentaverunt, in gravissima pericula ægros duxerunt. Hæc Gal. qui licet de purgante medicamento sit intelligendus, attamen & lenientia valde cautè sunt admittenda.

Externæ interim non sunt omittenda, cordialia, & Hepatica.

Sic cordi. ℥. Ung. ros. Mes. unc. ij. specierum cord. temp. drachm. iij. camph. gr. iij. acet. rosar. succ. cit. an. q. s. M. F. lin. pro Corde. Pro hepate refrigerando, valet ung. rosar. Mes. cum suc. cich. aut totum illinatur abdomen; proderit enim & æstuantibus hypochondriis, Symptoma tum si aliquod superveneret, illi occurrendum propriis remediis de quibus suo loco.

Victus ratio tenuis esse debet; quis morbus acutus est; memores tamen quod latitudinem habet ipsa tenuitas; sit autem refrigerans & humectans. Ita, ptisana hordeacea, si ad alvum materia vergat; sicut si ad urinam, panatellæ cum emuls. sem. mel. ova sorbilia, contusum pulli, jus instaurans. Lactuca quoque in jure cocta concedi potest; sic & cucurbita, & deficiente

ciente somno, prifanae addatur emuls. amygdal. dulc. Fernel. exemplo.

Porus sit aqua hord. ex qua parari etiam poterit emuls. sem. mel. valde diluta; vel eidem addatur julap. acet. aut de suc. limon. Haecque in casu praesenti satis. Idem ibidem.

Tertiana continua.

Vir Nobilis, 35. annum agens, temperamenti totius, & jecoris calidi & sicci, gracilis habitus, pallidi coloris, Hyeme sicca & aquilonia praecedente, Vere autem pluvioso & australi, hoc anni tempore caniculari, post immodica exercitia & meri computationes, ex tempore febre correptus fuit, circa meridiem, cum ingenti calore, siti molli, oris amaritudine, ciborum abominatione, & ad vomitum propensione; iracundia item praeter consuetum, vigiliis & levibus somnis, Pulsus statim frequens & celer fuit observatus; urinae flammæ, lucidae & tenues. Accersitus Medicus consuetus illico excitavit vomitum, levissimo vomitorio; qui humorem, exiguum quidem, sed flavum ac viridem, valde amarum vidit excrevit; & alterans ex cichorac. paratum, vesperinis horis, prifanamque exhibendam mandavit; postmodum, matutinis horis, syrup. ros. solut. cum copioso ser. capr. praescripsit, à quo biliosum humorum evacuatio fuit observata; vesperi vero rursus seri lib. ij. cum julap. acet. & pro coena, prifanam. Interim vigiles noctes, vel cum levissimo somno transiegit; & usque ad hunc tertium diem, febris fecit semper ejusdem tenoris, sine ulla accessione fuit observata. Accersitus ego, simul cum aegri Medico, decrevimus unanimes clysterem ex lacte, baryro & saccharo injiciendum; prifanam inde esse dandam, & novam febris accessionem, circa horas meridianas esse observandam; vesperi vero, de agendis consulendum. Hora itaque 22. reversi, invenimus Patientem intensius febricitantem, & quodammodo aliena loquentem, omnibus jam dictis symptomatibus adactis; licet adstantes nullum signum accessionis observare potuerint. Modò de agendis cogitandum.

Febrim hanc, tribus abhinc diebus Nob. Virum affligentem, ab Excellent. Medico, primis horis, in genere putridam atque biliosam esse, summa cum ratione creditum fuit; dum excrementa omnia, per vomitum, alvum, urinam, biliosa visa fuere, simulque observata reliqua omnia symptomata, nimirum oris amaritudo vigilis, somni leves, facilis exacerdescencia; quae peccantis bilis facile nobis certissimum testimonium praebent; ut idè adversus bilem aptissimè Medica auxilia direxerit. Speciatim verò, tertiana continua essentialis observatur; quia tertio quoque die invalescit, nunquam recedit; quinimo, declinationem insensibilem habet, cum imperceptibili exacerbatione; quam de genere ardentium esse Gal. existimavit, acutam proinde eandem appellans, sicque delineans. Si quis febris tertio quoque die exacerbatur, neque per minimum intervalum ita mitescat, & in eà febricitans eò deveniat, ut propè sinceram integritatem esse videatur, hanc febrim acutam nominabimus, ex illis videlicet, quae tertio quoque die exacerbantur.

Hujus autem febris causa, est bilis, eaque excrementitia; etenim à sanguine bilioso, fit biliosa synocha; nec tantum flava, sed vitellina; imò & porracea, ex dictarum exultione, in venoso genere producta; conspirantibus rebus omnibus, & naturalibus, & nonnaturalibus, ad bilis exultae procreationem, atque nimirum, in qua exultiones fiunt, temperamento totius & jecoris, calido & sicco, habituque gracili,

Tom. II.

atque pallido, bilem non solum, verum & exultam significantibus. Sic praeterita hyems, sicca & aquilonia, in siccitatibus enim febres acutae fiunt; & praeterea anni tempus aestivum; ac tandem immodicum exercitium, & meri vini porus. Sic puer quidam, ex mari poro, apud Grammaticum, acute febricitans subortus vigiliis & delirio, interit. Quae omnia simul juncta, & quidem eodem tempore concurrentia, non solum bilem producere & coacervare, verum etiam jam antea productae, aliquam portionem assare potuerunt; quae simul ab adactis & praeternaturali calore, in vanà cavà putrefactae, hanc febrim excitare valuerunt, & quidem circa meridiem semper exacerbatae, quia à bile fit, quam exacerbationem, non solum à loco, eo quod non in omnibus venis, sed in cavà, statim supra jecur putrescat humor, sed etiam à copiâ & activitate ejusdem humoris provenire credendum. Verum, quoniam causae omnes, calorem & exultionem inferentes, simul concurrunt, & saevis symptomatibus, solius flavae bilis non sedè propriis, comitata observatur, ut vomitu porraceo, contumacibus vigiliis, delirio; idè, non flavam tantum, sed peioris conditionis quoque bilem, ut diximus, putrescere arbitramur.

Febris haec periculosa est, non solum quia continua; sed quia habet hanc conditionem, ut tertio die fortior fiat; estque illa de qua propriè loquutus est Hippocr. Febres quaecumque non intermittentes, tertio fortiores fiunt, magis periculosa; hoc est, quam reliquae continuae, quod idem confirmavit in Coacis. Et nos semper hujusmodi febres formidavimus; cum in praxi à nobis observatum fuerit, malignas, ut plurimum, evasisse: facta nimirum in venis biliosi humoris superaffatione, adeò ut flava vitellina evadat; ex sup. rassa verò vitellina, prifina; & ex superaffata prifina, aeruginosa. Malignam autem, non ob excellentem putredinem, quae ab excedenti humiditate, cum deficiente calore procedit, cujus finis est sector; sed propter exultionem, quae provenit ab excedenti calore, in humido deficiente, cujus finis est cinis & exultio; utraque namque modò humores coctionem respuunt, & in urina signa praebent contraria coctioni; tuncque actum est de salute Patientis, quoniam à privatione ad habitum non datur regressus. Datur verò tertio putredo humorum, quae ad maturationem tendit, cujus finis est concoctio, quam vix admittere potest bilis prifina & aeruginosa; non quia prifina juxta Aponensem, putrescere non possint; sed quia putrefactae secundo modo, ob earum crassitatem & adustionem, concoctionem non admittunt, sicque maligna febris suboritur, de qua dicebat Hippocr. quòd si quis in febre continua, quarta die, & sequentia affligatur, & undecimà judicatus non fuerit, plerumque perit.

Incerti itaque de hujus Patientis salute, curationem aggrediemur, quae valde convenit cum curatione febris ardentis; in eo autem disert, quod non adeò intensè refrigerandum sit. Sunt autem perenda à fonte Chirurgico, Pharmaceutico, & Diæretico, medicamenta, recto ordine administranda; adeò ut: Primò bilis putrida evacuetur. Secundò, ejusdem calor contemperetur. Tertio, attenuantibus, incidentibus ac detergentibus, obstructions auferantur, ut sic libera reddatur transpiratio, & ulterior putredo inhibea. Quarto, cardiacis utendum, refrigerantibus & exsiccantibus, ut cor roboretur. Quintò, symptomatibus occurrendam. Et tandem vires custodiendae.

Et à fonte Chirurgico, in hac febre curanda convenire solet sanguinis missio, dum modò abundet, ex jecorariâ; ad totius venosi generis ventilationem, & exurentis caloris moderationem. In hoc autem casu

Ooo

valde

valdè caute procedendum; cum ægri corpus ferè squa-
lidum videatur; tempus sit canicularè, & bilis pravæ
conditionis reperitur in venis, quæ sanguinis missio-
ne semper deterior evadit. Quare possumus, ante quar-
tam jecorariam aperire, & sanguinem ad quatuor vel
quinque uncias educere; ad jecoris & sanguinis ven-
tilationem atque moderationem; moxque delirio, a-
lioque capitis affectu invalescente, venæ sedales refe-
randæ, parè tamen, & ad solam revulsionem sangui-
ne misso; quo casu phœnigmi quoque coxis erunt
apponendi.

Ad Pharmaciam devenientes, considerandum Gal.
documentum, quòd non liceat valdè refrigerare &
humectare bilem, nisi priùs putrida evacuetur. At
quoniam peccat in venis supra jecur, non video quo-
modò absque electivè purgantibus educi possit; quæ
tamen ab initio non conveniunt. Verùm crediderim
ego de solâ indicatione, ab humoribus putres-
centibus deductâ, Gal. eo loci loquurum fuisse, dùm
ait: Ac verò, in humorum putredine, & excretio,
& refrigeratio, & ventilatio, & semiputridorum con-
coctio; ipsius verò febris refrigeratio, oppositio est.
Sicque etiam, antè putridæ bilis crassæ evacuati-
onem ratione febris, refrigerandum est; præterquam
quòd lenientibus quoque excitatur natura ad hu-
morum in venis redundantium evacuationem tentan-
dam; & idè in acutorum principio, sæpè videmus
solo syr. ros. solut. bilis quantitatem & qualitatem
evacuari, quam vasa infra jecur procul dubio cape-
re non poterant. Leniens itaque erit à nobis repeten-
dum, ex cass. & tart. vel ex syr. ros. viol. solut. qui-
bus superbibat feri depur. lib. ij. Et interim biliosi
humores præparentur, & eorundem fervor contem-
peretur, ne ulteriori affatione crassiores reddantur.

℞. Aqu. still. de succ. cichor. end. acet. an. lib.
f. Julap. viol. rosac. an. unc. j. m. pro syrup. exhi-
bendo, quando major calor ad extrema descendit.

Vel, ℞. Seri capr. aut asin. depur. lib. ij. Julap.
ros. viol. an. unc. j. m. pro pot. ut supra, præ-
bendo.

Vel, ℞. Aq. nocer. legit. lib. ij. Julap. viol. ros.
syrup. de ribes an. unc. j. m. pro potu ut supra. De-
clinante accessionis vigore, nimirum quatuor horis
ab assumptâ portione, sorbitio aliqua poterit exhiberi;
sic parabitur emulsio sem. mel. in jure pullæ, aut
in decoct. ex jure cich. borrag. end. acet. hepaticæ,
foncei & portulacæ, ad unc. 8. addendo Julap. ros. &
viol. In declinatione verò præbeatur pitifana, cum
pulli junioris contuso, aut jure instaurante. Hunc
ordinem nobis proponit Hippocr. dicens. Detur aqua
mulla aquosa, altera autem die qua febris detinet,
aquam frigidam quantum bibere voler, dabis; ubi
verò remiserit febris, pitifanæ succum sorbeat. Un-
dè perperam faciunt Medici illi, qui sorbitionem
portioni anteponunt. Interim diebus sequentibus ali-
quod minorativum erit repetendum, & refrigeranti-
bus insistendum.

Et quoniam bilis refrigerata coctionem admittere
possit, quâ natura ad ejus expulsionem moveri so-
let, idè tunc ejusdem naturæ propensio observanda,
quæ solet esse ad alvum, vel ad urinam, & frequentis-
simè ad sudorem. Si ad alvum inclinè, sola aqua
hordei copiosa, ut detergens & gravans, vel ser. capr.
depur. ut nitrosum, poterit alvi motum jam coeptum
conservare; maximè si iis addatur Julap. acet. quo
in hoc casu uti possumus; namque ex Avic. bilem in
pituicam, & pituitam in bilem vertit. Si ad urinæ
vias natura tendat, præbeatur serum asinum destill.
cum syr. de succo lim. & de acido cit. vel emuls.
sem. mel. extracta cum jam dicto sero destillato.
Parari quoque poterit decoctio in aquâ hordei, ex
cich. borrag. acet. endiv. capill. ven. & radice pen-

taph. Gal. addit quoque anethum, quem reprehende-
rit Tral. cum tamen ipse in eodem casu, utatur apii
radice calidiori. Si ad sudorem fuerit natura propen-
sa, coadjuvetur tali portione.

℞. Aq. acet. borrag. tormentillæ an. lib. f. Aq. cord.
Sax. unc. ij. spirit. viir. gutt. v. m. pro potu.

Vel, ℞. Aqu. acet. borrag. Card. sancti an. unc. v.
scorz. unc. ij. butyri sulph. aut eq. sulph. gutt. v. m.
& est eximium sudorificum, ab Hartmanno propo-
situm, maximè præsentè bile pravæ conditionis.

Quòd si natura nullam promoveat evacuationem,
alvus sollicitanda blandis clysteribus ex lacte, buty-
ro & saccharo paratis. Interim cardiacis medicamen-
tis, & à proprietate juvantibus utendum; & in hoc
casu, diamargarito frigido; Margaritæ quippe præ-
paratæ habent adversus has biles singularem proprie-
tatem; sicut alexipharmacum & pralinæ & æruginosæ
bilis, à totâ substantiâ, est pulvis levigatissimi Crys-
talli, à drach. f. ad drach. j. ut observavit Aponensis.
Præbeantur autem hi pulvetes, cum aquâ totius ci-
tri & rosarum.

Extrinsicus quoque convenientissima erunt epith.
jecori & cordi.

Jecori itaque, ℞. Succu cich. depur. lib. j. Succu
portul. unc. iv. Succu lim. unc. ij. Succu absinth. ace-
ti ros. unc. j. specier. trium santal. drachm. ij. m. pro
epith. jecoris.

Cordi; ℞. Aquam mellissæ, buglossi, an. lib. f. Aqu.
è floribus cit. totius citri, rosar. an. unc. ij. Succu lim.
unc. ij. aceti ros. unc. j. Camphoræ gr. v. spec. cord.
temp. drach. ij. m. pro epith. cordis.

Superest tandem symptomatibus, necnon morbis
supervenientibus occurrere, quæ solent esse Coma vi-
gil, Coma somnolentum, Phrenitis, Lethargus, Paro-
tides & sili abscessus, de quibus suo loco, à Medici-
næ Professoribus agitur.

Vicius ratio sit refrigerans & humectans. Potus, sit
tinctura rosarum, extracta cum succo lim. in aquâ a-
cetosæ paratâ, sed longa & valdè diluta, vel aqua
hordeacea, vel aqua secunda Saxon. aquæ acetosæ
mista. Quæ pro præsentè curatione satis. Idem ibi-
dem.

Febris Tritæophyes.

Juvenis Nob. calidioris hepatis, mediocris habitus,
delicæte vivens, ventri, gulæ, otio & Veneri in-
dulgens; dùm totâ ætate præsentè, vina generosa
nive refrigerata potavit, & fructus pariter eâdem re-
frigeratos uberrimè comedit, tandem, modò ætate
cadente, in febrem incidit; quæ cum horripilatio-
nibus invasit inæqualibus, atque ingenti & acri
calore succrevit, necnon siti & amaritudine oris;
sequenti die declinavit quidem, at nunquam in-
termisit. Tertiâ verò die rediit; at cum minori
horrore, & postponens, cum eodem calore iisdem-
que symptomatibus jam dictis. Medicus domesti-
cus accersitus, præmissis lenientibus, sanguinem ex je-
coriâ mitti jussit, alterantia præscripsit, quibus
adhibitis, post septimam febris ipsa remisit, verùm
modò, decima quarta, eodem typò perseverat, sed
inordinato, plurimum tamen circâ vesperam. Et licet
non adeò intensa, magis tamen extensa est, non e-
nim gaudet remissione febris, & symptomatum, quæ
remissæ vehementiæ sit proportionata; conqueritur
enim de capitis gravitate, somno profundo, sed tur-
bato. Pulsus non adeò frequentes, ut antè, urinæ
non adeò coloratæ, sed crassiores observantur; alvi
excrementa, non amplius flava & tenuia, sed re-
missi coloris, viscida atque mucosa; febrisque ea-
dem tertianarium servat typum. Quare de agendis
pro salute consulit.

Febrèm Nob. Juvenem assigentem, de genere
bilio-

biliolarum esse, & in specie, tertianam, significat nobis typus tertianarius; sicut eandem confirmant res naturales, ætas nimirum, atque calidior jecoris intemperies; necnon res præter naturam, nampe calor acris & mordax, sitis non exigua, oris amaritudo & excrementa, ab initio biliosa. Hanc verò acutam statim fuisse censemus, quia continua, calor acris & ingens, sitis non levis; ex quibus conjectare licebat, futurum cum brevitate aliquod periculum, quæ sunt acuti morbi conditiones. Verùm, acutam adhucnum, saltem ex decedentia, perseverare putamus; accessit enim capitis gravitas, ad somnum nimia propensio, cum somnis turbatis atque confusis, quæ symptomata prava & consideratione digna sunt habenda.

Verùm, quia hujusmodi, & alia, in tertianâ nothâ contingunt, bile nimirum tenuiori resoluta & evacuatâ, crassiori verò remanente, pituitæ commista, idèd forsân tertiana notha appellari poterit; vel si symptomata perseverantia, & accedentia, prava censentur, facilè tertiana continua nuncupanda fuerit.

At si propriè de hâc febre loqui velimus, neutra tertianâ verè est; sed tertianæ naturam referens, Tritæophyes ab Hippocr. & Galen. dicta; de quâ dicebat Gal. Quæ tertio quoque die invalescunt, ego quidem nominatè consuevi Tritæophyes, hoc est, tertianarum naturam referentes; quæ ad declinationem quidem, sed non ad infirmitatem terminantur. Hæc Gal. Subdamus nos. Si hæc febris, tertianæ naturam refert, ergo tertiana non est. De hujusmodi autem febribus ita loquutus fuit Hippocr. Continuae febres grassabantur, quæ invadebant omnes more febris naturam tertianæ referentis; & uno die aliquantulum remittebantur, altero ingravescebant. Mox subdit. Rigores autem omnes inordinati & errantes erant, & paucissimi in his, in aliis verò febribus, majores; diebus verò decretoriis deteriores fiebant.

Facta fuit febris hæc ab humore bilioso, à jecore calidiori, ex vini meracioris consuetu potu & fructuum usu, genito; nec non à pituitoso, cum à nivis abusu, otio, & potissimum à nimia venere, labefactato ventriculi calore innato, quotidianæ cruditates jugiter productæ fuere. Ex quibus omnibus, in venis hepatis, & infra, putrescentibus, febris cum horripilationibus invasit, commotis nonnihil per partes sentientes humoribus ipsis, inæqualiter tamen & inordinatè, ob viscosi atque tenacis humoris præsentiam, à quo tandem, saltem quoad molem, prædominante, & diathesin quandam pravam atque narcoticam continente, crassi & narcotici vapores in caput elevati, quâ ratione gravitatem, in somnum delationem, & biliosis vaporibus mistis, somnos confusos induxerint, unicuique notum esse potest.

Modum verò remissionis istius febris, & ejusdem durationis, præclarè recenset ipse Gal. dicens. Generantur Tritæophyes, non ex succo uno, sed pluribus, quorum calidior febrem acutam succendit, statimque discutitur; quæ cum corpus tenet, contingit frigidioribus corrumpi ac putrescere, itaque iterum accendi ex illâ remissione, quod est, veluti requie & imminutione febris, atque nâ febris deterior evadit priore, videlicet, quod vires à prioribus molestius defatigatas offendat. Hæc Gal. Et in hoc statu modò sumus, unde non sedè tuta salus videtur; atque idèd, violentissimæ, longissimæ, atque laboriosissimæ ab Hippocr. dicebantur, licet lenes ab initio viderentur hujusmodi febres. Nihilominus, Patientis viribus, cum Medici quoque accedat peritia, febrem hanc expugnari posse sperandum; eoque magis cum opportuna hucusque, à Viro Ex-

Tom. II.

cellentissimo Medica auxilia adhibita fuerint.

Insistendum itaque in humorum evacuatione, præparatione, eorundem à capite revulsionem, caloris febrilis remissione, aliquis cordialium alexipharmacorum exhibitione, & virium conservatio-

ne. Pro quibus adimplendis, à fonte Chirurgico nova sanguinis missio deprecanda erit; eaque ex venis sedabilibus, ad revulsionem vaporum & humorum caput perentium; quo satis non obstante auxilio, si caput magis adhuc repleatur, ita ut sopor adaugeatur, phœnigmi duo coxis apponendi erunt, & quotidianæ infernæ frictions; atque calentes pedum lotiones administrandæ. Clysteres acriores, tum à capite revellendi, tum præparatorum humorum portionem per epicrasin evacuandi vim obrinebunt, parati ex decoct. malv. mercur. betæ, parietariæ; addito melle ros. sol. vel hiera magna, vel elect. diaphœn. Neque oxorrhodina repellentia, eo casu erunt omit-tenda, ex oleo ros. acetoque parata.

A fonte Pharmaceutico sunt desumenda minorantia, attenuantia, incidentia, ac detergentia, calorem febrilem, pro usu remittentia, & alexipharmaca, vim etiam narcoticam respicientia.

Minorantia erunt, in præsens, elect. lenit. cum crem. tart. & si febris ultra viginti dies extendatur, ut credibile, addi poterunt pil. de trib. cum thab. vel elect. diacath. Attenuans, prout hucusque fuit julap. acet. ita deinceps esse poterit oxymel simpl. & nonnunquam, duabus horis ante prandium, semuncia pollinis crem. tart. in jure cort. cit. alterato, dissoluti. Calorem febrilem sat temperare poterit decoctio in jure eich. borrag. endiv. petroselino & agrimonia alterato, parata; dissolutis in progressu, gr. x. tart. vitriol. ut cum alteratione attenuationem quoque, & viarum referationem obrineamus. Tandem, vapores narcoticos reprimere & infringere valet cochlear aceti squillit. in aquâ agrim. Spiritus vitrioli in eadem aquâ, aut in aquâ totius citri, cum primâ cord. Sax. Cochlear quoque aquæ theriacalis, in iisdem aquis, ad pravam in humoribus occultam qualitatem oppugnandam. In usum duci poterunt etiam confectioes hyacinth. Alchermes quoque, cum succis citri, aut lim. paratæ tamen cum Magisterio fragmentorum pretiosorum.

Vitæ ratio potius tenuis esse debet, & nonnihil attenuans. Sic convenit piscina cum succo citri aut lim. vitelli quinetiam ovorum in jure dissoluti, addita aceti portione. Aviculæ montanæ concedendæ. Potus sit aqua hordeacea, sive Noceriana, cum julap. acetoso; vel cum syrup. de acido citri; vel de succo lim. Hæcque pro hujusce febris cognitione & curatione, satis. Idem ibidem.

Lippria Febrâ.

Nobilis Juvenis. annum circiter 30. agens, temperamenti totius & jecoris, ad calidum & humidum vergentis, habitus carnosus, liberè vivens, & pravis alimentis potius usus, postquam noctes quasdam exiguo somno transegit, & diu negotiis domesticis, rursus sub radiis solaribus intentus; atque cum sodalibus, hoc anni tempore caniculari, convivatus, & vina meraciora, nive refrigerata copiosè bibens; tandem febre correptus, cum exiguo horrore, decubuit, cui calor intensus, cum sibi molestâ successit, tepidis tamen semper externis membris partibus, noctemque satis inquietam duxit; sequenti mane accersitus Medicus, Patientem Nob. invenit adhuc valdè febricitantem, cum pulsu parvo & languido, urinisque flavis atque tenuibus. Quoniam verò quandoque ephemeras febribus erat obnoxius, idèd secundam

O o o 2

dant

dam diem sine ullo Medico auxilio præterierunt. Interim, circa meridiem febris rursus exacerbari visa est; non tamen adeo evidenter increvit ut primâ die, & sequenti tertiâ, quæ accessit anticipans, cum inexplebili siti, æstuque interno intensissimo, & partium extremarum tepore; imò, in accessionis progressu, cum refrigeratione, & universali tenui atque tepido sudore, ac insigni anxietate & inquietatione; adeo ut nec ullam corporis positionem locumve ferre posset ipse Patient. Urina verò crassior & biliosior visa est. Aquæ Nocerianæ copiam in vigore præbuerat Excell. adstans; nec tamen quicquam sitis sedari videbatur. Nos itaque statim, post aquæ potionem, accersiti, ita consulimus.

Lipyræ febris, Nob. Patientem modò affligentis, natura adeo dubia fuit, ob Græcorum & Arabum discordiam; quinimò & ipsiusmet Gal. inconstantiam, ut nonnullos gravissimos viros, & potissimum Fernelium, ad credendum induxerit quoddam proprium genus ipsa non habeat, neque sit Febris per se; sed esse malignarum & ardentium differentiam; idque desumpsisse videtur ab Hippocrat. dicente; quòd in febribus non intermittentibus, si exteriores partes frigidæ; interiores urantur, & sitim habeant, lethale est. Quod generatim de quacunque febre, ab eodem pronuntiatum fuisse videtur, & potissimum de malignis & ardentibus. Verùm decipitur in hoc Fernelius; Lipyræ namque febris habet suam propriam essentiam, ab ardentibus distinctam; unde Galen. dicebat. Si intus & in ipsis visceribus calorem sentiant ægri; in externis verò partibus universis, frigus, tales sunt Lipyræ, & præterea, quoddam ardentium febrium perniciosum genus. Ergò lipyræ ab ardentibus differt; ut differt quoque, non solum Græci, sed multò magis Avic. cum Arabibus voluerunt; dum ille lipyræ collocavit inter febres pituitosas intermittentes; voluitque, modò fieri à pituità vitreâ putrescente, à quâ vapores eleventur crassi, nec adeo fervidi, qui possint exteriora calefacere, eoque minus, si adsint frigidi humores in ambitu corporis, caloris expansionem inhibentes; modò vult fieri à bile pauciori & crassiori; cujus propterea vapores non possint ad ambitum corporis pervenire, & ita partes externas calefacere. Galen. autem, Lipyræ febrem malignam appellare consuevit, quæ, non ob viscerum inflammationem internam, sed ob humorum, à quibus pendet, malignitatem, ita dici meretur idque duplici ratione, vel primò, ob putrescentes humores pravâ & malignâ qualitate præditos, ut sunt bilis prasina & æruginosa; qui cum à calore nativo vix concoqui possint, natura omnibus viribus totoque conatu contendit ad eos, non modò concoquendos, sed multò magis expellendos, sicque spiritus, & humores, & calorem hoc sine, ad interiora revocat, & exteriora frigida relinquit. Vel secundò, ob eorundem humorum veneficam qualitatem; cum enim veneni proprium sit officere cordi, idè natura, ut partem nobilissimam tueatur, ipsique auxilium afferat, unde quaque spiritus & sanguinem ad cor, ut ad partem nobiliorem transmittit, sicque per accidens interiora urantur, & exteriora frigescent. Quoniam verò ab intenso calore liquantur humores; idè sudores tenues & calidi erumpunt; diaphoretici tamen, non autem syncoptici, ex liquatione scil. solidarum partium; tunc enim & crassi & frigidi fuissent. Utramque verò causam, in præsentè lipyræ constituenda, locum habere credibile est; cum Patient liberam vitam duxerit, & ex consuetudine, pravis alimentis, potibusque meracioribus fuerit usus, bilis peccantis pravæ conditionis, in venis magnis putrescentis indicio; & idè urinae valde flavæ, valdeque tenues, & insignis præcordiorum æstus, cum molestissimâ siti observantur; ac tertiâ quaque die,

simul cum febre, omnia magis exacerbantur; adeo ut licet verè ardens febris non sit, ardentis tamen naturam sapiat atque referat.

Veneficæ verò qualitatis indicium præbent pulsus, statim ab initio parvi atque languidi; verum atque præcipuum malignæ & veneficæ qualitatis signum; sic angor, inquietatio, & difficilis unius situs tolerantia, permansio, autæ veneficæ cor & ventriculorum infestantis sunt argumenta. Sic Philisco externæ partes undequaque frigidæ erant, & sexta obiit; ita Pythio in Thaso toto morbi decursu refrigeratus, die decimâ interiit ob venenatam putrescentium humorum qualitatem.

Hæcque febris est Lipyræ, propriissimè dicta, sicut improprie talis est quæ pendet ab alicujus visceris inflammatione; quam potius symptomaticam febrem appellabant Antiqui; sicut, ne Avic. omninò excludatur, lipyræ proprie dici poterit, quæ fit à paucâ & crassiori bile putrescente, cum pituitâ frigidâ & crassâ, in ambitu corporis existente, & ita caloris expansionem impediente.

Febris hæc, Medicis ipsi, nedum Patientibus & Adstantibus semper timorem incutit, externarum enim partium refrigeratio in acutis, internarum insignem effervescentiam atque malignitatem; in diuturnis verò, nativi caloris imbecillitatem significat. Et idè jure merito dicebat Hipp. quòd si exteriores partes frigidæ, interiores urantur, lethale sit; aliud enim est, esse frigidæ partes extremas; & aliud, esse frigidæ partes exteriores; nam frigiditates extremarum partium aliis quoque febribus, præterquam lipyræ, competere potest, frigiditas verò externarum, nimirum cutis universi corporis, soli lipyræ propria est. Attamen, cum inter malignas hæc recensetur, & malignarum natura sit ut periculum quidem minetur, sed spem salutis omninò non adimat; statim est aggredienda curatio; duo potissimum observando, ut naturæ imitatores, ejusdem ministri evadamus. Alterum, quòd si septimâ die, in hæc febre, rigor & febris vehemens apprehendat, & sudor subsequatur, bonum est. Alterum, quòd si cholera superveniat, bilis videlicet sursùm & deorsùm effusio, pariter bonum.

Quibus consideratis, ad curationem accedendum. Et cum febris quodammodo ex ardentium genere non solum sit, verum & malignarum, indicantur refrigerantia & humectantia, calorem ad exteriora revocantia; cardiaca, diaphoretica & alexipharmaca, veneficam qualitatem oppugnantia.

A Chirurgico fonte, aliqua sanguinis missio, per venam sectam est depromenda, licet enim febris hæc sapiat naturam ardentium, non tamen verè ardens est; parè tamen, & semel tantum, tum ut vires conserventur, tum quia biliosorum humorum pravæ & adusta conditio à sanguinis præsentia remitti solet. Cucurbitulæ sicæ leves & frequenter repetitæ, potissimum in febris remissione, principem locum habent, sicut & universales frictions. Pariter sinapismi cruribus, & brachiis, & tandem quoque phœnigmi.

A fonte pharmaceutico, sunt desumenda Evacuantia, Preparantia; Majorem exustionem inhibentia; Diaphoretica, Alexipharmaca.

Evacuantia sint lenientia, syr. ros. solut. ad unci. vi. cui superbibat serum capr. aut asin. depur. ad lib. iii. Deindè in progressu febris, per intervalla, præbeatur Cassia cum aquâ hordeatæ. Preparantia sint julap. viol. rosac. syr. de succo citri, de succo lim.

Alterantia quammaximè ab hæc febre expetuntur, adeo ut Paul. & Aët. gelidæ potum convenire asseruerint, non tamen in principio, sed in statu, hoc est,

est, apparentibus signis coctionis. Et licet gelidam propinaverit. *Ac.* cuidam mulieri, non expectata coctione; erat tamen illa lipytia impropria, ab erysipelate ventriculi excitata, cujus proprium remedium gelidæ potum esse, docuit quoque Galen. 9. Meth. 5. Nos autem libentius, in hoc casu, eligimus aliquod alterans, quod suâ quantitate calorem nativum obsistere non possit; sed potius qualitate, vim & facultatem refrigerandi & humectandi obtineat: cujusmodi esse solent aquæ still. de succis acet. cich. imò & angurizæ, quæ ab lib. i. s. propinantur, additis tribus aut quatuor uncis aquæ scorzonæ; quæ portio, quinque aut sex horis à febris initio, erit exhibenda. Ut autem facilius calor ad externas partes feratur, aut saltem, ne ab eodem aded graviter viscera suffocentur, aut attingantur, abs re non erit tribus horis ab initio accessionis, exhibere Patienti, non quidem jus sem. cit. alteratum, ut perperam fieri solet, nihil enim tunc temporis, quod alimenti naturam habeat, est ostendendum; sed tres aut quatuor aquarum cordialium uncias præbeantur, tot. cit. scorz. & Sax. portione alterante, mox, ut dictum fuit, exhibita; & ab eâ, duobus aut tribus transfactis horis, sorbitione nimirum ex jure alterato cich. borrag. endiv. pentaphyllo & tormentillas additis syr. de acido cit. & de sacco lim. necnon convenienci portione juris instaurantis.

Duabus verò horis antè coenam, præbeatur aliquod alexipharmacum diaphoreticum temperatum; quale esse poterit lapis bezoar. occident. ad scrup. i. vel drach. s. Vel cornu cervi philosophicè præp. ad drach. i. in aqu. cord. tot. cit. scorzon. cardui sancti & Sax. ad unc. iv. vel v. Sed insignem prærogativam, præter cætera omnia, habet lapis hystricis, in aquâ scorzon. de more oblatas. Verùm, antequàm hæc diaphoretica præbeantur, cucurbitulæ siccæ passim universo corpori sunt apponendæ, & statim removendæ; moxque frictions universales faciendæ, manibus perfulis suffragio ex vino albo, in quo chamæmelum sit decoctum, elevato.

Extrinsecus quoque hepatis & hypo. hondriis epithemata parant Orib. & Paul. ex succo cich. & portulacæ addito succo lim. & aceto ros. Atius, ex succo semperviivi intybi, portulacæ, solani, plantaginis, cum aceto rosato.

Vidus rationem quod attinet, debet esse tenuis, refrigerans & humectans; aded ut Hipp. 2. de Morbis, solam perisnam hordeaceam præbeat; cui tamen addit vinum album, colore & substantia aquæ simile, quod aquosum dicitur, & ratione corporis humani, est natura frigidum; imò aquâ frigidius, refrigerat enim primò suâ quosâ qualitate & frigiditate, mox etiam suâ acerbitate, & penetratione, ipsam aqua habere non potest; quod cognovit quoque Gal. hocque vinum præbuit Hipp. suis temporibus, ut diaphoreticum, ad calorem foras expellendum; quo & nos etiam simul cum diaphoreticis uti poterimus; apparentibus tamen signis coctionis. Interim autem alia jam dicta diaphoretica præbenda erunt. Et hæc de casu præsentis dicta sunt satis. *Idem ibidem.*

Febris Typhodes.

Nob. Adolescens, temperamenti totius & jecoris calidi & siccî, gracilis habitus, astemius. & valdè edax, post valida exercitia, solatii gratia, remigando peracta, hoc anni tempore caniculari, circâ meridiem, præcipitavit in febrem, terrifico modo illuc invadentem; quandoquidem pulsus protus inæqualis & syncopizans observatus fuit, atque deficiens, cum aphonâ & in soporem inclinatione; ingruente ipsâ febre, levis horripilatio, ac non in-

Tam. II.

âmbitu corporis, verùm in abdomine, circâ viscera naturalia, ab ipso Patiente percepta fuit; cui calor ingens successit, cum siti molestâ, totius corporis ariditate atque squalore. Febris tota sequenti die perseveravit, cum exigua declinatione, & nocte vigili: tertiâ verò die rorsus eodem modo iisdemque symptomatibus exacerbata est; quinimò in augmento & statu deliravit Patientis. Urinæ interim valdè flavæ & pellucidæ apparuerunt. Secundâ die leniens medicamentum præbuit Medicus assillens. Modò in tertiâ, de agendis pro salute consultur.

De biliosarum genere febrem esse, quæ Nob. Adolescentem affligit, unicuique, vel mediocriter in arte versato, facillè patere potest, considerata tertianaria exacerbationum periodo, ingeni & acri calore, siti molestâ, vigiliis, urinæ valdè flavis atque pellucidis; & præterea rebus naturalibus, ætate nimirum adolescentiæ, temperamento totius calido & sicco, & anni tempore Caniculari; necnon rebus nonnaturalibus, violentis scilicet exercitiis prægressis, omnibus biliosi humoris præsentiam, & febrem ipsam biliosam simul attestantibus. Verùm aded facillè patet species ejusdem; licet enim cum Ardente. Tertiana continua, & Tritæophye non exiguam similitudinem habere videatur, ab his omnibus tamen rectè consideranti, diversa apparebit; calorem enim aded exurentem, nec sicim aded inextinguibilem, ut ardens inducit. Hæc cum horripilationibus exacerbatur; quæ conditio minteram, sive focum putredinis, à continuâ febre diversum significat; hæcque acuta potius, quoniam sæva symptomata statim ab initio secum ducit. Tertiana verò continua, statim ab initio acuta est, potius ratione causæ, & loci affecti, quàm symptomatum. Tritæophyes tandem, lentes à principio esse solent; in progressu verò violentissima, longissima atque laboriosissima evadunt. Typhodem igitur & siccam, non humidam hanc appellabimus febrem; quam inter acutas & Ardentes recensuit ipse Galen. iisdem tamen paulò longiorem; inter quas mediæ sunt semitertianæ. Ratio autem jam dictorum est quoniam in Ardente peccat pura bilis flava, in majoribus venis; in Semitertianis, putrescit flava bilis extra venas, & intrâ venas pituita; in hæc verò Typhode febre, bilis, non modò flava, verùm & crocea, crasse pituitæ mista, in ramis venæ portæ, cava scilicet jecoris parte; à quorum humorum putredine aded exandescit jecur ipsum, ut inde, ab eodem, varia ac sæva symptomata procedant, etenim præter ingentem calorem per venas cordi communicatum, ingens quoque evadit calor ipse febrilis, siti molestissima affligit, & vigiliæ, quinimò accensis atque turbatis spiritibus animalibus, exalescuntque cerebro, etiam paraphrenides excitantur. Et quoniam non minus crassi quàm calidi vapores, à putredinali minterâ ad Cor & cerebrum elevantur, arterias leves & nervos quodammodo obstruentes, caputque gravantes, hinc pulsus valdè inæquales atque syncopizantes, in exacerbationis principio & augmento; necnon sopores & aphonie observantur.

Ad humorum autem jam dictorum generationem, quàm maximè concurrere poterunt ætas, temperamentum totius & jecoris calidum & siccum, habitus gracilitas & facilis resolutio; anni tempus æstivum, & immodica atque violenta exercitia; sicut ad pituitæ generationem, potus aquarum & ciborum voracitas; à quibus omnibus jam dicti humores originem non solum, sed & augmentum, nature limites excedens, habuerunt; qui in jecoris cavâ parte conservati, & mediantibus obstructionibus putrefacti, ac in accessionis principio ad partes abdominis sentientes detrusi, horripila-

Ooo 3

tionsm

tionem excitare valent, quæ ab ipso quoque Patientem in abdomine percipitur, non autem rigorem; quia pituitæ tenacitas impedit, quominus bilis conferatim & concitate; per partes sentientes moveri possit. Causa verò adeò intensi caloris, est ipsius materiæ peccantis crassities; ignis enim in densioribus corporibus, majorem aëritatem obtinet.

Acuta cum sit febris hæc, periculosa quoque censenda, huic enim sæpè succedere solet hepatis inflammatio, tuncque lethalis evadit. Quare accuratissime tractanda est, & quàm citissime auxilia medica adhibenda sunt, nec obstant pulsus syncopizantes, & languorem ostendentes; utpotè qui virium oppressionem potius quàm resolutionem significant.

Quare, humorum evacuatio est procuranda, calor intensus remittendus, symptomatibus occurrendum, jecoris inflammatio inhibenda, & vires conservandæ.

Pro quibus explendis intentionibus, aliquis sanguinis missio necessaria videtur, ad febrilem calorem contemperandum, & jecoris inflammationem arcendam. Et licet anni tempus sit Caniculare, & corpus gracile, cum quòdam squalore, prægressaque sint immodica exercitia; vires attamen constant, unde jam dicta omnia, non missionem sanguinis, sed quantitatem eductionis prohibere solum valent. Aperiantur itaque salvetella dextera, & sanguis ad uncias sex educatur. Ad revellendos autem vapores, cor & caput infestantes, opportunissimi erunt duo phoenigmi, coxis appositi. In accessionis verò principio atque augmento, repellens oxorrhodinum futuræ coronali admoveri poterit, ex ol. rosæ & aceto paratum. Sic & hepatis epithema refrigerans, ex succo cich. depur. succo lim. & aceto rosato compositum.

Reliqua auxilia à fonte Pharmaceutico petenda. Et primò quidem, evacuatio rursus tentanda, flore cassiæ & tartaro, aquam hordeaceam superbibendo. Præparantia esse poterunt, julap. acer. & tart. cremor, adeò ut julap. ad unc. iii. præbeat, semel, aut bis, cum alterantibus, cremor verò tart. ad drach. v. vel drach. vi. duabus vel tribus horis ante cibum, in jure, vel aqua totius citri dissolutus, vim enim habet julapium incidendi, cremor verò tartari magis attenuandi, & viscidos humores liquandi. Sit autem primum alterans, aqua hordeacea ad lib. 11. & si sopor, aphonia & pulsus syncopizantes cedant, serum quoque depuratum propinari poterit, vel saltem destillatum. Secundum verò alterans, sit decoctio ex cichoraceis parùm ebullitis, in linteo colligatis & expressis paratis.

Interim per epicrasin præparatorum humorum evacuatio erit repetenda, modò clysteribus ex decoctione communi, cum melle ros. solut. paratis, modò ex flore cassiæ, cum crem. tart. & semi drach. pil. de tribus, bolis paratis, super præbendo semper portionem, quæ refrigerandi, exsiccationem prohibendi & abluendi vim habeat, & potest esse serum depur. aqua hordeacea jus, vel malva alteratur.

Ut autem vires cordis foveantur, parùm ante cibum, aqua scorzonæræ, totius citri, cord. Sax. cum julapio gemm. offerri poterit.

Victus interim sit potius tenuis, non valdè tamen, habitus ætatis, anni temporis, consuetudinis, temperamenti & habitus corporis ratione, imò quoniam febris hæc protrahi solet, ratione, imò, quoniam febris hæc protrahi solet, ratio victus mediocritatis tutior erit, & pro poru aqua hord. cum saccharo, aut julap. acetoso præbeat. Hæcque pro præsentis febris curatione, dicta satis, *Idem ibidem.*

Hemitritæus,

Juvenis Nobiliss. 30. annum agens, temperamenti totius & jecoris, calidi & sicci, ventriculi verò frigidi, deliciis affluens, Veris præteriti, pluviosi & australis occasione, cum domi ferè semper se contineret, sicque otio, simulque crapulis, superingestionibus & computationibus indulgens, nec veneri parcens, modò, hoc anni tempore æstivo, frequenter spirantibus austris, quibus libenter se ipsum exposuit, tandem non sine aliquâ hypochondriorum tensione, quatuor abhinc diebus, correptus fuit febre, quæ incepit cum horrore, ad statum usque inæqualiter perseverante, adeò ut modò in summo esse, modò retardari visus sit. Calor in statu statim multus, acris & mordax observatur; cum tamen, paulò post, fumosus, humidus & vaporosus perciperetur, tardè ad statum perveniebat, eundemque percurrerat, cum siti satis molestâ, undè tarda quoque in diem sequentem declinatio. Sicuti verò incepit cum ventriculi angore, & biliosæ atque pituitosæ materiæ vomitu, in declinatione terminari visa est cum mediocri sudore, licet ad infrebricationem non devenerit. Pulsus non adeò magni, celeres & frequentes, ut in tertianâ, sed neque debiles, parvi ac tardi, ut in quotidianâ. Urinæ subflavæ, & non adeò tenues. Adventante verò nocte, nova observata fuit febrilis accessio, cum extremitatum partium perfrigeratione potius quàm horrore, calor verò succrevit humidus & halituosus, neque acris aut mordax, nisi diurno tactu, percipiebatur, semper tamen inæqualis usque ad statum, ad quem tardius quàm in præcedenti accessione pervenire potuit, cum minori siti, verùm cum inclinatione ad somnum. Pulsus observari fuerunt tardi, parvi, debiles ac inæquales. Urinæ subflavæ & moderatè crassæ, ac tandem declinato, sequenti die, cum exiguo madore usque ad vesperam, quo tempore nova apparuit accessio, à prima nusquam absimilis, imò ejusdem tenoris usque in quartam diem, in quâ, propè noctem, quarta fuit observata accessio, secundæ omninò similis. Cum autem febris hæc Patientem Nob. magnoperè torqueat, ac ejusdem vires atterat, modò in quintâ, de agendis, pro salute consulit.

Equidem febris hæc ex illis est quæ, utpotè facta ex plurium febrium commistione, cognitionem difficilem habet, adeò ut non modò primam, sed secundam, tertiam, & omninò quartam diem requirat ad sui cognitionem, ejus difficultatis exemplum adducebat Gal. semitertianam, in illo Adolefcente, qualis est hæc Juvenem Nob. affligens, Latinis Semitertiana, Græcis verò Hemitritæos appellata. His quippe Hemi, dimidium, Tritæos verò, tertianam significat, quasi esset febre tertianâ minor, sicut seminalum minus malum significat, cum tamen diverso, imò contrario modo se habeat, & ideò hunc improprium loquendi modum Hippocr. ab antiquioribus desumere noluit, sed de hæc loquutus, dicebat. In febre, quam Semitertianam vocant. Placuit autem ipsi potius horrificam nominare. A Gal. tamen, nomen hoc Semitertianæ, sive Hemitritæi, usurpatum fuit, etenim, cum ejus natura confusa, ex quotidianâ & tertianâ intermittente constituatur, dimidiam partem ex utràque retinens, ab evidentiori tamen, efficaciori & activiori nomen sumpsit humore, prout enim à Deo, non ab homine, semideus: ita febris hæc, à tertianâ potius quàm à quotidianâ denominari debuit.

Quatuor autem modis complicari potest Tertianâ cum Quotidianâ. Primò, tertiana intermittens cum intermittente, quotidianâ. Secundò tertiana continua cum continuâ quotidianâ. Tertio, continua

tertiana

tertiana cum intermittente quotidiana. Ultimò, intermittens tertiana cum continuâ quotidiana. Et hoc ultimo tantum modo fit verus atque legitimus hemitritæus, aliis enim tribus modis deficerent conditiones ad hemitritæum necessaræ, ut infra considerabimus, & idèd non nisi improprie & abusive hemitritæus dici poterit. Quare rejicienda Sennerti & Zacuti opinio, qui existimant quòd ad hemitritæum constituendum, sufficiat alteram harum quamlibet continuam esse, alteram verò intermittentem; liquidò namque patet, quòd si tertiana fuerit continua, deerit horror, nec amplius, cum Hippocr. horrida dici poterit. Nec ullo modo admittendus Spigelius, qui Semitertianus semper ab aliqua internâ inflammatione proficisci crediderit, nec viderit quòd diebus paribus, quibus sola quotidiana succenditur, remitti non possit, quinimò acutissima æqualiter semper esset.

Componitur igitur legitimus ac exquisitus hemitritæus, ex Tertianâ intermittente & Quotidianâ continuâ, ab humore bilioso extrâ venas, & à pituitoso æqualiter in venis putrescentibus; tanta enim debet esse pituitæ, quæ bilis rigorem compeccat, quanta vis ipsius bilis, quæ rigorem remittit, horrorem scilicet excitare valeat, inæqualem ad statum usque; dùm enim utriusque humoris vires æquales, diuturno tempore pugnant, modò unus vincit, modò alter, & ita inæqualis quoque horror ipse observatur.

Neque hoc sufficit ad legitimi & exquisiti hemitritæi constitutionem, verum necesse est ut tertio quoque die simul moveantur bilis & pituita, uno & eodem tempore, atque Tertiana pariter cum quotidiana coëat & confundatur, undè confusæ à Gal. dicebantur, sicut si diverso tempore, complicata forent, nec legitimus esset, nec exquisitus hemitritæus. Et licet ex hæc bilis & pituitæ commistione, fieri possit etiam tertiana notha, erit tamen unica febris, unica humoris forma ac in unico loco putrescens: in hemitritæo verò duo humores, forma distincti duas excitant febres, uno eodemque tempore invadentes.

Sed hic instat Cardanus, at non solvit. Si in hæc febre alter humor reperitur in venis, alter verò extrâ venas, quomodo simul putrescant, simulque uniantur? Et si respondeatur, istis esse quod simul moveantur & putrescant, licet simul non uniantur, rursus urget instantia. Si non uniantur, quomodo pituita in venis putrescens, poterit bilem extrâ venas putrescentem cohibere ne rigorem, sed potius horrorem excitet? Cui quæstio frustra constat satisfacere Amatus, dicens, horum humorum fuliginis misceri, calidas & humiditas, nec vidit fuliginem adustam obtinere naturam, neque idèd affectum jam dictum producere posse. Quare dicamus, quòd dùm tempore accessionis pellitur bilis ab intrâ ad extrâ venas, secum ducit portionem aliquam pituitæ putridæ, quæ potest bilis activitatem adèd remittere, ut pro rigore horror excitetur: ex quo fit etiam ut ipsa Tertiana producat, quod non contingeret, nisi aliqua adesset mistio, sive pituitæ superadditio. Cessante autem tertiana, quoniam minora vera pituitæ in venis stabularur, idèd perseverat ipsa quotidiana, & continua persistit.

Tensiones verò hypochondriorum à flatibus, & aliquid quoque obstrictionibus, provenire possunt, quæ prout etiam sine febre observantur, sæpè ita ab his foveri quidem, at omninò pendere febrem non est afferendum.

Licet autem febris huius Semitertianæ, legitimæ & exquisitæ cognitio apud omnes difficilis sit, facilis tamen nobis redditur, considerantibus quatuor conditiones ejusdem, ab Hipp. traditas, nempe, quòd sit horrida, continua, acu-

ta & periculosa: & quòd alterâ die gravior, altera levior sit.

Primò horrida, non quòd solum cum horrore incipit, sed quia perseverat inæqualiter horror, vel totâ accessione, vel saltem usque ad statum. Ex quo elicitur componi ex tertianâ intermittente & quotidiana continuâ.

Secunda conditio, quòd sit continua, & idèd ex duabus intermittentibus componi non potest. Et licet dari Semitertianam intermittentem assererit ipse Gal. loquutus tamen non fuit de verâ atque legitimâ Semitertianâ, qualis est hæc præfens, & ab Hipp. descripta.

Tertia conditio, quòd sit acuta, imò & lethalis. Nec obstat, quòd Tabidis fiant semi tertianæ, & idèd non acutæ, sed longæ esse possint, nam licet tabes sint morbi diuturni, non implicat quòd iidem morbi acuti supervenire possint, ut semitertianæ febres.

Quarta conditio, quòd altera die gravior, altera levior fiat; gravior quidem ea die qua duæ simul uniantur accessiones, tertiana scilicet & quotidiana, levior verò qua sola quotidiana invadit; ut enim fit legitima & exquisita semitertiana, ambæ accessiones in unum & idem tempus coincidere debent, ut horror inæqualis diu perseveret, undè horrida dici possit, & idèd confusa quoque dicebatur: quòd si diverso tempore fiant accessiones, non erit amplius exquisita, sed spuria semitertiana dicenda.

Quibus jam dictis, rerum naturalium & nonnaturalium consideratio erit addenda à nobis in casu nostro, quæ æqualiter concurrunt ad bilis & pituitæ generationem, dùm ex unâ parte ætas est juvenilis, temperamentum totius & jecoris calidum & siccum, anni tempus æstivum; ex alterâ verò, temperamentum ventriculi frigidum, Ver pluviosam, Aestas australis prægressum ortum, Venus, comestiones, comotationes & crapulæ, ob quam causarum diversitatem Romæ incolis semitertianæ familiarissimæ sunt, ubi Regio calida, & constitutiones humidæ observantur, pariter, & quidem magis in Æthiopiâ, ubi aer calidior est, constitutiones verò humidissimæ vagari solent. Et tandem urinæ, pulsus, cæteraque symptomata, bilis & pituitæ præsentiam æqualiter nobis confirmant.

Febrem hanc lethalem appellavit Hipp., periculosam verò Gal. miratus quòd omnium deterrima sit, idèdque vix superabilis, quinque de causis: Primò quia est composita ex causis specie diversis, ægrè superabilibus. Secundò quia ipsi inflammatio aliqua interna supervenire solet. Tertio quia alia symptomata sæva ei non raro succedunt. Quarto, quia frequenter epidemicam malignitatem in se continet, quam obrem hanc, feram Gal. & Serenus mortiferam appellabant. Quintò, quando diuturnis aliis morbis succedit.

Nostra tamen, cum statim ab initio invaserit, non adèd periculosa erit ac si aliis morbis diuturnis supervenisset, tunc enim lethalis omninò est, longitudo tamen timenda, cum nonnunquam ultra semestrem extendatur.

Quare, magnâ industria atque diligentia curanda; cum enim bilis & pituita in unum coëant, dùm adversus bilem refrigerantia adhibemus, pituita pertinacior redditur & augetur; dum verò calefacientibus contra pituitam pugare intendimus, bilis fervidior fit & copiosior, sicque, dùm adversus neutram causarum vires Medicis integras adhibere possumus, fit ut febris diuturnior evadat, & ab humore vincente prava symptomata superveniant, sicque ægrî vita periclitetur. Et idèd duo illa coram nig axiomata, in hæc potissimum febre, sunt observanda, urgentiori scil. incumbendam, altero non

neglecto, utque prodesse festinemus, ita non nocemus.

Et licet melala hujus febris eliciatur ex curatione tertianæ & quotidianæ, in his tamen componendis plures sunt necessariae cautiones, quas omnes suo loco attingemus, dum indicationibus satisfacimus. Sunt autem primò utrumque humorem præparare & evacuare. Secundò, vias referare. Tertio, calorem febrilem temperare. Quarto, symptomatibus occurrere. Ultimò, affectas partes roborare.

Et primò, si de sanguinis missione loquamur, nulla hujus apud Græcos, nec apud Arabas, mentio fit, conceditur tamen à Celso inter initia, si corpus plethoricum fuerit, ne fervidior tota massa sanguinea reddatur, sicque putredo augeatur. Parcè tamen educatur, quia humores peccantes in venis, pituitosi sunt, extrà venas verò, biliosi, parçissimè autem in Patiente nostro, ex jecorariâ dexterâ: quod si ætas declinans esset, venæ fedales aperirentur.

A fonte Pharmaceutico desumenda Lenientia, Præparantia, Purgantia, Contemperantia, Aperientia, Symptomatibus occurrentis, Viscera roborantia, & tandem à proprietate Juvantia.

Lenientia erunt, vel assumpta, vel injecta. Assumpta, vel dejectoria, vel vomitoria. Vomitorium itaque primò præscribitur leve, ex jure seminis cit. alterato, & julap. acet. Et mox clyster injicitur, ex decoct. malv. mercuriali. betæ, hordei, syr. ros. sol. ol. chamæmel. sale & ovi vitello. Medicamentum per os sit, syr. ros. sol. & mel. ros. sol. cum aquâ flor. cit. Vel cass. & lenit. cum tart.

Secundò, præparatio est procuranda, ut inde frequens, & per epierasin sequatur humorum minoratio, eoque ordine, ut prius præpararetur & minoretur bilis, mox pituita, vicissim tamen & alternim, ut tantundem bilis quantum pituitæ, utpote æqualiter peccantes, præparentur & evacuentur. Verùm quod potissimum est, non sunt miscenda simul, uno eodemque tempore præparantia & purgantia bilem atque pituitam, ac si misti essent humores, ut in tertianâ nothâ fieri solet, utque decepti multi faciunt: sicut enim hi diversi atque contrarii, duobus in locis putrescentes, quibus uno eodemque medicamento, ex Calefacientibus & refrigerantibus composito, utrumque præstare minimè possemus.

In nostro tamen casu, julap. acet. utrumque humorem respicere poterit, ut quod bilem in pituitam, & pituitam in bilem vertat, narrat enim Rhafi, se paucis diebus semitercianam malignam curasse & sanasse, prisana, julap. acet. & vomitu. Bis igitur de die exhibeatur, ad unc. iij. manè duabus horis antè prandium, & noctu in statu febris, cum jure pullæ, alterato cich. borrag. endivia, acetosa, pentaphyllo, quibus absinthium addit Avic. ad statum prope-rante febre. Quod si julapium respuat Patiens, substituantur etem. tart. ad drach. iij. bilem enim compescit, & pituitam attenuat, fundit atque detergit, & urgente calore, cum Avic. acida tenuium partium sunt usurpanda, ut syrup. de acido cit. de succo lim.

Alterantis, sive febrilem calorem contemperantia, varia esse possunt, pro caloris majoris vel minoris indigentia, refrigerandum enim quantum sufficit. Quare in Patiente nostro, cum calor febrilis multum excedat, sique tempus æstivum, squam hordei propinare possumus, vel mulsam dilutam acetosam, vel aqua hordei paratam, qua uti solebat Hippocr. in curatione ardentis spurie, etenim calorem febrilem contemperat, & materiam pituitosam attenuat.

Quod si fortè aliquæ latitent, in cavo viscerum, obstructions, egregium remedium speriens & alterans fuerit, succus cichor. depur. ad unc. iij. in

jure præscripto propinandus, cui addi quoque poterunt grana tart. vitriol. si manifestæ obstructions adessent, sicuti gutt. spiritus tart. pluries restificati, si ad urinæ vias tendat ipsa natura.

Apparentibus signis coctionis, observandum in hac febre curandâ, cujus humoris in urinis appareat coctio, licet bilis prius apparere soleat, tuncque leviora purgantia lenientibus commiscenda, ut rhab. vel pil. de tribus cum thab. & cassia, vel pro pituitâ, agaricus, sive potius aliqua portio pil. de hierâ cum agarico, vel de agarico Mesues, cum cassiâ, aut elect. lenit.

Symptomatibus interim occurrendum: solent esse inflammationes, internæ, vel externæ, quibus, cæteris omnibus posthabitis, est incumbendum. Et si internæ, revellentia, repellentia & alterantia conveniunt, & idèd sanguinis missione, substypticorum appositione, & internis refrigerantibus opus erit. Si verò externæ ex humorum metastasi, aut ex crisi, per decubitum à naturâ procuratâ, sive materiâ, ex continuo decubitu diuturno, ad partem aliquam attracta, hæc quàm maximè è Medico erit observanda, à diversionibus abstinendo, tum sanguinis missione, tum medicamentis, præcipuè purgantibus, procuratis, sed levioribus præparantibus alterantibus, & clysteribus insitendo. In enim Chirurgo partis recipientis cura incumbit, ne inflammatio in gangrænam migret, nativo torius & partis calore, in febre diuturnâ, imbecilli reddito.

Viscera facillè roborantur. Ventriculus quidem, conservâ menthæ, vel sale ejusdem. Jecur, conservâ absinthii, vel sale ejusdem, & sic Diarrhod. Abb. Extrinfecus, illitionibus, fomentis, epihematibus, quæ Viris Excellentiss. hic non sunt præscribenda.

A proprietate juvantia in diuturnis adhiberi solent. Sic apud Varignanam, valet decoctum silybii. Apud alios, decoctum centaurei minoris. A Chymicis, sal ejusdem in eadem aquâ. Smaragdum proponunt collo appensum.

Vitæ ratio non adèd facilis est, undè dicebat Celsus, quod sub errore perperam cibari a gri, facillè moriuntur, & idèd subdit, quod talis esse debet ut non incitet febrem, sed longum ejus spatium sustineat. Sic die alterius paroxysmi copiosioribus exhibendus, sequenti verò parcior, memores quod error major committitur in tenuiori, quàm in paulo pleniori vitu. Alimenta sint boni succi facilisque coctionis. Vinum in duobus casibus conceditur, primò, vitibus deficientibus, secundò, apparentibus signis coctionis, paucum, tenue & oligophorum. Hæcque satis, curando huic legitimo hemeritæo. Idem ibidem.

Quotidiana.

Puella Nob. 10. annum agens, temperamenti, secundum totum & jecur, ad calidum remissum, sed valdè humidum vergentis, obesi habitus, albicantis coloris, vitam sedentariam, seu pingendo ducens, & fructibus, autumnò proximè præterito, copiosioribus usâ, ac intemptivè cibis, superingestioni scilicet assuetâ, hoc anni tempore hyemali, septem abhinc diebus, febricitare coepit circa vespertim, & quidem, hucusque eadem hora, eodemque modo quotidie, quæ febris, ut Medicus domesticus observavit, incipit cum extremorum perfrigeratione, prosequitur cum calore fumoso, valdè humido, & magis vaporoso quàm seri, tamen tætu diuturno percipitur mordax, semperque inæqualis. Pulsus parvus, debilis & inæqualis. Urina alba & tenuis primis diebus, nunc verò sobpallida & obscura incipit apparere. Et sicut calor, neque in vigore adèd vehementis est, ita

ita neque sitis valde molesta, ructus nonnunquam acidus edit, & capitis percipit gravitatem, cum delatione ad somnum, quinimo somnolenta est, ejusque facies pallida, & quodammodo sublivida apparere incipit. Protrahitur autem quaelibet accessio ad 18. horas, & cum madore terminatur. Modò & ego sum accersitus, ut simul de agendis pro salute consulamus.

Febris hæc, quæ quoridie Puellam Nob. septem abhinc diebus, invadit, idèo vere quotidiana est, quoniam quotidie, eadem hora, eodem ordine, eademque proportionem accedit: etenim dicebat Gal. quòd circuitus 24. horarum, dicuntur quidem quotidiani. Alibi verò subdit, dummodò eodem modo fiant. Rationem autem reddit, dicens, dantur enim plures aliæ febres, quoridie invadentes, quæ quotidianæ non sunt, dum tertianariam, aut quarternariam servantes proportionem atque correspondentiam duplices tertianæ; aut triplices quartanæ sunt, nuncupantur. Est autem quotidiana, non solum exquisita, sed & exactè exquisita, quæ à Græcis Amphemerina appellatur, quia diei & noctis particeps, ut expressit Aet. sicuti, si continua esset, Catamerina proprius diceretur, quam rarissimè dari credidit Fern. sicut falso nunquam Platerus. Talem hæc designant omnia signa, nullo deficiente, à rebus naturalibus, nonnaturalibus & præter naturam desumpta.

Et primò quidem, inter res præter naturam, consideretur modus invasionis, dum incipit cum extremorum perfrigeratione, non cum rigore; cum enim fiat ab insipida pituita, quæ omni caret acrimonia, rigorem non infert, sicut acida & salsa, à quibus quotidiana quidem, sed non legitima provenit.

Secundò, calor fumosus & valde humidus tactu percipitur, magis quidem vaporosus quam acris, ob humiditatem à minera effusantem, & inæqualis, est enim veluti ignis à multà humiditate suffocatus, qui eandem superare tentat, secutà verò victorià, mordax & inæqualis magis evadit.

Tertiò, pulsus debilis, parvus & inæqualis, tum quia ob excessum pituitæ virtus opprimitur & velut suffocata jacet, tum quia febris hæc fieri solet affecto ventriculo, quo læso facillimè trahitur in consensum cor ipsum.

Quartò, urina est alba, tenuis, propter obstructions, & præsentem frigiditatem, sicut in progressu, fieri solet crassa & rubra.

Quintò, sicut calor neque in vigore vehemens est, ita nec sitis molesta, totum enim corpus præhumidum est; liquatæ pituitæ ratione.

Sextò, ructus acidi sunt ob imperfectam concoctionem, à pituitæ præsentia, & imbecillo ventriculo proveniente, somnolenta item sit, ob humidos vapores, caput petentes & occupantes.

Septimò, facies pallida & sublivida apparere incipit, quia patitur ventriculus, & compatitur hepar.

Octavò, accessio protrahitur ad 18. horas, licet valde paucos ad totalem integritatem pervenire asserat ipse Gal. quia pituita tenax, glutinosa atque copiosa est, & idèo exquisitam quotidianam intermittentem, semel se vicisse asserit idem Gal.

Tandem terminatur cum madore, in progressu verò, cum sudore defutura, humore attenuato atque concocto.

Quòd si secundo loco, res naturales consideremus, puerilem scilicet ætatem, ob ingluviem ciborum huic febrì obnoxiam, totius & jecoris temperamentum humidum, obesum habitum & albicantem calorem, anni tempus hyemale: omnia ad

pituitæ productionem, proindè ad quotidianam exquisitam constituendam prorsus conspirasse manifestissimum sit. Quibus adduntur quoque res naturales, nimirum fructuum usus, superingestiones, & vita otiosa sive sedentaria, quæ causæ omnes pituitæ naturalis excrementitiæ copiam accumulare valuerunt, quam insipidam Avic. dulcem verò Gal. appellare solent, cujus generationis locus, ventriculus est, putredinis verò, extrà venas, circa viscera naturalia. Intermitteus autem est, licet non habeat sinceritatem illam, & purum intervallum, prout febres biliosæ & melancholicæ, ut observant cum Gal. quoque Tral. & Paul. & ratio est, quia materia pituitosa non modò crassa, sed summè viscida est, adedè et non possit nisi cum maximà difficultate resolvi, & video quòd ægrè potest febris ad exquisitam integritatem devenire.

Febris hæc, licet intermittens, excipitur tamen ab Hippocratica sententià, quoniam habet intervallum breve, & illud quidem satis imperfectum & obscurum, undè Avic. dicebat, quòd sicut raro contingit quartanam continuam esse, ita raro reperitur quotidiana intermittens. Quare asserbat Gal. quòd ex intermittentibus, brevissima & mirissima est tertiana, longior, & de se, sine periculo, quotidiana, eoque periculosior quia legitima est, quæ ut solvatur, multum pituitæ excerni oportet, & multos in toto corpore sudores erumpere, & idèo quoque longior: ad 40. enim, imò 60. diem protrahi solet, interdum & ad sex menses. Habet autem principium valde longum, longam quoque declinationem, augmentum longissimum, & brevem statum. Periculosior autem, quia est diurna, ita sentente Hipp. & ratio est, quia status & declinationes diurnæ, incidunt in noctem, in quâ remissio difficilior est, nam habitus corporis densatur, color putredinalis ad viscera contrahitur, putrida excrementa retinentur, & ita diuturnior evadit, tum quoad accessionem, tum quoad tempus universale, & in diuturnitate periculosior.

Atamen, quia principium coctionis jam apparere incipit, cum urina ex albâ tenui, subpallida & subrubida fieri incipiat, coctionis signa erunt evidentiora si nebula alba apparebit, evidentissima verò, quando nebulam rubentem videbimus, cum subsistentia bene coloratâ, & mediocri consistentiæ, ut nos docet Gal. idèo salutis spes concipienda.

Pro hæc autem febre curandâ, 1. materia pituitosa attenuanda, incidenda. 2. eadem per variis vias evacuanda. 3. ratio caloris febrilis habenda. 4. partes producentes roborandæ. Et 5. vires totius conservandæ. Nec audiendus Tral. dum carpit Gal. eò quòd differentiam non posuerit inter atreanantia, pro pituitæ varietate, hoc enim prudenti iudicio Medici assistentis commisit, præterquam quod Pro. ad Glauc. 12. exquisitæ quotidianæ curationem tradidit, qualis nostra est.

Jam dictis intentionibus explendis; in Chirurgico fonte, si sanguinis missionem consideremus, omissa fuit hæc à Gal. quia neque adest indicans, neque permittens, nisi adest plenitudo in toto, quæ in puellâ nostrâ non est, tunc enim in omnibus febribus sanguinis missionem commendat Gal. ipse, dum scilicet apparet rubor non consuetus, tumor in toto, venæ eminentes, quibus addit Avic. ruborem in urinâ, omnia totius plenitudinem denotantia. Fomentationes quoque circa viscera naturalia conveniunt, ad quas tamen, consilio Tral. non est festinandum corpore plano, ne fusi humores à visceribus excalescentis attrahantur, & inflammationes, aut saltem obstructions excitentur. Toti corpori

leves

leves frictiones, universalem transpirationem ad humorum resolutionem præstare poterunt.

A pharmacâ præcipua sunt, adsumenda remedia. Et primò quidem, ventriculus exonerandus leni vomitorio. Secundò, clystere. Tertio, lenienti medicamento. Vomitus procuratur decoct. mercurial. malv. betæ, pariet. additis melle ros. solut. oleo chamæmel. ovi vitello & sale.

Leniens erit elect. lenit. cum tart. & modico hieræ. Vel mel. ros. sol. cum mannâ & decoctione cordiali.

Pro præparante, primis diebus, oxymel præscribit Gal. mox urinam cientia, & interim victus rationem attenuantem & incidentem. Hæc omnia quoque Paul. Tral. & Aet. Avic. pronit. Geleniabin, hoc est mel rosaceum usque ad septimum diem. Præscribitur igitur ita.

℞. Oxymel. simpl. unc. ii. mel. ros. simpl. unc. i. aquæ cinnam. cochlear. m. pro syr. & sic pro aliis. Materia in ventriculo præparata, leni purgante educatur, in quem finem agaricum laudat Avic.

Sic. ℞. Elect. lenit. drach. vi. crem. tart. drach. ii. pil. de hierâ cum agarico drach. i. m. f. bol. Vel fiat in f. agarici, cum modico rhab. in aquâ mellisæ & melle ros. solut. fiat portio. A quibus, si fitis infellet, propinetur mulla, ex aquâ hordei parata.

Secunda validior, non tamen validissima præparatio, ita procuratur.

℞. Decoct. agrim. cichorii, capil. Vener. borrag. absinthii. end. sam. cit. unc. v. oxymel. simpl. unc. i. syr. de cortic. cit. de duabus rad. an. unc. f. m. pro syr. & sic pro aliis.

Præparata verò materia expurgabitur ita.

℞. Electuar. lenit. diacathol. an. unc. f. pil. de hierâ cum agaric. de tribus cum rhab. an. drach. f. m. f. bol.

Vel. ℞. Agaric. trochisc. drach. iii. fol. fennæ mund. drach. ii. cinnam. drach. i. aq. agrim. q. f. m. f. inf. per horas xii. expressioni addendo mel. ros. sol. unc. v. m. f. Pot.

Quibus si non cedat febris, ad validiora attenuantia, incidentia, aperientia, & inde purgantia erit deveniendum. Sic Syr. Fernel. aptissimus erit, eidem addendo rhab. præbeat autem ad unc. ii. vino albo tenui, aut jure diuretico, decem aut duodecim diebus. Quòd si id genus medicamenti Puellæ non placeat, aliud substituatur.

Ut, ℞. Pil. de tribus cum rhab. de hierâ cum agaric. aggregat. an. drach. i. m. & cum syr. de quinque radicibus, ref. pil. n. xii. & aurentur, quarum quatuor præbeantur quarto quoque die: diebus verò intermediis.

℞. Troch. de eupat. de rhab. de capil. Ven. an. drach. i. m. & cum syr. bizant. q. f. f. pil. n. 12. & aurentur, quarum quatuor præbeantur, iisque superbibat jus alteratum cich. borrag. end. petrosel. agrim. capil. Ven. rad. gram. foeniculi, apii, & in adultis, ut efficacior evadat, additur syr. quoque de cich. cum rhab. oxymel. simpl. an. unc. f. m. pro syr. diebus intermediis, declinatione febris offerendo. Dùm omnia jam dicta sunt, vomitus in usum ducendus, ut consilii Gal. & omnes Medicinæ Principes cum eo, ab absampto cibo, radiculis comestis, præsertim in hæc Puellâ, quæ ad vomitum prona & facilis est, & in quâ ventriculus est cause morbificæ minera, proderit enim educendo materiam antecedentem, antequam febris causa conjuncta evadat.

Et nisi jam propositis febris cedat, ad jus columbæ, & salsa & ligno sassafras alteratum deveniri poterit, ita parandum.

℞. Salsæ elect. incisæ. unc. i. f. ligni sassafras in-

cisi unc. f. aq. comm. lib. iiii. m. f. inf. per horas 24. deinde adde dimidium columbæ turricolæ, & bul. ad consumpt. medietatis, in sine addendo chamædryos, tantoperè à Tral. commendatæ, cardui benedicti an. pug. i. bull. par. & colat. fervetur pro tribus vicibus matutinis horis assumenda, cui præmitti poterit, si ad sudorem fuerit propensa, bol. hujusmodi.

℞. Pulv. corn. Cerv. Philosoph. præparati scrup. i. salis card. sancti gr. vi. julap. gemmati q. f. m. ref. bol. & aur. Quòd si ad urinam vergat, hic paratur.

℞. Tereb. nostræ, lotæ in aquâ agrim. drach. f. salis theriacalis gr. vi. m. ref. bol. & aur. quotidie jure jam dicto præmittendus. Et interim, singula hebdomada alvus moveatur ita.

℞. Pil. mastich. vel de tribus cum rhab. drach. f. magist. mechoac. gr. xx. m. ref. pro unâ vice tantum.

Tandem ventriculus, utpotè hujus febris minera, erit roborandus, idè Gal. utebatur absint. Nos conf. vino, vel sale absint. utebatur & diacal. diatrium pipereo. Avic. ad magnas antidotes ascendebat. Nos, ad confect. aromat. ros. & diarrhod. Abb. dissoluto saccharo cum aquâ cinnamomi.

Extrinsicus quoque fomenta & inunctiones parari poterunt. Fomenta quidem, ex decoct. absinth. mentæ, rosismarini, salviæ coriandr. præparat. cortic. citri, in vino nigro subansiero. Inunctiones, ex oleo mastichino, de absinthio, de menta, addita cera, vel oleo M. D. de corticibus citri. Et in diurnâ, ventriculo valdè frigido existente, ætate senili, cachexia imminente stillicidium quoque administrari poterit, ita parandum.

℞. Col. amygdal. dulc. massic. an. lib. s. f. vini albi montani lib. i. spicæ, absinthii, mentæ an. pugn. i. caryophyl. macis, cinnam. gingib. an. drach. i. m. inf. omnia per diem naturalem, deinde bul. ad consumptionem vini, & facta colat. fervetur pro stillicidio.

A proprietate commendat Tral. chamædryos decoctionem. Potens est etiam aqua stillat. chamæmeli, undè chamæmelum ab Ægyptiis Soli fuit consecratum, tanquam eximium inter febrifuga medicamentum. Extrinsicus Tral. laudat lapidem ætitem, idèst Aquilinum, alligatum. Ex aliis, inunctio spinæ oleo de scorpionibus Matthioli. Ex Avic. frictiones ex telis araneorum in oleo mace-

Victus ratio sit attenuans, calefaciens & exsiccans, primis diebus quodammodo tenuis, ut pituita dulcis ad naturam sanguinis reduci possit, quod in cæteris pituitæ speciebus succedere non potest, & idè dicebat Tral. quòd sicut una non est pituitæ species, ita nec una victus ratio, fames tamen in universum commendatur ab omnibus in hæc febre. Sic Hipp. consilii ut patiens febreem hyemalem custodiatur in fame. Rhasis, quòd nil melius sit longâ fame. Celsus, quòd triduo primo à cibis abstineat. Cautè tamen in nostrâ puellâ agendum, primò, quia victus humidus pueris confert, secundò, quia qui crescunt plurimum habent calidi innati, & idè plurimo egent alimento.

Potus sit mulla cum cinnam. Vinum non admittit Gal. in hæc exquisitâ quotidianâ, sicut concedit Avic. in non exquisitis, pituita nimirum valdè frigida existente, & apparentibus signis coctionis. Vigiliæ & motus magis in hæc febre quàm in nullâ aliâ putridâ conveniunt. Sic, pro exercitio, frictionibus utendum. Clysteribus alvus lubrica servetur, & nonnunquam ventriculus, vomitu leniter excitato, evacuetur, & tandem alacri animo recreetur & blandè tractetur. Idem ibidem.

Febris Quotidiana Nocturna.

Excellentiss. Senator, annum agens 65. temperamenti calidi & humidum, boni habitus, dum elapsis annis podagram pati cepisset, medicorum consilio, cymbæ usum deseruit, & pedibus incedere, corpusque continuo exercere cepit; verum, anno præterito, Senenit. Principis creatus Consiliarius, ac proinde habito dignitatis respectu, rursus cymba vectus, & præterea in Magistratibus, vitam sedentariam agere coactus, hoc autumnali tempore in febriculam incidit, noctu semper invadentem, cum aliqua horripilatione, sive extremorum perfrigeratione, cui calor succedit, sensim ac tardè accensus, cum pulsu inæquali, at raro potius, & parvo, molli, non tamen undoso. Urina alba & cruda primis diebus, modò crassa, & quodammodo turbata conspicitur, de totius corporis gravitate, & articularum laxitate conqueritur. Cessatis horribilibus somnis supervenit qui non adeò facillè præveni aut prohiberi potest, & horis vespertinis sequentis diei, exigua valdè percipitur ipsa febris, nunquam tamen Excellentissimus Pat. ad ejus immunitatem pervenit. Modò de agendis, ut liberetur, & ut in posterum degat incolumis, auxilium petitur.

Febris quæ paucis abhinc diebus Senatorem Excellentiss. corripuit, quotidie, eadem hora, eodem modo ac ordine invadit, quotidiana dicenda, & quia nocturno tempore accedit, quotidiana nocturna propriè appellanda; eaque continua, rarissimè namque esse potest intermittens, quia, cum à pituitoso, lento, & tenaci humore excitetur, vix prorsus destrui potest inquinamentum in minera relictum. Fit igitur ab humore crudo, pituitoso, in ventriculo genito, & in venis congesto, à liberâ vivendi ratione, ætatis mutatione nunquam mutata, qui humor, superioribus annis, ad articulos decumbens & podagram Patient. Excell. infens, exercitii beneficio coercitus est, atque consumptus, quo, ab eodem intermisso, ut patriæ inserviret, rursus in venis coacervatus, mediante prohibita transpiratione, ab aliqua obstruktionis exarata, modò tandem putredinem contraxit, & jam dictam febrem excitavit. Cujus non desunt propria signa, siquidem cum horrore atque refrigeratione incipit, nunquam enim cum rigore invadit, dum humor ad partes sentientes detruditur & per easdem lentè movetur. Calor autem tardè accenditur, quia humor, temperaturâ frigidus & humidus est, consistentiâ verò lentus & tenax. Pulsus autem inæqualis valdè observatur, quoniam inæqualiter evaporationes à putridâ minerâ elevantur in cor, rarus & mollis, propter materiæ peccantis humidam conditionem, parvus item veluti ignis à lignis viridibus suffocatus, non tamen adhuc undosus, ut evadere solet in progressu, quando attenuata materiæ futuros sudores prædicat. Urina in principio alba & cruda, cruda omnino, & nihil prorsus segregato humore peccante, sicut modò in progressu, crassa & turbulenta observatur, dum aliqua ex parte segregatur, quæ etiam ratione, & de totius corporis gravitate, & articularum laxitate conqueritur Senator Excellentiss. dum redundantis humoris portio, tum ad musculos, tum & ad articulos decumbit, potius quàm criticè ab ipsâ naturâ expellitur. Quod autem somnus, imò & sopor sit hujus febris proprium symptoma, qualitas humoris peccantis facillè docet, quod & Gal. ipse confirmat.

Febris hæc, ut quotidiana, longa esse solet, nec sine periculo, ex ipso Gal. Ità Hippoc. dicebat, quod febris nocturna non admodum lethalis est, ergò mediocriter lethalis. Subdit autem in Tex. Hipp. quod diurna longior est; Nec mirum, siquidem resolutio

peccantis materiæ, quæ fit in declinatione, cadit in noctem, nostræ verò nocturnæ cadit in diem, & ideo brevior prædici potest.

Curari debet febris hæc ut quotidiana, verum, cum nocturna magis pituitosa quàm diurna censetur, efficacioribus quoque eget medicamentis. Incidentum itaque, detergendum, evacuandum, & roborandum.

Et primò quidem, ex fonte Chirurgico, in casu nostro, aliqua est de promenda sanguinis missio, licet à Gal. omissa, idque quoniam Excellentissimi Patientis corpus calidum & humidum, atque succis repletum est, undè sanguis, si non ut causa principalis, saltem ut fovens concurrat, præter revulsionem à capite, ne adeò facillè in accessionibus repleatur, & ad soporem deducatur, in quem finem, ratione quintæ ætatis, aperiri poterunt venæ sedales. Frictiones etiam convenientes erunt, non solum universi corporis, verum & articularum, qui à fluxionibus olim infestari solebant, ut, si possibile fuerit, ipsa podagra revocetur.

Et quoniam, statim ab initio, à medico domestico prius vitæ fuerunt expiatæ, melle ros. solut. cum tart. & momento aquæ cinnam. & postmodum, per integram hebdomadam, humores præparati oxymelle simplici, melle ros. commisso, repetito quintiam jam dicto medicamento, & præmittis bolis ex hiera, cum exiguo lenitivo reformatis, duabus horis ante medicamentum exhibitionem, ideo in præsens, de ulteriori præparatione cogitandum, quæ bis per diem naturalem procuranda erit. Sic primò in vigore febris, oxymeli tantum erit præbendum, ad unc. ii. cum gr. tart. vitriol. in decoct. cich. borrag. end. beton. melissæ & sem. cit. Et quoniam calor difficulter dissolvitur ad partes externas, & non nisi post multas horas, ideo, ut promptius & citius succendatur & se exerat, præbatur hujusmodi aqua.

℞. Aq. tot. cit. scorz. cord. præ. Sax. an. unc. i. julap. gemm. MD. gutt. x. m. & exhibetur. In augmento verò febris, abstinendum omnino à jure sem. cit. alterato, & quolibet aliâ potione alimentali, utpote quæ potius calorem ad interiora revocandi, quàm ad exteriora expellendi vim obtineret.

Præterea, eodem tempore spinali medullæ inunctio fieri poterit, ol. de scorpionibus Matthioli, exiguo vino malvatico dissoluto.

Alterum verò præparans, magis attenuans atque incidens, exhiberi poterit tribus horis ante cenam, nimirum in febris declinatione, quod poterit esse oxym. cum syr. de passio & de cich. cum rhab. in decoct. cich. borrag. agrim. beton. chamædryos, radicis petroselinæ atque fœniculi. In quorum præparantium usu ita pergendum erit, & quarta quoque die, per episcrasin, præparati humores sic evacuentur:

℞. Pil. de hiera cum agarico scrup. ii. elect. lenit. drach. iii. m. f. bol. & præbeantur hora una ante cenam, ut ab his operatio sequatur hora accessionis. Vomitus, quoniam difficilis est ipsi Patienti, omnino omittatur.

Quod si appareant signa coctionis, & nihilominus perseveret febris, ad fortiora medicamenta purgantia deveniendum.

℞. Elect. diaph. ros. Mes. an. drach. i. flor. cass. drach. v. m. f. bol. quibus superbibat mullam dilutam, ex aq. hordei paratam.

Vel ℞. Pil. de hiera cum agarico, de tribus cum rhab. aggreg. an. scrup. i. flor. cass. rec. ext. drach. vi. m. f. bol. quibus pariter superbibat jus, solo hordeo alteratum.

Dum

Dum hæc sunt, ventriculi potissimum cura est habenda, siquidem quotidiani ventriculo male affecto fieri solet, idem absinthii conserva, vel sal absinthii in usum duci poterunt. Confectiones quoque ex aromatico ros. & diatrhone Abbatis, dissolvendo saccharum cum aqua cinnam. & manifestis apparentibus signis coctionis, magnæ antidoti quoque locum habere poterunt, Michridatica scil. confectio, & Theriaca ipsa, exigua tamen dosi.

Quibus omnibus congrua victus ratio erit addenda, quæ attenuans quidem, ac non tenuis esse debet, idque pace ipsius Celsi, qui alternis diebus tantum cibum offerebat. Potus sit mulsæ, coriandro, vel cinnam. alterata, & apparentibus signis coctionis, vinum libenter concedatur. Quæ pro curatione hujus febris diæta sint satis. *Idem ibidem.*

Febris Lumbricalis.

Nob. Puer, decem annorum, temperamenti totius, calidi & humidus, habitus carnosus, subrosei & albicantis coloris, sanus alioquin, sed repletionibus frequenter distentus, à quibus tum vomitu, tum alvi dejectione spontanea se exonerabat, cum excretionem, non modo cruditarum & materiæ pituitosæ, verum etiam sæpè vermium, qui albi coloris, rotundi, palmarique longitudine, mætere jam diætæ immiscebantur, quia, ut unigenitus, pravè quoque educatur, namque fructus, carnes, lac, & ex eodem patata, aliisque prava alimenta quolibet tempore eidem conceduntur, modò, pravâ eadem educatione perseverante, postremis hæc præteritis diebus decurrentis autumni, consueta appetentia desit & nauseare incipit, tandemque febrile, præcedente anhelitus fectore, dentium stridore, quinimò & clamoribus, & motibus convulsivis, in somnis. Febris autem, nudius tertius, circa vespèram, cum inæquali extremarum partium refrigeratione invasit, & hesternâ die, plures accessiones passum esse ab assistentibus creditum fuit, licet exacerbatio vera à Medico pariter circa vespèram fuerit observata, sicut & hodie nos accersiti observavimus. Clysterem ex lacte, butyro & saccharo paratum, huic injiciendum jussit, quem nulla subsequuta fuit evacuatio, idè hoc mane tartari cremorem præscripsit, cui successit cruditarum & pituitosæ materiæ copiosa excretio, quatuor rotundis, albis commixta vermibus, vivis adhuc. Puer interim quietus, & potius soporosus jacet, cujus pulsus non adeò frequentis sunt, valde tamen inæquales, urinae pallidæ & tenues, frequentes item mutationes observantur, & coloris, & caloris, præsertim faciei, qui calor, nec principio, nec augmento accessionis, æris percipitur, sed potius fumosus, & salivatio in totâ accessione copiosa perdurat. Modò sub noctem, ita de Pueri statu consultum fuit.

Febrilem hanc Puerum Nob. divexantem, Lumbricalem, & Vermicularem appellare placuit vobis, Excellent. Viri, quod nec mihi cerè displicet, si vermium, qui eam comitantur, copiam consideremus, non verò quod à vermibus febris ipsa procedat, siquidem vermes, in febrilibus, ut signum, non ut causa, locum habent. Undè Hipp. de his pronuntiavit, quod eunte in judicationem morbo, lumbricos quoque teretes descendisse, nihil nocet. Siquidem, dum cum aliis excrementis sub finem morbi excernuntur, tunc fit ex naturæ judicio, si verò in vigore, malignitatem in humoribus præsentem, à quâ fugantur, significant, prout, si in principio morbi prodeant, ut in casu nostro, ex subjectâ materiâ potius contingit, atque ita semper rationem signi; non autem causæ, in febrilibus subeunt, non enim ubi vermes, ibi febris necessitudo reperitur. Quare idea hujus febris prius

investiganda, mox vermium præsentia consideranda.

Febris igitur, hæcque quotidie horis vespertinis, eodem modo, eademque proportionem invadens, quotidiana dicenda jure videtur, quæ & confirmatur à rebus naturalibus, à non-naturalibus, & præter naturam. Et primò quidem, ætas puerilis, ad pituitæ subdulcis generationem aptissima observatur, ob cruditates à ciborum ingluvie procedentes, temperamentum præterea calidum & humidum, anni tempus autumnale, prægressa dissoluta vivendi ratio, ad crudos & pituitosos humores congerendos opportunissima sunt, ac tandem, hoc idem confirmant res præter naturam etenim, cum extremorum refrigeratione invadit, pituitosis febribus propria, præterea calor febrilis, primis horis accessionis, non adeò æris & mordax percipitur, imò potius fumosus, adinstar ignis in viridibus lignis accensi. Urinae sunt pallidæ & tenues, pueris quidem consuetae, modò, crudæ pituitæ, indicio. Pulsus inæquales, ob pugnam caloris febrilis cum pituitosâ materiâ gravante, & putridos vapores ad cor elevatos, à putridâ minerâ, à vermibus inæqualiter commota. Lingua salivosa, sive copiosa saliva madens, à cujus præsentia oris ventriculi functio atque corrugatio inhibetur, undè non solum inappetentia, verum & nausea febrile ipsam præcessit. Et tandem copiosi adsunt cum hæc febre vermes, qui non nisi à pituitâ excalescētâ & putrescētâ gigni possunt, ut asseruit Avic. & ante ipsum Gal. dum probat amara, neque facillè putrescere, nec vermes generare posse, prius tamen Arist. id ipsum affirmavit, asserens unumquodque nutriri iis ex quibus constat, vermes autem, nec acidis, neque amaris nutriuntur, quia nec ex iis constant. Quibus subscripserunt quoque Aët. & Paul. Quare, cum neque ex acidâ melancholâ, neque ex amarâ bile, neque ex sanguine, à naturâ tantoperè custodito, vermes generentur, asserendum omnino quod à pituitâ putrescētâ ortum ducant, à quâ procedit quoque hæc quotidiana febris.

Et licet in febrilibus quoque acutis, biliosis, atque malignis, vermes generari ac externi frequenter videamus, non tamen à biliosis & malignis excrementis, nec in eodem locò, ubi putrescunt, generantur (quantum & in pluribus corporis partibus generari posse negandum non sit,) sed in primis vis, intestinorum scilicet regione, ex pituitosis & crudis excrementis, in casu nostro producuntur, quinimò, si portio, vel exigua, aut biliosi aut maligni humoris, à venis superioribus, per ductum cholidocum ad intestina feratur, fugantur ipsi vermes, & vel per alvum deiciuntur, vel ventriculum petentes, per vomitum excernuntur.

Sed, cur ad vermium putredinem non semper sequitur febris? An quia licet vermes ex Arist. generentur ex putredine terræ, nihil tamen, ex eodem, generatur putrescens, sed concoctum, quasi dicat, quod ex integra & consummata, vel excellenti putredine, vermes non generentur, unde dicebat, quod viventia in rebus putridis generantur, cum naturalis calor facultatem eorum cogendorum acquirit; quamvis enim materia putrida sit; oportet tamen vermibus generandis, ut à naturali calore coquantur, quam concoctionem Avic. rectificationem vocavit. Hinc Gal. ait, quod sola putredo non est ad generandos vermes sufficiens, sed & calore plurimo indiget, sicque vermes, & per putredinem, & per concoctionem generantur: per putredinem quidem, quoniam ut misti putredo præcedat necesse est: per concoctionem quoniam opus quoque est, ut postea calor ejusdem misti reviviscat, ita ut & coquere & in unum cogere valeat, quam vim ac facultatem suscipit à cœlesti

coelesti calore accedente, dum missi calor nondum permisit integram humidi à sicco dissolutionem, ac proinde neque integram putredinem, cum alioquin ex hac non solum vermes generari non possint, sed ab ipsa intensiori reddita, vel necentur, vel fugentur, atque ab hac quidem febris generatur, non autem à priori putredine vermes producente. Ideo, pluries vermes excreti, sine febre, à Pueris, & ab aliis visi fuerunt, tum ex corruptione ciborum, tum ex pituitosa materia, à lactis usu, carnis & fructuum, atque dulcium alimentorum genita, dulcia enim in humidis temperaturis, & puerili ætate potissimum, non adeo facile bilefunt. Horum autem signa patentia sunt, nimirum oris foetor, à putredine in primis viis, dentium stridor, motusque convulsi in somnis, è vaporibus, vel nervorum principium, vel os ventriculi vellicantibus, uade & clamores. Quoniam verò ex vermium copia, frequenter febris minera commovetur, & agitur, hinc plures singulo die repetere videntur febrium accessiones, cum frequenti coloris & caloris mutatione, ab eadem causa procedente.

Febris hæc periculo non vacat, licet in primis viis putredinis mineram habeant, vix enim fieri potest ut pituitosa materia, viscida atque lenta, & potissimum hoc casu copiosa viginti quatuor horarum spatio febrilem calorem exuat. Unde Avic. dicebat, quod sicut rardatur quartana continua, ita rardè reperitur quotidiana intermittens. Augetur autem periculum in casu nostro, à copia vermium, qui semper mali, quia putredinem, si non intensam, extensam tamen significant, quæ ipsius febris causa fovens evadit.

Attamen quoniam statim ab initio accessit sumus, Puer satis obsequens, & assistentes solliciti de ejus salute observantur, hæc speranda est, eoque magis, cum, & morbus, & symptomata ætati, temperamento, anni temporis, & vivendi rationi conveniant. Neque ut Medicorum vulgus, juxta cum mulierculis, vermium præsentia, ut signum malignum, formidanda, nisi fortasse istdem in morbi progressu, mortui, aut vivi, fugientes excernerentur, intensiori nimirum putredine reddita, atque loco mutato; verbo, mutata febris natura. Sicut magni faciendi quoque teretes, morsu lædentes, præsertim os ventriculi, quoniam & lipothymiam, syncopen, & interitum inferunt.

Intentiones medicæ, pro hac febre curanda, atque Pueris sanando, sunt dirigendæ adversus febrem primò, secundò verò adversus vermes; non quia sunt febris causa, sed quod alia symptomata inducere possunt. Quare, primo materia pituitosa, attenuatione, incisione & detersione præparanda. Secundo, eadem evacuanda. Tertio, calor febrilis, pro usu, contemperandus. Quarto, partes producentes roborandæ. Ultimo, vires totius, congrua victus ratione conservandæ.

Vermes verò prius deturbandi atque necandi. Secundo expellendi. Tertio, si irritati, morsum, aut aliquid aliud prævum symptoma inducant, eorum ferocia mitiganda.

Quibus intentionibus ut satisfaciamus, in fonte Chirurgico, non est quod de sanguinis missione loquamur, non solum febris ipsius ratione, & causæ ejusdem, quia nimirum non adest indicans, verum etiam ratione ætatis, quia non adest permittens, prout & ab ipso Gal. omissa fuit.

Tom. II.

Ex Pharmacia itaque sunt desumenda remedia, Et primo, pro ventriculi & primarum viarum exinanitione, injectus fuit clyster ex lacte, butyro & saccharo, à vermium præsentia facile absorptus atque consumptus, mox exhibitus cremor tartari, quem crudorum & pituitosorum excrementorum justa excretio sequuta est. Quare alterantibus & præparantibus modo insistentum.

Alterantia esse possent jura, cich. borrag. end. ruta capraria & gramine alterata, quibus oxymel dilutum aqua de succo rutæ capr. & aceto paratum, ad unc. ii. immisceri poterit. Verum quoniam jura hujusmodi, utpotè amara, respuit ipse Pateriens, ideo substitui possunt aquæ stillat. de succo cichor. acetosæ, rutæ caprariæ & graminis, & oxymelii, julapium acetosum, noctu in febris vigore offerendum. Mane vero solum præparans exhiberi poterit, julap. nimirum jam dictum, ad unc. ii. vel iii. vel ejus loco cremoris tart. & sacchari fini an. unc. i. vel in jure, vel in aqua rutæ capr. aut scorzonæ dissoluti. Interim, quotidie clyster injicendus, non solum ex lacte, butyro, & saccharo, verum & ex lacte, cum syr. vel melle ros. solut. Et septima transacta die, minorativum præbendum est cassia, tartaro, & semi scrupulo aloes, si possibile fuerit, sin minus, substituatur illi syr. ros. solut. aureus; vel pot. ex manna clarif. addendo tamen infusioni agaricum, ab Avic. tanopere commendatum.

Quod si forsan in progressu, calor febrilis augetur, alterantis loco erigi poterunt aquæ stillat. cich. & acer, vel aqua hordei, cum melle ros. simpl. quod Avic. proponit, sub nomine Geleniabin, ut eodem tempore & alterationem & præparationem obtineamus, quibus omnibus in gratiam Pueri, nonnunquam & acidum citri, aut lim. commisceri poterit, licet enim acida hujusmodi frigida sint, attenuand. tamen & putredini resistendi facultatem obinent.

Sed in progressu, perseverante febre, aliquod cochlear syr. de cich. cum rhab. in aquis, vel decoct. jam dictis, opportunissimum erit, atque ita, quæ alterando, quæ præparando, & per epicrasin evacuando, plura alicujus, vel masticinæ, vel de tribus, necnon clysteris frequentiori usu, erit procedendum usque ad febris consumptionem. Facilis quippe tunc fuerit ventriculi roboratio, confectio aromati rosati, vel sale absinthii & mentæ.

Dum jam dicta omnia fiunt, vermibus semper prospiciendum, & primò enecandis internis & externis. Secundo educendis.

Enecantia, in hoc Pueris tenellæ ætatis atque delicato, poterunt esse aquæ, succi, spiritus, pulveres. Aquæ stillat. nimirum absinthii, rutæ capr. citri, scorzon. card. sancti & omnium maxime, cordial præclariss. Saxon. Succu suavioris, citri, limon. Spiritus salis, ad gutt. in aquis jam dictis. Sed calcanti spiritus celeberrimus. habetur ad vermes enecandos, nec unquam fallit.

Pulverem ex corallina, sive musco marino; quem circumforanei in Plateis vendunt, mirabilem deprædicant Matthiolus, Brasavolus. Mercurialis. Celsus præbet nitrum bibendum. Nos vero paremus pulverem ex corallina, cornu C. phil. præpar. cum cort. citri, nec non margaritis præparatis, quibus addantur quoque grana mercurii dulcificati, & exhibeantur in aquis cordialibus jam dictis.

Ppp

Extrins

Extrinfecus enecat vermes linimentum ab Aet. Paulo, & Orib. propositum, ex succo absinthii, bryonia, aloë & felle taurino, verum in Puero hoc febricitante, sufficiat oleum Abacuc, Venetiis paratum, vel de scorpionibus Matthioli, aceto squillitico dissolutum.

Educentia in casu nostro, poterunt esse crem. tart. repetitus, vel aloë lota, tantopere à Paulo commendata. In sine rhabarbarum quoque, in minutissima fragmenta redactum, & saccharo incrustatum, prout Venetiis paratum habetur, valde utile, sic & conserva è floribus persicorum, enecat simul & expellit.

At si fortè fortuna vermes ori ventriculi, morfu pertinaci adhæreant, tunc minimè sunt irritandi, sed potius à morfu revocandi, atque alliciendi: hinc Aet. utebatur oleo, quod tamen nos non adeo tutum putamus, cum ab Arist. proditum habeamus, quod olei tactus infecta omnia interficiat, ideo Avic. carnes, & carniū contusam offerbat, mox carnibus enecantia commiscebat, ut vermes deciperet. Nos autem, lac, omnium præstantissimum existimamus, vel cum saccharo ipso, & quidem copiosum, ut ventriculum distendere, & diutius in eodem manere possit, simulque vermes prolectare valeat, sicque ad lac conversi ventriculum mordere desistant, quod etiam clysteribus erit injiciendum.

Quibus omnibus congrua erit addenda victus ratio, non adeo tenuis, ut in reliquis quotidianis, licet pituita sit dulcis, ob vermium præsentiam, & perilem ætatem. Potus consuetus solet esse mulsa cum cinnam. qui in casu nostro poterit esse aqua hordei, cum saccharo, & cortice citri, imò, & nonnunquam, cum acido, cæteraque proportione respondeant curationi quotidianæ, superius traditæ. *Idem ibidem.*

Epiala Febrü.

Vir quidam dives, sexagenarius, temperamenti olim calidi & humidi, habitusque carnosus, modò ad obesitatem tendentis, qui semper deliciosam vitam duxit, cujus causa, aliquando colicis doloribus fuit obnoxius, qui solvebantur pituitæ vitreæ evacuatione, per clysteres sollicitata, tandem multis abhinc mensibus, ob rixam & hostilem diffidium, ab Urbis Prætoris domi se continere iussus, in qua adhucnum hæret, comestationibus, computationibus & otio omnino indulgens, tandem hoc hyemali tempore, quo colica tentari solebat, febre correptus est, horis nocturnis, quæ cum quodam horrore incepit, non tamen recedente calore, adeo ut usque in subsequenter diem, toto corpore, simul eodemque tempore, & calorem & frigus se percipere asseruerit ipse Pat. & per totam diem usque ad novum febris insultum. Accersitus Medicus invenit Patientem de algore & calore simul conquerentem, sed sine siti, cum pulsu parvo, tardo & raro, urinisque crudis & aquosis. Statim iussit ei offerendum jus sem. citri alteratum, tribus additis uncis aquæ cord. Sax. in eum finem ut totum tandem, in toto febris progressu, incallescere corpus, quod tamen non successit, sed adventante nocte, novaque accedente febris accessione, invaluerunt & calor & frigus, uno eodemque tempore, per universum corpus, & utraque affectio pariter usque ad matutinam Medici visitationem per-

severavit, quam rem miratus Medicus, cum domesticis, consilium à nobis capiendum decreverant. Interim tamen optimè se gessit Medicus ipse, etenim summo manè, primò hoc præscripsit vomitorium.

℞. Juris carniū, raphano & sem. cit. alterati unc. x. oxym. simpl. unc. iij. m. pro vomitorio. Secundò, clysterem hujusmodi injiciendum iussit.

℞. Decoctionis utriusque centaur. mercurialis, chamæmeli, parietariæ lib. i. m. mel. ros. solut. ol. rutac. an. unc. iij. elect. diaph. unc. s. vit. ovi m. pro clyst. Tertio, præscripsit leniens, quod tamen distulit in crassum sequentem diem, ita quoque rogante Patientem, à duabus secutis evacuationibus nonnihil defesso, à quibus pituitosi & crudi humoris copia excreta fuit.

Quotiescunque febricitant ægri & rigent simul, atque eodem tempore in toto corpore, per totam accessionem, utrumque sentiunt effectum, epiala febre laborant, ita Gal. Patiens iste ita se habet, ergo epiala febre tenetur. Et licet ab epias & alos, à maris nimirum tranquillitate, ita dicta fuerit, eò quod insignem calorem non excitet, & ideo tranquilla. Hinc, ut mare, licet tranquillum, horrendum semper est, sic & in Epiala, licet calor tranquillitatem ostendat, utpote miris, horrida tamen evadit, ob rigorem perpetuum ejusdem, unde à quibusdam, febris algida dicta fuit.

De causa hujus febris convenire videntur Avic. & Arabes omnes, cum Gal. & Græcis omnibus, sicut & de modo omnino dissentiant, omnes enim voluerunt causam esse pituitam acidam, crassam, quam vitream appellat Praxagoras, circa viscera naturalia putrescentem. Modum hujusmodi admisit Avic. ut scilicet pituita vitrea, putrescens, vapores ex putredine calidos mittat ad ambitum corporis, & ita exteriora caleant, cum verò materia sit frigida & lenta, interiores partes refrigeret, non secus ac dum pomum crudum in ignem projectum incalcescit, quod quidem ferventem ac vaporosam exhalationem in aërem de se transmittit, quam ideo calefacit, ignem vero proximum & sibi circumpositum adeo refrigerat, ut illum ad extinctionem ferè deducat. Gal. verò voluit quod Patientes febricitent & rigeant simul, eodem tempore, in quavis corporis parte, & in tota accessione, idque quoniam frigidissima ac densissima acida pituita, si per partes sentientes moveatur, sine putredine, rigorem sine febre excitat; si verò modicè putrescat, præcedit quidem rigor, sed postea subsequitur calor, devicto nimirum frigore à putredinalis caloris vigore. Verum tamen est quod humor iste, cum sit frigidus & tenax, vix potest æqualiter & totus putrescere, & ideo ex parte putrescit, & ex parte non putrescit, atque ea quidem qua putrescit, excitat calorem, qua vero non putrescit, frigus; & ita, uno eodemque tempore, & una eademque in parte, & calor & frigus perentitur.

Quam Græcorum sententiam nos libenter amplectimur, cum febris sit calor in corde accensus, & à corde in totum corpus diffusus, unde interiora algere, & exteriora incallescere non possunt, ut credit Avic. quia unumquodque fortius agit in proximum quam in remotum, quare calefieri non possunt externæ corporis partes, quin prius internæ calefiant. Et quamvis Philosophantes quidam Gal. opinionem

nem arguant; eò quòd duo contraria, simul uno & eodem tempore, in unico subjecto reperiri nequeant: solvit tamen objectionem ipse Gal. dictum hoc scil. verum esse quoad sensum, non quoad rationem, & quoad partes dissimilares atque organicas: non quoad similes; etenim, manus frigida & calida, ut pars organica, ad sensum esse videtur, cum tamen similiarium partium, eadem constituentium, alia frigida, alia calida verè sint.

Igitur à pituita vitrea, inæqualiter extra venas putrescente, fit febris hæc, Patientem hunc affligens, cujus productio difficilis non fuit, hæc ætate sexagenaria, humido temperamento, habitu corporis obeso, delicata vita, à quo olim colici excitabantur dolores, quorum causam ostendebat pituitæ vitrea copiosa per alvum excretio, quæ tandem ab intermisso exercitio, imò ab omnimoda quiete, & erroribus in cibo & potu adactis, adeò multiplicata est, ut crassior etiam consueto reddita, ad intestina à natura detradi nequirit, quinimò in mesenterio firmata atque putrefacta, febrem hanc epialam excitaverit, quam in genere quotidianarum collocavit ipse Gal. cum tota Græcorum Arabumque schola, & in qua, nulla suis, calor mitis, pulsus parvus, tardus & rarus, cum urinis crudis & aquosis, jure merito observantur.

Neque huic Galenicæ veritati refragatur ejusdem auctoritas, Lib. de Inæquali Intemperie Cap. 11. ubi asserit, epialam ab amara bile, simul cum pituita vitrea putrescentibus fieri posse; rationi quippe consentaneum, quod sicut in cæteris omnibus, ita & in hoc genere febriam, & legitimæ & spuria dentur species, dum legitima ab uno simplici humore, spuria verò, à duobus simul commistis producit. In hac tamen frigus usque ad finem accessionis non perdurat, sed, vincente calore, in progressu cedere solet, secus ac in legitima.

Febris hæc, licet inter quotidianas intermittentes reponatur, cum humor per partes sentientes moveatur, ad rigorem vel horrorem excitandum, nihilominus, quoniam vera quotidiana non est, adhuc minus sincerum habet intervallum, ob materiæ lentorem, atque temporis brevitate, unde si illa, non sine periculo fuit iudicata, tantò minus tuta erit hæc epiala, ut quæ à densissima omnium, atque frigidissima pituita, vitrea scilicet, excitetur. Ideò & Gal. inter febres continuas epialas collocavit, quæ tamen continuas, per subingressum paroxysmorum est intelligenda.

Sperandum tamen, cum Patientis vires validæ sint, ut attenuata materia, vel in veram quotidianam degeneret, vel sequuta ejusdem pituitæ ad intestina metastasi superveniente colica, febris ipsa recedat.

Quare confidenti animo curatio est aggredienda, quæ potius causam quàm febrem ipsam respiciat. Sic primò materia pituitosa calefacienda, attenuanda, incidenda, & evacuanda. Secundò, calor febrilis modicè contemperandus. Tertio, ventriculo afflicto prospiciendum, cum ex eo animi defectiones contingere soleant. Quarto tandem, vires totius conservandæ.

Quibus intentionibus satisfaciendum remediis à tribus fontibus desumptis. Et primò quidem à Chirurgico; non est quod ullam sanguinis

missionem depromamus; etenim, si Gal. in quotidianæ curatione nullam sanguinis missionis mentionem fecit; sicut neque Avic. (nisi rubedo in urinis observata fuerit) hoc est, nisi subsit sanguinis plenitudo, quantò minus indicatur sanguinis missio in epiala hæc febre, in qua pituita adeò tenax & frigida peccat, quæ majori calore pro concoctione eget? Quare nec indicans adesse, nec, nisi vix, adesse potest permittens. Frictiones asperæ, in progressu febris, locum habere poterunt, ad porolutes rarefaciendas, atque pituitosos humores attenuandos ac resolvendos, imò & inunctiones, quæ parari solent ex oleo chamæmelino, ad cujus tamen evitandam odoris insuavitatem.

℞. Ol. lilior. alb. unc. iij. nitri drach. ij. vini albi odoriferi unc. j. m. bul. omnia ad consumpt. vini & madefactis manibus, post frictiones, fiat universalis inunctio. Spinali verò medullæ.

℞. Ol. lil. alb. cum aromat. unc. ij. ol. de spica drach. j. m.

Ex fonte Pharmaceutico præcipua sunt defumenda remedia, lenientia, præparantia, purgantia, animi defectionem prohibentia, & ventriculum roborantia. Lenientia possunt esse assumpta, & injecta. Assumpta vomitoria, & dejectoria. Vomitorium aptissimum, jam ab Excell. Adstante fuit præscriptum, sicut & clyster acris opportunissimum. Præscripsit quoque leniens hujusmodi, per os exhibendum.

℞. Elect. lenit. unc. j. crem. tart. drach. ij. specier. hieræ simpl. drach. j. m. f. bol. Et si potio, talis erit.

℞. Mel. ros. solut. unc. vj. crem. tart. tenuiss. pulveriz. unc. f. m. f. potio. Præparantis secundo loco consideranda veniunt, eaque multo validiora quàm in quotidiana, ut ratio, atque Ælii & Pauli auctoritates suadent; observando tamen, cum Avic. quòd paulatim ad fortiora sit ascendendum. Primum igitur præparans sit.

Oxym. simpl. mel. ros. colatian. unc. j. salis mentæ gr. vj. vel aq. cinnam. unc. f. m. pro syr. matutino tempore, duabus horis ante prandium exhibendum, quod attenuandi quoque & incidendi facultatem obtineant, hoc esse poterit.

℞. Decoct. cich. borrag. buglossi, beton. mentæ, cort. citri unc. vj. julap. acet. syr. de cort. cit. an. unc. j. m. pro alterante.

Interim clysteribus acrioribus erit materia subducenda, & apparentibus aliquibus signis coctionis, purganti medicamento erit minoranda, & quidem potius bolo quàm potione; præscribendo, cum minus crudam materiam exagitet.

Ut ℞. Elect. lenit. drach. j. m. f. boli.

Inde ad validiora præparantis, attenuantia & incidentia erit deveniendum: unde Dioscorides fœli semen cum vino bibendum dabat in Epialis; nos verò, pro syr. matutino.

℞. Oxym. comp. unc. j. syrup. de hyssopo de prassio, bizantini cum aceto, an. unc. f. mulfæ acetosæ, cum aqua agrim. patatæ unc. v. m. pro syr. matutino.

Pro nocturno verò, ℞. Oxymel. simpl. unc. j. syr. de cort. cit. de menta, sive de absinth. an. unc. f. decoct. cich. borrag. buglossi, beton. agrim. petrosel. salviæ unc. v. m. pro syr. Et ita per epicrasin, dum materia peccans præparatur, eadem, vel clysteribus acrioribus, vel

præscripto medicamento erit educenda. Frustra autem, quod aliqui perperam faciunt, diureticis ejusdem materiae per urinam evacuatio tentatur.

Ventriculo afflicto corroboratio tandem procuranda: & potissimum post assumpta medicamenta purgantia. Sic Paul. diatriumpipereon, succum cyrenaicum, imò & castoreum exhibebat. Nos autem contenti sumus confectionibus, ex aromatico ros. oleo de citro, anisoforum, sale absinthii & mentæ.

Ad animi defectiones autem arcendas, aqua cord. præclariff. Sax. ad unc. i. cum unc. f. aq. cinnam. efficacissima erit.

Victus ratio debet esse quidem attenuans, at non adeò tenuis, unde Tral. dicebat, quòd sicut non una est pituitæ species, ita non una debet esse victus ratio. Decipiuntur autem qui credunt tenuiorem victum esse debere in hac epiala, quam in quotidiana simplici, cum tamen omninò debeat esse plenior, & ratio est, quia in quotidiana, peccat pituita dulcis, quæ per ulteriorem coctionem in sanguinem & nutritionem converti potest, quod de vitrea sperandum non est, eademque ratio est habenda in reliquis pituitæ speciebus præter naturam. Potus sit aqua mulsa, aniso & cinnamomo alterata, vinumque addatur, apparentibus signis coctionis. Hæcque pro hac febre curanda dicta satis. *Idem ibidem.*

Febris Singultuosa.

Vir quinquagenarius, delicatè vivens, temperamentum secundum totum, subfrigidi & humidi, frigidi & humidi ventriculi, denti & obesi habitus, vitam otiosam & de more sedentariam ducens, copiosis, frigidis & crassis alimentis usus, quotidianis vomitibus pituitosæ materiae, multis abhinc annis obnoxius, sex autem abhinc mensibus, suppressis, postquam hoc autumnali tempore, frequentibus convivii interfuit, eduliaque copiosa, ex lacte parata, & fructus comedit, incidit in febrem, quæ sub vesperam, sine evidenti rigore, horrore & frigore, quotidie, eodem modo invadit, cujus calor paulatim increfcit & augetur, nec unquam valdè excedens observatur, fumosus potius quàm acris & aridus, cum inquietatione, sui molesta, & singultu in principio febris, continuo, usque ad finem status ejusdem perdurante, qui eidem omninò somnum eo tempore interdicit. Pulsus observati fuerunt non adeò celeres & frequentes, urinæ crudæ, sed quodammodo crassiores. Modò in tertia nos de agendis pro salute consulit.

Febris hæc quotidie, eodem modo, horis vespertinis invadens, cui fumosus nec vehemens calor succedit, in Patiente humido atque obeso, de genere pituitosarum, sive quotidianarum esse asserendum, & cum statim ab initio singultus accedat, sive potius, cum eadem febre invadat, & usque ad statum semper, inclusivè, eandem comitetur, ab hoc symptomate febris hæc denominationem suscipere solet, & quotidiana singultuosa, sive potius tantum singultuosa appellari, cum nulli alii febrili singultus perpetuò, usque ad declinationem associetur, in hepatis namque inflammatione, à calore inflammatorio, per nervos ventriculo communicato, singultus excitatur, nec tamen febris illa singultuosa dicenda. Pariter, si in eadem inflammatione, ab hepa-

te, humores biliosi ad ventriculum transmittantur, singultus quidem sit, non autem febris singultuosa, sed necesse est ut singultus statim ab initio, cum ipsa febre quotidie invadat, & febre tota accessione febris perseveret, ut febris singultuosæ nomen mereatur. Quod expressis verbis prodidit cum Hipp. Gal. dicens, Fuerunt etiam in febrientibus, qui in singultu erodentem acerrimumque vomuerunt humorem & vomitu à symptomate liberati fuerunt; verum, febris hujusmodi nequaquam singultuosa appellatur, namque ut singultuosa vociterur, permanere amplius debet singultus, vel etiam per totum morbum simul cum febre exacerbari. Hæc Galenus.

Fit autem hujusmodi febris à pituita in ventriculo putrescente, & facultatem ejusdem expultricem irritante. Hæc verò nonnunquam putrescit, ori ventriculi adhærescens, & in cavitate, halitus tamen putridos, corruptos, acres vel acidos, atque malignos ori ventriculi communicans, vel putrescit in venis ejusdem ventriculi, & potissimum in gastrica, coronaria dicta, prout in casu præsentis dubitandum videtur, dum totum corpus obesum & humoribus pituitosis refertum est, atque anteaquam ejusdem vitam expendimus, ad copiosam atque redundantem pituitam generandam omnino idoneam.

Hæc autem pituita, non est succus ille pituitosus, qui per ulteriorem coctionem succus sanguineus evadit, in venis contentus, ad partes frigidas & humiditas nutriendas destinatus, neque excrementitia illa pituita, propriè naturalis, succus scil. à sanguinis perfectione declinans, crudus & incoctus, qui in ventriculo generatur, nec naturalis impropriè, ut spua & mucositates, sed est pituita præter naturam, non per excessum caliditatis, à qua sit falsa, sed per frigiditatis exuberantiam, acida dicta, quæ tamen tantam in se frigiditatem non continet ut vitrea reddita sit, cujus copiam atque præsentiam facile attestari possunt ætas, anni tempus, temperamentum, habitus corporis, vita ante æta otiosa, ventri gulæque dedita, hæc autem superioribus annis, vomitu quotidie ab ipso Patienti excerni consueta, modò verò pluribus abhinc mensibus suppressa, & in venis coarctata, ac per venas ipsas ad os ventriculi delata, ibidemque putrescens, præsentem parit febrem, prout & valdè acida ac facultatem expultricem irritans, continuum in hac febre, usque ad declinationem, singultum excitat, donec scilicet pituita ipsa in vigore febris, à calore febrili attenuata fuerit, & os ventriculi excalefactum, tunc enim, vel insensibiliter digeritur, vel à loco dimovetur, unde cessat singultus, ut in casu nostro, cum tamen quandoque contingat, ut frigida existente eadem pituita, debili verò febrili calore, cum ventriculi ore valdè refrigerato singultus per totam accessionem quoque perseveret.

Singultum autem excitat hæc materia, non repletionem, aut inanitionem, quemadmodum sit convulsio, sed irritamento, quod est proxima causa singultus, alioquin, si concedatur repletio, & fervetur Hipp. tanta hæc non est quæ continuum solvere, & dolorem excitare possit, ut in convulsione, ea tamen quæ simul cum aciditate irritamentum facere, & singultum sine dolore excitare valeat.

Febris hæc periculosa censenda est, quoniam continua,

continua, & quoniam perpetuum habet adjunctum singultum, vires debilitantem, eoque periculosior quia materiam non ori ventriculi hærescentem, verum in venis putrescentem habet. Attamen, quoniam vires valde sunt, nec adest propensio ad vomitum, agrum nostrum defatigans & ventriculo inflammationem inducens, nec animi deliquium conjunctum habet, mineraque non adest maligna, salus sperari potest, prout quendam alium, hac febre laborantem, sanitati restitutum vidi. Sic & Cardanus duos febre singultuosa laborantes vidit & sanavit, quorum alter juvenis, alter octogenarius erat. Quod si sternutamentum superveniret, facilius evaderet curatio. A singultu enim habito, sternutamentum superveniens, liberat. Plenitudo enim violento motu opus habet ut moveatur, ait Gal. in Com. Judicari autem solet, aut sudoribus, aut urinis crassis & acris, aut abscessibus.

Pro curatione itaque, primò calor febrilis moderatè contemperandus. Secundò materia peccans attenuanda, incidenda, detergenda & evacuada. Tertio singultui occurrendum. Et tandem ventriculus roborandus, quibusdam alexipharmicis non omisissis.

In Chirurgico fonte, missioni sanguinis locus non est, nisi suppressa fuerint menstrua; tunc enim saphena, aut, si consueta hæmorrhoidalis evacuatio, venæ fedales essent aperiendæ; parè tamen semper sanguinem mittendo. Cucurbitula sicca ventriculo repetita, tanquam remedium ingentis profectus proponitur ab Aët. ut quæ possit materiam impactam ventriculo, suo calore attenuare, & motu deturbare atque dimovere. Avic. verò sinapismum proponit; nisi tamen obstet calor febrilis, aut imminens inflammatio. Revulsiones, ut frictions, ligaturæ, pedum lotiones, sinapismi & phcenigmi, convenire solent, dum halitus à minera maligna ad os ventriculi ascendunt.

Ex Pharmaceutico fonte desumenda sunt Lenientia, Præparantia, Evacuantia, calorem febrilem Contemperantia, Singultum sedantia, à proprietate Juvantia, & ventriculum Roborantia.

Primò lenientia, per superiora & inferiora exhibenda; atque in primis vomitus leniter ita provocandus.

℞. Juris carniæ sem. cit. alterati unc. x. oxym. simpl. ol. amygd. dulc. an. unc. iij. m. pro vomit. Inde eadem crastina die præbeat leniens.

℞. Ele&t. lenit. drach. vij. crem. tart. drach. iij. m. f. bol. quibus, transacta hora, superbibat Pat. mulsam dilutam, ad lib. ij. vel potu.

℞. Mell. ros. solut. mannae cum crem. tart. clarif. an. unc. iij. aq. cinnam. unc. f. m. f. P. & tribus transactis horis, superbibat mulsam; à mulsâ verò, duabus post horis, prandeat.

Præparantia sint ab initio leviora, deinde validiora. Oxymel. statim suspectum habetur apud Hipp. & Gal. qui in singultuosa febre acetum formidandum esse præcepit.

Quare ℞. Mel. ros. colati unc. ij. aq. cinnam. unc. i. m. pro syr. In progressu verò ad validiora procedendum. Sic Hipp. proponit laserpitii succum oxymel. dau. um, cyminum. Laserpitii verò aut succus Cyrenæicus, lacryma illa est à nobis belzoinum appellata, quæ à Cyrenæica provincia ad nos transferebatur, Silphium quoque dicta; quam legitimè nostris temporibus non habeatur. Attamen tale paretur præparans.

Tom. II.

℞. Oxymel. simpl. diluti unc. ij. belzoini. pulv. cymini an. scrup. f. aq. cinnam. unc. f. m. pro syr. matutino tempore exhibendo; sicuti nocturno.

℞. Decoct. cich. borrag. beton. agrim. pentaph. malvæ unc. vj. oxymel. simpl. unc. ij. m. pro syr. alterante & præpar. Quod si calor febrilis urgeat, addatur succus cichorei depuratus, cum minori decoctionis quantitate.

Præparati humores commodissimè evacuari poterunt hiera picra; nisi calor febrilis obstet.

Ut ℞. Ele&t. lenit. flor. cass. rec. an. unc. f. hieræ picræ drach. f. m.

Vel ℞. Ele&t. lenit. flor. cass. rec. an. unc. f. pil. de hiera cum agar, scrup. ij. m. f. bol. quibus omnibus superbibat aquam hordeaceam, ad lib. ij.

Evacuatur quoque materia peccans, per urinam & sudorem, si illuc vergat natura ipsa; ideò ad urinum ducere poterit aqua hordei, dauco & feniculo alterata, ex qua emuls. sem. melon. diluta commodè parari poterit. Ad sudorem verò eadem aqua, cum uncia aquæ cinnam. vel semi uncia aq. vitæ, addito cornu Cer. philosph.

Et licet in casu nostro maligna minera manifestata non adsit, aliqua tamen alexipharmaca, utilia esse poterunt; quale erit extractum de scorzon. in aqua card. sancti, totius citri; Aqua Excellentiss. Saxon. Confectio alkermes; & in progressu, aqua quoque theriacalis.

Singulum contumacem respiciunt opiata, quæ tamen in causâ calida, tutiora sunt; ideò in frigida cautè valde adhibenda. Philonium Romanum, apud Galen. quam maximè commendatur, sicut à nobis theriaca recens, vel laudan. nepenth. cum pulvere tormentillæ, bolum reformando.

A proprietate Juvantia interna, & externa esse possunt. Inter interna, validissima sunt elixir vitæ, cum cochleari aq. cinnam. Item rotulæ ex oleo anisor. vel ocymi, vel pessimum cymini, cum saccharo paratæ. Tertio, balsamum naturale, ad scrup. i. in vino malvatico, vel urgente febrili calore, in aqua cord. Sax. dissolutum. Quarto, gingiber conditum, sed recens, ad castaneæ quantitatem. Extrinsecus ol. de spica, de pipere, scutella cinere quercus repleta, & vino malvatico aspersa, ventriculoque applicata.

Ventriculum roborantia erunt jam dicta, ideò repetenda non sunt.

Victus rationem quod attinet, ab initio ad tenuem vergat: sic psitanam cum melle dabat Hippocrat. nos cum pipere, in globulo ebullito; panatellam quoque cum cinnam. integro coctam, emulsionem amygdal. dulc. cum psitana. Vinum album vinosum Hipp. Nos autem utimur ossa panis, vino imbuta, vini tamen potu interdicto, in progressu condiendi cibi, salvia, satureia, origano. Hæcque satis pro hac febre curanda. Idem ibidem.

Febris Syncopalis Humorosa.

Vir quadragenarius, pinguis habitus & albi coloris, ventriculi frigidi & humidi, humidique capitis, delicate vivens, multum deliquit in victus ratione; & primo æstivo tempore nuper elapso, fructus copiosos comedit, gelidas aquas, variis saporibus conditas, indulgentius potavit, & vina nive refrigerata, in prandio & cœna, de more hausit; alimenta præterea crassi suc-

ci, ut lactinia, juniores anseres, anates, pisces aque conchyliis, ad mensam, ut plurimum usurpavit; piscium quinetiam venatione delectatus, frequenter ante lucem surgens, sibi somnum necessarium subripuit, sub dio, in navicula eorum capturæ hamo intensus, tandem hoc autumnii tempore, post prægressam in appetentiam, & totius corporis lassitudinem insolitas, suppressumque pituitosæ materiæ vomitum, ferè quotidianum, horis vespertinis febricitare cepit, cum extremarum partium refrigeratione, febrili tamen calore valde remisso; quod verò magni faciendum, frequens lipothymia, imò syncopè, cum absoluta asphyxia, externarum partium perfrigeratione, & sudoribus frigidis, crassis atque lentis; in quam lapsus est Patiens, non semel, sed pluries, nec solum in accessione, verum & in toto febris decursu, præcedente semper ventriculi angore, sine morbo tamen. Accessit rursus febris eadem, iisdem horis, eodem modo & ordine, cum frequenti syncopè, pulsu valde inequali, obscuro, raro & tardo, urina tenui, aquosa, hypochondriorum inflatione, & facie quodammodo tumida, nonnunquam pallida ac livida, cum delatione in somnum; quæ omnia declinare videntur in ipsius febris remissione. Modò in fine secundæ accessionis, Medicus adstans, remedium administrandum anceps, ob syncopen frequenter ingruentem, Nos de agendis consulit.

Duo magni affectus, quibus Nob. noster Patiens duobus abhinc diebus conflatur, quorum alter febris est, alter verò syncopè vera atque legitima, num unius tantum radicis ambo germina sint, an diversam causam agnoscant, & à loco diverso sobolescant, non levis hucusque apud nos hæsitatio fuit; atam n, dum consideramus hanc febrem de quotidianarum genere esse, ut accessio horis vespertinis, uno eodemque modo, eodem ordine, eademque proportione corripens, nobis significat; (quæ enim quotidie invadunt sine his conditionibus quotidianæ non sunt; dum, tertianariam, aut quartanariam servantem periodam, aut duplices tertianæ, aut triplices quartanæ sunt, & nuncupantur); & præterea, ut res omnes naturales & nonnaturales; necnon syncopè hæc frequens, quæ à ventriculo ortam conjicimus, unde & syncopes hæc stomachicæ, ab eodem Gal. jure merito appellantur, confirmant; idcirco unam, & eandem habere causam, eundemque locum, quotidianam hanc febrem & syncopen ipsam obtinere credimus; licet ordine primum locum febris habeat; prout ratione dignitatis & urgentiæ, syncopè ipsa; unde non sine ratione à Medicinæ Scriptoribus, febris syncopalis humorosa appellari solita fuit, ad differentiam alterius syncopalis minutæ.

Fit enim hæc febris à tanta crudorum & pituitosorum humorum copia, ut obstruant, obruant & nativum calorem onerent, ita ut syncopen inducant; alioquin ait Gal. si crassi succi, nec obstruant, nec obruant ac onerent, lipothymiam potius quam syncopen inducere possunt. Et licet universum corpus, unà cum ventriculo, crudis hisce humoribus abundet; portio tamen putrescens, & febrem hanc quotidianam producens, intra ventriculum circa viscera naturalia reperitur ac stabulatur, cum perpetua ventriculi imbecillitate atque angore. Unde hujus febris essentia erit, quòd sit continua, quotidianas accessiones, eodem modo, horis vespertinis

habens, cum facili & frequenti syncopè; dependens ab humorum crudorum sarcina, in ventriculo potissimum, sed & in toto existente, cum ventriculi maxima imbecillitate.

Crudus autem humor, à quo febris ista procedit, non est ille crudus, stricto modo ita dictus, quem Galen. dicebat esse sanguinem semicoctum, per ulteriorem coctionem ad sanguinis naturam pervenientem; nec est humor ille, latissimo modo ita vocatus, quem biliosum quoque crudum appellabat, nondum scilicet à natura victum; sed est humor ille crudus lato modo, copiosa scilicet pituita, crassa & viscida, quæ obstruere, obruere atque onerare valet calorem nativum, sicque syncopen frequentem facere in tota fere febris accessione. Ad tantam autem crudi hujus humoris copiam cumulandam, non defuerunt res omnes, tum naturales, tum nonnaturales; Patiens quippe piagnus est habitus, ventriculi frigidi & humidissimi, humidique capitis, fructibus, aquis & vinis refrigeratis atque alimentis, pituitosos humores multiplicanibus usus, somnumque concoctionibus necessarium sibi subtrahens, sub dio, matutinis crepusculis, seipsum frequenter exponens; & quod consideratione dignum, multis abhinc mensibus suppressam per vomitum pituitosæ materiæ evocationem passus; à quibus omnibus facilis fuit copiosæ pituitæ, crassæ, viscidæ & lentæ productio atque retentio, ex qua & febris, & grave symptoma, syncopè scilicet, tandem ortum duxerunt; hinc calor febrilis non adeò intensus; hinc pulsus, valde quidem inæqualis, obscurus tamen, rarus & tardus; hinc urina tenuis & aquosa, hypochondriorum inflationes, facies quodammodo tumens, nonnunquam verò pallida ac livida, cum delatione in somnum; quæ omnia hanc febrem reliquis omnibus quotidianis pituitosiorum ostendunt; sicut veram atque legitimam syncopen, præceptis omnium virium lapsus, cum perfecta asphyxia, externarum partium omnium perfrigeratione, & sudoribus frigidis, crassis atque lentis, utpote non diaphoreticis, sed verè syncopiticis.

Febris hæc semper periculi plena est; etenim, si cum Gal. longa, nec sine periculo est quotidiana, quid erit pronuntiandum de hac febre, quæ omnium maximè pituitosa est, & syncopen, mortis imaginem, habet adjunctam? Periculum autem patet, tum ex parte causæ febris, insignis enim adest cruditas, unde cibus exhiberi non potest, ut inducatur concoctio, vires verò ipsius ægri sine cibo labuntur; tum ex parte remediorum, quæ administrari nequeunt ob syncopen frequentem, non abscedente interim ipsa febre. Lethalis autem, & omnino impossibilis curationis evadit, tribus casibus. Primus, dum totum corpus fuerit crudis humoribus plenum; tunc enim adest causa fovens. Secundus casus, quando succi non modo crudi, sed corrupti sunt adeò, ut appareant signa contraria coctioni. Tertius, quando languentibus viribus, alicujus visceris inflammatio superveniat. Quare in casu nostro, febris hæc parum à lethali abesse videtur, cum in toto quoque humorum cruditas reperitur.

Verùm, quoniam in febris declinatione syncopè nonnihil cedere videtur; idè omnino deplorata salus non est, quanquam spes augetur, si urinæ crassiores & pallidiores reddentur.

Pro regulari curatione. Primò, materia cruda frigida & pituitosa esset attenuanda, incidenda & detergenda. Secundò, evacuanda. Tertio, ventriculus roborandus. Quarto, vires ejusdem & totius conservandæ.

Verùm, quoniam hic, symptoma, nimirum syncope urget, coacta non regularis adhibetur curatio, symptomati occurrendo, unde Gal. spem totam collocat in frictionibus, quiete & inedia; quod desumpsisse videtur ab Hippocrat. à quibus dissentiunt Arabes, Avic. Rhasis, imò & Averroes. Tral. quoque, & Recentioribus Mercatus, Saxon. & alii, quorum aliqui voluerunt cibum esse offerendum, alii medicamenta evacuantia præbenda; nonnulli quinetiam sanguinis missionem admiserunt, & tandem frictiones propositas, alii tanquam suspectas, omnino damnarunt.

Nos autem, pro tuta ac methodica hujus febris curatione, circa tres scopos perpetuò versandum censemus. Et primò quidem considerandam esse partem affectam, nimirum ventriculum ipsum. Secundò, materiam peccantem, pituitosam scilicet & frigidam. Tertio, vires ipsas. Ex quibus omnibus, urgentiori semper incumbendum, cæteris omnino non neglectis.

Quòd si itaque ventriculi passio urgeat, & frequentem syncopen inducat, adversus hanc nostra intentio dirigenda; cum legitimæ curationi, quæ est causarum ablatio, locus non detur, nec tempus concedatur; idè præsentem syncopem, cum à caloris & spirituum suffocatione proveniat, calor in corde suffocatus, foras est evocandus; facultas excitanda, & spiritus vivificandi, internis & externis. Inter interna, liquida sunt eligenda; tum ad faciliorem introductionem, tum ad celeriore operationem. Sic præstantissima est aqua theriacalis; aqua totius citri mista; Pariter aqua cord. prima Sax. Oleum cinnam. ad gutt. ij. in aqua scorzon. Quinta essentia roris marini. Omnium maximè spiritus revocat, & vires restituit vinum; utpotè quod quàm celerrimè nutrire dicat Galen. citissimè namque concoquitur atque distribuitur, quia minima indiget alteratione; unde maximum penetratorem hoc appellabat Avic. ut jure merito Aret. in solo vino refrigerantis spem vitæ reponat. Sit autem, neque aqua frigida diuturnum, quo uti solebat Gal. neque meracum. Non primò, ob insignem ventriculi imbecillitatem, & frigidæ materiæ præsentiam; non secundò, ob febrilem calorem, metum inflammationis internæ. Sit insuper nigrum, austerum & substypticum, non generosum. Quandoque tamen syncopem adeò diuturnam atque pertinax est, ob crudi humoris copiam, frigiditatem atque lentorem, ut posthabito febrili calore, ad validiorem attenuationem & calefactionem, aqua vitæ quoque uti cogamur; quæ ita paranda:

℞. Fol. melissæ, pulegii, majoranæ, anthos, ros. rub. an. pug. i. caryophyl. cinnam. macis, cardam. an. drach. i. ossiculor. cord. Cer. n. ij. santal. citrin. drach. ij. moschi gr. v. incidantur incidenda, contundantur contundenda, & macerentur in sufficienti quantitate vini albi optimi; mox destill. B.M. cujus cochlearia frequenter præbeantur.

Extrinsecus, mos invaluit ut in syncope fiat aspersio in faciem, vel aqua frigida simplici, vel rosacea, vel vino albo adstringenti; quam proponit Gal. reprobatur verò Avic. Gal. quidem, in defectu spirituum, ut retrahantur in auxilium

cordis. Avic. verò eam jure merito reprobatur, quando à spirituum suffocatione procedit syncope, ut in casu nostro.

Conveniunt itaque potius cucurbitulæ sicca, frictiones, calorem nativum excitantes, cutim universam rarefacientes, & humores crudos attenuantes, ac in halitus digerentes, oleis laxantibus, prius in vino malvatico fervefactis. Sic extremarum partium madefactiones, aqua vitæ caryophyllata, calidis manibus factæ: Cordi quoque epithemata & inunctiones conveniunt.

Ut ℞. Aquæ melissæ lib. j. aquæ Flor. citri, ros. vini malvatic. an. lib. s. aceti ros. unc. iij. troch. de gallia mosch. serup. s. camphoræ gr. v. m. pro epithemate cordis.

℞. Ol. de scorpionib. Matthioli drach. ij. Troch. de gallia mosch. serup. s. aceti ros. par. m. fiat linim. amoto epith.

Secundo loco materia consideranda venit, quæ evacuationibus, calefactionibus & attenuationibus eget; sed in his intentionibus explendis, tanta semper fuit inter medicinarum Principes dissensio atque diversitas, ut apud Recentiores adhuc sub judice lis esse videatur.

Primò enim, in fonte Chirurgico, sanguinis missio à Gal. aureis verbis omissa fuit, dicente: Nulli talium sanguis mitti sine maximo dispendio solet; cum tamen evacuationem desiderem; verùm nec sanguinis missionem, nec purgationem sustinent, utpotè quòd sine his syncope facile aduratur, multò verò facilius cum his. Tral. verò, quem sequuti sunt & Rhasis & Averr. sanguinis missionem convenire contendunt. Attamen, parum aut nihil à Gal. jam dicti magni Vari dissentire videntur, dum conveniunt omnes in indicante, quòd scilicet conveniret; sed neque discrepant in permittente; etenim & ipse Tral. subdit, quòd si vires imbecilles fuerint, sit abstinendum. Quoniam verò vires neque præsentis, neque futuræ, in syncope, & insigni humorum cruditate constare possunt; idè in casu nostro, ut & frequentissimè in omnibus hisce febribus, à sanguinis missione abstinendum; relicta Recentiorum inepta illa decisione, quòd humor considerari debeat, num crudus, vel seminicrudus, vel extremè crudus fuerit, ad sanguinis missionem statuendam.

De medicamento exhibendo, pro minoratione pituitosæ atque crudæ materiæ, pariter dubitatur. Gal. enim apertis verbis, ut superius visum fuit; neque minorationem per medicamentum admittit, quòd accepit ab Hippoc. cujus quinetiam opinionis fuit Orib. & Paul. dicentes: Neque venæ-sectionem, neque purgationem ferunt; namque sine his repente in syncopen cadunt. Quos sequuti fuerunt Arculanus & Recentiores multi; imò & hoc idem experientia comprobavit ipse Gal. dum ventriculo afflicto, & nondum ad syncopen perducto, multos vidit defunctos, quibus medicamentum fuerat exhibitum; Quid igitur dicendum erit præsentem syncopen?

Sunt tamen non pauci, Tral. Rhasis, Averr. Mercatus, Sax. & alii plurimi, qui medicamentum minorativum libenter exhibent, dicentes; quòd leniter imminuta humorum copia, recedit syncope; & ita reliqui crudi humores commodius præparari possunt; additque Tral. quòd cum vires à copia suffocentur, de copia modicum subtrahere est necesse, cum frictionibus, cæterisque à Gal. propositis, humores adeò copiosos & crassos attenuari & discuti posse, imò

possibile videatur; & si fieri possit, non nisi longo tempore; quam diuturnitatem febris hæc cum syncope tolerare nequit.

Decisio itaque adeo gravis controversiæ sit, quod cautissimè in hoc magni momenti negotio sit procedendum; ab Hipp. edocti, quod absolutissimâ tum custodia, tum diligentia in hac febre curanda opus sit; adeo ut si syncope toto paroxysmo perseveret, impossibile sit medicamentum solutivum exhibere, qualecunque fuerit; ventriculo namque perpetuo afflicto affliccio addenda non est, alioquin stomachicæ syncope irrevocabiles fiunt atque lethales, ut observavit Gal. At si in accessionis declinatione cedat ipsa syncope, ut in casu nostro, & ut frequentissimè accidit, prius roborato ventriculo, aliqua crudæ materiæ minoratio procuranda, clystere prius, mox etiam vomitu, si ad vomitum pronus sit Patiens. Interim attenuantia, & concoquentia præbeantur, ut medicamentum leniens, si non antè quartam, paulò post tamen exhiberi possit. Exercitatum autem Medicum, vel saltem valde cautum desiderant hujusmodi febres.

Ad praxiam itaque ut revocentur omnia; primò Clyster paretur ex decoct. malv. mercur. betæ, chamæm. in aqua hordei; addito melle ros. cum oleo amygdal. vitello ovi & sale. Primò autem, mel ros. non sit solut. & adhuc minus, addenda hiera, diaphæn. quæ in progressu, concocta & attenuata materia adhiberi poterunt; injiciatur verò extra accessionem syncope. Secundò, vomitus provocatio dubia esse solet; cum enim materia valde cruda, viscida & tenax sit, à debili vomitorio procul dubio educi non poterit, sicut à validiori valida quoque agitatio excitabitur, cui facilius syncope succedit. Nihilominus, provocandus vomitus si prius spontè procedat, vel saltem Patiens, ut in nostro casu ad eum sit pronus; eò enim evacuetur saltem materia innatans, & minus adhærens. Quare, leve vomitorium sufficiet.

Ut ℥. Juris carniæ sem. citri alterati unc. viii. oxymel. simpl. ʒvj. m. in progressu verò, magis concocta materia, succus raphani addi poterit, vel pulvis asari, vel semi uncia diasari Ferneli. Tertio, medicamentum poterit esse mel. ros. solut. cum manna clarif. & tart. aqua cinnam. aromatiz. vel lenit. cum tart. cassia quoque, urgente febrili calore, cum tartaro; suo namque lentore & ipsam pituitam quoque ducit, ut notabat Mes. In progressu verò, additur hiera, imò & pil. de hiera ipsa, cum agarico; quibus omnibus mulla diluta, ex aqua hordei parata, ad lib. i. s. vel ij. superbibenda, ut ab ea sequatur ablutio. Circa medicamentum exhibendum, observatione dignum est quod à potione, quantum fieri potest, sit abstinendum, & potius forma solida exhibendum sit; potio namque majori vehementia operatur, sicque majorem in humoribus commotionem excitat, majoremque spirituum dissolutionem infert, & ventriculum exolvit, unde facilius in syncope lapsus.

Præparantia sint attenuantia, incidentia, detergentia, & quidem calida, quantum febrilis calor perferre potest. Sic Hipp. oxymel aquosum proponit. Gal. mullam crudam, ut ut magis subluentem, & minus nutrientem, proponit etiam oxymel cum hyssopo. Oribasio placuit mulla diluta, decocta; imò & ipsi Paulo. Nobis autem hæc sunt in usu.

℥. Oxymel. simpl. unc. ij. fyr. de cortic. citri unc. i. vel

℥. Oxymel. simpl. mel. ros. colat. an: unc. j. s. aq. cinnam. unc. s. m. pro fyr. & sic pro aliis; cui in progressu addatur modicum juris, hyssopo, prassio & menta alterati.

Hæc agenda in casu nostro, quoniam in febris declinatione syncope cedit, ac si in tota accessione perseveraret, vix clyster, nedum vomitorium, minusque medicamentum administrari possent, quorum loco, in frictionibus potissimum & inedia, totam curationis spem reponit Galen.

Licet autem iste quinetiam curandi modus suas habeat objectiones, & primò quidem, cum redundantibus crudis humoribus prohibeat Galen. frictions, exercitationes, & quemvis corporis motum. Secundò, quod corporibus impuris exercitationes prohibet Hipp. Tertio, quia in diarrhæa ex cruditate, prohibet Gal. abstergentia & cutem deobstruentia, attamen, omnibus concessis, quoniam longè majus ex his sequitur beneficium quàm damnum, idè frictions sunt adhibendæ.

Sed ne error aliquis committatur circa frictionum usum, in hac febre, quæ nullum vel minimum errorem admittere potest, quinque sunt consideranda. Primum, finis ob quem instituntur. Secundum, quæ partes corporis sint fricandæ. Tertium, quales frictions esse debeant. Quartum, quo instrumento. Quintum, quantum.

Primum quod attinet; frictions primò facultatem emorientem excitant. Secundò, humores crudos & copiosos, spiritus & calorem suffocantes, à corde divertunt. Tertio, eisdem humores attenuando ac resolvendo, diminuunt. Quarto porositates aperiunt, ut facilius insensibiliter resolvantur.

Quantum ad secundum, in primis crura & coxas fricare oportet, ad inferiora trahendo, ut major fiat diversio. Secundò, brachia & manus, à spatula incipiendo. Tertio, à collo ad spatulas, per latera.

Quoad tertium, incipiendum à fortioribus; nam materia in principio frigidior & crassior est; prout & porositates obstructæ valde; unde Avic. usque ad abrasionem cutis; nos autem usque ad ruborem; in progressu verò, materia magis attenuata, leviores sint.

Quarto, fiant panno aspero, fumigato potius sustumigio ex ligno aloes, moscho & cinnam. ex Avic. vel cum Gal. laxantibus oleis atque digerentibus; quibus nos & spiritum vini addi posse credimus.

Quinto, licet Avic. jubeat perpetuò frictions esse faciendas, vel cum somni exclusione; cautè tamen agendum, ne ægri pereant fricantium inscitia, ut observavit Tral.

Tertio & tandem, vires ventriculi, cordis & totius sunt conservandæ; in quem finem julapium præstantissimum atque suavissimum hujusmodi paritur.

℥. Vini malvatici lib. j. aq. ros. unc. iij. caryophyl. cont. drach. s. cinnam. contus. drach. j. in sindone ligentur; mox adde sacchari fini unc. iv. & bul. lento igne, ad julapii consistentiam, cujus cochlearia frequenter assumat Patiens. Pro ventriculo verò, potissimum erit ol. juniperinum; vel cinnam. ad gutt. j. in cochleari aquæ cinnam. pariter & ol. zedoariæ, tum intrinsecus, tum extrinsecus.

Vires

Vires totius congruâ victus ratione conservandæ. Et primò aër, nec valdè calidus, nec valdè frigidus sit, suffumigio alteratus; ex ligno aloës, fantalis citrinis, cortic. citri & cinnam. in aqua ros. & è flor. citri fervefactis. Victus ratio valdè tenuis, cum Hipp. cui subscripsit quoque Gal. nihil enim ab initio, præter oxymel aquosum afferebat; addunt tamen, dum vires consent. Nos, tribus primis diebus, solam pisanam offeramus; secundis, addamus pulli instaurans; postremis, attenuata valde materia, ova recentia & pulli confusa. Vinum quoque conceditur, dilutum, etiam in cibo. Juscula alterentur quoque cinnam. caryoph. nuce myristica. Somnus, licet concoquat, tempore tamen præsentis & imminentis syncopes, interdicens. Quies omninò necessaria; adèd ut neque ad ventrem exonerandum, neque ad meiendum surgat; domumque obscuram, & lectum mollem habeat, ex Hipp. Venter clysteribus sollicitetur, & tandem animi accidentia, quæ possint virtutem exolvere atque agitare, sunt devitanda; licet nonnulli itam moderatam juvare crediderint. Et hæc, pro tantæ febris curatione dicta sufficiant. *Idem Ibidem.*

Febris Syncopalis Minuta.

Vir 40. annum agens, temperamentis totius & jecoris, calidi & sicci, gracilis habitus, & quodammodo squalido aspectu, post siccam præteritam anni constitutionem, & longum iter sub radiis solaribus, vina meraciora potans, & vigiliis nimis indulgens; suppressa quoque frequenter diarrhoea biliosa, plurimum salubri, tandem hoc anni tempore Caniculari, incidit in febrem circa meridiem, cujus quidem initium cum levissima horripilatione; progressus verò cum insigni calore, &, quòd pejus, dolore, morfu, aestu & anxietate oris ventriculi; necnon totius corporis inquietatione, oris amaritudine, siti molestata, nausea ac exiguæ flavæ bilis amaræ vomitu sine levamine, cum extremorum refrigeratione, atque in progressu, omnium quiescentiam externarum partium, pulsu exiguo, inæquali & inordinato, & nonnunquam omnino deficiente, supervenientibus sudoribus frigidis & crassis, cum animi exolutione. Urina autem pauca, sed flavæ & tenuis apparuit; secunda die omnia paulò mitiora visa fuerunt; sed tertia, eadem hora, eodemque ordine omnia invaluerunt; adèd ut statim à febris initio ventriculi affectus vehementes atque terribiles apparuerint, & præcipitem syncopen, cum evidentissimo vitæ discrimine induxerint. Quare nos accersiti, ita de hac febre verba fecimus.

Acutam, imò peracutam, hanc febrem jure merito existimamus, propter sævitiam accidentium ejusque celeritatem; cum hac tertia die, Patientem nostrum, ferè ad interitum deduxerit, propter veram atque legitimam syncopen, quæ præcipiti modò febrem ipsam sibi comitata; inquam, vix quodammodo levatus, rursus præcipitat, velut ejusdem symptoma concomitans, quinimò & cum ipsa oritur; quam idèd febrem syncopalem, à symptomate, Medicinæ Scriptores appellare consueverunt; quæ quoniam, non à quantitate materiæ, calorem & spiritus opprimente atque suffocante, sed ab exigua bile os ventriculi vellicante, & spiritus vitales resolvente, procedit; idèd, à Barbaris potissimum, minuta dicta fuit, ad differentiam febris syncopalis hu-

morosæ.

Fit igitur febris hæc à flava bile excrementitia, in ora ventriculi ebulliente ac putrescente, non autem à vitellina, cærulea, prasina, vel æruginosa, hæc enim sunt crassæ substantiæ & tardi motus, à quibus rarissime oritur hæc febris, tuncque exquisita non est, quæ quoniam non per spatia, sed per venas illuc fertur, hinc vomitus exiguus sequitur, sine Patientis levamine; conclusa namque in venis reperitur bilis hujusmodi, undè circa ventriculum, & fortis æstus, & cordis morfus, à quo facillimè trahitur in consensum cor ipsum, accedente passione cardiaca, & spiritibus languentibus, atque deficientibus, sequitur vera atque legitima syncope; quam asphyxia, externarum partium refrigeratio, sudores frigidi, crassi atque syncopici cum animi exolutione, manifestissime nobis ostendunt. Biliosi autem humoris indicium præbent res naturales, nonnaturales atque præter naturam; tetras nimirum consistens, temperamentum totius & jecoris, calidum & siccum, gracilis habitus, squalida facies, præterita anni constitutio sicca, & præsens anni tempus; præterea, diurna mora sub radiis solaribus, iter longum atque violentum, potus vini meracioris, immodicæ vigiliæ, quæ sanguinem biliosum reddere solent, & bilis evacuatio suppressa, quæ Patientem ipsum ab affectibus biliosis præservare solebat; ac tandem, præsentem bilem apertissime demonstrant, hora invasionis meridiana, periodus ejusdem febris tertianaria, acrimonia febris caloris, urina flavæ, ventriculi morfus & æstus, ac exiguæ flavæ & amaræ bilis vomitus; sicut enim causæ naturales & nonnaturales, ad bilis hujusmodi generationem omnes conspirant; ita bilis ipsa, licet non multa, intensè tamen calida, in ore ventriculi effervescent atque putrescens, hanc febrem syncopalem minutam simpliciter excitare valet; quæ alioquin, si ad ambitum corporis transmitteretur, & unà cum spiritibus insensibiliter exhalaret, syncopalis minuta, per halitum digerens oriretur; prout, si sensibiliter per sudorem, syncopalis minuta, digerens per sudorem, diceretur; tribus enim jam dictis modis fieri potest hæc febris, & excitari syncope ipsa.

Acuta, imò peracuta & perniciofa solet esse hujusmodi febris, cum intra septimam frequenter terminari solet; in animi namque defectio-nibus & syncope, tentiora omnia excrementa in ventrem influunt, & veluti abyssus abyssum invocat; sicque perpetuò syncope, cum spirituum defectu, diù perseverare non potest absque Patientis ruina & interitu; imò, per halitus digerens, vel digerens per sudorem, tertia die interficere solet. Curationem quoque omninò recusat, si jecoris atque ventriculi superveniat inflammatio.

Statim itaque acceleranda curatio, quæ diversa, imò contraria est curationi syncopalis humorosæ; omnia enim agenda ut crassiorem materiam reddamus, refrigerantibus & humectantibus; eutem densemus, & transpirationem adstringentibus arceamus, atque syncopi occurramus.

Quibus ut satisfaciamus, alia sunt agenda præ-sente syncope, alia antequam ingruat.

Antè syncopen. Primò ventriculus roborandus. Secundò, totus habitus densatus. Tertiò, revellendi sunt ascendentes ad ventriculum humores:

Roborantia

Roborantia sint externa & interna. Interna quidem, emulsio margarit. præpar. cum aqua rosac.

Ut ℞. margarit. præparat. drach. j. aqu. ros. unc. iij. m.

Vel ℞. Margarit. præparat. drach. j. vini granat. aq. scorz. an. unc. ij. m. & cochlearia plura assumentur ante accessionem. Extrinsecus, ventriculo apponatur placenta rosarum, vino austero, vel granatorum, vel omphacio, vel aceto rosac. aspersa.

Secundò densantia, sint totius inunctiones, oleo viol. & myrt. & urgente exolutione, unguento ros. & infrig. Gal. Cordi.

℞. Aq. ros. nymphaeæ, plantag. an. lib. s. vini albi tenuis unc. ij. specier. diamargarit. frigid. drach. ij. camphoræ gr. v. succi citri unc. ij. m. pro epith. cordis. Hepati.

℞. Succu cich. depur. lib. j. suc. lim. unc. iij. specier. trium santal. unc. s. m. pro. epith. hepatis. Testibus applicentur lintea madefacta in aqu. ros. & plantag. cum aceto rosac.

Tertiò revellentia, sint frictiones partium externarum, ligaturæ, rubificantia, vesicantia; ut quæ possint serofos & biliosos humores à ventriculo revellere. Clyster quoque ex decoct. malv. viol. hord. cum syr. ros. oleo violaceo, & ovo integro.

Accedente verò syncope, spirituum resolutio primò est impedienda; & secundò, eorum regeneratio procuranda. Sic statim aspergatur facies, vel aqua frigida simplici, vel aqua rosar. vel aqua, vino adstringenti mista, ut cutis densetur, spiritus retrahantur, & effluvium prohibeatur. Secundò spirituum regeneratio procuranda odoribus. Sic naribus admoveatur panis calens, vino, vel aqua cinnam. aspersus. Sed quoniam essentia virium, quibus regitur corpus, non in spiritibus solis, sed in solidorum temperamento quoque consistit; ideo utraque integra conservanda. Et ideo partes solidæ quàm celerrimè instaurandæ; etenim, quæ longo tempore extenuantur corpora, lentè reficere oportet; quæ verò brevi, breviter. Cùm itaque odore solos spiritus, non solida nutrant; ideo solidis, alimento succurrendum & quidem potu; facilius enim est impleri potu, quàm cibo; sic præbeatur vinum, frigida dilutum. Interim facultas excitanda extremorum contorsionibus, pilorum evulsionibus, vociferationibus & hujusmodi aliis spiritus non dissolventibus.

Remissa syncope, febrilis calor contemperandus, & biliosi ac tenues humores præparandi hac potione.

℞. Aq. de succo acet. de cucurbita, de anguria an. lb. s. syr. de ribes, de agresta, de portulaca an. ℥. s. m. pro primo alterante. Pro secundo verò, in majore declinatione.

℞. Juris alterati cich. endiv. acet. portulaca, violis, nenuph. hepat. ℥. vj. succi cit. ℥. ij. instaurantis pullæ cochlear. j. m. tribus autem transfactis horis ab hoc jure, offeratur cibus plenior, præmittendo bolum hyacinthinum, cum aqua totius citri & scorz. Cibus autem sit pitifana hordeacea acida, scil. cum agresta, cum pullæ instaurantis, & ossa panis, in vino nigro austero imbuta, vinum quippè dilutum necessarium maximè existimarunt Medicinæ Principes; paucis verò horis ante novam accessionem, cibus rursus exhibendus, ut necessarium censuit Gal.

Et nisi virium lapsus ægro interitum minetur,

sub pleniori cibo, exhiberi poterit cassia cum pulpa Tamarind.

℞. Flor. cass. rec. extr. drachm. vii. pulpæ Tamarind. drach. iij. m. f. bol. hora una ante cibum exhibendi.

Jam dictis omnibus congrua & accurata victus ratio addenda. Sic aër frigidus paretur, insperione frigida putealis, cum frondibus, virtute & actu frigidis. Cibus sit jam præscriptus, sed præterea, concedi possunt fructus aliqui austeri, ut mora, cerasa austera, & nostro potissimum Patienti, persica cocta. Potus consuetus, sit aqua acetosæ, cum julap. ros. aut vino granati præter ossam panis, vino austero imbutam. Somnus, sicut præsentente syncope, interdicens, ita extra syncopem erit omni arte procurandus. Quies quàm maximè conducit. Inanitiatio semper in hac febre est repletionem periculosior, & ideo ut dixi, parum & sæpè Patienti nutriendus. Excrementa, clysteribus ex lacte, butyro & saccharo paratis, educenda, omnibus animi passionibus est ablegandus, & confidenti animo recreandus. Quæ pro hac syncopali minuta simpliciter curandæ dicta satis. *Idem ibidem.*

Febris Amatoria, sive Ictericia alba.

Nobil. & formosa Juvenis, 25. annum agens, temperamenti calidi & humidi, carnosus habitus, & antehac rosei coloris, tribus abhinc annis cogitabunda & mœsta præter consuetudinem esse cœpit, cum ob egestatem Patris, Viro nubere non posset: hinc vigiliis subortis, & querelis de ventriculo male affecto, rugibus hypochondriorum, mensuris quoque interim imminutis: roseus faciei color in album, & mox in pallidum conversus est, timores ac mœrores accesserunt, cum capitis gravitate, necnon paulatim spirandi difficultas, cordis tremores, cibi fastidium, stupor & torpor, cum febre inordinate repetente, in dies quinotiam semper magis magisque imminuta, imò tandem omnino suppressa menstrua fuerunt: supervenientibus totius colore livido atque plumbeo, palpebrarum & crurum intumescencia, omnium membrorum gravitate, & virium languore: quibus demum accesserunt strangulatio, sive præfocatio, & Dæmoniaca phantasmata. Tandem à Religiosorum exorcismis & signis nullam opem experta, ad Medicorum manus confugit: quibus & mihi accersito, abdomine contractato occurrerunt in uteri regione ac mesenterii, obstructions: febricula circa vesperam quotidie, cum horrore invadente, non adeò intenso calore: molesta tamen, nec sine aliqua, nocturno potissimum tempore, mentis alienatione. Modò Parentes mœsti insignem adeò mutationem admirantes, causamque horum ignotam existimantes, nos omnes in subsidium advocant.

Hanc febrem, quam Hipp. erroneam, non sine ratione: alii febrem albam, sive albam ictericam nuncuparunt: albi namque & frigidi humoris plurima symptomata indicium præbent. Primò siquidem menstrua suppressa, in juvenili ætate, temperamento calido & humido, nativum calorem suffocando, in toto frigiditatem induxerunt, non parum ad id conspirantibus obstructionibus in mesenterio & utero, forsitan etiam in cava jecoris observatis, quæ naturalis caloris ventilationem prohibentes, ejusdem suffoca-

suffocationem fovent; unde horum symptomatum plurima frigidam intemperiem attestantur.

Hujus autem affectus Virginei causa primitiva, fuit intensa meditatio hujus Virginis, qua avocato nativo calore & spiritibus à ventriculo, cruditates genitæ fuere, obstructionum in venis lacteis & mesentericis origo: unde hypochondriaci affectus ortus, & de ventriculo malè affecto, & hypochondriorum rugitibus querelæ: inquinata quinetiam universa massa sanguinea: quæ crassior reddita, nec uteri venas statuta temporibus libere permeans, ac in iisdem stabulans, obstructiones in utero quoque congestit, & menstrua purgationem diminutam reddidit: quibus adactis, perfecta eorundem suppressio subsequuta fuit: sanguis enim effluxum non habens præ multitudine, resilit in cor & septum. Quando verò hæc repleta fuerint, cor fatuum fit: deinde ex fatuitate, torpedio, postea ex torpedine delirium apprehendit: sicut, cum aliquo longo tempore desidente, sanguis ex coxis & femoribus depressus, in tibias ac pedes, torporem inducit: à torpore autem pedes ad iter faciendum impotentes fiunt, donec sanguis ad se ipsum revertatur. Hæc habet Hippoc. quibus subdit. Revertitur autem celerrime; quod enim propter venarum repletionem resilit, & locus corporis non est periculosus; at ex corde & septo tardè resluit; venæ enim obliquæ sunt, & locus periculosus, & ad delirium ac insaniam paratus, quum enim hæc partes repletæ fuerint, & horror cum febre ingruit; quas febres erroneas appellant. His autem ita se habentibus, præ adactis calore insanit, præ caligine timet atque formidat; præ compressione circa cor, strangulationem & præfocationem patitur; præ sanguinis malitia, animus mœrens & anxius, malum attrahit.

Nos verò addamus, quod totum, non solum cacochymum, sed cachecticum quinetiam redditur; ut patet ex colore totius adeò vitiat, virium languore, & palpebrarum ac pedum intumescencia.

Verum, nec à solis suppressis menstruis, sed à retento quoque semine malum hoc provenire posse, innuere videtur Hippoc. dum Virgines liberari asserit, si aut Viro cohabitent, aut menses suboriantur; præsertim verò in hac Virgine, temperamenti calidi & humidi, & boni habitus. Verum, cum jam menstruorum suppressionem, tanquam causam evidentissimam habeamus; idèò seminis retentioni uteri præfocationem, potius quàm febrem hanc erroneam tribuamus.

Ut autem ab hac febre vindicetur Nob. ista Juvenis, & in pristinum redigatur statum, res adeò negotiosa atque difficilis est, ut exercitatus quoque Medicus, in tota curatione anceps & dubius, medica semper auxilia sit administraturus; totum enim habitum renovare, & menstrua revocare oportet, metu alioquin, ne ad hydroperem præceps ruat infelix Juvenis.

Nec in præsens Hippoc. monitum locum habere poterit, nisi prius massa sanguinea purificetur, & ad laudabiliorem statum redigatur.

Quod ut assequi valeamus: Primò ventriculi & primarum viarum expiatio præmittenda. Secundò, mesenterii & lactearum obstructiones referendæ. Tertio totius venosi generis cacochymia est auferenda. Quarto, incipienti cachexiæ insuper proficiendum. Quintò, menstrua hysteriæ aperiendæ.

tibus sollicitanda; necnon interim iisdem à proprietate juvantibus, symptomatibus occurrendum. Ac tandem viscera roboranda. Quæ omnia jam præscripto ordine sunt executioni mandanda, medicis auxiliis à tribus fontibus desumendis.

Et in fonte Chirurgico, de sanguinis missione ne sicut dubitari non potest, cum hic peccet copia, substantia & motu; ita in præsentis flatu, cautè agendum circa quantitatem; jam enim sanguis in cacochymiam descivit. Et licet Hippoc. doceat, quod hujus affectus curatio, sit sanguinis detractio; id tamen jubet in principio esse faciendum antequam totum corpus cacochymum, & minus adhuc cachecticum reddatur, unde in diuturna & confirmata suppressione, idem Hippoc. ventrem sursum atque deorsum purgat; quoniam cacochymia non sanguinis missione, sed purgatione tollitur. Hinc à copiosa diarrhœa Ancilla illa restituta fuit. Quod videns Gal. catnosis & albicantibus, scarificationes potius quàm venæ sectionem præscribat.

Locus autem sit jecoraria dextera, ut detrahatur, non subtrahatur sanguis, prius quam obstructiones uteri referantur, & perviæ reddantur; tunc enim & saphena aperiri poterit, sanguinem educendo tantum, ratione motus.

Interim cauterium coxæ inturendum. De reliquis autem topicis infra.

Pro ventriculi exinanitione, Pot. ex manna clarif. vel elect. lenit. cum tart. Ad primarum viarum præparationem, oxym. simpl. mel. ros. simpl. an. unc. j. f. aq. cinn. unc. f. m. pro syr. & sic pro aliis v. Mox repetatur alterutrum jam dictorum medicamentorum.

Indè mesenterii & lactearum obstructiones, attenuantibus, aperiuntibus, & evacuantibus sunt curandæ. Præparans igitur ita paratur.

℞. Succu cich. depur. unc. ij. succu borag. unc. j. tart. vitriol. gr. x. decoct. cich. borag. end. pentaphylli, petroselini, agrim. unc. v. m. pro syr. ante auroram exhibendo; cui præmittatur oxymel dilutum, ad unc. ij. quibus decem dies insistendum; atque intermedio intervallo præbeatur hoc.

℞. Pil. de Tribus cum rhab. de hiera cum agarico, an. scrup. ij. elect. lenit. drach. vj. m. f. b. Decem verò transactis diebus.

℞. Electuar. diacathol. drach. iv. rosat. Mes. drach. iv. pil. de Tribus drach. j. m. ref. bol. quibus, transacta hora, superbibat jus hordeo alteratum; vel aquam hordeaceam.

Ad accuratam verò ventriculi & intestinorum detersionem, & ablutionem, aqua Tettuciana, tribus diebus, cum vehiculo mell. ros. sol. de more offeratur.

Cacochymia, à sanguine, per epicasin auferenda, præparatione, atque frequenti expurgatione; neque febricula pertimescenda; in hoc enim casu causæ omnino incumbendum, habita febris perexigua ratione. Instituat itaque tale præparans.

℞. Succu depur. cich. borag. agrim. fumariz. an. unc. j. decoct. cich. borag. melissæ, beton. agrim. cardui sancti, absinth. unc. iv. m. pro syr. & sic pro aliis; & nisi renuat Nob. Virgo, addatur quoque oxymel. squillit. unc. j. His autem duodecim diebus insistendum; sed quarto quoque die hoc præbeendum.

℞. Decoct. epith. Mes. unc. vj. vel, si bolos potius eligat.

℞. Extracti fennæ drach. j. helleb. nigri drach. s. elect. lenit. vel flor. cass. rec. unc. s. m. f. b. quibus superbibat serum deput. quippe veratrum vim in se obtinet valdè exurentem.

Tribus hisce purgantibus assumptis, totum venosum genus ab impuritatibus defæcatum esse fidentium non est. Quare repetenda purgantia, quæ aperiendi quoque facultatem habeant. Instituta ut itaque hujus liquoris usus.

℞. Radic. petroselin. fœniculi, asparagor. apii au. unc. ii. fol. agrim. capil. ven. hyssopi, prassii, pulegii, calamenti montani, an. m. j. agarici troch. unc. i. s. fol. fennæ rec. mund. unc. v. epith. unc. ij. radic. veratri nigri unc. s. cinnam. integri unc. s. aquæ agrim. capil. ven. an. lib. j. m. macerentur omnia viginti quatuor horas: deinde fiat fortis expressio; & colat. adde sacchari fini q. s. bull. ad syr. consistentiam, cui mox infunde rhab. opt. unc. j. spicæ serup. j.

Hujus autem unc. ij. præbeantur quotidie, in semi cyatho vini albi, tribus vel quatuor horis ante prandium, persistendo in hujus usu ad dies xx.

Hinc ad cachexiam intenti, carnosam partem depurantia, & à pravis humiditatibus vindicantia administranda forent, diaphoretica scilicet sensibilibiter evacuantia, & insensibiliter digerentia; cui intentioni satisfacere poterit sudor, præmissis convenienti decocto; vel viperini pulveris diurnus usus. Verùm, quoniam uteri venas aperire, menstrua provocare, & universum corpus, per vias illas naturæ proprias atque consuetas expurgare, potissimum noster debet esse scopus: ideo, ne à centro divertantur ad circumferentiam humores, hac posthabita intentione, hysteriæ aperiendum & mentes moventium usus erit prius usurpandus.

Ad uteri contumaces obstructions referandas, chalybis usus ab omnibus medicinarum Professoribus extolli solet, & præsertim potabilis M. D. cujus vis ut ad uterum perveniat, vehiculo uterino indiget. Paretur itaque decoctum, quod & id præstandi, & totum exsiccandi facultatem obtineat.

Ut ℞. Salsæ optimæ unc. j. guajaci pinguis, radic. gentianæ, ligni sassafras an. unc. s. aq. stillat. cich. capil. ven. artemisiæ an. lib. j. m. f. inf. per horas xxiv. deinde bull. ad consumpt. dimidit, & colat. fervetur pro duabus vicibus, summo mane exhibenda; cui addantur chalybis potabilis M. D. gutt. aquæ sibiricæ cochlear unum; vel ol. ejusd. gutt. v. cujus loco, præmitti posset bolus ita paratus.

℞. Troch. de myrrha scrup. j. salis artemisiæ gr. vj. m. ref. b. j.

Extrinsicis quoque venarum apertio procurari debet, non quidem pessariis aut injectis, sed forinsecus admotis. Tale igitur paretur fomentum.

℞. Fol. malv. meliloti, origani, pulegii, calamenti, mercurialis, matricariæ, an. m. s. sem. fœnic. apii, ameos, an. unc. s. radic. althææ, lil. alb. cyclam. an. unc. j. aquæ comm. lib. x. m. bull. ad consumpt. quartæ partis; cui in fine, adde vini albi generosi cyathum unum, & spongia magna foveatur uteri regio: eandem partem, post fotum, illinendo ol. lib. alb. aromatizato. Infectiones quoque in aqua sulphurea Aponensî, efficacissimæ erunt.

Hysteriæ symptomatibus occurrentia esse poterunt, aqua theriacalis, cum aqua totius citri.

Oleum succini ad gutt. ij. in aqua cinnam. Theriacæ medæ ætatis: vel Triphera sine opio, cum aqua pulegii, aut matricariæ.

Tandem viscera roborabunt magni antidotæ, sales theriacales, sal absinthii, mentæ. Vinum ad mensam, roremarino, ligno indico, sassafras, medicatum sit.

Quibus omnibus congrua addenda victus ratio, non tenuis, sed attenuans. Hæcque dixisse satis, pro exacta cognitione, & curatione hujus febris. Idem Ibidem.

Febris Lenta.

Mulier quinquagenaria, temperamentis totius & jecoris, ad calidum vergentis, potius carnosæ: cui jam menses abunde fluxere, quatuordecim ab hinc mensibus, iisdem omnino suppressis, valetudinariam semper vitam duxit: & potissimum circa hypochondria frequentes molestias percepit, cum appetitus prostratione: cujus causa edulius pravi succi, de more usa est: undè floridum totius colorem deperdere, & pondus quoddam in hypochondrio dextro percipere, ac tandem, tribus abhinc mensibus, leviter febricitare cepit: qua tamen non obstante febricula, ad amœnissimum suburbanum secessit, ubi solutam adhuc magis vitam agens, fructus & herbas frequentissimè comedit, vina bibens dum quandoque à febre se immunem crederet: & ideo nonnisi transacto integro mense domum, in urbe, reversa, medico se tradidit: qui febrim tollere curavit lenientibus & præparantibus: sanguinem quoque misit ex pede: quod tamen ex voto non successit, hepate adhuc tenso atque repleto, cum dolore ad tactum, muliere forsitan continuò in eadem victus ratione peccante. Idcirco, pro hac febricula sananda, ad consilium accessu fuimus.

Si morbi qui omni periculo vacant, multis magnisque deinceps erroribus commisi in lethalem naturam vertuntur, quid mirum si febricula, Mulierem hanc Nob. molestant, ob errores commissos diuturna evaserit? quinimo mirandum quod acuta atque lethalis facta non fuerit: cum non levem causam ab initio quoque habuerit, ab intempestiva menstruorum suppressione ortam, siquidem, cum in Patientem, calido & humido temperamento à natura prædita, & sanguine abundanti, supra quinquagesimum quinetiam annum expurgari debuissent, immaturè suppressa, non quidem in venis uteri, cum non appareant hysteriæ affectiones: sed in toto venoso genere, regurgitarunt ad hepar, in cujus vasibus obstructions coarctare coeperunt. Et quoniam ex vaporibus, ab iisdem ad ventriculum elatis, & appetitus & coctiones labem aliquam acquisiverunt, hinc Pat. ad appetitum excitandum, alimentis pravæ conditionis usa est; à quibus, cruditatibus congestis, obstructions in dies majus semper incrementum susceperunt; quæ tandem, impedita libera ventilatione, putredinem contraxerunt, & febriculam excitarunt: ut mirum non sit si antehac affecto jecore & pravis edulius nutrita, floridus totius color fuerit corruptus: ex cujus solo vitio Gal. primo aspectu hepaticos cognovit. Hepaticam autem mulierem hanc nuncupamus: quia non solum obstructions, ex humoribus crassis atque tenacibus, in vasibus existentibus, verùm & in ipsa carne, sive hepatis parenchymate reperiuntur: ubi temporis progressu, vel inflammationem excitare

nem excitare solent: vel corruptæ, febriculam, ut in casu nostro, quæ non solum à Patientibus, verum & ab imperitis medicis non raro negligitur.

Hæc autem febris, lenta appellari solet: de qua fusè verba fecit Fernel, quam fieri asserit ex lente obstructione atque putredine, quæ visceri contumaciter adheret impactaque est: adeo ut substantia visceris plerumque labefactetur. Hæcque innuere voluit Gal. dum dixit, quod sæpe splenis aut hepatis affectus febres inferunt.

Febris hæc diuturna esse solet, ut videre est in hac nostra Patiente: & cum viscera non solum obstructa, verum & quodammodo corrupta supponat, vel ad cachexiam & hydropem, vel ad atrophiam & tabem Patientes perducit; prout de cachexia, in casu nostro potius dubitandum: cum mulier carnosa & boni habitus fuerit, neque hucusque ad notabilem gracilitatem devenit.

Omnia tamen agenda, si fieri possit, ut ab imminente jam dicto malo præservetur, & à præsentis febre liberetur, totum evacuando: jecur deobstruendo, ventriculi & ejusdem jecoris tonum conservando; & vires sustinendo.

Quòd si res non ex voto succedat, à Celso consilium capiendum, dum ait: quòd in hoc casu Medici cura esse debet ut morbum mutet: fortasse enim curationi opportunior fiet. Etenim, circumspècti hominis est novare interdum & augere morbum, & febres accendere: quia curationem, ubi id quod est, non recipit, potest recipere id quod futurum est.

Interim ex fonte Chirurgico nova est depromenda sanguinis missio, ex jecoraria dextera, ut venosum genus purificetur, humorum confluxus à jecore divertatur, & jecur ipsam ventiletur: sit tamen parca, quia copia sanguinis in cacochymiam jam abiit. In hoc casu commendat Celsus frictions universales, cum oleo & sale.

Sed à fonte Pharmaceutico præcipua sunt desumenda remedia, præparantia, & aperientia, cum jam lenientia, & aliqua quoque purgantia, à Viro Excellent. fuerint administrata: alterantibus verò, aut parum aut nihil sit opus. Idèò, statim ad usum syr. Fernel. erit deducenda Patientis ipsa, cum rhab. parati, qui alternis diebus, aut in vino albo non dulci & tenui, aut jure cich. & absinthio alterato, ad ℥ij. erit præbendus: diebus verò intermediis præscribendum validum aperiens, quod sit subtilium partium, nec multum calefaciat: quale esse poterit decoctum salis, ita parandum.

℥. Salsæ optimæ, incisæ, radic. cich. petroselin. an. ℥j. aq. stillat. cich. lb. ij. agrim. lb. j. m. f. inf. per horas 24. deinde adde dimidium columbæ turricolæ, aut perdicis, & bull. omnia ad consumpt. dimidii, & fiat colat. pro duabus vicibus: cui præmitti poterit bol. ex tart. vitriol. rhab. extracto, & sale absinthii paratus: vel ex confect. cythocidis, quæ in hoc casu prærogativam habere solet, cum succo cich. densato reformata. Quibus forsitan efficacior fuerit spir. tart. ter. rectific. ad ℥j. in decocto dissolutus: utpote qui citius & facilius ad hepar permeare possit, atque pervadere.

Quibus per mensem peractis, nec cedente febre, ad contumaces obstructions superandas atque expugnandas, chalybis usum, medicinæ Professores proponere solent, vinum chalybeatum, à Fonseca descriptum, Patientibus exhibentes: quod poterit quoque Celsi præceptum adimplere. Ego verò uti soleo croco martis aperitivo, cum acido sulphuris parato, ad gr. ij. vel iij. vel sale martis, ab uno grano, ad duo. Reformantur autem cum succo eupato ii condensato, quibus super præbeat aut decoctum præscriptum, aut aquæ agrim. cyathus, cum spiritu

Tom. II.

tartari. Tertio verò aut quarto quoque die, pilula de tribus cum rhab. est offerenda, drach. ij. elect. lenit. aut diacathol. mista.

Dum hæc exhibentur, extrinsecus emollientis regioni jecoris erunt quotidie apponenda.

Ut ℥. Ol. amygd. dulc. ℥ij. butyri recent. adipis gallinæ, anseris, anatis, medullæ crurum vituli, ol. nardini, aut irini, an. ℥ss. succi absinthii ℥ij. m. bull. ad consumpt. succi, & mox adde, squinanth. drach. s. m. pro illitu jecoris.

Vitus ratio jam dictis omnibus propositis proportionem respondeat. Sic autem extenuans; ut monet Gal. Vinum concedatur album, tenue, non dulce, non acerbum. Surgat Patientis à lecto, sed ante cibum; motum enim à cibo prohibet Celsus. Et si Deus pristinam valetudinem Nob. Patienti restituere dignatus fuerit, febre sanata in usum ducat frequenter pil. de tribus cum rhab. Quæ pro præsentis casu, dicta satis. Idem ibidem.

Febris Chronica.

Vir Nob. quadragenarius, temperamenti calidi & sicci, mediocris habitus, liberam vitam ducens, cui hæmorrhoidalis evacuatio, multis abhinc annis, singulo mense familiaris erat, licet hoc anno postremo omnino sponte suppressa fuerit, cum capitis doloribus, & corporis lassitudinibus, superioribus mensibus fuisset obnoxius: tandem ineunte proximo præterito autumno, febre continua, sed periodica proportionata correptus fuit, quæ eadem hora semper invasit, usque ad 27. diem: cum interim s4. sudores apparuerint, ut & 20. non tamen febrem judicantes. A 27. usque ad 40. remissa febris visa est, verum semper mutationes frequentes, modò ad frigus, modò ad calorem observata fuere, & sicut urinæ antea tenues, & cum exiguo sedimento semper se prodiderunt, circa 40. coloratiores, nec sine aliquo sedimento visæ sunt. Febris autem à 40. erraticum modum & ordinem servasse videtur, cum pulsu duriori, angusto & humili, & urinæ, cum sedimento crasso ac fatinateo: ita his quidem omnibus ad hunc usque diem 80. perseverantibus. Quæ à Medico domestico observata accepimus, ad consultationem acciti, qui Patientem invenimus, primis hæc febris diebus, potibus: postremis verò, cibus nimium indulgentem: cujus licet totum corpus adeo gracile redditum non sit, pro horum ratione; in liene tamen tensio manifesta percipitur, & dolores quidam in cruribus, & potissimum articulis, cum aliqua quoque exigua intumescencia. Modò pro ejusdem salute hujusmodi habita fuit consultatio.

Febribus acutis longas succedere videmus, cum aut aliqua pars affecta curatu difficilis est: aut humores crudi & crassi abundaverint: aut errores in vivendi ratione à Patientibus, assistentibus, aut rebus exterioribus commisi fuerint. Quæ omnia cum in præsentis Patientis nostro concurrant, nedum aliqua, mirum videri non debet si diuturnam & chronicam febrilem affectionem perpetiatur: pars enim difficilis sanationis fuit totum venosum genus, atro, melancholico, necnon crudo atque pituitoso sanguine scægens, qui multis abhinc annis per hæmorrhoidas à natura externi consuetus, postremo hoc anno suppressus, & in toto venoso genere retentus neque coacervatus est: à quo tandem lien infectus, obstructus & durus evasit. Crudos verò humores facile congestos fuisse credendum: cum liberam vitam semper duxerit Patientis in omnibus rebus nonnaturalibus, & potissimum cibo, potu & venere. Errores autem in potu, primis diebus, in cibus, posterioribus, novas cruditates adauxerunt, & antiquarum coctionem

Q99

retarda-

retarderunt, atque impediverunt: non parùm quin etiam prohibente anni tempore autumnali, quippe à jam d'ctis humoribus, sanguine mistis, antehac per venas sedales expurgati consuetis, nunc verò suppressis, & in venis putrescentibus, febris hæc ab initio ortum duxit; qui cum biliosi, melancholici & pituitosi fuerint, non adeo facile à natura attenuari, segregari, concoqui, & externi potuerunt, sed in progressu ad venas inferiores, ramos scil. venæ portæ, imò & ad lienem transmissi, febris conditionem mutarunt, & cum antea brachychroniam, tandem polychroniam induxerunt; quam non parùm fovenerunt errores in vivendi ratione. Cujus futuræ diuturnitatis nec signa defuerunt: urinæ namque ab initio tenues, sine ullo sedimento apparuerunt: prout & Cleonastidi, usque in diem 40. qui, 80. judicatus fuit; & cui, quoniam post 40. subrubræ, cum sedimento rubro se prodiderunt, ideo diuturniorem, sed perquam salutarem febrem fore existimavit Gal. prout pariter & accessiones, quæ eadem hora quotidie revertebantur, judicium difficile prædicebant; longitudinem, quin etiam sudores, diebus judicatoriis supervenientes, nec febrem judicantes: tunc enim eam prorogari, & multam significare humiditatem, proferebat Hippoc. Sed, quid dicendum de frequentibus illis mutationibus, modò ad frigus, modò ad calorem? quæ cum multas variasque humorum redundantium in corpore dispositiones significant, à natura proinde exiguo tempore non conficiendas, longitudinem ideo indicare assererat cum Hipp. Gal. à quorum humorum varietate, febris quoque erraticum ordinem contraxit. Postremis autem hisce præteritis diebus, pulsus duriores, angusti & humiles, longi morbi indicium præbent, & diuturnioris quin etiam urinæ, cum sedimento crasso atque farinaceo, quæ non solum præsentem, sed futuram longam affectionem significant, cum longè à concoctionibus sint alienæ: quam diuturnitatem tandem nobis confirmavit totius corporis status, non valde à naturali mutatus, partium densitatis, & humorum crassitie signum evidens, qui chronicam proinde, ac diuturnam fore febrem significat: unde à ratione alienum non est, si labores, & intumescentiæ in crurum articulis fiant: cum redundantes serofos humores, quos natura extra corpus expellere non potest, veluti per abscessum ad crura deponat.

Hujus autem febris eventus anceps foret, si ejus longitudo ab erroribus non penderet; exolutionis enim virium ante concoctionem periculum immineret: neque mirum videretur si vel ob solos commissos errores diuturna evasisset: cum in sanis quoque gravia delicta morborum lethaliùm causæ fiant. Cum igitur apparere incipiant signa concoctionis, vires satis consentent, nec totum corpus sit valde consumptum, & potissimum imus venter non adeò extenuatus, speranda unique salus. Ita, qui in Decleis horto jacebat, sedimenta instar farinæ crassioris in urinis ostendens, die tamen 40. judicatus fuit: quia exitialis signa non habuit, prout Silenus qui obiit.

Judicium tamen per crism expectandum non est, sed, vel per concoctionem, vel per abscessum, diuturnorum alioquin morborum proprium. De abscessu veteri posset, ne scil. febris hæc in quartanam migret: quoniam erratico modo procedere videtur: & præterea, quia tumet lien: congrua tamen adhibita curatione, aliqua spes est per concoctionem terminandam fore: etenim dolores in articulis qui supervenerunt, licet febrem judicare non potuerint, inutiles tamen non sunt.

Medicæ autem intentiones, pro hac curanda febre atque excirpanda, dirigi debent potissimum adversus causam, excrementitios humores, tum parando tum evacuando: obstructa viscera aperiendo: dein de adversus febrem, ejus calorem satis remittendo,

tandem & ventriculi, & reliquorum viscerum, atque totius vires conservando.

Ex fonte Chirurgico, aut panca, aut nullum superest desumendum remedium: jam enim ab Excellentiss. Adstante, ex vena fuit sanguis eductus, & ex hæmorrhoidibus repetitus. Quare, illud solum considerandum venit, ut una aut altera hirudo venis sedalibus, bis per mensem apponatur, non quidem sanguini educendo: sed ut ad partem illam rursus proluciat, & spontanea hæmorrhoidalis evacuatio revocetur. Frictiones quoque leviores toti corpori utiles erunt, ut transpirabile fervetur, neque tamen extenuetur.

Ex Pharmaceutico quoque fonte à Viro Excellentiss. propria & adæquata remedia deprompta fuerunt: in posterum autem, ad validiora attenuantia & aperientia erit progrediendum, quæ tamen humectandi quoque vim obtineant: tum ad exulsionem, tum ad maciem totius corporis evitandam, quas partes satis implet fumaris, nam facultatem humidam habet, detergentem, aperientem, & moderatè calescentem, ac quodammodo ipsa viscera firmantem; prærogativam autem in hisce febribus longis obtinere solet syr. de cich. cum rhab. Nicol. sic & byzantinus cum aceto. Quare in casu nostro, tale præparans parari poterit.

℞. Decoct. cich. borrag. end. petrosel. agrim. scolopendrii ℥ iv. succi sum. depur. ℥ j. syr. de cich. cum rhab. byzantini cum aceto an. ℥ v. m. pro syr. matutino tempore, in febris declinatione exhibendo; sicut pro alterante, in accessionis vigore, hic præscribi poterit.

℞. Decoct. cich. borrag. endivæ, fumar. ℥ v. succi depur. cich. borrag. pom. dulc. an. ℥ j. m. pro syr. & sic pro aliis.

Vel ℞. Aq. still. agrim. ℥ iv. cich. ℥ iij. tart. vitriol. gr. vi. m.

Dum præparantia hujusmodi, & alterantia administrantur, per epicrasin diminuendi atque evacuari sunt humores, exhibendo singulis, quatuor aut quinque diebus, pilul. de tribus cum rhab. ad drach. j. cum ℥ss. stor. cass. aut elect. lenit. Clysteres quoque, diebus præparationis locum habebunt, parati cum melle ros. solut. elect. diaph. oleo & sale, in decoct. malv. betæ, mercur. & parietariæ.

Quod si quindecim dierum spatium non cedat febris, ad usum syr. Fernel. erit deveniendum; cujus elegans & congrua descriptio talis esse poterit.

℞. Radic. cich. petrosel. fenic. cappar. poly. pod. querc. feminum cathami an. ℥ss. fol. hyslopi, prassii albi, origani, agrim. cetrach. cuscute, adianti an. m. j. sem. anis. fenic. endivæ, melon. an. drach. j. aq. agrim. ℥ iij. m. bull. ad consumpt. tertie, colat. postea infunde per hor. 12. fol. fenic. mund. ℥ iv. agarici albi ℥ ij. epith. ℥ss. radic. halleb. nigri drach. iij. gingib. drach. ij. postea bull. parum, & expressioni adde sacchari fini ℥ss. bol. ad syr. consistentiam, deinde adde rhab. in sindone ligati ℥ j. & fervetur ad usum. Exhibendus autem ad ℥ iij. in febris declinatione, tribus horis ante prandium, dissolvendus in jure cich. vel end. alterato. Et si forte ab eo evacuatio sequatur nimis copiosa, tertio quoque die solum exhibeatur, non omisso, diebus intermediis, præscripto præparante. In hujus autem syr. usu perseverandum ad xv. & xx. dies, cedente licet ipsa febre, ad obstructions omnino expedientias. Quem modum magis compendiosum existimo, magisque proprium, adversus febris pertinaciam: mirabilis quippe ab hoc, in his casibus, effectus observavi, quos non comperi ex jure columbæ, aut perdicis, china & herbis aperientibus alterato, minusque ex jure Galli, quod si calidis aperientibus, & non evacuantibus, ex more alteratum offeratur, humorum

offeratur, humorum exustionem potius adauget, obstructions contumaciores reddit, & facile quartanam inducit.

Omitto quæ peculiari facultate adversus has febres longas pollere tradiderunt graves Medicinæ Scriptores, Aquam scilicet culturæ Avic. Eupatorum, Mes. Foeniculum, Rhasis. Chamæmelum, ab Ægyptio boli consecratum; omnia tanquam febrifuga ab iisdem proposita.

Extrinsecus addo ego lienis illius, ex oleo de capparibus, de cyclamine, & amygdal. dulc. adipe anseris & anatis, ad ignem, cum cera, ad exigui acerrimi aceti consumpt. limin. reformando.

Et quoniam in loco putredinis, in diuturnis febribus inquinamentum quoddam fermento simile produci & relinqui solet; à quo humores, licet non adeo pravi, fermentantur & corrumpuntur, ideo ad huiusmodi fermentationem detendam, humorisque sistendos, congruis, præmissis evacuationibus, ut in casu nostro, evenire licet ad Chinam Chinæ, in principio accessionis, cum vino malvatico exhibendam, modo & quantitate jam cuilibet Medicorum notissima.

Quibus omnibus congrua victus ratio accedat, non quidem tenuis; quia in morbis longis cum victu tenui ægri delinquent; sed attenuans & incidens. Sic heram cum sinapi concedebat Galen. Nos autem aliquando mustardam & salitos pisciculos. Pariter & acetum pro condimento concedi poterit; cum passulis ebullitam, & pro aceti condendis, potissimum ex capparibus, prout & ex radicibus cich. & petroselinis. Pro potu consueto; pariter stillatim ex pulla, prius radice cich. petrosel. gramin. pentaphyl. foliisque borrag. & endivie alteratum; licet vinum quoque album, paucum & dilutum concedi possit; apparentibus enim signis coctionis, eadem adjuvat, & urinas movet; quod ideo in his casibus aqua utilius esse dicebat Gal. Hæcque pro præsentis febre curanda, dicta sunt. *Idem ibidem.*

Febris catarrhalis à Capite.

Excellentiss. Senex Patricius, annum ægens 65. temperamenti totius & jecoris, calidi & humidis, humidioris tamen capitis, boni habitus; qui præterquam quod ferè toto vitæ cursu, caput semper plurimis & maximis negotiis habuit implicatum, in cæteris omnibus etiam liberè vixit, lacustribus voluerum venationibus delectatus, quotannis capitis distillationibus divexatus est: dum postremo hoc hyberno tempore iisdem vacaret venationibus, plurima incommoda perpessus fuit; potissimum verò à nocturnis algoribus, dolore capitis fuit correptus, cum delatione in somnum, capitis gravitate, ad motum pigritia & inappetentia. Caput interim nihil per nares aut os, ut solebat antea, transmittēbat, quibus omnibus, paucis transactis diebus febricula quotidie horis vespertinis accessit, cum somnis turbatis: & post paucos dies catarrhalis materia à capite in pulmones decumbere cepit, quæ Nob. Patientis gustui salsa, olfactui graveolens, & Medici oculis atque iudicio, corrupta & putrida observata fuit. Interim capitis dolore remisso, perseveravit tamen febricula, quotidie circa vespem invadens, cum tussi & jam dicta materia, tum per os, tum per nares expurgatione, totius quinetiam corporis macie occedente. Modò lecto decumbens, coactus, nos de agendis pro salute consulit.

Nob. Senex, semel scilicet in anno, distillationibus antehac obnoxius fuit: tum quia præ humidum & calidum caput à natura sortitus, quod ab injuriis ab illis facile læditur: tum maximè quia

Tom. II.

æris inclementia, potissimum hyemali tempore, in venationibus illud exposuit, licet in pristinum statum, domum reversus, redigeretur, solo congruo vivendi modo, absque ullo Medici auxilio: robusta namque ipsius natura genitam, in capite intemperato, materiam expellebat, & ejusdem intemperiem facile corrigebat: quod tandem in hac senili ætate præstare non valuit: cum enim capitis temperies, postmodò ab injuriis veris externi valde alterata non exiguum libram contraxerit, non modò facultas concoctæ catarrhalem materiam, ab intemperie in capite genitam coquere, & à corruptela tueri non potuit: sed neque ipsa exultrix eandem à capite propellere: unde accidit ut genita, & in capite detenta, neque à calore nativo ejusdem custodita putredinem in eodum conceperit, à qua febricula, circa vespem exacerbati solita, catarrhalis sc. febricitans: prægressis prius ab ejusdem materiae præsentia, capitis gravitate, in somnum delatione, ad motum pigritia, gravato scilicet & tumefacto cerebro: & præterea inappetentia, ob consensum non exiguum inter cerebrum, & ventriculum ipsum: quibus, post febris accessionem, somni turbati supervenire, exalesastis n. cum cerebro spiritibus ipsis, materia ipsa catarrhalis, à febrili calore quodammodo fusa atque liquata, ad motum proclivior facta est: quæ putrefacta, ac proinde salsa reddita, facultatem expultricem irritando, ad subjectas partes, pulmones scilicet, expulsa atque dactosa fuit: & ita, sicut tussis oborta est, sic capitis dolor gravitatis, ex ipsius decubitu non parùm fuit diminutus. Perseverat tamen febricula: quis in capite nova regeneratur & putrescit materia catarrhalis: quæ ideo salfa & graveolens à Patientis Excellentiss. observatur, prout à nobis per tussim à pulmonibus rejecta, corrupta & putrida conspicitur. Neque credendum putredinis miseriam in pulmonibus esse: quia febricula aliquot diebus molesta fuit ante tussim. Cujus catarrhalis materiae putredinem in capite observavit quoque Hipp. ipse, dum ab eadem putrefacta ad pulmones delabente, tabem fieri posse existimavit, & ideo mirum non videatur, si modo totius aliqua consumptio & macies observetur, quæ ibidem super præcedere & antecere solet.

Quæ statim optem medicam Seni Excellent. præstare convenit, antequam pulmones vel à salsa corruptave materia exaceretur; vel ab ejusdem copia flacciditatem non solum, verum & frigiditatem concipiant; sique vel prima, vel secunda Hippocratis tabe afficiantur.

Id autem non consequi posse speramus; quoniam Senex Excellentiss. robustus est, macies parùm progressa, & affectus adeo recens, ut pulmones nondum luxuriam & flacciditatem contraxerunt.

Dirigantur itaque medici scopi contra causam, multò magis quam contra febrem ipsam, primas vias primò expiando. Secundò, totum & caput purgando. Tertio catarrhalem materiam à pulmonibus divertendo atque interceptando. Quarto, pulmones & caput exsiccando, non neglecto febrili calore, quoniam sufficit, contemperando.

Quibus ut satisfaciamus, à fonte Chirurgico aliqua sanguinis missio est deprecanda, non quidem ex vasis superioribus; quia id non requirit morbus, neque ideo bene permittit ætas, sed ex penis sedatilibus. Et quoniam caput distillationibus obnoxium est, non solum pro curatione, verum & pro præservatione, cauterium brachio injuri poterit. Frictiones quotidiane, à nuca incipientes, per dorsum descendentes, valde conferent; prout pedum calentes loziones & Clysters acres. Capiti quoque pulveres exsiccantes aspergantur, ex ligno carioso, radice Indis Florentinæ, cornu Cervino usto, ossibus

Q99 2

leptia-

sepiarum combustis, rosis rubris, majorana, & roremarino parati.

Ex Pharmacia reliqua sunt perenda medica auxilia; & primò quidem pro ventriculi & primarum viarum expiatione, præbeatur potio ex manna clarif. Inde per quinque dies, oxymel simplex dilutum ad ℥ij. vel ℥v. quolibet mane; mox repetatur eadem potio manna clarif. addendo parùm agarici infusioni consuetæ; cui superbibat mulsam dilutam, ex aqua hordei paratam. Deinde ad validiora præparantia erit procedendum, ex decoct. in jure, cich. borrag. end. malv. beton. præmittendo oxymel. iteatum ad ℥ij. In quorum præparantium usû persistat, saltem octo vel decem dies; quibus transactis, purgans conveniens erit ex infus. agarici, thab. & fennæ, in aqua beton. addito melle ros. solut. & manna. Vel, ita permittente febre, ut sperari potest, parentur pil. de agarico Mes. de hiera cum agarico. & aggreg. an. drach. ℞. & m. ref. Quibus omnibus superbibat Patiens Excellent. mulsam dilutam jam dictam, ex aqua quinciam stillatitia malvæ paratam.

His peractis, ad capitis expurgationem deveniendum, quæ commode pil. obtineri solet. Itaque

℞. Pil. cochiar. aurear. an. drach. ℞. mastich. ℥j. m. ref. pil. & aur. Quod si hucusque ada inistatris febricula non cesserit, cassia erit addenda, & pilular. dosis minuenda, iisdemque serum asinum depuratum, aut aqua hordeacea, sive ex malva destillata, ad ℥ij. erunt super præbenda. Pilulæ autem tribus vicibus sunt repetenda, quarto aut quinto quoque die; & diebus intermediis præparans tale exhiberi poterit.

℞. Succ. depur. malv. pom. dulc. beton. an. ℥j. decoct. cich. borrag. beton. stochados, malv. ℥v. m. pro syr. & sic pro aliis. Interim matutinis horis, ante prandium, pro errhino utatur hoc.

℞. Pulv. majoranæ, ireos an. drach. ij. nigellæ drach. j. m. & attrahatur per nares, ad modum tabacci.

Dum jam dicta administrantur, catarrhalis materia est quoque intercipienda, nocturnis horis in ore detinendo diatrageantum frigidum cum bolo; vel rosarum conservam tabulatam cum eodem bolo; penidiorum quoque usum spernendum non est.

Sed jam fluxam ateria expectoranda erit, usu oxymelitis iteati, syrupo de ibisco commisti.

Et tandem perseverante materiæ in capite productione, & inde ejusdem ad pulmones destillatione: humida ipsius capitis intemperies exsiccantibus erit remittenda; pulmonesque ipsi roborandi. In quem finem decoctum in jure ita parari poterit.

℞. Ligni rorismarini, radic. chinæ optimæ an. ℥j. radic. ros. damascen. santal. citrinorum, radic. enulæ campanæ an. ℥℞. aquæ still. cich. ℞. j. ℞. beton. pulmon. an. ℞. j. m. f. inf. per hor. 14. deinde adde quartam partem pulli junioris, & bull. ad consumpt. dimidii; colatura verò servetur ad usum pro tribus vicibus; cui infundantur spirit. sulphuris gutt. ij. præmisso bolo ex terebinthina nostra, & pulvere liquiritiæ ref. In cujus usu perseverandum ad dies triginta, nisi antea sistatur fluxio, cessante licet febre.

Hujus autem calor moderatè contemperandus, cichoraceorum decoctione, additis malva atque beton. in febris vigore, circa noctis nimirum medium offerenda, cui præmitti poterit juls. acetosum.

Quibus conerua vivendi ratio addenda, non crassa; quia catarrhalis materia per spurum educenda eger attenuatione; non tenuis, quia affectus hujusmodi protrahi poterit ad quadraginta, imò & ad sexaginta dies; sit igitur mediocris. Utatur ferculo Sax. Vinum album, tenue, subdulce, sed

modicum concedatur, cum Hipp. ad materiæ expectorationem, & ad ejusdem coctionem. Interim de more bibat mulsam dilutam acetosam, ex aqua malvæ vel hordeacea paratam. Cibum claudat conserva rosarum; & persistentibus somnis turbatis, exhibeatur conserva viol. lactuca condita. Quies, tam corporis tum animi procuretur. Quæ pro hac curanda catarrhali febre, dicta sunt. Item ibidem.

Febris Catarrhalis in Pulmonibus

Nob. Senex, 60. annum ættingens, temperamentum totius ad calidum & humidum vergentis, capitis humidioris, sicut & calidioris hepatis atque pulmonis, liberam vitam ducere consuetus, hyberno tempore aucupis volatilium palustrium immoderatus occupatus, incidit in tussim, diu noctuque molestantam, nullo Medici auxilio duobus mensibus sanatam; & quia supra modum sitiebat, copiosè quoque vina meraciore bibit. Interim, materia per tussim excreta, crassa, abundè colorata, imò & graveolens observata fuit, superveniente febricula quadam, horis vespertinis invalescente, & tota nocte perdurante, aliquot diebus, à Patiente ipso neglecta. Tandem à nobis consilium petere decrevit, qui invenimus Nob. Patientem, matutinis horis adhuc febricitantem, cum aliqua, sed exigua spirandi difficultate, roseo genarum colore, pulsu molli & mediocriter frequenti, urinis crassioribus, ruborem potius quandam præ se ferentibus. Materia, quæ tussim excernitur, crassa est, non valde viscida, diversicolor, flava nimirum, viridis quineriam & alba, pallens, & cujus substantia facile dissolvitur, atque disjungitur; totum corpus quodammodo emaciatum, consueto tamen probo colore præditum. Modò, hoc Veris tempore, de agendis pro salute consult.

Catarrhus est omnium morborum fons & origo; cujus vi totum corpus languere dicebat Gal. quod forsitan desumpsit ab Hipp. afferente, fluxiones magno tædio atque molestia naturam frangere. Fiant autem, valdè perfrigerata & excalesceta carne, dum à frigiditate exprimitur humiditas: à caliditate verò rarefit & tenuior redditur, idque, quoniam ab utraque intemperie introducit imbecillitas, quæ immediata catarrhi causa existit. Ita Nob. iste Senex, in omnibus liberam vitam ducens, hyeme præterita ante locum surgens in aquis palustribus volucrum capturæ intentus, ipse captus fuit; frigidam enim intemperiem, in capite alioquin valdè humido contraxit, unde multò major, quam antea, catarrhi proventus ab eodem fuit observatus: qui ad fauces, imò ad tracheam defluxus, indeque ad pulmones, facultatem expultricem irritando, molestissimam tussim induxit: ita enim se habet Rheumatismus affectus; & generatur, ut in ventre diarrhoea ex mala coctione.

Ad pulmones autem defluxit, qui ut naturâ justo calidiores, undequeque à toto corpore materiam attrahere solent, imò & ab eorundem calore, ex portionibus quoque meracioribus adaucto, catarrhalis ipsa materia facilè putredinem concepit: unde febris suborta, totum corpus jure merito gracilius reddens, horis vespertinis invadens, quod materiæ ejusmodi proprium: prout & pulsus quoque molles, nec adeò frequentes. Urinæ autem, nec albæ, nec tenues apparent, sed potius rubræ & crassiores: quoniam putredo, & putridus calor, non longè distat à majoribus vasis; de qua putredine, sicut & de loco, non est quod dubitemus; cum jam materia, quæ per tussim excernitur, varii coloris observetur, & potissimum graveolens, & quæ facilè stylo dividitur, cum colore ex albo & cineritio composito, putridæ

putridæ p̄vitiæ indicio minimè fallaci: sed præterea adeſt p̄ondroſa quædam respiratio, & genarum rubor, affecti, aut excalefacti pulmonis certiffima ſigna, juxta eam aliorum ſyndrome.

Status Patientis hujus periculo plenus eſt: deſtillationes enim ad pulmones, ſicuti à Celſo paſſiferae, ita ab Hipp. maligniffimæ diſtae fuere, maximè in caſu noſtro, dum catarrhalis materia in pulmonibus deſtitelcens, prævam qualitate, imò putredinem jam contraxit, pulmonibus adverſariam quàm maximè. Et licet gravedini & rauceſceni febris ſuperveniens, ad eorum coctionem non inutilis ſit, unde febris ſuſpirium ſanat: id tamen verum de catarrho ſolum, adhuc in capite hærente, non autem in pulmonibus jam firmato & putreſcente: tunc enim facile ad tabem inducit: ſtaſcoſcunt enim temporis progreſſu pulmones, & tandem fracidi ſunt, unde ſecunda ſuboritur tabes, ab Hipp. deſcripta: tuncque affectus quidem protrahi poteſt etiam in tertium annum: ſed poſtea moriuntur omnes. Quem infelicem eventum, in Patente noſtro vereri oportet: cum pulmones laxos & excalefactos habeat, à quibus catarrhum vix removeri poſſe dubium putamus, potiffimum cum ſenex ſit: nam eti rauceſcines & gravedines in valde ſenibus coctionem non admittant, Gal. tamen in Comm. ſubdit, quòd ſi ex humore frigido ſiant, nec facile in juvenibus. Nihilominus, cum non valde ſenex & robuſtus ſit, neque pulmones adhuc labem contraxerint: nunquam enim ſputum ullum cruentum fuit obſervatum, quod pulmonum ſubſtantiam fracidam atque exaſam ſignificare poſſet: ideo deſperanda ſalus non eſt: difficillima tamen ſanatio futura cenſenda.

Quoniam veò in fluxionibus, omnium primò fontem mali tollere oportet: caput ipſum firmando, id aſſequi difficillimum fore credendum, non præcedente totius, capitis & peſtoris expurgatione, nec non caloris febrilis convenienti remiſſione.

Quibus intentionibus ut ſatiſfaciamus, ex fonte Chirurgico primò eſt deſumenda aliqua ſanguinis miſſio: quæ ex venis ſedalibus, in hiſce caſibus, inſtitui ſolet, utpote pulmonibus valde utilis. Verùm, quoniam pulmones ex metu concitato, in diurna tuſſi, & ex catarrhi putredine, ac tandem ex febrili calore multo magis incaluiſſe exiſtimandum eſt: idèd ut ventitentur atque reſpirentur, ex venis ſuperioribus potius ſanguis fuerit mittendus, mediana nimirum brachii dexeri: parèd tamen, ut ſecundò, ſi opus fuerit, ex venis ſedalibus mitti poſſit. Cauteris præterea duo brachiis inurenda, ut divertatur à pulmonibus catarrhalis ipſa materia, quouſque ſons ejuſdem exſiccetur. Nec omittendæ quotidianæ frictions ante prandium, à nuca, per dorſum: ſicut vespertinae, aut nocturnæ pedum lotiones, ante levari conam. Quòd ſi forte contingat ut expurgatione peracta, catarrhalis ad pulmones à capite diſtillatio ſiſti nequeat, ad ſtatutum in occipite trajiciendum confugere opus erit.

Ex fonte Pharmaceutico deſumenda erunt lenientia, præparantia, calorem febrilem contemperantia, catarrhalem fluxionem ſiſtentia, totum & caput evacuantia, expeſtorantia; & humidam interperiem, tum capitis, tum pulmonum exſiccantia. Lenientia erunt pot. ex manna clarif. caſſia, elect. diaſebell. Trochiſc. de viol. ſive ſcammon. cremor tartari. Præparantia primas viſs tantum, ſine diluto præſcribenda, oxymel, & mel. roſæ. ſimpl. ad ℥iij. Et quinque, aut ſex tranſactis diebus, præparata materia, evacuanda, melle roſ. & ſyr. viol. ſolut. potione quineriam ex manna clarif. flor. caſſ. cum Troch. de viol. & lenit. Interim alterantia, calori febrili & pulmonum quotidie contemperando, in ſta-

tu febris exhibenda, parata ex decoct. eichorac. additis foliis malv. viol. pulmon. & fruſtulo pomi p̄pii; cui decoctioni præmittatur julap. ad ℥j.

Hoc tempore, accuratior humorum præparatio procuranda, ſyrupis, quatuor horis ante prandium exhibendis, paratis ex decoct. malv. viol. pulmon. pomorum dulcium, ſiliquarum, & hyſſopi, in aqua hordeacea; cui decoctioni præmittendum oxymel ireatum, duabus additis aquæ ſulphuris guttulis; vel, ſi magis Patienti ipſi acciſerit, muſſa, in aqua hordei vel malvæ, & pulmonariae, cum melle Hiſpanico parata, & mox ireata, atque acceti portione acetofa reddita; cui pariter, aut julap. acet. aut oxymel præmittendum. Et dum hujusmodi inſtituitur præparatio, clyſteres frequentes injiciendi non ſolum molliores, ex decoct. malv. mercurial. beæ. parietariae, addito melle roſ. ſol. &c. verum & actiores, addita utraque centaurea, necnon elect. diaphænicone.

Præparati humores erunt expurgandi, agaricum addendo infuſioni conſuetæ pro portione clarif. vel elect. lenit. & caſſiæ addendo Troch. de viol. cum ſcamm. cum ſerup j. aut drach. 6. pil. de agarico Meſues; quibus ſuperbibat Patient, vel muſſam dilutam, ex aqua hordei paratam, vel aquam ipſam hordeaceam. Agaricus quoque pulverizatus, in oxymelite diſſolutus, à drach. ſ. ad drach. j. tertio quoque die, pluribus vicibus exhibitus, pulmones commodè ſolet expurgare, diebus intermediis, præbendo ſuccos depur. malv. & pomorum dulcium, in decoctione jam præſcripta.

Si hucusque febris aliquantulum erit remiſſa, pil. caput & totum expurgantes præberi poterunt: aureæ ſcil. aggregat. & de agarico Meſues, ad drach. ſ. an. ſuperbibendo aquam hordeaceam, vel malvarum ſtillauriam, ad calorem remittendum; quæ ter ſaltem poterunt repeti, quarto quoque die; diebus veò intermediis, præbeantur ſucci depur. malv. beton. & pomorum dulcium, in decoctione præſcripta.

Quo tempore per nares quoque caput expurgandum, erſhino ex pulv. major. iteos & nigellæ parato. Nec tamen toto hoc tempore expeſtoratio negligenda erit; imò quotidie, maturinis horis, ante ſyrupes aut alia medicamenta, ſollicitanda, & quidem oxymelite ireato, cum aliquot guttulis olei ſulphuris. Egregium quoque expeſtorans experti ſumus, ex oleo ſacch. & julap. acet. paratum.

Tempore ſomni, aliquod medicamentum ſiſtens, & fluxioni viam intercipient, erit à Patiente in ore tenendum, quod eſſe poterit diatrageantum frigidum cum bolo, prout & conſerva roſarum & violarum; à cibo ſiſtenda.

Tandem humida capitis interperies, ut mali ſons, eſt auferenda, & pulmones, pro virili, exſiccandi: in quem ſinem decoctum cum ſudore eric inſtituendum, ex chinæ radice, viſco quercino, ligno guajaco pingui recenti: quo ſolo Eraſtus, Fracaſtorius, Vega, Zacutus, pulmones quoque ſtaſcidos, imò & fracidos, integræ ſanitati reſtituerunt. Excitandus autem ſudor in hypocausto quidem, ratione ipſius capitis, ſed perficiendus mox in lecto, capitis quoque cura potiffimum habita, & quidem primis diebus; in progreſſu veò addi poterunt ipſi decocto gut. aquæ ſulphuris, vel grana butyri, aut lactis ejuſdem, cum pulvere pulmonis vulpis præparati, bolum formando, ipſi decocto præmittendum. In cujus uſu meſem ſaltem erit perſiſtendum. Quibus actis, ſi pulmo majori indigeret exſiccatione, ad aquas ſulphureas Aponitanas ſe conferat Patient: & conſervis interim utatur, ex flor. beton. ſalviæ,

salviae, rosmarini, bœtidis, potissimum sub ingressum lecti.

Vicissimque ratio congrua addatur, quæ alia debet esse præsentis febre; alia eadem recedente, catarrho residuo extirpando. Sic, primis diebus, febre præsentis, pituitæ familiaris sit usus, cum saccharo, eadem verò recedente, ferculum Sax. addito chinæ pollinæ, erit opportunum. Vinum autem omninò interdicitur; cum Celsus jubeat à sole, balneo, vino & Venere esse abstinendum, & mulsæ dilutæ sit pro potu consueto; in progressu verò, febre recedente, vicium album, tenue, subdulce concedi poterit; materiæ namque catarrhalis concoctionem & expectorationem non parum juvare potest; ut considerabat Hippoc. ipse. Et licet attenuans & exsiccans generatim convenire videatur, cavendum tamen ne in pulmonibus materia crassescat & exsiccetur; tunc enim maximè resistit; unde Tral. dicebat, quòd anhelosis semper copiosus potus est exhibendus, quòd non de potu solum, verum & de cibo accipiendum: Reliqua verò, ad victus rationem attrinentia, Medici assilientis summæ prudentiæ committimus. *Idem ibidem.*

Febris Catarrhalis in Mesenterio.

Adolescens 18. annum agens, temperamentis secundum totum & jecur, ad calidum & siccum vergentis, capitis verò calidi & humidis, mense Maio proximè præterito, febre tertiana duplici correptus fuit, à qua liberatus, externa quadam præcedente occasione, tussim contraxit, cum copiosa materiæ catarrhalis & tenuis à capite destillatione, quæ nunquam salta, aut acida, minus amara ab eodem Pariente observata fuit. Interim, paucis transactis diebus, rursus febricitare cœpit, paulo post liberatus, securis evacuationibus per alvum à Medico procuratis; nunquam tamen vires omninò redeintegrare potuit, forsitan quia non aded congrua victus ratione usus; unde obstructiones in visceribus, & potissimum mesenterio congestæ fuere; à quibus quodammodo emaciari cœpit, & totius corporis color corrumpi, semper tamen perseverante tussi, cum excretionis copiosæ jam dictæ materiæ, quandoque tamen paulò crassioris & flavescens. Modò quatuor præterierunt menses, quibus adhuc jam dicta molestissima tussis laborat; & præterea febricitans, inordinato & erratico modo invadentibus, quæ, evacuatione per alvum sollicitata, intercipi solent, adeo ut nonnunquam matutinis horis, à Medico sine febre observatus fuerit, superstitionibus tamen in hypochondriis obstructionibus. Modò ut sanitati restitueretur consilium petiit.

Equidem rectè dicebat Gal. quòd destillationibus obnoxii, in multis & varios morbos proni sunt, pro variarum partium imbecillitate; ac proinde, cum præsens Adolescens invalidos pulmones à natura fortitus fuerit, cum laxitate quadam musculorum laryngem constringentium, quos Thyroarytanoideos & Cricoarytanoideos cum Anatomicis appellabimus: cerebrum enim, dum ipsum de se ipso plurimum liquefecit, in prægressis febribus imbecillum redditum fuit, & catarrhali materiæ producendæ maximè idoneum; unde & Gal. dicebat, catarrhum fieri, dum cerebrum, vel nimis perfrigeratum, vel nimis æstuans, imbecillum redditur, & ita male concoquit, & plurima excrementa generat, quibus recenter facultas cedere cogitur; unde necessariò fluxio ad inferiora concitatur, quæ per tracheam ad pulmones delabens, & eorum facultatem expultricem irritans, tussim excitat, & quidem molestiorem, si destillatio aquæ, tenuis & copiosa fuerit; tunc enim extremè cruda est, adeo ut à pulmoni-

bus cogi, extolli & excerni nequeat, prout ab initio conspectum in Adolescente nostro. Molestissima quoque tussis evadere solet in nonnullis, dum acris & salta, licet exigua; tunc enim continuo expultricem irritans, tussim siccam potius quàm humidam excitat. Verum, quoniam jam dictæ contumaci & confirmatæ destillationi febricitantæ successerunt, quæ in præsentis erratico modo invadere non desinunt; de his consideratione dignum, num à catarrho proveniant: & si à catarrho, minera necessario indaganda. Neque enim nos latet, quibus caput facilè impletur, & in pectus destillationes præcipitat, non solum febricitans, sed & tabem suboriri, maximè si fluxiones diurnæ fuerint; unde à pituita copiosa in capite existente, putrefacta, in pulmones delabente, tabem fieri protulit etiam Hippoc. de Internis Affect. Si tabes, ergo facilius febricitans. Verum quomodo febris à catarrho, non adhuc putrefacta atque corrupto excitari possit, non videmus: cum tamen, qui ab Adolescente nostro per tussim excernitur, neque consistentia, neque colore putridus observetur; neque ab eodem atris, acidus, aut graveolens percipiatur: præterquam quòd à Medico, immunis à febre Patiens ipse, non adeo facile sepius observatus fuisset, non diminuta catarrhi copia, & ejusdem prava qualitate semper in deterioribus labente. Quare, sicut febrem hanc, putridam quidem, ac catarrhalem, non humoralem statuimus: ita catarrhi mineram putridam, non in spiritalibus, sed naturalibus cavitatibus delitescere credimus: siquidem, longè major catarrhi quantitas per œsophagum, in ventriculum & mesenterium illabitur quàm per tracheam in pulmones. In mesenterio autem hæc diuturno tempore detenta, nec ventilata, calorem putrefacientem frequenter concipit, & febrem excitat: non parum ad putredinem admiculantibus obstructionibus, ab improba victus ratione contractis, accedente eadem catarrhali destillatione, quæ eas fovet. Quod confirmare videntur evacuationes per alvum, arte procuratæ, quæ febrem ipsam pellere, & adolescentem non semel à febre immunem reddere valuerunt: quod certè evacuationibus non successisset, si febris minera in pulmonibus extitisset. A partibus autem infernis naturalibus vapores, tum per venas, tum per spatia, in caput ferri non est dubitandum: sicut de cruditatibus quoque à toto venoso genere non levis suspicio: non enim adeo probus esse potest sanguis, dum corpus totum & emaciatum & pravi coloris conspicitur: qui circulus est ab Hipp. deterrimus habitus.

Nec cuiquam forsitan mirum videbitur febrem hanc, putridam ac non humoralem dici debere: siquidem alimenti squosum spurum, & serositates à cerebro destillantur, Gal. humiditates excrementitias, ac nunquam pituitam appellare voluit: & ratio est, quoniam pituita definitur, quòd sit succus à sanguinis perfectione declinans, crudus scilicet & imperfectus sanguis: cerebralis verò succus, sive impropria pituita, est tertie coctionis excrementum: & ideo inter humores pituitosos recenseri non potest. Sed dantur quoque aliæ febres putridæ, non humorales, ut quæ ab interno aliquo ulcere procedunt, omnes tamen propriè symptomaticæ dicendæ.

Celsus dicere solebat, quòd destillatio neglecta longa est: quæ si ad pulmones delabatur, pestifera ab eodem dicebatur: unde in nares, leve malum; in fauces, pejus; in pulmonem, pessimum, nec præter rationem, dum Plato existimavit pituitam acidam & saltam, omnium morborum à destillatione provenientium originem esse; idè in adolescente nostro, neglecta destillatio longa facta est, quæ si salta aut acida fuisset, pestiferos, in pulmones delapsa, effec-

effectus peperisset : sicuti non levia mala toti corpori intulit, coctiones vitando & obstructions producendo : febrem quippe & cacochymiam toti corpori induxit. Hoc autem magnum nobis accessit negotium : cum destillatio auferri non possit, impuris tum hypochondriis, tum toto venoso genere inuentibus, tanquam prohibentibus & causam foventibus. Apget præterea difficultatem febris, vel quotidie, vel frequenter invadens, quæ in præsens vires prostermit, & in futurum, usum medicamentorum quodammodo prohibere poterit. Nihilominus, quia Patiens juvenis est propria & generosa remedia nondum experens, non est omnino desperanda salus, sed congruo ordine instituenda curatio.

Primo, primas vias mundando. Secundo, obstructions aperiendo. Tertio, calorem febrilem moderate contemperando. Quarto, venosum genus & caput leniter expurgando. Quinto, capitis humidam & calidam intemperiem terendo : & tandem destillationem omni arte, à larynge & oesophago divertendo.

Et primo in fonte Chirurgico, & de sanguinis missione loquamur, aperienda brachii vena, non solum ad viscerum ventilationem, sed potius ut sanguinem exploremus quam evacuemus. Cauteria nullomodo sunt omittenda : alterum quidem in brachio : alterum in nucha : quoniam, si res urgeat, recedente febre, seraceum quoque abs te non erit. Quotidianæ interim frictiones convenientissimæ sunt, matutine, à nucha ad dorsum : & pedum lotiones vespertinæ, ante coenam. Caput tonsum fervetur, pulvere quotidie asperso, ex majorana, radice iris, cornu cer. tolis damascen. sepiis ustis, & carie lignorum parato.

Ex pharmaceutico fonte reliqua sunt deprecanda medicæ aut illa : & primo quidem por. ex manna clarif. primæ viæ expiandæ : cui superbibendum præbeatur jus, hordeo vel malvis alteratum, ad exsiccationem evitandam. Mox præparanda materia in primis viis hærens, julap. acet. ad unc. ii. cum drach. ii. crem. tart. Interim opportunè calor febrilis erit contemperandus : id autem præstare poterit succus cich. depur. injure cichorac. alterato ; simul quippe, & calorem contemperare, & quodammodo obstructions aperire valebit. Ita per aliquot dies progrediendum, elypteres interim injiciendo, ex decoct. malv. viol. hord. mercurialis, addito syr. aut melle ros. solut. &c. Mox repetenda erit humorum preparatorum evacuatio, vel jam præscripta portione, vel bolis ex cass. lenit. & tartaro paratis, serum superbibendo, aut aquam hordeaceam.

Verum, quoniam obstructions nondum fuerunt ablatae, ideo aperiencia paulò validiora erunt administranda, quæ esse poterunt, præsentè adhuc febre, succus cich. depur. ad unc. ii. cum succo agrim. ad unc. j. in jure cichorac. alterato : in quo dissolv. gr. vi. aut vii. tart. vitriol. Quòd si recesserit febris, succis jam dictis addatur syr. de cich. cum rhab. ad unc. j. vel præbeantur aquæ agrim. & cich. an. unc. iv. in quibus drach. j. rhab. integra nocte infusa fuerit. Et ita aliquot diebus progrediendum : mox pil. de Tribus cum rhabar. & cassis præbeantur, quibus superbibat Patiens serum depur. vel aquam Nocet. ad libitum.

His peractis, ad capitis expurgationem deveniri poterit, dum uno eodemque tempore sanguis adhuc magis purificabitur, & ideo pil. præstabantur de tribus cum rhab. aggreg. & aureæ, summo mane, in aurora præbendæ, vel ex Teal. circa noctis dimidium : quibus mane superbibat Patiens aquam hordeac. vel Nocet. quæ, nisi quid obster, bis aut ter repetendæ : eodemque tempore caput urbino expurgandum, ex radice Iris & majorana parato.

Sapereit ut capitis humida intemperies corrigatur,

simulque pulmones exsiccantur : quod tentandum decocto aliquo exsiccante quidem, at non valde calescente : quod tamen sine sudore, aut parum, aut nihil profuturum credimus : liquati namque humores, tum in venis, tum in capite existentes, per ambitum corporis sensibilibet evacuari debent, ne in partes affectas irruant. Decodum itaque ita paratur.

26. Radic. chinae opt. unc. j. ligai rosimar. radie. ros. vulg. radie. canne montane, radie. euclæ an. unc. s. aquæ cich. pulmon. beton. an. lib. j. m. f. inf. per horas 24. deinde boll. ad consumpt. dimidui, & colat. servetur pro duabus vicibus summo mane exhibenda : cui in progressu addi poterunt aq. sulph. gutt. iii. aut iv. ita enim, & facilius sudor proficitur, & pulmones promptius exsiccari poterunt : sudor tamen in hypocausto tantum moveatur, & in lecto absolvatur. Decimo vero quoque die præbeatur patienti porio ex manna clarif. nec victus adeo tenuis præscribatur, habita virium & fragilitatis ratione.

Toto vero jam præscripto tempore purgationis, aliqua interceptiva sublingualia non sunt omittenda : ut confectiones diacodi & diatragacanti frigidæ cum bolo : expectorantia matutino tempore exhibendo, ut oxymel, aut julap. acet. iteatum, ante usum syrupor. decoct. & omnium jam præscriptorum medicamentorum.

Tandem aliqua caput & pulmones corroborantia sunt in usum ducenda : ut conserva ex radice helonii, cum pulv. pulm. vulpis præp. & butyro sulph. additis passulis & pomorum dulcium succo, cum saccharo q. s. ad ignem, S. A. elect. reformando. Ex usu quoque eius solet conserva è floribus botridis, butyro sulphuris addito. Pro capite, conserva è floribus beton. salviae, rosimar. imo & rosarum, sub ingressum lecti assumenda. Vinum quoque pro mensa medicatum, paratur ex ligno rosimarini, & santalo rubro, ad unc. j. pro unaquaque situla.

Quibus omnibus congrua addatur victus ratio, quæ neque tenuis, nec nimis attenuans sit : licet Celsius jubeat quòd dimidia pars cibi sit demenda, & sitis, quantum fieri potest, sustinenda. Omnia autem prudentiæ Medici assidens committenda. Et hæc satis. *Idem ibidem.*

Erratica Febris.

Vir 35. annum agens, temperamenti secundum torum, maxime secundum jecur, ad calidum & siccum vergentis, ventriculi vero frigidioris, pituitosis vomibus assuetus, qui tamen sex abhinc mensibus cessarunt, præterito mense Septembri correptus fuit febre duplici tertiana continua nocturna, à qua die vigesima liber evasit. Verum, nonnullis in vivendi ratione erroribus commissis, post paucos dies rursus à coram febricitavit, cum horrore universali, calore non valde acri, sed tardo & cum difficultate foras se excrente, pulsu non adeo frequenti, urinis crudis & albicanibus, cum siti moderata : quæ febris spatio viginti quatuor horarum, cum universali madore cessavit : sed sequenti die, circa vespertam, rursus invasit, cum rigore toti corpori dolores inferente, & calore ab initio remisso : qui tamen in progressu paulatim fuerentus, intensior evasit, cum pulsu potius raro, & urina cruda. At nocte sequenti, hora decima febris, nova ejusdem nocte sequenti, cum horripilationibus & accessio manifeste invasit, cum horripilationibus & subsequenti calore, jam dictis non absumili : hæcque post trigessimam horam, longo leutoque madore omnino cessit, duobus integris diebus Patientem immuni relicto : quæ tamen iterum vespertinis

horis quartæ diei eundem corrumpit. Hæc autem febris inconstantia, à Medico & ipso Patiente observata, ansam dedit Medicis consulendi, ac de eisdem causis, eventu, & de agendis, eorum sententiam in medium adducendi.

Inter febres periodicas habentes, ea quæ Patientem nostrum infestat, periodorum nullum ordinem servat, sed inordinate movetur, cujus est ordo, nullum ordinem servare; hæcque Erratica dicitur, sive errabunda, quia semper errando procedit. Dicitur quoque Planetica; plane enim Gr. error Latinis, vel à Planeta Saturno, cum quo similitudinem habet; nam sicut Saturnus prælium melancholici, ita erratica febris principium quartanæ statuitur; ut plurimum enim, & fere semper in quartanam degenerat, ut observavit cum Hippocr. Gal.

De hac loquutus definitione, Auctor dixit; errabundas febres esse, quæ non prænitio, neque certo ordine, sed incerto procedunt. Gal. verò dicebat quòd inordinatæ, seu erraticæ febres, aliquando stant, aliquando moventur, nunquam verò ordinatè procedunt. Ita febris Pat. nostrum affligens; primo namque die, post cenam febricitavit, spatio viginti quatuor horarum à febre liberatus; die sequenti, circa vespere rursus eadem correptus fuit, & nocte sequenti, hora decima durationis hujus, nova febrilis accessio fuit observata, quæ post trigessimam horam omnino cessavit, & quidem duobus integris diebus; eadem tamen iterum quarto die, vespertinis horis, recurrente febre. Ex quibus patet, inconstantem & inordinatam, febrem intermittentem, propriè erraticam appellandam esse.

Neque decipimur in hujus febris cognitione, à plurimum febrium, sive circuituum complicationibus, ut monebat Gal. nec minus ab aliarum febrium anticipationibus, prout Medici non exerciti, quos carpebat ipse Gal. primò, quia jam præcessit alia febris humores adurens, & cruditates inducens. Secundò, quia nulla proportio tertianaria, aut quartanaria stabilis observatur; & præterea intervallum & quietem duorum, triumve dierum concedere solet hæc febris; & idè dicebat Gal. quòd aliquando stant, aliquando moventur hæc febres erraticæ. Tertio, quia non desunt melancholici humoris putrescentis signa. Quarto, quia invadit hoc tempore autumnali, & supra juventutem.

Pendet autem hæc febris à diversorum humorum permissione; quæ tamen non est adè perfecta, ut in tertiana notha; sed uterque humor suam propriam servat naturam; & idè distinguitur hæc ab illis febribus, quæ sunt ab una simplici materia, in quibus observatur diversorum humorum eam componentium, natura. Humores verò in casu nostro, sunt melancholici & pituitosi, qui antea per vomitum excerni consueverant; hi verò simul misti, in uno tantum loco circa viscera naturalia putrescunt, & ita à febrium complicatione distinguuntur; dum enim humores isti, in uno eodemque loco invicem contendunt, modò unus, modò alter suam facit accessionem, ut observavit Gal. in Cleonactide; & idè utriusque humoris signa observantur, in pulsibus, urinis, calore, siti, & invasionis modo; etenim rigor dolorem asserens, fere Othocopos, ab humore melancholico & acido, sicut horror à pituitosa materia, cum aliqua aciditate conjunctis, proveniunt; & ita ordinem variant humores, & sic erraticæ febris, donec, progressu temporis, exustioæ qualiter ambobus humoribus inducitur, & quartana ordinata evadit. Idè Avic. dicebat, quòd de proprietate harum febrium est, ut stent in suo sine secundum ordinem unum, hoc est, quòd perducant ad febrem, servantem ordinem unum, nimirum ad ip-

sam quartanam.

Febris hæc, cum sit intermittens, periculo vacat, diuturna tamen semper esse solet, cum partim humores crudos & viscidos, partim verò exustos & melancholicos auctores habeat: undè rariò fit quin in quartanam migrat atque degeneret. Sic Gal. dicebat, quòd errabundis febribus quartana succedere solet: & Hipp. Oportet, inquit, talem expectari abscessum per febrem continuam: in quartanam verò discessoram, quoniam intermittat, prehendantque errabilem in modum, atque ita agendo, autumno propinquet. Quòd tamen præcognoscere durum erit nobis, si in urina nigra nubecula appareant; tunc enim quartana expectanda.

Curacionem quòd attinet, videtur Hipp. potius huic febrì eandem denegasse quam proposuisse, dum ait, inconstantes febres, donec consent, finire oportet, ubi autem constiterint, victu, & purgatione convenienti curabis. Gal. tamen in Com. obscurum hunc loquendi modum considerans, explicavit, dicens. Inconstantes febres finire oportet; donec qualisnam febris sit cognoverimus. Quare, si statim erraticam febrem cognoscimus, ut præsentem: statim quoque curacionem ejus aggrediemur. Primò quidem evacuantiis. Secundò, magis attenuantibus, incidentibus, detergentibus & aperientibus. Tertio, exustionem remouentibus. Quarto, viscera roborantibus.

Et in fonte Chirurgico, si sanguinis missionem consideremus, cautè valdè agendum; nam sicut, si ab initio invaderet, mediana brachii aperienda foret, ut sanguinis qualitas exploraretur, ita in hac, quæ aliis succedit, in quarum curacione jam sanguis extractus fuit, non adè audaces in eodem iterum mittendo esse possumus. Salvatella itaque sinistra in casu nostro aperienda, & parè sanguis mittendus, ad ulteriorem humorum exustionem inhibendam; sicut in aliis, quibus vires non adè constant, venæ hæmorrhoidales aperiiri possent. Caetera locum habent; nam morbi diuturni, non per crism, sed per abscessum sanantur; Medicus autem debet esse naturæ imitator. Frictiones quotidiane toto corpori convenientissimæ erunt: ut humores crassi attenuentur, & simul discutantur & resolvantur.

A fonte Pharmaceutico sunt petenda evacuantia, præparantia, alterantia, aperientia, & viscera roborantia. Lenientia esse poterunt, syr. ros. solut. de polypodio: vel elect. lenit. cum tart. aut cum diacath. quia aliis febribus successit.

Et idè, præparantia efficaciora statim esse poterunt: ut oxymel, syr. byzant. cum aceto, de duabus radicibus; & tandem oxymel compositum, cum syr. de cich. cum rhab. addita semper decoct. cichoraceorum, necnon agrimonie, pentaphylli, scolopendrii.

Purgantia esse poterunt, decoctio epith. Mes. syr. ros. solut. temperata; cui superbibat Patiens feri capr. depur. lib. ii. Prærogativam solent habere pil. de tribus, & aggregat. an. drach. s. cum flore cass. ad unc. i. sero pariter superbibito.

Interim præparantium usui insistendum erit, & perepicrasin purgandum. Quòd si obstructions contumaces fuerint, ad decoctum falsæ Recentiores devenire solent, in jure galli, additis herbis & radicibus aperientibus paratum. Nos verò ad syr. Fernelianum, libenter & utiliter properamus; addito, non solum rhab. verum & modica radice nigra helleborinis qui alternis diebus propinari poterit; diebus verò intermediis, exhibitis succis depur. hoc modo.

℞ Succ. depur. cich. borrag. agrimonie an. unc. i. decoct. borrag. endivie, melisse, capit. ven. ʒ. v. m. pro syr. & sic pro aliis. Si verò continuandum ad viginti & triginta dies, si opus fuerit, namque ex his omnibus consequemur deobstructionem; præpa-

præparationem, caloris remissionem, & humorum, per epicrasiam, paulatinam evacuationem.

Tandem viscera corroborant, conservæ absinthii, baglossi, borraginis, cum speciebus aromatici rosati; succus absinthii condensatus; vinum absinthiæ.

Victus ratio erit attenuans, ac non tenuis, quæ morbis longis convenire non potest. Apparentibus signis coctionis, convenit vinum paucum, tenue & oligophorum; utpote quod possit humorum coctiones adjuvare, & evacuationes promovere. Quæ pro hac febre erraticâ curanda, satis. *Idem ibidem.*

Quartana Legitima.

Juvenis Mercator, 30. annum agens, temperamenti totius & jecoris, ad calidum & siccum vergentis, mediocri habitus, sed fusci coloris, hystericis hypochondriis: negotiis quæmaxime addictus, & cibus usus, de more, crassæ substantiæ, ut carne bubala, leporina, salitis carnibus atque piscibus, leguminibus, brassicæ, casco veteri & acetariis, atque copiosis potibus: antehac quartana decens, hoc autumnali tempore, dum febres grassantur quartanæ, equo longum iter, mercatura: causa facturus, secundo itineris die circa vespere, febre correptus fuit, cum exiguo rigore, carnisque raris corporis, usque ad ossa, profunda & dolorosa lassitudine: cum calore, statim ab initio, satis remisso, qui mox paulatim succensus, flammeus potius & siccus quàm fumosus ab ipso Patiente fuit observatus. Perseveravit autem febris usque in sequentem diem; sicque die tertia, sine febre domum reversus, & ad consueta negotia, licet viribus non parum refractis, noctem transiegit inquietam; quarta vero die surrexit à lecto, cibum, ut sanus assumpsit; sed hora 24. eodem modo febricitavit ut antea, cum vomitu pituitoso; quorum causa Medicum accessit: qui pulsum potius tardum ac rarum observavit: urinam albicantem, aquosam ac decoloratam; & in reliquis, quæcumque in antecedenti paroxysmo observata fuere. Præscripsit autem leniens, ex elect. lenit. paratum, & tertiam accessionem die quarta attente expectavit, quæ ferè eadem hora comparuit; in cujus primo insultu pulsum observavit, non solum tardum & rarum, sed etiam parvos ac debiles, & præterea rigorem consueto paulò vehementiorem. Et licet febrem periculo vacare cognoverit & ipse Patient, anxius tamen de salutis celeritate, ut negotiis propriis omnino incumbere possit, à nobis consilium quaerit.

Non est qui ignoret febrem, egregium hunc Mercatorem divexantem, esse quartanam; maxime vero cum imperum grassantium morborum & temporis conditionem unusquisque attendere solet; sed præterea cum & ipse Patient se quartanarium agnoscat; & quidem per intermissionem; quia post vigesimam quartam accessionis horam, à febre immunis observatur. Rarissime autem continua evadit; etenim, non ab alimentali melancholia fit: quia est adeo pauca in venis, aliis humoribus alimentalibus mista, ut difficulter putredinem concipere possit; nec ab excrementitia: quia ut valde naturæ inimica in venis non detinetur, sed foras protrahitur, & ita febrem intermittentem producit.

Hæc autem, non spuria & notha, sed legitima est, utpote genita, non ab humore melancholico præter naturam, & exulto, sicut fieri solent quartanæ per abscessum, post prægressas alias febres; sed ab humore melancholico naturali. Neque admittenda Tral. in Gal. criminatio, quod aliam quàm legitimam quartanam, à naturali melancholia factam non cognoverit ipse, & ideo solius tantum-

modo legitimæ curationem assignaverit; etenim non observavit Gal. dicentem: Aram bilem, ex qua quartanæ ortum habent, geminam sortiri generationem; unam ex flava bile recortida; alteram ex crasso sanguine. Quod idem alibi reperit; curationem tamen non proposuit, eò quod, cum biliofarum curatione coincideret.

Reliqua quoque signa omnia illegitimæ quartanæ præsentiam confirmant; Et primo quidem rigor ostocopus, hoc est frangens ossa & carnes; quia humor, utpote crassus ac terrestris, in profundo hærens, ossa veluti frangit & carnes contundit; & ob hanc causam ab initio rigor vehemens observari non solet, sicut in progressu; quia crudus, & non attenuatus, adeò facile concitatus moveri non potest.

Secundo calor, qui ab initio remissus & paulatim succensus, flammeus & igneus, non fumosus evadit, non secus ac in terra terrea, à qua parum aut nihil fumosi elevari potest; secus vero in materia pituitosa, quæ ideo lignis viridibus comparari solet.

Tertio observavit Medicus, in secunda accessione, prægressi nocte gravi atque molesta, pulsum tardum & rarum; quia cor, ob humoris frigiditatem, exigua indiget ventilatione; & præterea in principio tertiæ accessionis, eundem pulsum parvum ac debilem quoque notavit; arteris enim quasi alligata, & ad interiora retracta videtur, adeo ut liberum ascensum non habeat, ob humoris gravitatem.

Quarto, urinam albicantem, aquosam & decoloratam vidit, certum humoris melancholici naturalis indicium; talis enim non est in quartana spuria, ab exulto humore producta; & ideo aptissime dicebat Gal. quod in quartana urinae varietates sunt, sed crudæ omnes.

Quinto, longitudo accessionis & intervalli; accessio namque, ut observavit Serapio, plurimum ad 24. horam extenditur; intervallum vero adeò longum est, ut vix dari posse quartanam continuam admittat Gal.

Causa hujus febris, est melancholicus humor, excrementitius quidem, ac naturalis, non exustus, aut præter naturam, in primis vis, circa viscera naturalia putrescens: ob prohibitam transpirationem, ab obstructionibus, ex humore melancholico, copia & crassitie peccante. Ad cujus non exustæ melancholice redundantiam, conspirant causæ remotæ omnes; ut ætas, totius & jecoris temperamentum, anni tempus, vita antea, ut studia; ciborum melancholicorum & aceti usus; non alter enim fit ex vino acetum, quàm ex sanguine melancholia; & tandem copiosi potus, qui si aquosi, lientem inflant; si meraciores, replent & humores adurunt.

Harum autem causarum consensus & conspiratio, antehac eundem Patientem quartanarium reddiderunt, pace Aetii, qui hominem semel tantum quartana corripit credidit, Hipp. auctoritate, Lib. de Septenario: spurius quippe, non vero Hipp. genuinus est liber ille, cui innotuit Aetii opinio, cum potissimum experientia repugnet; etenim Villicus apud Benivenum, prima vice quartana correptus, ab ingluvie & meri computationibus liber evasit: quia aderant signa coctionis; secunda vero vice rursus quartana correptus, iisdem crapulis dum seipsum liberandum sperabat: quia omnia cruda erant, mortuus est. Et ita concidit opinio Aetii, Sicut nullo loco habenda Fernellii sententia, asserentis ab omnibus, in utero materno, contrahi quartanæ causam, cum tamen multi, toto vitæ curfu quartana nunquam correpti fuerint.

Cum autem quartana sit Medicorum opprobrium, eorumque

eorumque operam atque medicamenta sæpissimè eludat; quoniam longissima semper est, & potissimum autumnalis; hinc accedit ut Empirici, Chymici, Paracelsici, Vanhelmontici, Methodici, Vulgares & Dogmatici, omnes sibi propriam atque singularem proposuerint, in quartana curanda, diversam rationem. Et quoniam humor melancholicus ægrè, & nonnisi diuturno tempore coctionem admittit, idèd Patientes impatientes sæpissimè evadunt; & licet prudentes ac divites, post dogmatica aliqua medicamenta experta, aliis sectis pseudomedicis sese committunt; & quamvis sæpius cum vitæ propriæ discrimine, aliquando tamen evenit, ut sequitis coctionibus, beata vetula accedat die critica; vel, ut observavit Celsus, ubi ratio non prodest, aliquando temeritas adjuvet.

Nos autem, relicto Empiricorum vanis & validis antimonialibus; Chymicorum & Paracelsicorum medicamentis mercurialibus, Vanhelmontii febrifugo, quod nobis, & forsitan ipsi ignotum reliquit; Methodicorum, ventrem & vomitum moventibus Balneis; Aegyptiorum quinetiam clysteribus; Vulgarium improba vivendi ratione, prava & copiosa alimenta ingurgitantium, & meraciora vina bibentium, Dogmaticorum veram atque legitimam curationem delineabimus: etenim hæc nostra Secta, vera ac legitima est; ut quæ ratione procedat: ex eadem & experientia composita.

Distinguamus primò exquisitam Patientis nostri quartanam, à notha, quoniam diversæ desumuntur ab uniuscujusque causa indicationes, ut contra Gal. notavit Tral. & exquisitæ, cum eodem Gal. curationes proponamus, desumendo indicationem à Febre, Causâ febris, & à Viribus. Inter has autem, quæ à febre desumitur parvi faciendæ; & ideo Gal. prohibet refrigerantia. Hippocr. verò præcipit quòd omnis febris sit refrigeranda, præter quartanam. Sint itaque medicamenta, ratione febris, in activis temperata, & potius calida in primo gradu; in passivis verò, humectantia. Ratione causæ attenuantia, incidentia, aperientia, & ventriculum roborantia. Ratione virium, nutrientia, & vires conservantia.

In fonte Chirurgico, omnium primò consideranda sanguinis missio, an conveniat, quo tempore, & ex quo loco. Convenire sanguinis missionem præcipit Galen. cui subscripsit quoque Avic. dummodo tamen sanguis niger & melancholicus abundet in venis, ut facile esse solet cum plerumque in quartanariis laboret lien, qui massam sanguineam depurare non valet: tuncque quoniam minora quartanæ febris à toto venoso genere soteri potest, educitur sanguis ratione causæ foventis & antecedentis: non autem ratione causæ conjunctæ. Quòd si in toto niger sanguis non reperitur, tunc statim sistendus; & idèd Medici præsentiam præcipit ipse Galenus.

Tempus solet esse in principio, cum Galen. si sanguis in toto abundet, niger & crassus, in quibus lien male habet; sin minus, non in principio, sed cocta & digesta melancholica materia, cum Avic. tunc enim à ramis venæ portæ ad cavam digeritur, hoc est distribuitur, quo tempore venæ crassiores quoque apparent, & idèd indicans, vitium nimirum in sanguine, reperitur quòd ab initio non aderat. Sic itaque conciliantur; Gal. enim ab initio educit sanguinem, ratione causæ antecedentis, si adsit. Avic. verò in progressu, ratione causæ conjunctæ, ut depuretur sanguis ab humore melancholico; à minora febris ad venas distributo; cautè tamen, & nonnisi parè educendus, sed potius melanagogis electivè purgantibus, tunc temporis coctione apparente, massa sanguinea est purificanda.

Locus, est jecoraria, sive mediana sinistra ex

Gal. vel lateris magis affecti, ex Art. Salvatella sinistra ut Galen. ex aliorum sententia, cui subscripserunt Paul. Nicolus, Cardanus, Amatus, Velisus, & ipse Aretæus. Communior autem, & magis usitata sententia est Aetii, quòd sanguis ex latere magis affecto educatur, neglecta interna aut media, omnes enim ab axillari procedunt; sed magis apparente & evidentiori tusa, ut crassior sanguis emanare possit. Sic in casu nostro, aperitur vena brachii dexteri; cum sanguinem melancholicum in toto abundare, ex ætate, temperamento, habitu corporis, hirsutie, & vita antea facta facile arguere possimus; non omitta tamen observatione, Medico præfenti expendenda circa sanguinis effluentis qualitatem, à Gal. nobis præscripta. Aperiantur quoque venæ fedales, si suppressa esset consueta hemorrhoidalis evacuatio; & in mulieribus, saphena, mensuris retentis aut diminutis. Caeterum in casu nostro, locum non habet, ut in diuturnis quartanis.

Ex Pharmaceutico fonte, si curationem à Gal. propositam attendamus, lenientia omnium primò sunt depromenda, mox præparantia. Et quoniam melancholici plerumque cruditatibus abundant; idèd, ante humorem melancholicum, pituitosi est habenda ratio, qui à primis viis detrudendus, primò vomitu; secundò clystere; tertio lenientia medicamento. Vomitorium paratur, ex jure carniurn, radice raphani alterato; addito julapio acer. & oxymel. simpl. Clyster mollis paratur ex decoct. malv. mercur. chamæmeli, betæ; additis mel. ros. solut. oleo chamæmel. ovi vitello, & sale. Leniens sit elect. lenit. cum crem. tart. & modico hieræ picræ. Vel in potu mel. syr. ros. solut. cum lenit. & decoct. cord. q. s. pridè ante accessionem assumendum.

Prima præparatio fiat syr. sine diluto, ut diutius ventriculo immorari possint.

Ut ℞. Syr. de cortic. citri, oxymel. simpl. aq. cinnam. an. unc. i. m. pro syr. & sic pro quinque. Inde reperatur aliquod ex prædictis lenientibus; cui superbibat mullam dilutam, ex aq. hordei paratam. Expiatis primis viis ab humore pituitoso, diebus vacuis à febre, in die quoque accessionis, aliqua erunt agenda, humorem melancholicum respicientia. Sic si ingruente paroxysmo vomitus sponte moveatur, erit adjuvandus; etenim, ex Avic. aut eradicat, aut alleviat: levioribus tamen id fiat, primis diebus, ut supra; validioribus autem in progressu, apparentibus signis coctionis.

In statu febrili, aliquod alterans erit offerendum, quòd tamen non valdè refrigeret, omnis enim febris perfrigeranda, præter quartanam, ex Hipp. & idèd Arist. quoque dicebat, quòd in quartanis, semper ignis sit injiciendus. Sic itaque jus malva, althea, bor. liquir. pomis apiis, & corticibus citri alteratum; cui addatur aquæ cinnam. cochlear. Vel paratur tale julap.

℞. Succi pom. dulc. unc. vi. aquæ flor. citri unc. iii. moschi, ambrae an. gr. iii. sacchari fini lib. i. m. ad ignem paratur julap.

In febris progressu, evacuantia & præparantia paulò validiora exhibenda, & tandem, apparente coctione, etiam valde purgantia. Ita clysteres validiores parari poterunt, ex decoct. malv. mercur. chamæmeli, utriusque centaureæ, fol. sennæ; additis elect. diaph. oleo chamæmel. vitello ovi & sale. Vomitorium ita paratur.

℞. Jure carniurn, raphano alterato unc. x. diasari Fernellii unc. f. m. & nisi præsid sit diasarum, substituitur pulvis asari, à drachm. i. ad drachm. ii. Medicamentum verò esse poterit.

℞. Elect. lenit. drach. xi. extract. sennæ poly-pod.

pod. an. drach. i. m. f. bol. vel potus.

℞. Fol. epir. fennæ, an. m. i. cinnam. integri drach. i. aq. melissæ q. s. m. f. inf. per horas xii. deinde facta forti express. colat. adde syr. de polyp. unc. v. aq. flor. cir. aut cinnam. unc. s. m. f. p. cui superbibat jus malvâ, aut hordeo alteratum.

Validiora præparantia erunt decoctio buglossi, borrag. melissæ, card. sancti, gentianæ, petroselin. apii, cui addantur succi depur. borrag. & fumaris, potius quàm saccharata & dulcia. Amara tamen & acida misceri possunt, ut syr. de cich. cum rhab. præsentibus obstructionibus; vel syr. byzantinus cum aceto. Et licet de usu aceti in præparando humore melancholico, dubitaverit Galen. cum Hipp. conceditur tamen, quando ejus curationem, non autem quando præservationem intendimus; etenim, ad expurgationem non parùm conducit fermentatio, quæ ab aceto excitatur.

Qua prægressa præparatione, & apparente humorum coctione, ad purgantia deveniri poterit; ut ad decoct. epir. Mes. ad unc. vi. vel ad drach. s. extracti veratri nigri, cum cassia; quibus superbibendum præbeat ser. capr. aut alim. ad lib. ii. ob hellebori vim exurentem. Quæ purgantia, si ante coctionem præberentur, miseros agros in damna irreparabilia præcipitent, nam vel triplex quartana, vel diuturna, vel continua, vel alvi fluxus, macies, ac tandem mors etiam ipsa consequeretur. Avic. autem intelligendus de humore antecedente, non conjuncto, ab initio purgando; sicut Tral. de quartana per abscessum facta, idest notha, in cujus principio facillè aliqua coctionis signa observari possunt.

Apparentibus itaque signis coctionis, præbeat purgans etiam die accessionis; quicquid dicant Gentilis, Savonarola, Mercatus, cum Gal. & Avic. Hipp. enim primò tribus aut quatuor interpositis diebus, pharmacum futurum purgans exhibendum præcipit, in ipsa accessione; mox intercurrentibus aliis diebus, pharmacum deorsum purgans præbendum jubet. Pronunciavit autem indefinitè, aliis diebus, non tribus, aut quatuor, ut innuat, humorum coctionem esse expectandam. Die autem accessionis facillior & uberius sequitur humorum expurgatio à pharmaco purgante, quinque aut sex horis ante accessionem, humor ipsa à natura movetur, exhibitio.

Humore autem iterum atque iterum expurgato, si aliqua in visceribus producta fuerit obstructio, syr. Fernel. cum rhab. paratus, opportunissimus fuerit, pluries exhibitus, in vino albo tenui; ut qui egregie aperiendo, & humores crassos attenuando, uno eodemque tempore eosdem educat.

Mox Galen. diatrium pipereon, diaspoliticon, aquam cum pipere exhibet. Et tandem, manifestis apparentibus signis coctionis, Theriacam præbet; non autem ante, ne attenuati & commoti crudi humores, duplicem & triplicem quartanam excitent; ut contigit Eudemo Seni, Romæ, qui ab Archigene & Martiano, primæ notæ Medicis, præmarurè Ther. exhibitâ, in triplicem quartanam incidit. Detur autem Theriaca antiqua, duobus horis ante accessionem; molestos etenim rigores mitigat, & humorem attenuatum per varias partes expellit.

Quòd si contingat ut rigor diuturnus & vehemens evadat, sitque molestus, præbeat spiritus vitrioli in aqua prassii, ab initio, ut Gesnerus; vel gran. vj. piperis integra, cum pauco vino generoso, ut Amatus Lusitanus; & spina prælinatus oleo de Scorpionibus Matthioli, vino malvatico dissoluto; vel theriaca aquâ vitæ dissoluta.

A proprietate juvant interna & externa. Internas Gentiana plures dies assumpta optima censetur. Die accessionis, in aurora, gutt. x. quintæ essentiæ rosmarini, in exiguo vino cretico, tribus vicibus. Sic aqua theriacalis, aqua vitæ juniperina. Præstantissimum autem censetur oleum myrtæ, in vino cretico sumptum, ad gutt. v. Inter externa, Marcellus Medicinæ Princeps, proponit lapillos albos & nigros in ventre hirundinum inventos. Cardanus, dentem Serpentis appensum. Fernelius viventem arsenam, in testa juglandis clausam, collo appensam.

Victus rationem quod attinet. Aër sit calidus; ut consule Arist. Victus, primis duabus hebdomadis, sit tenuis, mox plenior, sed attenuans; edulia sint à salsa & sinapi condita. Acris tamen aliquam expectat coctionem, ante salsamentorum usum. Ab omnibus glutinosis, flatulentis & refrigerantibus cibis abstinest, & potissimum à carne suilla. Pro potu, aqua, tanquam pestis fugienda; sit itaque vinum album, tenue, calefaciens. Somnus, sub accessionem conceditur; impedit enim, vel saltem accessiones moderatur. Exercitium coctiones adjuvat, dum calorem excitando, crassos humores movet & attenuat. Animi motus quartanam aliquando solvant; ideo ex Gal. multi liberati sunt, ex solo gaudio; alii ex magno timore, ut narrat Rhasis. Sic Quintus Fabius fuit à quartana in prælio liberatus, ut refert Plinius.

Tandem, documentum circa vivendi rationem nobis tradit Celsus, dicens. In vetere quartana prodest mutare subinde victus rationem, à vino ad aquam, ab aqua ad vinum; à lenibus cibis ad acres, ab acris ad lenes transire, comedere radicem, deinde vomere; Jure pulli gallinacei ventrem solvere; oleum ad frictions adhibere; calefacientia, ante accessionem; forbare aceti cyathos, vel vini cretici, cum sinapi; per hæc enim, & similia corpus agitandum, & de illo statu movendum. Monet præterea Celsus ipse, quòd dum Febria quiescit, diù meminisse ejus diei convenit, adeoque vitare frigus, calorem, cruditatem, lassitudinem; facile enim revertitur. Hæcque, pro curatione hujus quartanæ legitimæ, dicta satis. *Idem ibidem.*

Quartana Spuria.

Juvenis Nob. annorum 28. temperamentis totius & jecoris, ad calidum & siccum vergentis, mediocri habitus, boni coloris; in vivendi ratione, potissimum æstate proximè præterita, in usu fructuum & potibus gelidis delinquens, ineunte autumno præfenti, in febrem tertianam incidit, extensam; pro cujus curatione, serum & stillatitias aquas præscripsit Medicus; verum genio nimium indulgens, Medico inscio, easdem gelidas potavit largius, unde obstructiones in visceribus, & potissimum liene, oboriri cœperunt. Cessavit nihilominus tertiana febris, licet postea valetudinarius vixerit, imò paucis transactis diebus, rursus febricitaverit, febre quadam, quæ modò tertianæ, modò quartanæ, modò quotidianæ typum servabat, idèdque erraticas à Medicis existimata fuit; donec tandem in quartanam, modò sub finem autumnus, firmata est; quæ cum vehemènti rigore ostocopo invadit, cum dolore tamen in hypochondrio sinistro, ubi lien tumidus tactu percipitur. Pulsus sunt frequentiores, calor acrior, urina colorata, sed cruda, sitis molesta, appetitus dejectus, perpetuus mœror, & frequens ad iram propensio, tumentes quinetiam habet hæmorrhoidas. Consulit autem de salute adipsenda.

Non

Non unicam esse quartanæ speciem asseruit Gal. dicens, quod Autumno quartanæ sunt non quartanæ; quia ex atrabile ortum habent, quæ duplicem habet generationem; alteram quidem ex flava bile superaffata; alteram verò ex sanguine crasso. Quod idem alibi reperit, dum ait, Quartanam ex atrabilario humore consistere; qui vel à sanguine crassiori, & responder proportionem in venis, subsidenti in dolio vini faculæ; tum etiam ex flava bile vehementer affata, quæ atra bilis malefica est. Et sicut legitima fit à puriori atrabile, ex crasso sanguine orta, melancholia scilicet naturali, ita non legitima, & spuria, ab illa quæ ex flavæ bilis exustione oritur, quæ atrabilis præter naturam dicitur: & ideo hæc per abscessum fieri solet, nimirum post alias febres, & humorum exustionem; rarissimè autem statim ab initio invadit; quarum quartanarum distinctionem si cognovit Hipp. cur eandem ignoravit Gal. ut falsò carpitur à Tral. Hujus generis autem est præfens, Juvenem Nob. affligens; qui post errores in vivendi ratione, & præsertim fructuum usu, & gelidis potibus commissos, in febrem tertianam incidit, atque in istis perseverans, in erraticam; tandem obstructionibus in liene adactis, in firmatam quartanam lapsus est. Lien enim ab Hipp. sors aquæ dictus fuit; quia, tanquam spongia, nimium potum trahit; unde imbecillis & tumidus factus, nec humorem melancholicum attrahere, aut, si cum potibus attrahat, eundem dimittere nequit, & ideo obstructiones tumoresque excitantur; sive dicamus equam appellasse melancholiam Hippoc. quia ubi adultio, ibi multa liquata & expressa humiditas reperitur. Erat autem in adustionem naturâ pronus Nob. ipse Patiens: sed præterea à prægresso febrili calore, etiam absque ulla naturali propensione, facilis in eam fuisset lapsus, quæ, accedentibus obstructionibus, & ab his libera transpiratione prohibita, in liene & ramis splenicis computrescens, febrem hanc quartanam illegitimam excitavit. Cujus cognitio neminem latere potest, non modò quia typus ejus ideam generatim nobis significare solet; verum quia & pulsus frequentiores, & calor acrior statim, urina colorata, sitis molesta, & proclivitas ad iram adsunt, & omnium maxime, quia aliis febribus & erraticis successit hæc febris; quæ sicut flavæ bilis exustionem, ita quartanam illegitimam attestantur.

Hoc autem exustus humores, majori parte attenuatos & fusos esse ex eo patet, quod ad venas sedis irritata natura eos deposuerit; quod statim ab initio rigor vehemens & ostocopos factus fuerit, qui alioquin non nisi in progressu fieri solet, attenuato nimirum, in decursu ipsius febris, melancholico humore. Nec exiguum hujusce exustionis signum præbere solet appetitus dejectio, ut contigit Onesianacti cum humor melancholicus naturalis, ad appetitum excitandum destinatus, desit, nec ob vias obstructas, à jecore ad lienem demandari possit; sic & moror immodicus, exustionem jam factam, & ira præceps, sientem adhuc nobis designant.

Febris hæc, licet, ut quartana, securissima sit, ex Hippocrat. attamen, si ex liene procedat, & cum ejusdem tumore fiat, periculosa evadit; imò ex hac nonnullos defunctos vidit Galen. etenim vel ad rabem juvenes, vel ad hydropem senes ducit. Ideò non adeo tuta præfens habenda; cum tumeat lien, & ut potè spuria, ac per abscessum facta, difficilioris curationis semper evadet.

Utrunque tamen, longissima semper est, & hæc præsertim; primò, quia spuria; secundò, quia cum lienis tumore, tertio, quia autumnalis, & hyemem attingens. Nihilominus, si Patiens deliciarum oblitus, obtemperans omnino fuerit, si non proximo solstitio, æquinoctio saltem verno, liberandum spe-

ramus, cum appetentiæ dejectionem ab initio, brevioris febrem prænuñciare observaverit Brasavolus. Nec formidandæ observationes duodecim annorum, enarratæ ab Avic. neque vigintiduum, à Massaria, in quadam Matriona Veneta, nec triginta, à Foresto, sunt enim rarissimi casus, qui in exemplum modò non sunt adducendi.

Curatio autem hujus febris coincidit cum curatione tertianæ nothæ; quam ideo Galen. non proposuit. Quare medicæ intentiones, pro hac tollenda, ab illis pro legitima curanda à Galen. propositis. Primò enim materia antecedens evacuanda. Secundò refrigerandum & humectandum. Tertio lienis obstructiones aperiendæ. Quarto humores præparandæ. Ultimò expurgandi.

Et à Chirurgico fonte primò desumenda sanguinis missio, quam magis in hac illegitima convenire quam in legitima quartana puto; cum in prægressis febribus exustio in venis & calida jecoris intemperies fuerit contracta. Aperiatur itaque mediastina sinistra; modicè tamen sanguine educto, licet adsit indicans & permittens, cum Patiens noster satis viribus valeat.

Et si ulterius probatur ipsa febris, cum lienis obstructionibus, ex venis quoque sedalibus repetenda erit sanguinis missio. Et præterea cauterium sinistræ coxæ inurendum, ad ferositates melancholicas educendas.

Sunt qui Balneo non ineptè utuntur, redundantibus potissimum in hac febre exustis & melancholicis humoribus, parato ex aq. dulci, malva, lauro & calamento alterata, etiam ante manifesta signa coctionis. Verum, hoc tempore frigido, Balneo substituendæ universales frictions, & inunctiones oleo amygd. cum quo vinum malvat. ebullierit.

A Pharmaciâ depromenda lenientia, præparantia, alterantia, aperiencia, purgantia, à proprietate juvenantia & silentia. Lenientia autem erunt primò vomitoria. Secundò clysteres. Tertio lenientia. Vomitus, ratione cause antecedentis, levioribus procurandus. Clyster parabitur ex decoct. malv. viol. pariet. mercurialis; additis syr. ros. solut. oleo comm. maturo, aut amygdal. vitello ovi & sale. Prout autem ab initio clysteres molliores, ita in progressu acriores conveniunt, ideo addi poterunt syr. de polypod. elect. diacath. disphoen. & hujusmodi alia. Lenientia erit, syr. ros. solut. de polypod. cum momento aquæ flor. citri. Vel lenit. cum tart. quibus superbibat jus, hordeo, vel malva alteratum.

Alterantia erunt exhibenda in accessionis vigore, ut decoct. cich. borrag. endiviæ, malv. melissæ; additis succ. depur. borrag. endiviæ, pomorum dulc. concessio nonnunquam ferro. Aetius quippe & hæc affinium præcipiebat; & Tral. frigidam; quam reprobat Avic. Laudavit autem Aëtius, ad heminas duas; sed instante accessione, ad rigorem inhibendum.

Præparantia erunt ab initio, julap. acet. ad unc. iii. cum drach. iii. crem. tart. & gutt. aquæ cinnam. quod, diebus immunitatis, mane, tribus aut quatuor horis ante cibum, quinque aut sex vicibus exhiberi poterit, à quo minorativum medicamentum conveniet, ut syr. ros. solut. vel mel. ros. solut. cum manna clarif. aut lenit. cum diacath. & tart. solo, namque diacatholice quartanarium liberavit Rhafis, quibus superbibat jus hordeo alteratum. Ad validiora præparantia & aperiencia mox deveniendum; qualia esse poterunt syr. de cich. cum rhab. syr. de pomis, vel de succo borrag. julap. acet. in decoct. cich. borrag. endiviæ, agrimonie, scolopendrii, solutis in hac eadem decoct. tart. vitriol. gr. x. quibus utendum septem aut octo vicibus. Sequatur

quatur postmodum præparatorum humorum expurgatio, decoct. epith. Mes. syr. ros. solut. mista. Vel elect. lenit. & diacath. additis pil. de tribus cum thab. quibus superbibat serum depur.

His peractis, si non cedant lienis obstructions, ad usum syr. Fernel. erit deveniendum, qui in aqua agrim. patetur, radice veratra nigri infusioni addita, necnon thab. globulo, eidem jam completo, infuso, qui ad unc. ii. in vino albo, per 10. dies præbeat, diebus intermissionis.

Quod si neque his cesserint obstructions, nec febris, ad validiora deobstruentia properandum, ad decoctum nempe ex falsa electa, ligno tamaricis & cortic. rad. capparum, in aqu. stillat. agrim. eich. capil. ven. paratum, quotidie assumendum, cui præmitti poterit bol. ex ammoniaco, & troch. de capparibus compositus, cum aceto squillitico; vel in dicto decocto infillentur gutt. x. aut xii. spiritus tart. pluries rectificati, in cuius usu diu inhiendum.

Interim exterius pars obstructa illinenda oleo de capparibus, de cyclamine; cum adipe anseris & nitro reformato linimento. Mox formetur ceratum diachylon, cum ammoniaco, aceto squillitico, dissolutum, alutæ inductum, lieni applicandum.

A proprietate juvantia in hac quartanæ specie, interna esse poterunt, aqua destill. ex succo flor. chamæmeli, ad unc. ii. vel iii. quotidie; decoctio clinopodii in vino; in hoc vero Patienti, cor lepotis præparatum, proit pulmo Vulpis & pulverizatum, atque pro tribus vicibus divinum hora paroxysmi, in vino malvatico propinatum.

Extrinsicus vero, Scarabeus vivus, fulvo lintheo alligatus, & collo appensus. Sic viridis laeerta. Pariter, prima menstrua virginis, brachio dextero alligata.

Silentia tandem sunt consideranda, quæ vel rigorem sedare, vel totam accessionem sistere, ac firmare possunt. Ad rigores sedandos, Amatus Lusitanus expertus est cyathum aq. ros. in principio. Sic Aëtius frigidam ad duas heminas propinabat. Extrinsicus, illinatur spina oleo majoranæ, vel juniperino, vel oleo antimoni.

Silentia quoque dantur, cuilibet speciei quartanæ accomodata; sic & narcotica ante accessionem, apud Myresum Medicinæ Principem in usu fuerunt. Hisce autem temporibus, in hunc finem passim exhibetur Chinæ Chinatum pulvis, ad drach. ii. in vini malvatici cyatho propinatus, in accessionis præludis; qui tamen tuto exhiberi non potest nisi præmissis copiis & repetitis evacuationibus, in diurno scil. febris labore. Secundò, visceribus ab obstructionibus ac tumoribus immunibus, ne alioquin alterutrum horum trium malorum accidat, aut enim paucis post diebus, copioso existente humore, revertitur febris, aut in venis humor retentus, febrem continuam & acutam parit; aut tertio, in via firmatus, visceribus scil. exiatalem inflammationem inducit. Quod si China Chinæ deficiat, substitui poterit, ex compositis, Theriaca, Mithridarium, Confectio ex succo Cyrenaico. Ex simplicibus vero, pulvis Gentianæ, vel clinopodii, pariter in vino malvatico.

Victus rationem quod attinet, sit refrigerans & humectans, ut in tertiana nota, quidquid dicant nonnulli: ita enim sentiunt Tral. Paul. Ær. Orib. & Avic. Vinum sit album, ut jubet Galen. & Avic. cum illo. Caveat Patienti ne impatiens reddatur, & quorundam exemplo, qui voracitatibus & comorantibus liberati fuerunt, liberam vivendi rationem præferat: etenim natura, licet in angustiis insurgat, & concoctos hu-

Tom. II.

mores superet, atque expellat: iisdem tamen crudis existentibus succumbit, ægerque moritur. Cujus rei exemplum habemus apud Benivenium, in villico his quartanario, qui cum prima vice, concoctis humoribus, sub erroribus gravioribus in victus ratione, convaluisse visus esset, postea, illis crudioribus, ob eisdem errores, interiit. Hacque satis pro hac quartana illegitima curanda, idem ibidem.

Febris Quintana.

Vir quadragenarius, temperamenti totius & jecoris, calidi & sicci, gracilioris habitus, gulæ & veneri indulgens, meracioribus vinis usus, ineunte currente autumno, febre tertiana non exacte legitima correptus est, quæ decimaquarta transacta, in levam quartanam degeneravit, cujus peractis septem accessionibus, quinto quoque die manifestissime invadere cœpit, cum horripilatione, quam mox subsequitur calor manifestus, paulatim increfcens, qui in progressu febris, acris & igneus evadit. Pulsus ab initio, valde obscurus, rarus & tardus est. Urinæ ante accessionem, diebus intermediis, crudæ, tenues & albæ, in accessione coloratæ & paulò crassiores: sicut post accessionem, sequenti die coloratæ & crassæ. Terminantur vero ipsa accessio circa 24. horas, vel paulò supra, & reliquo tempore omnino infebriticans degit Patienti, cujus febris jam tres observatæ fuere periodi, quinto quoque die, eademmet hora. Quod Patienti ejusque domesticis mirari, à nobis consilium petunt.

Nec raro occurrentia Professoribus admirationem injicere debent: prout quintana febris hæc, Patientem nostrum tandem invadens: quæ quidem rara semper fuit, sicut rarissima septimana, nonana, alæque plurium dierum: quarum raritas Gal. movit ad has omnino negandas. Et licet Hipp. admiserit quintanas, septimanas, & nonas: unde eisdem, quibus judicentur circuitibus, considerandas monet. Galen. tamen has febres dari non solum negat, verum & ab Hipp. de his tradita, ejus non esse, sed ab alio infecta suspicari sustinuit: cum tamen re vera dentur, & observatæ fuerint ab Avic. Khafi, Halyabbate, Aëtio, & Celso: quinimò decimanam in sexagenario observavit Zacutus: quindecim dierum, Gentilis: annuam, Benivenius & Amatus: quolibet septennio, Forestus. Et ipse Galen. tandem cognovit periodos, longè supra quartanam; cujus verba sunt hæc. Quartanus typus est, qui quarto quoque die unam & eandem facit accessionem, ac unam & eandem remissionem. Eadem de quintano & septimano intelligenda sunt. Subdit præterea: Et quintanæ inter se conjungantur, & cum sextanis, septimanis, decimanis, vigesimalis, trigesimalis, quadragesimalis, &c. Hæc Galen. Quæ antea non protulit, quia forsitan periodos hujusmodi nondum observaverat.

Harum omnium causam Avic. voluit esse melancholiam phlegmaticam, factam scilicet per pituitæ asfationem, vel per melancholiam cum pituita mistionem. Secundum alios, utroque modo fieri potest; alii namque humores, licet alsti, non sunt ita tenaces ut adeo lentè moveantur, & tardius putrescant; qui tamen crassi & lenti humores valde pauci sint oportet, & extra venas communes non solum, verum & ipsorum viscerum, nimium circa mesenterium, ut adeo tarde putredinem concipiant. Sic febris hæc quintana, in nostro Patienti, ab humore atrabiliari, exustæ pituitæ permisso procedit; qui si paulò copiosior esset, citius accenderetur, & quartanam, non quintanam excitaret; prout & eandem, si exigua & sola esset atra bilis: quoniam diurno

Rtt

tempore

tempore hanc perferre non potest ipsa natura, ut quintanam, septimanam, aut nonanam inducat. Ad hujusmodi humores gignendos, concurrunt in Patientem nostro, res naturales, temperamentum nimirum jecoris calidum & siccum, ætas quoque consistens: nonnaturales quoque, pituitæ feraces, meracioris scilicet vini consuetus potus, immodica Venus, alimenta copiosa: & tandem prægressæ febres non parum exustionem auferunt, dum primò à bile, pituitæ mista, tertiana notha producta fuit, inde, exustione introducta, in quartanam degeneravit: & tandem, minorata materia, sicque prorogata periodo, in quintanam firmata est: in qua, horror quidem, sed levis observatur: quia crassus humor, per partes sentientes non adeo facile movetur; calor paulatim succenditur, qui postea acris & igneus percipitur, prout in testa ignita; pulsus tardus & rarus, ob frigiditatem, urinæ variæ, sed crudæ omnes; non enim adeo facile hujusmodi humores concoctionem admittunt.

De hisce febribus loquutus Hipp. hæc protulit. Septimana longa est, verum non lethalis; Nonana, hæc longior etiam, ac non lethalis: subdit verò. Quintana pessima est omnium; etenim, & ante tabem, & tabidis superveniens, perimit. Contra quod prognosticum obmurmurans, ait Galen. in Com. quod Hipp. præ se fert oculis, hæc arbitrata conscribere; quasi quod febres hujusmodi somniaverit, non autem viderit. Aliqui non inepte confirmant quintanam esse septimanam, & nonanam periculosiorem: eò quod hæc à sola atra bile, quam diutius natura perferre non potest, proveniat; reliquæ verò ab atra bile pituitæ mista. Sed revera quintana omnium pessima est; tum si præcedat tabem, tum si tabidis superveniat: non quidem ratione sui ipsius, sed ratione tabis; aded ut si simpliciter consideretur quintana, magis periculosa esse non possit quartana ipsa, utpote quæ à minori quantitate atrabilaris humoris proveniat, & longius habeat intermissionis intervallum. At si quintana tabem habeat, aut proximam, aut conjunctam, tunc lethalis est, quod scilicet natura sustinere non possit & hepticam & atrabilem febrem. Tabes autem facilius quintanæ, quam septimanæ aut nonanæ cecedit: quia humor magis atrabilaris in illa quam in his peccare solet.

Curatio hujus febris similis esse solet curationi quartanæ: quam idè utpote notissimam, consulo omitto, ne tædio, sine Patientis utilitate, afficiam; nonnulla tamen peculiariora addere non verebor, ne in necessariis deficiam.

Et primò, quod major in ea, intensior & longior requiritur attenuatio & incisio: minor verò & tardior humorum purgatio, quam in quartana; idque quoniam humor, sicuti crassior, ita paucior existit, unde majori præparatione, & minori expurgatione egat.

Secundò, quod vomitum commendat Avic. die paroxyfmi, ex validioribus, dum ægre naturaliter ad vomitum fuerit pronus.

Tertiò, clysteres proponit Rhasis, die paroxyfmi.

Quartò, Avic. proponit sudoris provocationem in progressu, & balneum resolutivum: quibus tamen caute utendum monet Arulanus, si quintanæ accedat ad hepticam propensio.

Tandem notandum, quod Zacutus sanavit puerum per integrum annum quintanâ laborantem, decoctione eupatorii quotidie exhibita.

Viciss rationem tenuem laudat Avic. & somnum digerentem in principio; deinde in progressu, ad pleniorum vicissitudinem transit. Quæ de hac febre quintana, reliquisque plurium dierum, dicta satis. *Idem*

ibidem.

Febris Maligna tota Substantia.

Vir 35. annum agens, temperamenti totius & jecoris, calidi & humidum, mediocri habitus, negotiis non parum implicatus, ventre gulæque indulgens, & pravi fæci alimentis continuo usus, post itineris laborem, quo, ultra citroque, pedibus ad amoenissimum suburbanum suum secessum, ineunte æstate commesabat, ubi cum sodalibus commestiones atque comotationes immodicas agitabat, domum reversus, de totius lassitudine triduo continuo conquestus est: mox cum exiguo horrore decubuit, cui calor febrilis, exiguus potius successit, sine ullo symptomate pravo, sive molesto; siquidem neque sitis urgebat, nec anxietas, aut angor Patientem premebat, non vigiliæ, non cibi fastidium, solo alvi fluxu hac secunda die, sed moderata tamen quantitate, apparente; qualitate verò, liquidæ materiæ colliquatæ specie: in pulsu vix ulla unquam inæqualitas percepta, velocitate, tarditate, frequentia & raritate, sanorum pulsibus alioquin simili: languido licet quodammodo & humili; urinæ pariter sanorum urinæ parum dissimilis; & quod mirabile ac rarissimum, cum virium tanta statim labe atque prostratione, ut vix è lecto surgere posset Patientis; quod domesticis, nos accersendi, ad consilium, sub finem secundæ diei, ansam præbuit.

Sicut malignum hominem, boni speciem simulantem, difficillime cognoscere licet, dum genium malum, malamque voluntatem corde premit, bona tamen dat verba, & blanditiis atque adulationibus sodales decipit, ac male agendo eosdem infectatur, atque tandem exterminat, ita de febre maligna asserendum, quæ quidem se placidam, atque mitem effingit, unde Galenus dicebat, quod Debiles & parvæ febres quandoque valde malignæ sunt; sicut contra calidæ & incendentes, stomacho angustiam, calorem & sitim intolerabilem asserentes, nihil tamen habent nonnunquam periculosum. Et ideo subdit; Licet ad manus sint mites, tamen Patientes perdunt. Hanc, Nebiliff. Pat. nostrum assidenter, talem esse atque futuram suspicamus; cum duo in eadem observentur pathognomonica signa, malignis febribus essentialibus propria: quorum alterum est alvi fluxus colliquativus, non superveniens, ut tradidit Galenus, sed concomitans, ut melius observavit, dicens, quod Colliquatio est perpetuum symptoma febris, quam pestilentialem privati vocitant, quæ mortales vel citra pestem corripit. Hoc est, maligna idealis, quæ vocari potest etiam pestilens, à febre pestilentiali distincta. Alterum verò signum, est celer atque cita virium imbecillitas, à venefica qualitate cor inficiente proveniens: unde statim pulsus humilis & imbecillis observatur. Nec obstat, quod Galenus in hac febre, pulsus esse similem sanorum pulsui asseruerit, hoc enim locum habet, quoad velocitatem ac tarditatem, frequentiam ac raritatem: cum venefica qualitas, potius quam insignis calor putridus cor ipsum corripit: quare in motu quodammodo naturaliter se habet: non tamen validus neque magnus, quidquid dicant Alimarus & alii, impossibile quippe ut à vincente veneno, corde affecto, vitalium virium non sequatur debilitas: quinimo & nonnunquam subitus casus. Et licet pulsus citra omnem ordinis perturbationem, æqualis fervetur, hoc signum est, non putredinis, sed potius veneficæ qualitatis in corde existentis; cujus effectus causa proditur à Galeno, quod sit nimirum repugnantia temperamentorum in ipso corde, dum in eodem calido continetur materia venefica frigida; ita enim in statu medio

medio fervatur, in quo pulsus quoque ad tempus in equilibrio conservantur. Sic & urina à naturalibus parum distat: quoniam venenum magis urget quàm putredo; & idèd hujus febris principio, percreta facta quodammodò natura, neque pugnam contra causam morbificam aggredi tentat.

Quòd autem febris hæc putrida sit, ac proinde à putridis humoribus pendat, non est quòd dubitemus, & quidem biliosis perceptuò, ex Hippocr. in casu tamen nostro, crudioribus commissis, quorum generatio hæc difficilis fuit in nostro Patiente, calido & humido, ventri gulæque dedito, valdeque negotiis implicato. Et quoniam hujusmodi cruditates, ex alimentis non modò copiosis, sed etiam pravi succi in venis congestæ fuere, idèd malignam, imò veneficam qualitatem tractu temporis contraxerunt; quæ tandem, levi etiam putredinis occasione commotæ, hanc febrem malignissimam produxerunt, modo à Galeno descripto, dicente, Ab omnibus pravi succi edulis censeo abstinentum, etiam si ea quibusdam concocta sint facilia: nobis enim non advertentibus, pravi succus ex ipsis, post longum tempus, in venis colligitur, qui postea exiguum ad putrescendum nactus occasionem, febres malignas accendit. Venefica autem hujusmodi qualitas, spirituum vitalium generationem inhibere, & genitos per halitum digerere ac resolvere potuit, unde lassitudines, quæ neque tensivæ, neque ulcerosæ, neque phlegmonosæ, sed ex laxata acque debilitata facultate provenientes, malignam hanc febrem prænuñciabant, mox præterea humoribus & partibus solidis colliquationem inducens, fluxum colliquativum, febris comitem excitavit.

De febris hujus eventu nihil certi pronunciaripotest, nos enim later efficacia veneni atque proprietatis, in qua occulta fallacia, cum una rard aut nunquam alteri assimiletur, ita ut possit observatio per similia de hac judicium facere. Illud tamen, cum Gal. & Hipp. statuerè possumus, quòd Malignæ febres, periculum minantes, spem tamen salutis non adimunt, malignissimæ verò perniciosæ atque lethales sunt, in quibus simul cum metu, nulla spes salutis superest. Talis autem est præfens, in qua venenum magis quàm putredo negotium facellit, quòd malignissimum est, vincente namque veneno, brevi tempore sebitus sequitur virium casus, & idèd, nec à pulsibus, neque ab urinis, de salute aut futura morte Patientis quicquam certi prædici potest, quòd vitæ periculum Patienti auget, unde febrem hanc omnium gravissimam Medicinæ Principes appellatunt.

Statim itaque & attentius est instituenda curatio, in qua omnium potissimum venenata qualitas inspicienda, secundò proinde, Vires; tertio febris ipsa, quarto, ipsius causa, & tandem symptomata præfens & supervenientia. Sicque primò indicantur varia alexipharmaca. Secundò, alimenta optimi & celeris nutrimenti. Tertio, alterantia, quantum sufficit. Quarto, causam præparantia & evacuantiæ. Et tandem symptomatibus, tum concomitantibus, tum emergentibus occurrentia, atque ita refrigerantia, exsiccantia, necnon cogentia, ratione colliquationis.

Quibus intentionibus satisfacere nullo modo potest sanguinis missio, per quam tolli non potest venefica qualitas, præterquam quòd vires eandem non permittunt, & colliquatio prohiberet: eum non ex colliquante calore, sed ab insigni venefica corruptela atque putredine proveniat. Et licet Gal. in Asia pestilenti febre correptus, sibi metipso libras sanguinis, scarificationibus detraxerit, quæ à toto evacuant, ut assereret quoque Apollonius apud Orbasium: & Amyllus, facile forsitan tunc urgebat febris

Tom. II.

lis calor, vires valentiores erant, nec aderat prohibens. Phœnigri quatuor, brachiis & coxis adhibiti, ad venenosos humores à corde evocandos conferte quineriam poterunt quàm maxime.

A Pharmaceutico fonte, ordine executivo, defumenda evacuantiæ, præparantia, alterantia, alexipharmaca, & symptomatibus occurrentia. Evacuantiæ possunt esse, injecta, & assumpta. Clyster itaque statim infundi potest, ex decoctione malv. mercurialis, parietariæ, betæ, hordei, cum syr. ros. solut. oleo, sale, & ovi vitello. Leniens posset esse syr. ros. solut. cum crem. tart. & aqua flor. citri. Verum, ratione colliquationis, flos cass. cum pulp. tamarind. & paucò pulv. scordii, ad rem magis usurpari poterit, cui superbibatur aqua Nocetianæ quantitas. Interim ni progressu repeti quoque poterit pulpa tamarind. ut quæ nonnihil evacuare, & magnum ad colliquationem momentum habere possit. Præparantia parentur potius ex succis, quàm saccharata aut melita, sic succus depur. acet. acidi citri, in decoct. cich. borrag. end. acet. card. sanct. scabiosæ, tormentillæ, pentaph. locum habebunt, vel si calor febrilis invalescat, pareretur præparans ex aquis stillat. de succo acet. & scorzon. aut totius citri, quibus addatur succus citri, vel lim. aut spirit. vitr. ut cogantur humores, & ad urinæ vias divertantur.

Alexipharmaca, malignam, occultam, atque veneficam qualitatem oppugnantia, varia ac multiplicia simul exhibenda, cum interna, tum externa. Intra duplicis ordinis esse possunt, vel simpliciter veneficæ qualitati adversantia, vel diaphoretica. Hæc rursus omnia, magis putredini, vel veneno potissimum opposita, Putredini magis resistentia, sunt refrigerantia & exsiccantia febricitia. Veneno verò adversantia, sunt etiam calido, calori vitali nativo amica: occulta enim qualitate agunt adversus venenum facultatem vitalem uniendo ac roborando, & spirituum substantiam fovendo. Hæc autem recte in nostro casu usurpanda sunt, confectio scil. Alchermes, pulvis radicis contrayervæ, confectio lactificans. Rhasis vel elect. de gemmis Mes. julap. gemmarum, potissimum M. Duc. Exer. & tandem magnæ, antidoti, præcipue verò theriaca mediæ ætatis, cujus insignis est prerogativa, ut quæ ex pulveribus alexipharmacis sit composita, omnia cum aliquo vehiculo aquarum cord. exhibenda, qualis aqua card. sancti, tot. citr. scorzon. de succo rutæ caprariæ, & omnium maxime cord. Exc. Sax.

Quòd si febris progressu natura ad cutem vergat, alexipharmacis diaphoreticis tunc erit locus, cum enim veneni quantitas exigua esse solet, solo sudore unius diei febres malignas non semel resolutas vidimus, tuncque spirit. vitr. Corn. car. philos. Lapis Bezoar. uterque in aqua scorzon. card. sanct. cord. Sax. copiose exhibita, primas tenent. Pariter lapis hystricis, infusus in aquis cord. mirabilis observatur ad sudores eundos, & veneficos humores vincendos atque expellendos. Egregium quoque alexipharmacum diaphoreticum, est extractum contrayervæ. Quæ tamen diaphoretica omnia, non adèd indistincte, neque in principio malignæ febris sunt præbenda, nisi diminutis humoribus, & nonnisi natura ad cutem movente.

Extrinsecus quoque, cordi linimenta & fomenta admoveri debent. Fomentum quidem hujusmodi:

℞. Aq. melissæ, buglessi, card. sanct. an. lib. i. è floribus citri, ros. an. lib. f. acet. ros. unc. iii. succ. citri unc. ii. specier. cord. ten. per. drach. iii. m. pro epith. cordis, quo amoro fiat illitus, talis:

℞. Ol. de scorp. Matthioli drach. ii. Theriacæ antiquæ drach. i. zibethi, benjuini an. drach. f. acet. ros. q. f. m. dissolvantur, & summo digito, in infuso cor illinatur.

Rrr 2

Symp

Symptomatibus quarto loco occurrendam. Et quoniam omnia ad unicam syntexin, sive colliquationem rediguntur, ideo huic incumbendum, non quidem frigida potione, quam propinabant Aet. Paul. & Orib. adversus calorem colliquantem, sed potius remediis cogentibus, densantibus, subtypica facultate præditis, qualis erit terra sigillata vera, ad scrup. i. sic & bolus armena, pulvis item smaragdi, ad gr. x. aut xii. omnia in aqua plantag. & succo cydon. exhibenda. Et urgente necessitate, ad opiata gradatim erit ascendendum, & primò quidem ad syr. de papav. inde ad laudanum nepenthes; & tandem ad Theriacam recentem, cum margaritis reformatam.

Vires tandè omni industria atque arte conservandæ observando cum Gal. quòd dum vires laborantis debiles fiunt, cum insigni corruptione, parùm & sæpe cibus sit offensus, isque facilis coctionis ac distributionis, exiguique excrementi, ut ova recentia, instaurans pulli, cum sacculo cordialibus repleto paratum, condiantur cibi acido citri & lim. Vinum in principio interdicatur, ob humorum cruditatem, quod in progressu conceditur, est enim eximium cordiale, spiritus vivificans & refocillans, vires instaurans, & putredini resistens; interim pro potu consueto utatur aqua stillat. borrag. & acer. cui addatur quoque portio scorzon. vel aqua secunda cord. Excell. Sax. Hæcque, pro curatione hujus febris, dicta satis. *Idem ibidem.*

Maligna Febris Superante Humido.

Juvenis Nobilis, 30. annum agens, temperamenti totius & jecoris, calidi & humidi, plethorici & pinguis habitus; ad obesitatem pendens, otiosam vitam in quodam suo secessu, alicujus quidem emolumenti, sed paludoso degens: crapulis & comotationibus deditus, hoc ineunte Autumno, cum extemporaneis flantibus ventis frigidis, totus ambiens frigidior consueto factus esset, levioribus verò ipse æstivis vestibus indueretur, vehementer refrigeratus, gravibus adedò doloribus totius corporis posttridie correptus est, ut neque stare, neque decumbere possit, sequentique die, halterna scil. matutinis horis, intensè febricitare cœpit, ac propterea adventante nocte, accersitus Medicus, Patientem invenit febre, semper æqualiter affligente correptum, & conquerentem de totius corporis dolore gravativo, ac de absoluta impotentia ad motum, cum pulsu satis magno, sed languido & valde inæquali: urina semper rubra, crassa & confusa: cum foetidissimo halitu ac expiratione, & externarum partium tepore. Modò in principio secundæ diei, nos de agendis consult.

Synochos ne, an potius maligna febris hæc appellari debeat, dubitari posset cum Fernelio, qui malignitatem febribus, etiam sine putredine, accidere posse falsò credidit, atque ex anthrace, sive punctura venenatorum animalium, febres, vel sine putredine excitari à solo venano existimavit, non animadvertens forsan putredinem sequi puncturam, illam verò, febrem. Idedò synochum putridam, verum malignam, hanc nominare satius fuerit. Synochum quidem: quia, sicut hæc neque in frigida ætate, neque frigido temperamento fieri solet, ita præsens, in juvene temperamenti calidi & humidi, habitusque plethorici se prodit, quæ semper æqualiter affligit, horisque matutinis invasit, cum præludio lætitudinis totius corporis phlegmonosæ, perseverans cum pulsu magno & valde inæquali, insignis putredinis indicio, urinaque rubra atque crassa. Verum malignam, & quidem magis magisque futuram, etiam hujus principio deprehendimus, primò ex pulsu,

qui cum alioquin magnus & vehemens esse debuisset, languidus tamen observatur; mox ex urina, quæ modò valde confusa, turbidam omnino atque subjugalem minatur, præterea ex halitu fastido, quem expirat ipse Patiens, excellentis putredinis indicio, ad quam jam pronus fuit, utpotè plethoricus, licet imperfectè, & ad obesitatem potius proclivis, quibus accedit externarum partium, si non frigiditas, saltem tepiditas, inter maligna signa à Galen. cum Hippocrat. recensita.

Causa autem potissima & immediata hujus febris, fuit improbi sanguinis copia, ab alimentis copiosis, vel potius à consuetis crapulis, merique comotationibus congesta, accedente potissimum vita otiosa: sicut enim, non impleri cibus, & impigrum esse ad labores, tanquam sanitatis fundamenta ab Hipp. statuantur; ita ægritudinum orium, & repletio, non parùm quinetiam adminiculante in paludoso celo habitatione, cum spiritus, animæ & omnium superationum instrumentum, ex acre & tenuissimi sanguinis portione perficiatur atque conflet. Copiosa itaque in puri sanguinis sarcina in venis, tractu temporis, prava vivendi ratione coacervata, nec ab exercitiis, aut ullo alio modo purificata aut diminuta, tandem ex obstructione universali cutanea, ab ambiente frigido, & impedita diaphoretici, excrementis insensibiliter digerendis, intra corpus hærentibus; & cessante consueta atque necessaria totius corporis transpiratione, internus calor intensior & præter naturam redditus, putredinem in venis omnibus, vel communibus & maximis, ac plurimo calore abundantibus excitavit, à qua æqualis elevatur sanguinis putrescentis evaporatio in cor & totum corpus, sicque febris synochus, esque homotona accensa est. Verum quoniam humiditas excrementitia in venoso genere redundat, quæ à tepido, & languido naturali calore moderari minime potest, idedò, calore febrili atque præternaturali dominatione, sequitur ejusdem corruptio ac putrefactio, cujus finis est febris, sive foetida materia in præfenti casu manifesta, sicut finis corruptionis nonnunquam est ipse cinis, dum ab excedenti calore sit exulsiò, & humiditatis consumptio, quarum corruptionum egregiè meminit ipse quinetiam Arist.

Febris hæc periculi plena est, quia in hoc ejusdem principio, ab insigni putredine pendere, cum malignitate, ostendunt urina, quæ meuntur, turbidæ, eademque permanent, vigentem in humoribus perturbacionem significantes: præterea summa lætitudine phlegmonosa, copiam humorum, naturam opprimenium ostendit, prout pariter pulsus languidus, valdeque inæqualis, insignem non modò, sed excellentem putredinem denotat, quam halitus foetens confirmat, futuri in febribus, imò & propinquæ obitus præfagium, ut observabat Amatus. Et si in principio, quo omnia, cum Hipp. imbecilliora esse solent, eadem adeo prava conspiciuntur ac considerantur, quid in augmento & progressu ominandum erit atque expectandum?

Nulla itaque interposita mora, cura est aggredienda. Primò, humores, extra & intra venas redundantes diminuendo. Secundò, febrem & præternaturalem calorem, quantum satis, contemperando. Tertio, ulteriorem putredinem inhibendo, & veneficam qualitatem oppugnando. Quarto, symptomatibus occurrendo. Quintò, vires cordis & totius conservando.

Humorum minoratio, medicamento, & sanguinis missione obtineri potest: & quoniam, ubi medicamento, juxta & sanguinis missione egemus, sanguinis missio præferenda est, idedò primò consideranda venit: de cujus indicante dubitari non potest, cum corpus plethoricum sit, venæque copioso,

nec

necnon vitioso sanguine sint repletæ, unde lassitudo phlegmonosa & gravativa procedit. Negativum tamen facillime viderat permittens, cum pulsus, licet magnus, vehemens tamen non sit, ut esse deberet, at tamen, si consideremus quod sine sanguinis diminutione, dubio procul putredo semper intensior atque excellentior futura sit, cum malignitatis proinde majori semper gradus incremento, atque Patientis certo exitio: sanguinis missionem omnino admitti debere determinamus. Quam dubitationem consideravit & ipse Gal. dum dicebat. Intemperantes, vinosos, ventri guleque deditos, nec sanguinis missione, nec medicamentis magnopere adjuvetis: etenim per vitæ intemperantiam, copiam vitiosorum humorum ocysissime colligunt, quibus nec manum admoveere quidem esset tentandum. Quibus verbis nobis insinuat, quam periculosa sit medicatio in magno & pravo humorum apparatu, cum tamen periculosissima evadat, & lethalis auxiliorum prætermisio.

Injecto itaque clystere, statim ex jecoraria dextra sanguis educatur, non tamen copiose, minusque usque ad animi deliquium, ut in hujusmodi febre, verum non maligna, educere solebat Gal. in duobus illis juvenibus, sed moderatè, Medico præsentè, & pulsam tangente: ita enim totam massam sanguineam ventilando, ejusdem quoque ulterior putredo inhiberi poterit, & natura sublevata à sacina, qua prænebatur, quod reliquum erit facilius, si non educere, saltem concoquere, & superare valebit.

In progressu autem ejusdem febris, ac constantibus viribus, vel saltem multum non deficientibus, reperi poterit ex venis sordalibus sanguinis diminutio, cum venæ externæ hæmorrhoidales, ut constat, à toto evacuent, quod admittit quoque Gal.

Nec ab hæc sanguinis missione deterrere valebunt maculæ, seu peticulæ, quæ facile in cure efflorescere poterunt, sanguinis corruptionem & liquationem significantes, quoniam motus ille, ut symptomaticus, ac proinde ut signum, non ut causa considerari debet, quia de euentis in melius non statim apparent, ut nos monuit Hipp. Poterunt tamen tunc temporis applicari cucurbitulæ universo corpori, ac etiam dorso; cucurbitulæ enim, non ad profunda, sed à profundis semper ad extremas partes trahere solent, idque non peticularum, sive exanthematum ratione; sed ut sensibilior per sudorem proliciatur & procuretur evacuatio.

Phonigmi quoque, in hac insigni humorum putredine, cor occupante, locum habent, utpote qui à toto venoso genere vapores & humores putridos, nec non ab eodem corde divertere possunt, Frictiones interim asperas non omitiendo, manibus sulfumigio ex decoctione malvæ & chamæmeli elevato, perfusus, oleorum enim usus, utpote obstruens, non adeo nobis arridere potest.

Educto sanguine, excrementa primarum viarum, per alvum sunt excernenda, syr. ros. solut. ad unc. vi. addita portione crem. tart. tenuissimè pulveriz. vel unc. f. elect. lenit. Vel bolo ex call. cum lenit. & tart. addito scrup. i. pulv. scordii, qui in progressu febris, erit semper cassiæ immiscendus, & tertio quoque die clysteres, cum melle ros. sol. in decoct. malvæ, mercurialis, hordei, betæ & parietariæ injiciendi.

Interim præparandi humores copioso julapio acet. bis saltem per diem exhibendo, nimirum ad unc. unc. iv. cui nonnunquam addi poterit crem. tart. tenuissimè pulveriz.

Neque caloris febrilis remissio negligenda, sed pro usu administranda, ne summe refrigerantibus adhi-

Tom. II.

bitis, in tanta humorum exuperantia calor nativus obruator, diminuat, sicque putredo adaugetur. Eligantur autem in casu nostro, potius aquæ stillatitiæ quàm serum, utpote, quæ magis putredini resistere valeant, ut

℞. Aquar. de succo acer. ℞j. scorzon. ℞ij. syr. de acido citri, de succo lim. an. ℞j. m. pro potu, & in vigore febris, qui etiam in tynochie, certis horis observari solet, propinandæ. Quod si natura ad curam vergat, addantur quoque spiritus vitri. gatt. v. Tribus verò transactis horis, exhibeatur sorbitio hæc.

℞. Decoctio cichor. borrag. endiviæ, acet. ruta caprarie, card. sancti, pentaphylli, calendula, distamni cretici, ℞vij. cui præmittatur jolap. acer. ad ℞iv. ut supra, quod secunda vice præberi poterit maturino tempore, duabus, aut tribus horis ante prandium.

Uterior putredo inhibetur refrigerantibus & exsiccantibus substypticis. Hæc autem sint tenuis substantiæ, ut acida, succus citri, lim. acetum, & hujusmodi alia, non autem crassioris, ut pontica & austera, sorba, corna, & alia hujusmodi. Ita quoque pulveres frigidi & siccæ, hujus sint conditionis ut in farinam teri possint, & bene cum liquidis commisceri, cæteri namque obstructions pariant, vel in intestinis remanent. Quod cum intellexerit egregius Vir Hieronymus Rizzerus, Pharmacopola Venetiis, ad signum S. Margarete, & peritissimus Chymicus, Conf. hyacinth. cæterasque, cum Magist. perlatum, & fragmentorum pretiosorum componere cepit, cujus exemplum ut omnes sequantur, in publicæ utilitatis gratiam, hortamur. Quare seci poterunt decoctioni jam dictæ immisceri, ut succus citri, lim. acetæ, cysni majoris & minoris. Pulvis verò statim ab initio parari poterit.

℞. Corn. cer. philos. margar. præp. boli Arm. Orient. ana drachm. j. m. dividatur pro tribus vicibus, & exhibeatur cum aquis ita paratis.

℞. Aqua totius citri. scorz. de succo rutæ caprarie ana ℞ij. m. & cum pulvere exhibeatur ante cibum. At si natura ad curam vergat, addatur quoque lapis bezoar. Orient. vel infusio in aquis cordialibus scorzonæ, & præclariss. Sax. lapidis hystricis, tanquam, non sub cibum, sed tribus vel quatuor horis ante, pulvis præbeatur. Quæ omnia non unico die, sed quotidie, pro oportunitate sunt repetenda, sicut composita quoque aliqua; & potissimum confectio Al hermes in usum duci poterunt, prout urgente putredine, & venefica qualitate. Theriaca quoque medicæ ætatis à Medicis celebratissimè exhibetur: indicatur enim à maligna febre, quoniam attenuando aperit, & exsiccando superfluas humiditates, putredinem delet, & facultatem à proprietate roborando, veneno occurrat. Verum debet adesse permittens, & abesse prohibens. Permittens autem est virium robur, sicut prohibens, est puercilis & senilis ætas; cum enim Theriaca, & theriacalia omnia, ex Gal. mediam quandam habeant naturam inter corpus humanum & venenum, ideo proprietatem quoque habent humano corpori contrariam, quam superare non valent pueri, senes, & viribus imbecilles. Caute itaque semper exhibenda Theriaca, nec adeo facile pueris & senibus, prout facili negotio ægris, etiam brevi morituris, à nullo exhiberi solet, tunc enim vitalis facultas languida, ab ætivate theriacæ extinguitur, eadem ratione quæ exigua flamma à magna.

Extrinsicus quoque, fomenta & illius regioni cordis sunt administranda. Fomentum ita parari poterit.

℞. Aquarum melissæ ℞ij. è floribus cit. vini albi odoriferi, aquæ rosar. an. ℞ss. succi cit. aut limon;

Rrr 3

atque ferinis provenisse certò credendum, humor enim exustus quandoque talem acquirat pravam & deleteriam naturam, statim veneficos effectus & indicia de se probat. Sic Galen. extremita mera, maligna appellatur, qualia in vomitu porrateo, & dejectionibus crudis ac sincere biliosis, in nostro Patientè observata fuere, unde Phreneticus ab Hipp. descriptus, primo quo decubuit die virulenta vomuit, de quo Gal. ait, in hac Phrenitide, vitiosus humor in corpore coarctatus fuit, veneno lethali assimilatus, à quo lethale repetente apparuit symptoma. Quare, nec nobis mirari sinit, si huiusmodi, aut similibus, in casu nostro presentibus humoribus, febris vehementiæ symptomata quoque jam dicta vehementia accedant, sique ab ingenti calore, primò urina copiosa, sed cruda, ex quadam colliqatione appareant, pulsus celeres, siquentes, valdeque inaequales, nec aded constantes, cum ab eodem calore spiritus & vires resolvantur.

Febris hæc, cum in malignis habeatur, spem tamen salutis omnino non admittit, mediam n. naturam inter salubrem & omnino lethalem servat, namque qui dicit malignam, non infecit necessario mortiferam, nihilominus humorum adustorum apparatus, statim apparens, auctus proculdubio ab igneo calore febrili, eminens & imminens periculum minatur, ne ob exustionis excessum, humores ad concoctionem inepti reddantur, absolutam cruditatem acquirant, sique in urinis, ac reliquis excrementis, signa coctioni contraria insurgant, & agri salutis omnino deplorata evadat. Interim iustemur de aliqua superveniente inflammatione dubitari potest, sanguine à calore fuso, & acrimonia naturæ molesto, ad aliquam interitiam imbecilliore partem ab eadem detruso.

Agenda igitur statim à nobis expensa, recto ordine executioni mandanda. Primò, febrem respiciendo. Secundò, causam. Tertio, symptomata presentia, & emergentia. Quarto, pravam & malignam humorum qualitatem. Ultimò vires.

Primus scopus respicit febrem, nisi enim febrilis calor remittatur, humores & sanguinem ipsam torrefacit, bilem producit, vires labefacit, atque resolvit, & coctiones impedit.

Secundus causam petit, nimirum humores putridos, quorum antecedentes statim sunt minorandi, conjuncti præparandi, sique ad concoctionem disponendi.

Tertius oppugnat symptomata, tum concomitantia, tum emergentia. Concomitantia, vigilias scilicet, capitis dolores, ventriculi & præcordiorum angores, emergentia, deliria imminetia, & viscerum inflammationes.

Quartus spectat pravam, & veneficam humorum qualitatem, quæ quidem, ut nobis incognita, varia ac diversa alexipharmaca postulat, temperata tamen, utpote ab immoderato calore procedens.

Ultimus, viribus totius & cordis dicatus, cordislibus & alimentis, instaurandis.

Quibus intentionibus ut satisfiat, ordo executivus hic esse poterit, ut nocte proximè sequenti præbeatur cassia, cum crem. tart. cui hora transacta, superbibat Patientis ser. capr. aut asinin. depur. ad lb. Nec obstat turbata alvus, nec Gal. auctoritas, quòd si febris fuerit cum profluvio alvi, nullà sit opus evacuatione, eo quippe loco locutus est Gal. de alvi profluvio critico, cum signis coctionis, quod licet non fuerit pro multitudinis modo, stante tamen coctione, spes esse potest, summa cum ratione, fore ut sit sufficiens, utpote ab ipsa natura sponte procedens, cum in casu nostro longe alia sit ratio, quod non à dominante, sed ab irritata natura alvus profluat.

Crassina verò die, vespertinis horis, nonnihil scilicet remissa febre, & secuta convenienti evacuatione,

ne, alvoque subsistente, aliqua, sed parca sanguinis missio locum habere poterit, ex brachio, ad venosi generis calorem ventilandum & remittendum, necnon ad imminetiam aliquam viscerum inflammationem præcavendam: quæ sanguinis eductio, nisi statim usurpetur, antequam vires deficiant, & humorum adustio atque putredo adaugeatur, tardè facta, juxta ac omnia, æquale vitæ periculum inducere posset, omittenda tamen, aut differenda, si sincera bilis vomitus perseveraret, supervenientibus quibusdam ventriculi moribus. Interim observandum, si vigilie, capitisque dolores persistant, ut duo phoenigmi coxis, si fuerit opus, apponantur, & præterea oxyrhodinum futuræ coronali applicetur, ex ol. rosac. nenuph. succo lactucæ, & citri paratum. Inunctiones præterea refrigerantes toti abdomini, ex ung. ros. Mes. erunt adhibendæ.

Alterantia principem in hac febre locum habent, & nisi adeo crudi forent humores, corpus adeo gracile, tempus autumnale, de frigida portione cogitandum esset, quam libenter in huiusmodi febre, post quartam diem propinabat Celsus. Cum autem desint conditiones ejus usum permittentes, ideo eidem alia refrigerantia substituenda, quæ calorem febrilem quidem remittere, ac nativum non obnervare, nec humores peccantes crudiores reddere valeant. Erunt autem ser. capr. aut asin. depur. ad lb. ij. cum ℥. ij. julap. viol. aut rosac. Quòd si diarrhoea, non critica quidem, sed nec symptomatica perseveraret, adeo ut neque cohiberi, nec sollicitari postuleret, eligi poterunt aq. still.

Ut ℥. Aq. de succo acet. lb. ij. aq. scorzon. ℥. ij. succi citri, lim. an. ℥. m. pro pot. in vigore s. b. propinanda, sicut pro sorbitione tribus post horis ab assumpta portione, præbenda decoctio cich. borrag. end. acet. fonci, scabiosæ, melissæ, aut rutæ capr. cum succo acet. depur. vel cum sale acet. quam sorbitionem cibo subsequi debet, aliis quatuor post horis. In progressu verò, remisso nonnihil calore, loco succi acet. julap. acet. decoctioni jam dictæ addi poterit, utpote quod bilem in pituitam, & pituitam in bilem vertat, cum Avic. præterquam quòd exustos humores fermentare, atque attollere, sique ad evacuationem eisdem præparare valeat. Qui ordo procedendi nobis ab Hipp. præscribitur, cum Gal. Et ita excluditur abusus juris, sem. cit. alterati, qui in principio, aut febris augmento passim offerri solet, cujus usu anxietas, ab aestu, & caloris febrilis concentratio Patienti misero prorogantur, sicut abusus quoque, & perversus ordo exhibendi sorbitionem ante portionem omnino rejiciendus.

Symptomata, quibus occurrendum in præsens, sunt vigilie & dolor capitis, quæ nisi ab evacuantiibus, alterantibus, revellentibus, atque topicis remissa fuerint, ad opista leviora erit progrediendum, idque turò, quia calidi peccant humores atque vapores. Præbeatur itaque, vel syr. de papav. ad ℥. j. s. vel laudan. nepenth. à gr. 1. ad gr. 2. sumquam, quo & aqua rosacea dissoluto, nares & tempora illini poterunt. Imminetia verò, quæ præcaveri possunt, inflammationes internæ sunt, quibus alterantibus, divertentibus, ac revellentibus prospectum abundè fuerit.

Ideo consideranda alexipharmaca propria malignitatis, ab intenso calore productæ, quæ in humorum exustione consistit, quælibet enim qualitas, nedum sola caliditas, ubi ad plures gradus adauca fuerit, sapit naturam veneni. Hæc autem, qualitates magis manifestis, vel frigida, vel saltem temperata esse debent, ne exustionem adaugeant. Prærogativam inter hæc solent habere margaritæ præparatæ: sic magist. perlarum: pulvis ossis de corde Cervi: pulvis cornu Rhinoc. sic & corn. car. philosoph. uterque lapis Bezoar. opportunè exhibitus: Crystallus quoque præpar. & pulveriz.

pulveriz. julap. perlatum M. D. omnia quidem in aq. tot. citri, scorzon. addita quoque portione cord. Excellentiss. Saxon.

Extrinsicus cordi linimenta, atque epithemata. Epith. ita.

℞. Aq. viol. ℔. j. rosar. melissæ an. ℔. s. è flor. citri ꝑ. ij. succi lim. ꝑ. ij. diamarg. frig. drach. j. camph. gr. v. m. pro epith. cord. Linim. verò.

℞. Ung. ros. Mel. ꝑ. ij. specier. cord. temper. drach. ij. diamarg. frig. elixir vitæ an. drach. j. succi cit. & lim. an. q. s. m. pro illis cord. poste pith. adhibendo.

Vires tandem sunt diligenter custodiendæ, observando, quòd sicut corpus cacochymum à multo cibo, ita ab exiguo valde læditur. Quare parùm & sæpe Patiens iste erit nutriendus, parùm quidem, quoniam multum non sustinebit virium imbecillitas: sæpius autem, quoniam multus indiget dispositio corruptiva, & hujus corporis raritas atque facilis resolutio, defectus siquidem exigit adjectionem: corruptio verò temperamentum. Sint itaque, ptisana hordeacea, panatellæ, cum emuls. melonum, ova recentia, potissimum succo citri, aut aqua rosar. alterata, infaturans pullæ, ex margaritis paratum: condimenta ex acido citri, aut lim. Porus, aqua stillat. acer, end. cum acido citri, aut lim. & pauco sacch. aspersa. Vinum in progressu erit concedendum, tenue & oligophorum, apparentibus scilicet signis coctionis, vel viribus deficientibus. Hæcque facis pro casu præsentis. *Idem ibidem.*

Maligna Febris Symptomatum ratione.

Generosus Juvenis Mercator, annum agens 25. temperamentis totius, & jecoris, calidi & sicci, mediocri habitus, vini potator egregius, cum hoc ætate tempore, parùm ante canem, iter diurnum, concitatus & dispositus equis, sub radiis solaribus peregrisset, & vina meraciore uberrimè potavisset; tandem dolore capitis & febre correptus decubuit. Hæc autem cum insigni calore incessit, & exigua, die postera, declinatione; perseverante semper capitis universali dolore pungitivo, cum rubore faciei: & venarum oculorum turgentia. Mane sequenti accessit Medicus invenit juvenem acutè febricitantem, cum pulsu celeri, frequenti & duro, urina tenui & flava, siti inexhausta, capitisque dolore acutissimo. Quare statim, imposito clystere refrigerante, sanguinem mediana dextera misit, & hora transacta, calliam cum pulpa tamardorum præscripsit, atque altera transacta hora, serum capr. potandum ad ℔ ij. ptisanam verò pro prandio. Post meridiem febris exacerbari visa est, juxta cum capitis dolore, ideo addidit Excellentiss. Adstrans oxyrrhodinum, ex rosaceo, succo citri & succo lactuæ, bregmati frigidum frequenter repetendum, serum pariter depuratum, pro primo alterante, cum julapio violaceo & rosaceo propinavit, sicut aquam hordeaceam, cum conserva de acido citri, pro secundo. Tertia die summo mane, cum alvus ab assumpta cassia bene respondisset, ex altero brachio sanguinis missione parcam idem Medicus mandavit. At circa meridiem febris multum invaluit, cum intensiori calore & siti, adeo pro alterante præscripsit aquas stillatitias de succo cich. acetosæ & anguriz additis julapiis jam dictis, sicut pro secundo succos depuratos acetosæ & sonci, in eichoraceorum decoctione & interim duo phœnigmos coxis apponendos præcepit. Noctem tamen aeger profusus insomnem duxit, manè verò universalis ictertia effloruit, dolore capitis parumper sedato, cum urina valde flava & crassa, pura linteola tingente. Quarta die, febris non adeo intensè rediit, sed cum die secunda proportionem servavit, circa vespere verò, parùm de naribus nigri sanguinis stillavit, & rursus reperit nocte

qua parum dormivit. Modò in fine quartæ diei nos accessit, ut de agendis consulamus, invenimus jecur nonnihil elevatum ac durum, de quibus omnibus habita fuit hujusmodi consultatio.

Licet error non exiguus in vivendi ratione, à Patiente nostro fuerit commissus, motibus violentis, & diurnis exercitiis sub radiis solaribus, hoc anni tempore ferme sub Cane peractis, accidente præterea vini meraciore uberrimo potu, à quibus equidem, tum jecur magis excalescit, tum tota massa sanguinea biliosior reddi potuerit, nihilominus, biliosum apparatus in eodem antea exticisse proculdubio credendum, si Patiente ætatem, temperamentum totius & jecoris, vitamque anteaquam consideremus, omnia enim ad bilis generationem conspirant. Quare mirum non est, si postrema accedente valida ac vehementi occasione, bilis adacta, & ab aliqua ejusdem crassiori portione, vel ab aliqua quinetiam cruditate occlusa, calorem putridum in venis supra jecur conceperit, & febrem excitaverit, quæ sicut in genere biliosa est, ita in specie tertiana duplex appellari potest, & quidem essentialiter continua, quamvis aliquam proportionem, tertio quoque die respondentem, observare videatur, etenim & febris ardens non sine tertianaria proportionem procedit, à qua quidem parùm hæc declinare videtur, cum intensissimum calorem, & molestissimum sitim secum ducat, quem invasionis modum, adeo vehementem in principio, quodammodo malignum appellare licet, cum qualitas, substantia & quantitas spirituum, & continentium labefactetur, resolvantur vires, & succumbat corpus, ex qua symptomatum intensione, innoscit deleteria aliqua & maligna qualitas, præter spirituum, humorum & solidorum vitium, cum alioquin ex regula, in morbis circa principia & fines omnes imbecilliora esse soleant, & nonnisi invalescente morbo adaugentur symptomata, nunc verò, statim ab initio, sævus capitis dolor invaserit pungitivus, cum aliqua pulsus duritie, rubore faciei & oculorum, qui proinde facile Patientem ipsum ad phrenidem perduxisset, nisi Medicus, repetita sanguinis missione, oxyrrhodino repellente, phœnigmo revellente, aliis retrigerantibus præsto fuisset.

Verum malignitati jam dictæ, à febris vehementia & intensione procedenti, accedit quoque malignitas symptomatum supervenientium ratione, ictertia videlicet ante septimam, necnon meri sanguinis stilla repetita, bilis enim portio quæ caput prebat, & in eodem dolores pungitivos continens excitabat, dum à Medicis, administratis remediis repellentibus, revellentibus à capite revocata fuit, in venoso genere redundans, vi ejusdem irritante, non autem à natura dominante & criticè expellente, ad cutem detrusa fuit, sicque in tempestivè ictertia comparuit, quæ ante septimam, nimirum ante coctionem, nullo modo critica esse potest, expressis Gal. verbis, Nullum abscessum, nedum auriginosum, ante coctionem, critica esse posse: quæ proinde mala ab Hippoc. fuit pronuntiata, nisi forsitan ante septimam cum rigore invaderet, tunc enim morbum solveret. Quare pravum & malignum symptomata censendum fuerit, potissimum cum hepar tumens atque durum, tactu ipso percipiatur, incipientis inflammationis in hac acuta febre indicio. Sic maligna quoque stilla meri sanguinis, quia significat quòd natura quidem cupiat quod superfluum est excernere: sed ob propriam imbecillitatem id nequeat assequi, vel propter sanguinis crassitiam, vel propter facultatis imbecillitatem, vel propter partium densitatem, vel tandem, propter omnium concursum. Quare dicebat Hippoc. quòd quibus ritè & largiter sanguis per nares erumpebat, maxime servabantur, nec ullum vidit mortuum. Philiscus verò, Epaminon & Silenus, quibus quarto aut quinto die parùm de naribus stillavit, mortem obierunt.

obierunt. Ideo nonnulli malignissimum symptoma superveniens hoc nuncupari potest, unde & febris, ratione symptomatum, maligna censenda.

Febris hæc, utpote magna, ratione propriæ essentiae magnificanda, vel eâ imprimis ratione quod statim ab initio pravis symptomatibus sit stipata; severissimam quippe febrem, ejusque eventum exitialem non raro observavimus. Sicut enim simplicissimæ febres, signis firmatæ securissimis, tuto & citò solvuntur, ita terretinæ, ac signis affligentes difficillimis, citò interimunt, ut docebat Hippoc. Augetur adhuc periculum à symptomatibus, non solum concomitantibus, ut diximus, verum etiam mox apparentibus, quorum ratione maligna hæc febris constituenda. Primò enim icteritia ante septimam omninò lethalis esse solet, nisi à jecoris fervore & copiâ bilis proveniat, ut observavit Gal. vel, nisi superveniat trium evacuationum aliqua, per hæmorrhagiam scilicet per alvum, aut per urinam, unde Hermogenes, sexta die auriginosus evadit, Heraclides apud Aristoclidem, sexta auriginosus factus, vicesima judicatus est, quia omnes jam dictas habuit evacuationes, secus autem Phanagoreon servus, cui cum nulla ex jam dictis evacuationibus contigisset, perit. Sed his accedit stilla sanguinis meri, quæ ferè semper mortem portendit. Attamen, quoniam Patiens juvenis est, viribusque satis robustis, salus deploranda non est, cum natura hucusque à Medico aptissime & tempestive aliqua & sublevata, dictarum evacuationum aliquam facillè Medici possit, in septima.

Ad quas nos interim eadem invitare & sollicitare debemus. Primò humores leviter ad alvum & urinam ducendo. Secundò eosdem ad concoctionem præparando. Tertio, calorem febrilem, utpote intensam, remittendo. Quarto jecoris vias refrigerantibus aperiendo. Quintò, vires cordis & totius conservando.

Quibus intentionibus hucusque satisfacere optimè tentavit Vir Excellentiss. Aditans, etenim in fonte Chirurgico, repetita sanguinis missione febrilem calorem intensissimum remittere tentavit, capitisque dolori occurrit, sicque imminentem phrenitidem intercept, quam, cum dolore, pulsus quoque durus minabatur. Ita docet Hippoc. Ut capitis dolorem sedes, sanguinem de venis detrahit. In eundem finem, oxorrhodium repellens frigidum apponendum præcepit, & phoenigos coxis applicandos. Quare ab hoc fonte alia non supersunt de promenda præsidia, præter clysteres refrigerantes & humectantes, ex lacte, butyro & saccharo, vel ex decoct. malv. viol. hord. cum ol. viol. & rosac. & naribus fomenta ex aqua tepida, vel ejusdem aquæ tepidæ malva alteratæ, attractio per nares, ad hæmorrhagiam proliciendam.

Ex fonte Pharmaceutico sunt desumenda, alvum, & urinam leniter moventia, præparantia, refrigerantia, nonnulla aperiencia.

Alvum & urinam simul leniter movere poterit flos cass. ad drach. ij. bis per diem, sub prandium & cenam oblatus. Urinam quoque movebit sal prunellæ, in aqua de succo cichor. & acet. ad ℥ ij. dissolutus, sicuti utrumque, crem. tart. in pollinem tenuissimum redactus, exigua quantitate, ad drach. ij. scilicet exhibitus. Alvum quoque leniter ciere poterit julap. acet. ad ℥ iij. in ℥ ij. feri capt. depur. quibus jam dictis propositis intentionibus satisfieri poterit, præsertim si secundi alterantis loco, instituat decoct. cich. end. acet. sonchi, hepaticæ, additis syrupis de acido citri, de succo lim.

Quibus opportunè administratis, si aliqua succedat ex jam dictis evacuatio, quæ natura verget, per loca conferentia & convenientia, eò ducere conveniet, sive per alvum, sive per urinam, sive nares,

quæ sic perfectè operabitur. Quæ judicantur, & judicata sunt integrè, neque movere quicquam, neque innovare oportet, sed sinere. Spes enim, quæ in argulto posita, in aliqua jam dictarum evacuationum omninò collocata est.

Tandem, vires cordis conservare aliquo temperato cardiaco licebit, ut margaritis præparatis, magist. earundem, cum aquis temperatis scorzon. totius cit. de succo acet.

Vires autem totius, alimentis refrigerantibus, & humectantibus, facilis coctionis & distributionis, erunt conservandæ, quæ liquida potius, quàm solida sint, cum facilius sit impleri potu quàm cibo; inclinè autem victus ratio ad tenuem potum, moderatè tamen habitâ consuetudinis & anni temporis ratione. Potus sit aqua cich. vel acet. Quæ pro casu præsentis, dicta satis. Idem ibidem.

Febris Peticularis.

Mulier Nobiliss. 25. annum agens, temperamentum totius & jecoris, calidi & humidum, sedentariam vitam degans, superioribus annis fecunda, modò abhinc tribus infecunda, post austrinas aëris constitutiones, cum ruri, non longè à stagnantibus aquis diu morata fuisset, & alimentis indiscriminatis, crassi potius & mali succi nutrita, in urbem redox, non multos dies, hoc autumnali tempore, incidit in febrem acutam, cui, cum quadam horripilatione, ab initio calor successit intensus, cum lassitudine totius corporis, oculorum rubedine, & capitis gravitate, in ipsius febris progressu. Vocatus fuit Medicus domesticus, qui mane sequenti vix ullam declinationem ejusdem observare potuit, licet ante meridiem exacerbari visa fuerit. Modò, horis vespertinis, ad consultationem accessit, invenimus Patientem acute febricitantem, facie rubra, cum oculorum rubedine, & maculis, pectore, & brachiis potissimum, necnon & dorso quoque efflorescentibus, quarum aliqua superficialis tantum, plurimum rubri, aliqua tamen etiam violacei coloris, alia nonnulla quoque extruberantes, & ad tactum asperæ, colorisque flavi. Instant menstruæ purgationes, quæ ipsi imminutæ esse solent. Pulsus frequentes, valde inæquales & parvi. Urinæ potius rubri quàm flavi coloris, sed valde obscure; crassæ & ferè turbidæ. In quo casu loquuti sumus.

Licet hanc febrem synocham nobis patefaciant unica accessio, hucusque observata, rubra facies, cum oculorum rubedine, totius lassitudo quodammodo phlegmonosa, capitis gravitas, pulsus frequentes, urinæ rubræ, crassæ & ferè turbidæ, eandemque confirmant, totius & jecoris temperamentum calidum & humidum, necnon retenti sanguinis redundantia, nihilominus cum ad cutem statim, diversi coloris, & variæ conditionis maculae & efflorescentiæ apparuerint, peticularem, sive petichialem appellari posse credimus, à nonnullis etiam purpuratam, atque in Regno Chinorum, febricam nominatam, à symptomate scilicet, sicut singultuosa à singultu, & syncopalis à syncope denominari solet. Ab una tamen eademque causa, febris & periculæ procedunt, sanguine nimirum in venis maximis putrefacto, cujus putredo insignis & excellentens censenda est, adeò ut sanguis ipse propriam consistentiam, & naturalem unitatem amiserit, & liquatus ad cutem facillè ab irritata natura expelli poterit; cui, quoniam aliqua portio ejusdem necnon biliosi humoris, non adeò corrupta associatur, idè periculæ quoque, non modò violaceæ, verum etiam rubræ in cute apparere, necnon eminentiæ quædam, à bilioso humore productæ, exanthematis dictæ,

diæ, sicut, si humor crassior fuisset, totumque corpus magis densum, papule, eminentiæ scilicet majores, varis similes apparuissent, ut in Sileno. Peticulas autem antiquioribus notas fuisse habemus ex Hippoc. qui maculas observavit in phœcida, cuculorum moribus similes, licet ex medicinæ principibus Græcis, solus Actuarius de iisdem loquutus fuerit. Rarum autem de his mentionem fecerunt antiqui, quidquid dicat Fracast. qui ab anno tantum 1505. in Italia observatas fuisse valuit, quia parum aut nihil ad morbi curationem faciebant, non enim habent rationem indicantis aut prohibentis, quia non est per accidens, non potest indicare, nec prohibere id quod est per se. Quare si sub nostram considerationem veniant, ut signum considerandæ, copiosi scilicet fusi & corrupti sanguinis, cujus corruptionis major vel minor intentio arguitur ab illarum colore, rubræ enim à solo sanguine, etiam ebulliente provenire possunt, sicut flavæ, ab eodem in bilem converso, violacæ à corrupto; & nigræ, ab intensiori adhuc putredine procedunt. Quam corruptionem nobis significare potest pulsus, si non modo parvus, verum & languidus fuerit, urinae item non modo obscuræ & crassæ, verum etiam turbidæ & omnino confusæ.

Insignem verò putredinem contraxit Nobil. Mulier in sanguinis massa, tum ob ejusdem copiam, superioribus annis fecunda, nunc verò sterilis, atque imminutè singulo mense purgata, tum ab austera constitutione præterita, necnon quia pseudosa loca diutius habitavit, & pravis alimentis nutritrix, sedentariam vitam duxit. A quibus omnibus causis, sanguis adaugeri, & putredini atque corruptioni aptus reddi potuit, & peticularis hujus febris auctor fieri.

Quamvis hæc febris à fuso & corrupto sanguine, absque venefica qualitate nonnunquam fiat, de hac tamen, in casu præsentis, dubitari potest, cum peticula violacæ plures observentur, color autem non parum faciat ad sanguinis corruptionem dignoscendam. Unde Critoni in pede secundo die pustulæ nigræ visæ sunt, eodemque die obiit. Sileno autem, quia papulæ octavo die rubentes apparuerunt, ad undecimam ejusdem fuit protractus interitus. Nobis itaque statuendum putredinem insignem adfuisse in casu nostro, quæ tamen adhuc veneficam qualitatem non contraxerit, quia pulsus, licet parvi & oppressi, non tamen languidi sunt, & præterea, quia non omnes maculæ violacæ, minus verò nigræ in cute apparent, quanquam febris principium adsit, quæ juxta eum ejusdem causæ, aut extensivè, aut intensivè, aut utroque modo augmentum necessario susceptura sit, unde periculi plena. Et quoniam inter omnino lethales & salutare reponenda est, ideo non desperata salute, ejusdem curatio intrepidè est aggradienda.

Quæ perspicua erit evacuantibus, alterantibus intensiorem putredinem inhibentibus, cardiacis alexipharmacis, & vires totius conservantibus.

Et in fonte Chirurgico, præ omnibus consideranda venit sanguinis missio, peccat enim sanguis, tum quantitate, tum substantia, quia multus & putridus est. Quare de indicante non est dubitandum, sicut neque de permittente, cum in principio pulsus parvi oppressionem, non virium resolutionem significare possint. De prohibente dubitari solet à Medicinæ Professoribus, sive, ut proprius loquar, à vulgaribus Medicis ob apparentes maculas, sive peticulas, motu veluti natura critico, cum tamen primò vix concedi possit, quocumque tempore, confertam peticularum eruptionem febrem judicare posse, minus verò, aut nullo modo, in principio, ante signa coctionis, cum decernentia in me-

lius non statim appareant. Quare ut corrupti sanguinis signum, non ut causa à nobis sunt considerandæ, & ideo sanguinis missionem prohibere minime valent, quinimo, si indicandi aut prohibendi vim obtinerent, sanguinis missionem potius indicarent, quam prohiberent. Educatur itaque sanguis, in casu præsentis, antequam vires deficient & sanguis majorem putredinem nanciscatur, injecto tamen prius clystere, ex saphena, cum menses immineant, & quidem moderata quantitate. Verum, sicut proculdubio sanguis mitti potest in principio, non tamen adeo tutò id licet in progressu, non quidem ratione pericularum prohibentium, sed ratione virium non permittentium, dum enim insignis in sanguine evadit corruptio, deficient spiritus, concidunt vires, sicque deest permittens, unde mos invaluit, ut in hujusmodi febre, alii post quartam, alii post tertiam diem jure merito à venæ sectione abstineant. In hujusmodi namque casibus miratur quoque Galien. quòd Hippocrat. ab initio venam non secuerit, quòd tamen excusat quòd forsitan accersitus fuerit, morbo jam progresso. Et licet Amatus Luitanus sanguinem ex vena, etiam decima die eduxerit, facile maculæ illæ rubræ, non verò pravæ conditionis fuerant.

In progressu, si aliquis sudor appareat, adeò ut natura ipsa dominatrix, non irritata, ad cutem moveat, cucurbitulæ scarificatæ applicandæ erunt, non spatulis, sed lumbis, & infra, ut à partibus nobilioribus quam longissimè materia abducatur, & revellatur. Sic observabat Orbasius ex Galien. quinimò & coxis ipsis, & suris, menstruæ purgationes imminutæ prodierint. Frictiones quoque fieri solent, inunctione Aëni manibus pertulis, & si aliqua pars princeps magnopere afficiatur, phœnigmi quoque, coxis primò, mox etiam brachiis erunt admovendi, necnon clysteres molliores opportunè injiciendi.

Interim primæ viæ expiandæ syr. ros. & viol. sol. flore cass. cum crem. tart. superpræbendo ser. depur. aut aquam Nocer. ad ʒss. vel ij. quòd si cassia repetenda fuerit, eidem modicum scordii addendum. Remittendus febrilis calor aquis still. ex succo cich. & acet. cum syr. de acido citri, & de succo lim. Pro secundo alterante, paratur succus depur. acet. vel præbeatyr syr. de succo acet. cum modico succi citri, in decoct. cich. borrag. pentaphylli, sive tormentillæ, & rutæ caprarie, addito in progressu julep. acetoso.

Uteriorem putredinem, inhibere poterunt frigida, & sicca, tenuium partium, ut sunt succi acidi jam dicti, citri & lim. spir. vitri. pulv. margarit. præpar. bolus armena, tinctura corallor. & hujusmodi alia. Alexipharmaca, & cardiaca debent esse hujus conditionis, quæ febrilem calorem non augeant, ut emulsio sem. napi, decoctio acetosæ, card. sanct. rutæ capr. tormentillæ, pentaphylli, & potissimum in usum ducenda cardiaca diaphoretica, in quibus primum locum obtinebit lapis bezoar uterque, lapis hystricis contrayervæ, ol. sulphuris, ad gur. vii. & viii. benignius enim censendum ol. virioli. Inter composita verò præpoller aqua cord. præclariss. Sax. efficac. quoque cord. Fonscæ, ad ʒss. in aquis cord. exhibendum, nec spernendus quoque pulv. à Fracastor. ita descriptus:

℞. Terræ lemnæ, boli armeni, tormentillæ, dii, cornu rhinocerotis, vel ossis de corde cervi ana drach. j. m. Dosis drach. j. in aquis cord. insignis quinetiam efficacitæ è nobis comperta fuit confectio alkermes legitimè parata.

Extrinsicè cor illinatur, vel aqua à Fonscæ descripta, vel ol. de scorpionibus Matthioli, succo citri dissoluto.

Viros quoque totius sunt congrua viciss. ratione confer-

conservandæ. Sic sër sit quidem frigidus, adeò ut Patiens inspiret frigidum, sed tangat calidum. Alimenta sint refrigerantia, ut prisana hordeacea, panatellæ, cum emuls. sem. melonum ova recentia, infantia pullæ, cibisque parùm & sæpe offeratur, humorum enim malignitatem demulcente solet, & spiritus frequentius instaurare, qui insigni sanguinis corruptione defecere solent. Potus sit aqua hord. succ. citri aketata, nec vinum concedatur, nisi ob insignem humorum corruptelam atque malignitatem vires deficiant, tunc enim corruptioni resistere, & vires feliciter valet. Sic autem tenue, oligophorum. Quæ pro hac curanda febre, dicta sãnt. *Idem ibidem.*

Febris Colliquativa.

Nobilis Juvenis, 35. annum ægens, temperamentum secundum totum, calidi & humidum, calidioris tamen hepatis, mediocri habitus; fructibus copiosis affectos, cibis condiendis aromatibus usus, & vina meraciora bibens hoc tempore æstivo, febre acutissima correptus est, cum ardenti calore & siti incompehensibili, quæ tertio quoque die obscuras quasdam exacerbationes habuisse visa est. Medicus ætæ ferus, syr. ros. ventri solvendo exhibuit, cum ferro copioso superhausto, inde sanguinem ex jecoria detrahit, & potiones refrigerantes præbuit. Quarta autem die alvus sponte soluta est, cum evacuatione excrementi crudi, liquidi, sincere biliosi atque spumosi, quæ quinquies, & interdum sexties, usque ad septimam perseveravit, septima verò urine mullæ apparuerunt, post rationem atque mensuram excedentes, & undecimâ oleosa observata urina, cum supernatante nimium pinguedine, ad instar telæ aranearum, perseverante tamen semper alvi excretionem, quotidie magis magisque graveolente, nonnunquam pingui, & strigentorum speciem referente. Patientis interim totum corpus emaciatur apparet, plasquam ratio postuler: febris perseverat acuta, lingua aspera, sicca cum vigiliis; & nonnunquam mentis alienatione. Modò nos de agendis pro salute consulit.

Febrem, quæ ab initio Patientem Nob. corripuit, ardentem fuisse existimandum, quia ardentis duo pathognomonica signa, eandem concomitantia, statim ab quarta initio apparuerunt, calor nimium exurens & inexhausta sitis, cui, quoniam die supervenerunt crudæ, liquidæ, sinceræ, spumosæ atque biliosæ excretiones, non conferentes, nec ullum unquam iudicium facientes, & in septima urine copiosæ, cum supernatante pinguedine, colliquationis indicio, apparere: colliquativam febrem eandem factam fuisse certò credimus, quam alvi excrementa confirmant, quæ primò sincerè biliosa atque spumosa apparuerunt, ac tandem graveolentia, pinguis, atque strigenti specie. Hæc autem colliquatio non à malignitate humorum, sed à vi caloris febrilis, seu à magnitudine febris provenire solet, ut consideravit Gal. cujus caloris causa, non solum fervido jecori imputandæ, verùm & vitæ antea, nimium frequenti omnigeno fructuum usui, qui facillime bilefcere solent, multò verò magis ob aromata, nec non meri potum. Quæ omnia, tantum in jecore & toto venoso genere fervorem excitant, ut non solum biliosissimus sanguis genitus fuerit, verùm & ipsa flava bilis excrementaria copiosa, quæ in venis magnis, cum corde & faucibus consentium habentibus, putrescens, mediante prohibita transpiratione, ardentem febrem produxit, ut patet, non solum ex duobus jam dictis signis, verùm ex lingua aspera, sicca, ut & mentis alienatione. Hæc autem viscerum, & venarum effervescencia, quæ neque sangui-

nismissione, neque potionibus refrigerantibus cedere potuit, humores non solum, verùm & adipem atque pinguedinem colliquandi vim obtinuit, quod excrementa & nitida totius corporis consumptio facile producit, atque hinc colliquativa ipsa febris facta fuit.

Quibus duplici nomine periculosa est. Primò quia citò interficere potest, ut acuta, ubi enim biliosorum humorum dejectio, hypochondriorum fervorem non extinguit, maleficam eam febrem appellabat Galen, cujus acutæ quoque superata, rabis tamen adhuc periculum adest; ideo Parium in Thaso, acuta febre correptum, cui sexta die urina oleosa apparuit, & 120. die obiit, tabidum forsitan atque consumptum obiisse crediderunt alii.

Omni arte itaque atque industria Patientem à febre acuta vindicandum, & interim ulterior colliquatio inhibenda. Quibus scopis satisfaciendum summè refrigerantibus & humectantibus, corruptos humores evacuantibus, in progressu humectantibus substantiis, incrassantibus, & quodammodo adstringentibus.

Pro quibus explendis intentionibus, frigida potio principem locum habere videtur, tum ratione febris ardentis, tum ratione ejusdem colliquativæ: sicut enim mullæ potio adversissima, ita utilissima potio frigida frigidam quoque in casu nostro proponunt Aët. Paul. & Orib. & ratio est, quoniam ardenti calore febrili, simulque colliquanti, remediò est. Unde Gal. omnes conditiones ad frigidam potionem requisitas, ad tres redegit, ad vires scilicet valentes, signa coctionis, & ardentissimam febrem, quæ postrema conditio se habet loco indicantis, vires permittentis, ut coctio, prohibentis, in hoc autem casu de indicante & permittente non est quod dubitemus. Et licet prohibens dubio vacare non videatur, quoniam tamen vehementissimo calore febrili non remisso, signa coctionis apparere posse, si non impossibile, difficillimum saltem videtur, idèò non apparentibus etiam manifestis signis coctionis, frigida statim à nobis est: exemplo Averr. qui frigidam propinabat non expectata coctione, æger liquidem, dicebat ipse, mori potest ante coctionem exsiccatum, nos autem dicamus, colliquans atque consumptus. Præbeatur itaque, sed non adeo copiosa ut possit calorem nativum obnoscere, ad lb. scilicet v. vel vi. summum, sequentibus verò diebus, substituantur aq. stillat. ex succo cich. acet. end. & in progressu quoque, plantaginis, pro alterante primo, pro secundo verò præbeantur succi depur. end. & acet. in decoct. cich. end. viol. acet. hepaticæ.

Interim extrinsecus quoque visceribus epithemata refrigerantia apponantur cordi.

℞. Aq. viol. nymphæ, acet. rosar. an. lb. species diamarg. frigid. drag. ij. camphoræ gr. vi. succi citri ℥ij. acet. ros. ℥ib. m. pro epith. cordis. Pro jecore:

℞. Succo cichor. depur. lb. j. fenci, lactuce an. lb. species trium santal. drach. iij. succi, citri acet. ros. an. ℥ij. m. pro epith. jecoris. Totum verò abdomen illinatur ungu. ros. Mes.

Quòd si aliquis excrementorum major desideretur evacuatio, præberi poterit cass. cum pulp. tamarind. an. drach. iij. cui mox superhibat aquam Nocei aut serum depur. sed facile sola aqua hordeacea aut serum depuratum utpote nitrosum, sufficere poterunt.

Colliquationis quoque progressus est inhibendus, in quem siem terra sigillata, vera atque legitima, insignem prærogativam habere solet, ad scop. j. cum aquæ plantag. aut portul. portione exhibenda, sic & bolus armena pallida.

A pro-

A proprietate verò agere dicuntur, pulvis smargadi, ad gr. x. præparati, in aqua plantag. & succo cydon. exhibitus.

Quibus addenda victus ratio refrigerans & humectans, ac mediocris, non tenuis, non crassa, ardente febre perseverante, qua cedente, minus refrigerans, & magis substantiè humectans atque in crassans locum habebit: sic panatellæ convenient, cum emuls. amygdal. dulc. sem. melon. & nucleorum pineorum, ova recentia semicocta, cum toto albumine sumpta, jura gallinarum, foliis lactucæ quandoque alterata, quibus aliquando addatur quoque pes aut portio capitis vitulini. Instaurans paretur cum corallis, margaritis. Et tandem remissa, aut omnino sublata febre, corpus totum jam emaciatum, ad usum lactis ducendum, & ex eodem edulia concedenda, observando interim, quòd durante colliquatione alimenta omnia, non calida, sed tepida, imò etiam frigida exhibeantur. Potus sit aqua still. acet. stillarum pulli, quibus addi poterit aliquod cochlear succi cydon. vel granat. cui tandem aquæ immiseri poterit vinum austerum, tenue & oligophorum. Quæ satis pro præsentī febre. *Idem ibidem.*

Febris Hungarica.

Hungarus quidam Nob. nec minus eruditus quàm dives, Patavium accedens cum aliis sodalibus, à nobis consilium petit quoniam modo se totamque Nobilissimam familiam, à quadam febre, secundo quolibet aut tertio anno ferè totam Provinciam Hungaricam invadente, tueri & liberari posset, multos enim occidere solet, licet plures quoque ab eadem evadant. Febris autem ab eodem ita fuit descripta. Hæc potissimum invadit post austrinas atque pluviosas anni constitutiones, atque fluminum inundationes, & multos eodem tempore eodemque modo affligere solet, invadit magna ex parte juvenes, plethorici habitus & sanguine repletos, cum horripilationibus in principio, quibus succedit calor multus, nec adeo suavis, sed potius acris & intensior, magisque intus quàm extra, cum molestissima siti. Pulsus sunt frequentes, potius molles, ab initio quoque magni, qui tamen progressu dierum, à quarta scilicet, parvi à Medicis percipiuntur. Urinæ rubræ & turbæ, rubedo adest oculorum, cum acutissimo capitis dolore, & delirio nonnunquam, cum totius lassitudinis tensiva, ac oris ventriculi dolore, non sine aliqua duritie. Febricitantibus missio sanguinis, sicuti ante quartam plurimum prodesse solet, ita post eam, multos è vestigio de medio tollit. Terminatur autem, ut plurimum circa septimam, sive ad salutem, sive ad mortem. Qui servantur, sudoribus disfluunt, & nonnunquam tumore quodam, vel pustulis corpore erumpentibus, aut post aures, quibus tamen tardius sanitati restituuntur.

Vir Nobiliss. Tutelam ab hac febre, seu præservationem non adeo facile consequi poteris, cum sit morbus regionis, qui Endemius quoque sive Patrius, seu Vernaculus appellari solet, febris Hungarica, à Recentioribus dictas, plurimos enim uno eodemque tempore, eodemque modo, in hac tua regione invadere solet, qui quoniam à causi communi originem trahit, hæc difficulter ab incolis evitari potest; aliqua tamen ad hujus præservationem recensere, abs re profus non fuerit.

Et primò, aer cubiculi suffitu alteretur, ex aqua rosacea, sanctalis citrinis, ligno aloës, corticibus citri, cinnamom. & camphora parato. Totum corpus, vestitus ac lintheamina, nitida omnia, & à sordibus immunia, serventur, aerque nubilus, & potissimum

caliginosus, summo mane, & horis vespertinis arceus, præsertim verò si austrina fuerit constitutio, & prægressæ aut præsentis inundationes.

Secundò, inter condimenta ciborum, aromata non adeo ubertim usurpanda, nec meri fecundi calices hauriendi.

Tertiò, parcè, & nonnisi nocturno tempore somno indulgendum.

Quartò, corpus quàm maxime, ante cibum præsertim exercendum.

Quintò, si alvus sponte non bene respondeat, crem. tart. ex jure, corticibus citri, vel cinnam. alterato, dissoluto, sollicitanda, & plethorica corpora, Vere saltem, sanguinis missione evacuanda.

Ultimò, animum exerceant, nè cum ingenio, torpeat quoque calor innatus.

Pro curatione autem hujus febris, consideranda veniunt ejusdem Idea & Cause, ut ab iis indicationes pro medela desumi possint. Febris igitur, synochos putrida biliosa erit statuenda, quam abundè attestari possunt pulsus frequentes quidem, sed quodammodo molles, & in principio magni: urinæ rubræ & turbæ, sed præterea oculorum rubedo, necnon capitis dolor, ac tandem, quia corpora plethorica corripere solet, quæ sanguinis missione opportunè administrata, levantur ac liberantur. Hæc tamen legitima synochos non est, sed quodammodo biliosa, & ideo pulsus non adeo pleni, magni & molles in progressu observantur, dolor capitis pungitivus potius adest quàm gravativus: quinimò, & à biliosis tum vaporibus tum humoribus caput calefacientibus, deliria quoque excitantur, sitis molestior quàm in legitima synocho ægros molestat, & lassitudo, quæ in synocho phlegmonosa esse consuevit, in hac tensiva, mista nimirum ex phlegmonosa & ulcerosa se prodit, sicut à bilioso sanguine, per venas ad coronariam perveniente, ventriculi fit tensio dolorosa.

Verum quoniam peracuta est, septima namque die, ut plurimum interficit aut liberat Pat. Præterea, quoniam plures occidit, & cito vires prostermit, pulsusque parvos ac languidos reddit, & nonnunquam per pustulas, papulas, aliosque tumores, decubitus facit, ideo maligna non solum, sed quodammodo pestilentialis quoque, sine peste tamen censenda erit. Quare à sanguinis corruptione in venis maximis & cordi proximis provenire eam credimus, qui insignem & excellentem putredinem adipiscitur, à multis cibis, iisque pinguibus & pravi succi, est enim piscivora gens illa, præterea melones, cucumeres uberrimè comedunt, vinaque meraciora divites, aquam verò pauperes bibunt, æstate potius lulentam, quia frigida est, quàm Dnubianam, quia calida. Ab his autem omnibus sanguinis quidem proventus, verum & ad putredinem idonei, eoque facilius accedente aromatum & vini meracioris frequenti & copioso usu, adactus enim & præternaturalis redditus calor, in humidum non naturaliter agens, illud ipsum corrumpere, atque intense putrefacere potest, corruptio autem optimi pessima, quæ non solum intensive, sed extensive quoque ultrò progressa, aded massam sanguineam inficit, atque corrumpit, ut spirituum brevi temporis spatio instaurationem prohibeat, sicque post quartam vires concidant, &eductio sanguinis prohibeatur. Quòd si vires alicui satis vegetæ fuerint, corrupti & venenati humores ab expultrice facultate ad ambitum corporis per sudorem expellantur, eoque facilius si tenues fuerint, quibus crassioribus, nec facultate adeo valida præditis, abscessos sunt, pustulis, aut tumoribus aliis, per varias corporis partes erumpentibus.

Jam

Jam autem observatum fuit febricitantes illos evadere, quibus copiosi sudores, vel abscessus putridi superveniunt, quod Gal. quoque non præterit. Sicut servari quoque possunt per abscessus ad stranguriam qui non per decubitus sed per effluxionem fieri dicuntur, quibus urinæ copiosæ, crassæ, variæ, rubentes, veluti & purulentæ, cum dolore fluunt.

Statim itaque tentanda curatio, naturam gravatam sublevando, veneficæ qualitati occurrendo, ulteriorem putredinem inhibendo, spiritus & vires conservando, febrilem calorem remittendo, atque symptomatibus occurrendo.

Quibus intentionibus ut satisfaciamus, statim à fonte Chirurgico, injecto clystere sanguinis missio petenda est, monet enim Celsus in hac febre, etiam cum aliqua temeritate remedia esse adhibenda, statuitque optimum esse sanguinem mittere, si vires consent, adest enim plenitudo in venis, & natura à sarcina exonerata, facilius quod reliquum est ejicit & vincit, parcius tamen debet esse sanguinis evacuatio, ob veneni præsentiam, & habita virium futurarum ratione. Locus autem sit vena pedis, ut fiat à capite revulsio, Gal. exemplo, qui in febre pestilenti, per crurum scarificationes libram sanguinis sibi mitti iussit. Quod si vires non adeo consent, ob ætatis conditionem, aut febris progressum, venæ sedales aperiantur.

Quarta transacta die, frictions asperæ convenire possunt, sicut & curbitulæ siccæ, quimo & scarificatæ, sanguine redundante, & constantibus viribus. Applicentur autem non solis infernis partibus, ut quibusdam consuetum, verum & dorso, cum non ad profunda, sed à profundis attrahant, omittantur tamen si abscessus quispiam ad aliquam partem apparere inceperit. Phœnigmi quatuor coxis & brachiis apponendi, ratione revulsiois à capite & revulsiois atque derivationis à corde & à ventriculo. Oxyrrhodina capiti repellentia apponenda, ex rosac. & aceto ros. parata. Ventriculus præterea ung. ros. Mef. illinendus, & tandem, oleo amygdalino exiguo, rosac. immisso perfundendus.

A fonte pharmaceutico reliqua sunt defamenda remedia. Et si primo de evacuantibus loquamur, quidam misso sanguine, & apparente humorum turgentia, ad cor potissimum, purgans exhibent medicamentum, ut elect. de succo rosar. vel ros. Mef. cum flore cassiæ, sero copioso super epoto. Verum hoc magna indiget præmeditatione, ideo Celsus, in hujusmodi febre curanda, dicebat: Non facile sanguinem mittere: non facile ducere alvum: non cruciare vigilia, fame, aut nimia siti convenit. Quod si purgans præbendum videatur, id fiat die secundo, aut summum, tertio; primo quoniam ultra secundum diem humores non amplius turgere solent, & præterea, quoniam progrediente putredine, vires deficient, unde dicebat quidam: Cui vita chara est, transacto tertio die à purgatione, omnino à sanguinis missione abstineat. Leniens itaque juxta regulam offeratur, ex flor. cass. tart. & pulv. scordii, aut granis mercurii dulcificati, cui superbibat serum, vel aquam Nocerianam. Ulteriorem putredinem prohibentia erunt frigida & sicca, ut succus citri, lim. in aliqua decoctione, nimir. cich. acet. tormentillæ, pimpinellæ, cardui sancti, melissæ, opportuno tempore præbenda. Statim pariter varia alexipharmaca, ve-

Tom. II.

neficam qualitatem oppugnantis; sunt in usum ducenda.

Ut \mathcal{V} . Semin. napi, citri an. drach. j. cornu. Cer. off. de corde Cerv. zedoariæ an. drach. s. m. cujus dosis est drachma una, in aqua cord. Sax. & card. sancti. Robustioribus verò convenit decoct. scordii, card. sancti, in aqua acetosæ & rutæ caprariz. Quarta transacta die, alexipharmaca diaphoretica opportuna erunt, ut humores à centro ad circumferentiam facilius proliciantur, sudoribus enim frequenter levari solent ipsi Patiente. Ideò hujusmodi pulvis in exigua licet febris remissione observata, exhibendus.

Ut \mathcal{V} . Corn. Cer. scil. præpar. drach. j. lapid. bezoar. orient. \mathcal{D} . j. m. pro duabus vicibus, & in aqua card. sancti, & scorz. exhibeatur, cui addi quoque poterit aquæ sulphuris gut. j. Conferre item poterit extractum contrayervæ, ad drach. s. vel \mathcal{D} ij, eidem additis bezoar. orient. gr. viii. cui superbibat Patiens cyathum aq. icorz. & card. sancti.

Interim observanda erit naturæ propensio, ne obnitamur ejusdem proclivitati, licet enim plurimum, in hisce febribus, ad ambitum corporis vergat, quandoque tamen movet ad alvum vel urinam, & frequentius ad aliquam partem abscessus facit, tuncque quò vergit, eò ducere convenit.

Neque negligenda febrilis caloris remissio, & humorum calidorum contemperatio. Ubi enim turget effervescentia febrilis, Celsus in hisce febribus frigidam quoque potionem exhibebat; transacta tamen tertia die, & expectata aliqua humorum coctione. Nos verò libenter eandem omittimus, ob virium imbecillitatem, ac caloris nativi labefactionem, ob veneni præsentiam, qui facile obrueretur; quæ præterea prohibetur à ventriculi dolore, non sine tumore. Quare tutiorem censemus usum aquar. stillatitiar. refrigerantium, de succo acet. end. cum syrup. de acido citri, vel de succo lim. aut julap. ros. & viol. sicut & succi depur. acet. endiv. in decoct. borrag. hepaticæ, melissæ & rutæ caprariz, pro secundo alterante præberi poterunt.

Tandem spiritus instaurare, & vires conservare oportet. Sic patetur in vase vitreo liquor odoratus, ex aqua ros. & flor. citri, addita per exigua aceti ros. portione: vel aqua rosac. infundantur cort. citr. recentis, & acetum rosatum. Patetur præterea liquor ex aqua scorz. & julep. gemmato vulgari aut M. D. Etruriz, cujus haustus per intervalla à Patiente sumatur.

Vires tandem sunt omni industria conservandæ, ita ut æger parum & sæpe nutriatur, non verò gravetur; & ideò patetur instaurans pulv. addito pulvere margarit. præpar. In usu sint ova recentia, in jure dissoluta, cui injiciatur quandoque cochlear aq. rosacæ, vel succi citri, vel omnia simul. Pusana hordeacea diluta convenientissima erit. Et pro potu consueto, aq. stillat. de succo acet. cum acido citri, aut lim. vel cum julap. item aqua secunda præclariss. Sax. vel tinctura rosar. cum aqua acetosæ parat. & succo lim. extracta. Hæcque, tum pro præservatione, tum pro curatione hujus febris dicta satis. *Idem ibidem.*

Sff

Febris

Febris Anglica.

Medicus quidam Juvenis, qui magnam partem orbis perlustrare decreverat, cum ad Belgas autumnali tempore pervenisset, in febricitantium magnum numerum incidit, & quidem febribus quæ omnes uniformes & sibi similes erant, plurimos unico die interficientes; qua re perterritus, cum de itinere suo corripiendo, & brevi interposita mora perficiendo, ac de urbe lubenti animo quamprimum deferenda cogitaret, obstitit Medicum esse, qui febres illas epidemicas, perniciosas, unam & communem causam habuisse arbitrat, eamque non exigui temporis, à qua proinde non esset ipsi metuendum; ideò medicæ curiositati ut satisfaceret, aliquot dies in eadem urbe moratus est, quibus observavit febres illas acutissimas, vehementissimas, imò & contagiosas, maximè domesticis minus cæteris incolis, & omnium minimè, advenis; quæ statim primis horis pulsus efficiebant languidos, inæquales, frequentes, & celeres, cum inquietudine, anxietate, imò & animi defectu. Urinæ quibusdam tenues & aqueæ, aliis turbidæ & subjugales observatæ: sudor post paucas horas confertim erumpebat, toto corpore manans, quem ipsimet sibi procurabant; ex quo tamen nimis copioso resoluti peribant aliqui, & sine ipse superstes nullus observabatur; quinimò, si vel Patientis incuria, vel medicis remediis omittis sistebatur, citius interibant. Observavit præterea præcessisse humidissimam & austrinam temporis constitutionem, pluvias frequentissimas & copiosas, aquarum item inundationes non modicas. Quibus observatis discessit, & itinere continuato, literis à nobis percontatus est, cujus naturæ febris illa fuerit; cui petitioni satisfaciens, responsum ita scriptis mandavimus.

Febrem, à te nobis adèd accuratè delineatam, Vir Excellentissime, Putridam esse, omni procul dubio asserimus, quanquam non ephemeram, eò quòd unico die plurimum terminetur, ut aliqui falso & perperam arbitrati fuere; qui tamen concedunt infici quoque subtiliorem sanguinis partem. Etenim si solus spiritus putredinem conciperet, quod quidem fieri posse concedimus, cum ex aère & tenuissima sanguinis portione generetur & confleret, omnia verò putrescere possint præter ignem: pulsus primò inæqualitas non adèd evidens foret, quæ putrescentis humoris propria; à cujus minera putridæ evaporationes elevatæ inæqualiter, propter transpirationem ab obstructionibus impeditam, inæquales ideò reddunt pulsus. Sed præterea urinæ subjugales, crudorum humorum in venis putrescentium agitationem demonstrant, à quorum copia, veluti per cribrum transfusa, cum nativi caloris imbecillitate, tenues & aqueæ quandoque reddantur. Et tandem, solis spiritibus putrescentibus, tanta non succederet sudoris copia; cum solus mador admitti possit. Est itaque putrida febris, eaque continens, & ex iis quæ à plurima ac metacissima bile fiunt, quas de Natura Hominis, indignavit ipse Galen. Alia tamen conditio eidem annectitur, quòd nimirum sit epidemica, perniciofa atque contagiosa. Epidemica quidem; quia plures uno & eodem modo invadit; perniciofa, quia plures exiguo tempore interficit; contagiosa tandem, quia contactu, per miasmata, communicatur corporibus dispositis, & ex communi causa, & quidem facilius sympathia

& sanguine conjunctis atque domesticis. Sed maximè propriè coquendo, epidemicam jam dictam, in Endemia febre contineri asserendum; est enim regionalis apud Belgas & Hybernos, iisdem vicinis regionibus, ab Anglia propagata, ubi primò incepit anno 1486. sub Henrico VII. inficiens Gallos, Belgas & Germanos, febrisque Anglica, sudor Britannicus dicta fuit pestilentialis quoque, & per sudorem digerens appellari solita.

Est autem non solum intemperies calida cordis & totius, sed & morbus à tota substantia, venenatus, magnus, ratione partis affectæ, facultatis & symptomatum, tum præsentium, tum succedentium; in qua tanta est, tum magnitudinis, tum putredinis, tum veneni vis, ut natura ultra diem eandem tolerare nequeat, sed copiosis sudoribus, aut plurimum succumbere cogatur, aut nonnunquam liberetur. Pereunt autem facilius qui rari habitus facile resolvuntur, per sudores non solum diaphoreticos, sed syncopeticos; servantur verò, habitu nec nimis denso, nec nimis raro præditi, à quo admittitur quidem sudor, at sine modum excedenti resolutione.

Febris hujus, sicut causa immediata atque conjuncta, est humor biliosus & valdè serofus excellenti putredine infectus; ita causa procatartica & communis, est, tum in aère, tum in alimentis omnibus, redundans humiditas; ab austrina constitutione, aquarum inundatione orta, solo & aeri communicata, quæ insigni adèd putrefaciendi atque corrumpendi facultate donata est, ut serofitas quoque biliosas, non adèd faciliè putredini obnoxias, intensè corruerit, & venenum ipsi cordi impertiverit. Undè summa cum ratione dicebat Galen. quòd ubi rectè anni tempora procedunt, & in se mutuo convertuntur, neque datur pestis, nec alius epidemicus morbus, sed solum dispersi.

Quòd febris hæc perniciofa atque lethalis sit, experientia satis demonstrat; quæ terribilior evadit quo sudores unicum ferè hisce febribus perfugium, febricitantes dissolvendo, interimunt; obstitunt autem, ut diximus, faciliùs, densiorem totius habitum à natura sortiti; quia sudorem quidem, causam morbificam expellentem admittunt, absque tamen integra virium dissolutione; nisi dicamus, & meliùs, servari posse illos qui putredinem atque venenum in cordis sinibus continent, nullo verò modo, qui in cordis substantia, ut notavit ipse Gal.

Curatio itaque consistit in virium conservatione; humorum putrescentium atque venenatorum eductione; variâ alexipharmacorum administratione, & caloris febrilis contemperacione.

Pro viribus tutandis, quinque vicibus, prima illa die, alimenta & alexipharmacum præbenda, ut totius & cordis reficiantur vires ipsæ. Alimentum sit ptisana valdè diluta, cum pullæ junioris instaurante, quæ si non adèd præsto sint, prima vice substituantur emulsio semel, cum pullæ junioris confuso; & pro potu, aqua hordei cum julapio gemmato, aut tinctura rosarum, succo limonum extracta. Aqua quoque secunda præclariss. Sax. ad rem esse poterit. Alexipharmacum autem poterit esse pulvis ita parum.

℞. Bol. armenæ, terræ sigil. margarit. præpar.

℞. Bol. armēnæ; terræ sigil. margarit. præpar. bezoar. occidentalis, ossis de corde Cervi, cornu Rhinocerotis an. ℞ij. radic. contrayervæ ℞j. m. dividatur pro quinque vicibus, & præbeatur cum aqua prima cord. præclar. Sax. & quidem una hora ante præscriptum alimentum. Aer cubiculi interim alterari poterit suffragio ex aqu. rosar. in qua ebulliant cortices citri, myrabol. citrin. & modicum ligai aloës.

Pro evacuatione, sanguis nullo modo convenire potest; ejus namque missio non educit venenum, & vires resolvit. Et licet in peste Asiatica Galen. sibi metipsum, per scarificationes, libram sanguinis eduxerit, acutissima tamen non fuit affectio illa, prout febris hæc; ideò neque audiendus Avenzoar, qui phlebotomiâ juvenem illum è febre pestilenti liberavit. Vesicantia locum habere possent, tum cruribus, tum brachiis apposita, cum serositates venenatas à corde evocent & evacuent; nam & Ægyptii ulcera excitabant, & Recentioribus, raphanum pedibus, sale prius & aceto mundatis, malignitati attrahendæ, apponere usus est.

Sunt qui medicamentis purgantibus statim ab initio venenum expurgare feliciter etiam tentarunt. Sic Matthiolus narrat se plures liberasse antimonio crystallino, in vino albo infuso; quod certè genus remedii tunc admitti posset, si humores veneficos in corpore, non in ventriculis dignoscere possemus; verùm quoniam incerta valdè hæc conjectura, nec vires satis constant tanto remedio ferendo, ideò omittendum, considerantibus veneficos humores facilius per sudorem quàm per alias vias evocari atque excerni posse, in hac præsertim febre, quæ sudorem potius expetere nobis significat; quæque exacerbatur, atque citius Patientes interficit, si Medicus sudorem sistere atque cohibere tentaverit.

Neque alterantia, & calorem febrilem contemperantia sunt omittenda. Sed quoniam tempus oportunitum non adeò facile nobis conceditur; ideò, vel cum pulvere alexipharmaco jam proposito, integra libra aquæ stillatiæ de succo acetosæ erit propinanda; vel cum alimento potus erit augendus. Quæ de hac febre dicta satis. *Idem ibidem.*

Febris Hellica Gallica.

Juvenis quidam dives 25. annum agens, temperamentum totius & jecoris, ad calidum & humidum vergentis, mediocris habitus, vigesimo suæ ætatis ante gonorrhœam contraxit, ob quam ad Medicum confugiens, ab eodem, au imperito, aut doloso, sanguinis missione & medicamentis purgantibus fuit curatus; quorum usu gonorrhœa quidem evanuit, verùm capitis dolores, tumores crurum, & bubo in inguine dextro suborti sunt, & ab hoc suppurato, purulentæ & saniosæ materiæ copia tribus continuis mensibus emanavit. Interim capitis dolor cessavit, crurumque tumores delituerunt, sicque quatuor proximè præteritos annos absque ulla molestia transiit. Verùm anno elapso, rursus ab infecta muliere ulcus in glande, & bubonem iterùm reportavit, qui pariter à lucri avido, & nefario Chirurgo, perperam sanguinis missione & medicamentis tractatus, in deteriorem statum devenit; evanuit quippè bubo, ulcus

Tom. II.

consolidatum, & subinde papulæ in universo corpore, & in capite potissimum eruperunt, è saniosa materia manantes. Dolores insuper, non solum in articulis, sed & internodiis, sæviores spirantibus Austris successerunt, & vires totius defecerunt, ægro in dies semper graciliori; qui tandem duobus abhinc mensibus febricitare quoque cepit, febriculâ circa vesperam invadente, cum levibus horripilationibus, doloribus universalibus atque vigilis; quæ succrescebat cum exiguo calore, in cuius vigore mitescabant dolores; pulsus tardi & parvi, cum aliqua inæqualitate. Modò febris sæpè, sine ulla horrois annotatione iisdem horis exacerbatur, perexiguam habet declinationem, nullamque intermissionem, & ab assumpto cibo quodammodo incalescit Patientis; gracilis autem adeò factus est, ut non solum ad atrophiam, verùm & tabem devenisse videatur. Varias hoc tempore peregit purgationes, decocta sumpsit, vina medicata, aquas sibiatis; at omnia sine sudore, dum gallicum morbum occultare & proprium statum palam facere detrectavit. Modò, in hisce angustiis, congruo hoc anni verno tempore, de agendis ipse, cum domesticis, consilium efflagitat.

Egregium Juvenem, quatuor abhinc annis lue gallica infectum, ab eadem nunquam vindicatum fuisse suspicamus; licet enim per suppuratum bubonem corpus totum diuvis expurgatum fuerit; attamen ab imperito Medico gallica virulentia, quæ prius in vasis seminalis tantum delitescerebat, gonorrhœa, vi medicamentorum & missionis sanguinis avocata, quinimò sursum attracta, indeque per totam massam sanguineam diffusa fuit, & plures alias corporis partes, caput scilicet & crura inquinavit, non adhibitis potissimum propriis alexipharmacis. Et licet bene habere tres præteritos annos sibi visus fuerit, nulla tamen fiducia, cum enim lues hujusmodi, non solum cum spiritibus, verùm & cum humoribus crassis, à quibus gummata, ad universum corpus & solidas partes irrepserit; ideò diuturno tempore latere potest antequam palam fiat, & proprias exerat vires; ut de viru canino exemplum tradidit nobis Galenus. Utcunque autem, illud certissimum est ex novo scædo concubitu, anno elapso, iterum novam luem Celticam contraxisse, quæ statim se prodidit ulcere glandis, ex attritione scilicet in concubitu; necnon bubone in inguine, hepatis emunctorio; undè in jecore primam sedem occupare plerique crediderunt; sicut alii in cerebro, quia humidus est affectus, caput verò Hippocrat. & Arist. testimonio, est pituitæ & seminalis substantiæ metropolis. Ex eodem autem, quo superius, Chirurgi errore, atque præsidiorum Medicorum abusu, materia infecta ab inguine revocata, & totum sanguinem insciente pustulæ in capite apparuerunt; atque ab eodem inflammato papulæ quinque in universo corpore, saniosam materiam emittentes, illis non absimiles quæ in austrina illa constitutione, ab Hippocrat. descripta, grassabantur; in qua describuntur, sacer ignis, inflammationes, abscessus, suppurationes, cum materia puri non absimili, verùm aliam quampiam præ se ferente; præterea capitis glabrescentiæ, ossium denudationes; hæcque modò cum febre, modò sine febre. Subdit, quòd quibusdam brachium, vel totus cubitus decidit; nonnullis totum femur, vel tibiæ, vel pes

Stt 2

totus

totus denudabantur; quibusdam anteriora, aliis verò posteriora afficiebantur; & maximè peribant quibus abscessus non fiebant. Quæ quidem omnia lues veneream Hippocrat. quoque temporibus viguisse quibusdam persuaserunt; præsertim, cum addat ipse Hippoc. quòd omnia gravissima erant, dum pubem & pudenda urgent. Quibus adduat isti, morbum gallicum in Italia primò innotuisse anno 1495. cum Neapolim oppugnabant Galli, Carolo VIII. regnante, juxta vulgi opinionem; cum tamen lues venerea, ex concubitu contracta, observata fuerit à Saliceto, anno 1270. & à Taranta, anno 1418. Nos tamen cum communiori credimus, sæva illa symptomata ab austrina & humida prægressa constitutione provenisse, corpora ipsa quodammodo corrumpente, & symptomata inducente gallicis similia; omnis enim corruptio ab excessu qualitatum procedit; sic & Gallicus ipse putridum quoddam & humidum inquinamentum partibus solidis inurit, quo partes ipsæ obscœna putredine laxantur, dehiscunt, imò & corpore excidunt; & ideò flantibus austris omnia sæviora fiunt, & circa vesperam, noctuque, juxta cum febre, exacerbantur; præter dolores articulares & internodia infestantes, qui cum à materia sub periostis contenta excitentur, sicut à noctis frigiditate ejusdem resolutio prohibetur, & exacerbantur, ita vigente calore febrili, post noctis medium, eadem attenuata atque resoluta, mitescunt quin etiam dolores ipsi.

Febrem autem, quæ in præsens majus accessit negotium, à virulentia gallica ortam fuisse, non est, quod dubitemus; cum gallica symptomata sit subsequuta, atque horis vespertinis invadat, nocturnis succrescat, non multo tamen calore, pulsu tardo, pituitosi & melancholici humoris indicio, in quibus tanquam firmiori sede, fundari solet Gallicus ipse; licet non inficiandum, in quolibet quinetiam humore copiosiori atque peccante, firmari posse, utpotè à natura derelicto, sive minus custodito; unde dari posse tum biliosas, sive tertianas; tum pituitosas, sive quotidianas; tum erraticas, & quartanariam periodum servantes, sive melancholicas febres omninò sit asserendum; ut plurimum tamen quotidianæ gallicæ observantur, cum virus hoc statim calorem nativum viscerum naturalium inficiat, & coctiones lædens, crudam atque pituitosam materiam adaugeat, in qua putrefacta febris plurimum in Gallici tantum progressu accenditur; & præterea, quoniam licet Gallica lues in humido putri fundetur, nihilominus in nobis exurentem quandam occultam qualitatem in se obtinet, ut & in mercurio ignem experto observare licet; hinc adusta quoque & melancholica corpora reddit. Quare putridam ab initio fuisse pro certo habendum, ut pulsus inæqualitas, accessiones quotidianæ, cum horripilationibus, attestabantur; quibus evanescentibus, accessiones insensiles factæ sint; cum tamen continuò febricitet æger, exigua licet declinatione, absumpto item cibo incalescat, & gracilis valdè sit redditus; quare dubitatur, num hectica laboret, necne? Equidem, si sint hecticum, non amplius scheticum esse Gallicum virus in hoc Patientem, censendum; ita hecticam quoque posse esse febrem ipsam facile credendum, non quidem simpliciter, sed gallicam, in qua calor præter naturam in corde fixus habitualis non est, quod rarò contingit;

quia in humido putri fundatur lues ipsa; macies tamen hectica citò accedit; & habitualis evadit Gallica febris, ob putridum Gallicum inquinamentum, visceribus & solidis omnibus corporis partibus inhaerens, ex quo febris, citra annotationem veram, hecticæ æmula. Non tamen negandum diuturnis febribus; tum gallicis putridis, tum non gallicis, hecticas quoque veras quandoque succedere; quod docuit & ipse Galen. quæ tamen diuturnitas non præcessit in hoc casu nostro, quam ideò veram hecticam simpliciter non esse decernimus.

Cum itaque res ita se habeat, curandum statim ut Celtica lues debellectur, quò febricula quoque, cum cæteris gallicis symptomatibus auferatur, antequam verè tabida evadat. Et licet intentionibus implendis obset totius atrophia; difficultatem tamen, at non impossibilitatem id infert. Quare salus desperanda non est; cum juvenis sit Patientis, necdum generosa ac propria fuerit expertus remedia.

Qualitas autem hujusmodi cum sit occulta, alexipharmaca requirit, ut extinguatur; quæ tamen sola non sufficiunt, sed exliccantia præterea, in manifestis, sint oportet; sicut & in pestiferis affectibus, ab Hippoc. in illa austrina constitutione observatis; Nec validis purgantibus tolli potest, ut falsò quidam crediderunt, & longè minus laborantibus partibus solidis.

Quoniam verò totum, tum purgantibus medicamentis, tum sanguinis missione, satis superque evacuatum fuit; ideò in præsens, statim de alexipharmaco cogitandum; habitam insignis gracilitatis ratione; neque propierea vera ac legitima, procrastinanda curatio.

Quare ad guaiaci medullam, tanquam ad sacrum & tutum alexipharmacum, est confugiendum; quod licet calidum & siccum gradu secundo, oleaginosum tamen & pingue, dummodò odoriferum, recens & nigrum sit; cui addenda quoque salsa, ut quæ parùm aut nihil calefaciat, & humores non modò congelatos, verùm & exsiccatos emolliendo, attenuet atque fundat. China quoque admittenda; cui tamen parùm aut nihil fidimus, cum citissime eximias suas vires amittat. Nec ab horum usu nos deterreat totius insignis gracilitas; cum animos addant Cardanus, qui solo jure ex guajaco parato, febrem gallicam duplicem tertianam curavit. Sed magis Scholzius, qui tabidum Gallicum decocti guajaci & salsæ sanavit; prout hecticum alium Solenander; quod tandem nostrà non semel experientiâ confirmatum vidimus.

De modo autem cogitandum, cum sudorem quoque ad materiam putridam solidis partibus infarctam, attenuandam, emolliendam atque educendam, necessarium existimemus. Decoctum itaque primò paretur, quod nutriendi facultatem obtineat, hoc modo,

℞. Salsæ electæ unc. j. medullæ guajaci, chinæ rec. an. unc. s. aq. still. acet. borrag. an. lib. j. sm. f. inf. per hor. 24. deinde adde dimidium pullæ junioris; bull. lente, & cum operculo, ad consumptionem dimidii; facta verò colatura servetur pro duabus vicibus, hora una ante sudorem assumenda. Inde

℞. Residuum, fol. rec. end. borrag. acet. an. manip.

manip. j. aq. opt. lib. xij. pullæ junioris dimidium m. bull. ad consumpt. quartæ, deinde B. M. destill. ut fiat stillatum pro potu consueto; cui pro lubitu Patientis addi poterit cinam. frustulum, & sacchari fini quantum libet.

Transacta unica hora ab assumpto decocto, sedeat Patiens in labello aqua calida pleno, malva, meliloto, & mercuriali, sive pariitaria, alterata, & lintheis superpositis cooperto: ita proluciat sudor, ut minus gracilitati officiat, atque materia putrida galico infecta, solidis partibus inhaerens, crassetata emolliatur atque liquetur: & ita mox facilius educatur in hypocausto; quod octo post diebus subire debet, exigua tamen in eo mora, proieccto potius in lecto sudore: rursusque aliis octo diebus transactis, ad labellum descendat, & alternatim sic prosequatur, ad 40. usque diem.

Sudandi modus iste respicit gracilitatem corporis, & duplici ratione materiam galico infectam, educendam; quæ cum crassa sit reddita, humectatione eget ut dimoveatur: cumque & ipsa pituita crassetata, sit quoque humectanda, ut facilius ad motum & evacuationem redatur: prout notavit Tral. à Gal. edoctus, qui propterea anhelosis copiosum potum exhibebat. At quoniam putrida hujusmodi infectio omnino exiccationem indicat: idè in hypocausto ut alternatim sudet ipse Patiens necessarium duximus.

Sed nec vivendi ratio communis & consueta esse debet. Et primò quidem, cubiculum amplum, sed bene clausum sit, ad Orientem situm. Victus non tenuis, non plenus, sed mediocris, nec attenuans: idè panis non erit biscoctus, sed subactus cum aqua, china & salsa alterata, Carnes pullæ junioris, vel columbæ turricolæ in prandio quotidie sint in usu: quæ tamen bull. simul cum china, potius elixæ quàm assæ. In cœna verò sit ipsi Saxonie ferculum consueta: vel pisana cum siccharo, & ova recentia, confectiones ex nucleis pineis, & pasfulæ: Quæ si viribus non sufficiant, vini quoque cyathus in prandio concedatur, albi, tenuis & subdulcis. Somno deficiente, à cœna comedat panis maris portionem. Quies potius quàm exercitium conveniet. Alvus clysteribus erit sollicitanda ex lacte, butyro & saccharo paratis, & decimo quoque die castia cum tart. præbenda. At si multum interdum ex aqua secunda bibat, tunc potio ex manna clarif. exhiberi poterit, cui tamen superbibat seri deper. libras. Interim totum abdomen ung. ros. Mes. quotidie illinatur, & ut alacri animo degat, ab amicis invitentibus sollicitetur.

Exacto verò sudore, de lactis prius asini, mox etiam caprini, necnon de Balnei aquæ dulcis usu erit cogitandum: aquæ enim Nocerianæ, à tanta corporis gracilitate, ab usu decocti, & à sequentis sudoribus venas exsiccantibus, effluxus intercipitur, ut in praxi observavimus: præterquam quòd humectatione substantifica magis egebit Patiens, quàm refrigeratione. Tota restate verò, vinum ad mensam, china saltem medicamentum erit parandum, totumque corpus ol. amygdal. quotidie illinendum. Hæcque pro gallicæ febris heclicæ cognitione, atque curatione, satis. *Idem ibidem.*

Hectica primi Gradus.

Juvenis 30. annum agens, temperamentis totius & jecoris, calidi & sicci, gracilis & rari habitus, post longum iter hoc anni tempore æstivo, quo meraciora vina potavit, iisdem antea quoque delectatus, domum reversus post sudores diurnos nocturnosque de totius corporis lassitudine & imbecillitate conquestus est, cum sui molestia atque inappetentia, ob quam exiguum cibum sumebat, multum tamen meri potabat, præteritis diebus febricitare cepit febricula quadam adinstar diarise, circa tillam caloris molestiam, & cum acili tolerantia: quæ tamen transacta diariarum spatio, non modò non cessavit, sed nec quidem declinavit: imò transactis quinque etiam tribus diebus, sine ulla accessione semper ejusdem tenoris perseveravit: cujus calor hec mitis videretur, aridus tamen & mordax tactu percipiebatur, semperque æqualis & sibi similis: cuius quodammodo aspera, corpus totum, non solum gracile, sed squalens apparebat, molestis quoque vigilis divexatum. Patiens tamen se febricitare non percipiebat; quinimò à febre nunquam immunis sibi videbatur, cum tamen solita munia obire non posset: pulsus solio frequentior à Medico domestico, parvus & debilis fuit observatus, semper tamen æqualis, urinae serè sanorum similes. Modò, dubis sic rebus, nos ad consultationem acciti sumus.

Cum Hippoc. ex solo calore tactu percepto, febrim differentias desumere consueverit, nobis quoque suspicari licebit ex acri & arido hujus Patientis calore, febrem adesse; maxime verò si pulsus frequentiam consideremus, usum in corde aductum à præternaturali calore significantem, & sensibilem operationum læsionem; cum Patiens ad consueta munera obeunda iners jam redditus fuerit. Sed quoniam æqualis observatur ipse pulsus, urinaeque serè sanorum similes, putredinem abesse omnino credendum, adè ut febris hæc putrida haud censeri possit; sed neque diaria, cum diariarum tempus consueta jam excesserit; & præterea, quoniam calor mitis & suavis non est, ut in diaria; sed aridus & acris; & quia in diaria Pat. seipsum febricitare cognoscit, cum alioqui calor febrilis, non semper æqualis & idem sit, sed incrementum & decrementum habeat. Quare à sufficienti febrim exclusione, in tertio genere, hæc febris præsentem contineri necessariò concludendum, quod facile nobis confirmant res naturales, nimirum temperamentum totius & jecoris calidum & siccum, ætas juvenilis, habitus gracilis & facile resolvable; undè dicebat Galen. quòd Nullus habitus humidus ab initio statim hectica febre corripitur: sed qui natura sicciore sunt, calidæque temperaturæ, qui in vigiliis & laboribus degant. Quæ omnia adsunt in nostro Patientem, in quo non minus conspirant res nonnaturales: præcesserunt enim iter longum, caniculari tempore susceptum; præterea meracioris & copiosioris vini potus, ciborum abstinentia, aut saltem parcitas, cum sudoribus redundantibus; à quibus jam dictis procatartice causis febrem hanc excusatam fuisse minime dubitandum. licet hæserint Mercur. Vega, Actuarius & Avenzoar, à causa scil. procatartice statim provenire posse; quem tamen scrupulum eximit omnino Gal. dum triplicem tradit heclicæ originem. Primam quidem à causa procatartice.

Etica. Secundam ab aliis præcedentibus febris. Tertiam ab aliqua prævia interna inflammatione, ventriculi scilicet jecoris, renum, pulmonis & intestini coli. Et licet Avic. quoque quodammodo à Galen. dissentire videatur, consentit tamen: quia rarò aut difficulter id fieri posse affirmavit. Quid si rarò, ergò aliquando; præterquam quòd hecticam ab initio fieri, licet omninò negari possit, à causa tamen procatartica admittendum, præsertim in corpore ad hecticam ita disposito, in quo facilius fuit caloris introductio, non solum in spiritibus & humoribus, verùm & in solidis cordis, & totius corporis partibus: qui calor, ut factus & habitualis, idèdque semper æqualis, febriculam jam dictam, citrà caloris molestiam, cum facili tolerantia excitavit, quam hecticam, hoc est ægre solubilem, sive fixam & habitualem, quia totius corporis habitum insideat, vocavit Galenus. Hæc autem in primo gradu constituta est, qui roridam tantummodò substantiam, primis hisce diebus, calor ipse febrilis depascitur, nondum verò carnosam, minusque primigeniam; & idèd nondum signa secundi, minus verò tertii gradus apparent.

Ad prognosticum accedentes, consideramus quòd in morbis semper facilius est redundans minuere, quàm deficiens supplere. Verùm quoniam in hoc hecticæ principio, exiguus valde est defectus, idèd non admodum difficilis fuerit ejusdem curatio; rationem reddit idem Galen. dicens quòd, Ubi adest intemperies & sola effervescentia in corde, sanare facile est, at ubi effervescentiam sequitur consumptio, difficile; tunc enim virtus perpessa est humiditatis inopiã. Quare salutis spe concepta, curatio statim influenda.

Quæ duplicem habet intentionem. Primam à febris essentia. Secundam à viribus desumptam, cum enim causam foventem non habeat, nec præservativam intentionem habere necesse est. Itaque, ratione febris refrigerandum & humectandum; ratione virium, substantiis humectandum.

Quare pro hac curanda febre, nullam convenire evacuationem, nec per sanguinis missionem, nec per medicamenta, nulli novè apertum est; sed alterationem atque nutritionem omnes in curatione partes implere.

Pro hac igitur curanda primi gradus, duo generosiora remedia proponit Galen. à reliquis medicinæ Principibus recepta; frigidæ scilicet potum, & balneum. Diximus autem hujus hecticæ primi gradus remedia esse; quia in hecticæ principio, multò magis urget caliditas quàm siccitas, cum non adhuc corpus exsiccatum fuerit, ac proindè refrigerantia potius, quàm humectantia indicentur. In progressu verò, quoniam augetur & invalescit siccitas, & corpus absumitur, idèd tunc vice versa, humectantia magis quàm refrigerantia conveniunt; quinimò à refrigerantibus, eo statu, læduntur corpora graciliora, naturali calore destituta: undè in progressu lactis usum frigidæ potui substituemus, quod expressit Gal. dicens. Primis diebus frigida convenit, dum vires validæ, & sanguis copiosus in corpore existit: non sic in progressu. Unde frigidæ potu Juvenem quendam præservavit, ne in hecticam incideret: imò & sanavit Mulierem, autumnii tempore hectica laborantem, moderata frigidæ

potione. Sic Tral. ab initio frigidam exhibendam docet.

Antequam tamen frigida nostro Patienti propinetur, primarum viarum expiatio procurari poterit, casti cum tamarindis, & quidem tutius quàm syr. ros. aut alia potione, quæ confertim evacuando spiritus resolvere, vires minuere & valdè exsiccare solet: bolis autem superbibendum præbeatur serum depur. ad lib. ij. Aquæ qualitas sit dulcis, levis, ad vj. vel vij. libras. Neque observandæ omnes conditiones à Gal. propositæ, frigidæ potum prohibentes, nimirum imbecillitas viscerum naturalium, gracilitas corporis, cruditates & obstructions, insuetudo, & anni tempus frigidum, quoniam alibi eandem restrinxit ad febris ideam, virium robor, & signa coctionis. Verùm in casu nostro, frigidam postulat idea febris, vires eam permittunt, neque attenditur humorum coctio. Ergò propinanda: quanquam eã non admittã, aqua stillatiã, serum & hujusmodi alia refrigerantia substituenda forent.

Secundum generosum remedium, pro hujus hecticæ curatione, est balneum, quod quatuor habet partes; constat quippe ex aere calido, aqua calida, aqua frigida, & loco deterfionis. Huic autem hecticæ principio, convenit frigidum, si audiamus Galen. dicentem, quòd Balneum hecticos nihil juvat, nisi in frigidam dimissi fuerint, & licet periculum sit ne in affectum frigidum deducantur, remedium tamen omitendum non est; satius enim est cum aliqua fiducia, vel etiam periculo aliquid agere, quàm ægrum certæ morti relinquere; item potentibus remediis pugnare quàm nihil agere; præterquam quòd possumus postea calefaciendo mæderi. Hæc Galen. Qui tamen tepidum proponit in hecticæ progressu, sicut tepidum, deindè verò frigidum, dum vires valdè imbecilles, & corpus gracilius ac emaciatum fuerit, qui balnei postremus modus, utpotè tutior, à nobis eligi & usurpari solet, namque humiditas aquæ tepore facilius insinuat & detinetur, si illico statim superaffundatur frigida, in quem finem & Tral. præcipit inunctionem statim à balneo; sic & Aëtius. Quare & nos, post levem linteis mollibus non deterfionem modò, sed corporis exsiccationem inungamus oleo amygdal. & viol. simul mistis, toto abdomine ung. ros. Mes. illito: præterquam quòd à tepido balneo facilius quoque redditur alimentorum distributio. Efficacius autem redditur, alteratum foliis malv. viol. nymphææ, lactucæ, salis, brançæ ursinæ.

A Balneo dormiendum non est, sed potius alimentum assumendum: idèd Gal. à balneo lac exhibet, præsertim imbecillioribus, Tral. autem pitifanam præbet.

Secunda intentio erit dirigenda ad virium conservationem.

Et idèd, primò aër inspirandus frigidus sit. Secundò notandum, quòd hectici copia ciborum noxia est: quare parum & sæpè nutriendum. Cibi autem in hoc primo gradu, sint æqualiter refrigerantes ac humectantes, nec adèd facillè resolubiles: sic pitifana apta erit, pultes item ex lacte, ovis, penidiis, & saccharo: quibus nonnunquam hordei quoque farina addi potest. Carnes decoquantur cum capris & ranis, abscisso capite. Potus sit destillatum pulli, cum sem. frigidis lact. viol. & end. Vinum

Vinum damnat Tral. at saltem sit album, subdulce, oligophorum. Tertio somnus sit longior, corpora enim extenuata alimentis & longo somno sunt reficienda. Quarto, parum aut nihil exercentur: cum balneum & reliqua fat sint pro exercitio. Quinto alvus lubrica seruetur jure malvæ, cum sacch. prima mensa sumpto: vel clyst. ex lacte, butyro & sacch. paratis. Ultimo, animo hilari ab ira & molestia: etenim spiritus tristis exsiccat ossa: juxta Poetam.

Attenuant vigiles corpus miserabile cura.

Idem ibidem.

Hæctica secundi Gradus.

Nob. Juvenis annum 30, agens, temperamenti totius, & jecoris, calidi & siccis, gracilis habitus, ad iram maximè pronus, post animi graves affectiones, & meri potum copiosum, caniculari tempore nuper præterito, ardenti febre correptus, & Medico domestico curatus, decima quarta judicatus est, prægresso sanguinis è naribus copioso profluvio. In cujus febris curatione Medicus ipse subundo Patienti potum denegavit, rigide aded, ut præ calore & siccitate, uti atque absumi sibi visum fuerit. Et licet decima quarta ab ardente fuerit judicatus, febricula tamen perseveravit; cujus quoniam nulla unquam accessio observari potuit, ided Patientis se se à febre liberam atque immunem existimavit; licet Medicus febriculam, tanquam obstructionum sobolem, non abesse crediderit. Jam verò integer præterit mensis, cum necdum recedit febris ipsa, imò nec vires instaurate potest Patientis, quin potius in dies languidior atque gracilior evadit; tandemque à Medico familiari observatum fuit, quod duabus ac tribus horis ab assumpto cibo, totum corpus incalcescat, quo tempore pulsus sit magnus & frequens, semper tamen æqualis; urinæ sanorum ferè similes, & in præfens continuè decumbere cogitur, cum nostram polcit consilium. Accersit itaque, observamus gracilitatem universi corporis evidentem, cum cutis quadam asperitate; pulsus debilem atque durum; caloremque totius aridum & acrem, in primis verò calidiora arteriarum loca; Quibus omnibus consideratis, ita fati fuimus.

Febricitantem Patientem hunc, non modò in præfens, verum & semper, ab ardente febre præterita febricitasse censemus; atque hæcticam febrim istam subsequitam esse sancimus; tum quia symboleitas, ut cum philosophis loquamur, non exigua intercedebat, ætatis, temperamenti totius & jecoris, habitus corporis, anni temporis, & causarum procatarticarum præcedentium, ita nimirum, meri potus; tum maximè ob radentem febrim, quæ exurentem calorem cum insigni siccitate, & sitim inextinctam perpetuè comitem habuit; & potissimum, ob denegatum misero patienti aquæ frigidæ potum, quæ unica de causa hæcticæ febres ardentibus succedunt. Hujus autem febris præsentiam agnoscimus, ex arido & acri calore, qui nullis tamen tactui ab initio, apparet; præterea, quia semper æqualis fuit, ut ideo infebriticantem antehac Patientis se ipsum existimaverit; quia calor factus æqualis nullam infert alterationem, citra quam verò non sit sen-

sus; quæ vera est ac legitima ratio: non autem Mercati, quòd scilicet calor paulatim, non subito & confertim agat in humidum. Hanc verò febrim primum gradum præterisse, & in secundo constitutam nobis significant, primò calor duabus aut tribus horis increfcens à cibo, aded ut incompressa adnotatio facta videatur: quod signum indubitatum ipsius hæcticæ appellabat Gal. quòd sit propter humiditatem, mediante alimento, in sicco impressam: prout contingit si aqua calci vivæ superaffundatur. Et licet hoc signum ab hæctica inseparabile sit, non tamen in primo gradu discerni potest; cum nondum vigeat siccitas morbosa, quæ ab effuso humido alimento evidenter accendi & alterari possit; quidquid dicat Joannes Bravus. Neque tamen fortè credendum, quamlibet siccitatem esse omninò de febris hæcticæ essentia, ut falsò existimaverunt Mercurialis & Mercatus; quoniam ab initio siccitas exigua valde existit, aded ut non possit sensibilibus operationes lædere; & ided de essentia hæcticæ febris non est; fat enim quòd aliquo tempore ab hæctica excludi possit. Quod expressit Gal. dicens: quòd Proprium his qui marasmo sunt affines, siccitas est, quoniam hæctica febris sæpenumero sine siccitate consistit. Sed præterea hanc hæcticam secundi gradus nobis designant, insignis totius corporis gracilitas, aridiuscula cutis, arteriarum loca calidiora, non intercepto de calidis vaporibus, à carne superstrata judicio; pulsus item debilis atque durus, ob vires prostratas, & maximam arteriarum siccitatem; qui à cibo sit magnus & frequens, non quidem ratione usus adaucti, sed quia virtus roboratur ab alimento, & arteriæ sicca ex materia vaporosa molliores redduntur; non tamen sit magnus absolute, quia in hæctica nunquam talis esse potest. Urinæ autem in hæcticis, similes sanorum esse solent; quæ tamen si bonæ, parum conferunt ad salutem; si verò malæ & crudæ, periculum adaugent, ut considerabat Gal. cruditas enim & ipsa, facultatis concoquentis imbecillitatem significat. Quibus ita se habentibus, calor hæcticus & habitualis, non modò roridam, verum & carnosam & adiposam corporis partem, cum Gal. sive carnium, cum Avic. occupat ac depascitur; atque ita febrim ipsam in secundo gradu, non exigua tamen litudinis constituit.

Sicut hæctica primi gradus facilis, tertii verò impossibilis sanationis est; ita hæc in secundo gradu posita, medio quoque modo se habet; aded ut neque facilis, neque impossibilis, sed difficilis tamen sanationis evadat; carnosa enim atque adiposa substantia consumpta, difficilius quam rorida & longè facilius quàm congenita ac radicalis reparari potest. Quare, cum difficultas impossibile non importet, aliqua spes salutis concipienda, atque curatio proponenda.

Pro qua, medicæ intentiones erant, Curativæ, à natura febris; & Vitales, à viribus desumendæ. Præservativas omittimus; cum causam foventem non habeamus, quæ præservativa indigeat indicatione; quinimò, quoniam hæctica hæc febris jam progressa est, secundum gradum jam affecuta; curativa intentio cum vitali coincidere videtur. Primò enim & principaliter humectandum. Secundo loco refrigerandum; ratione verò virium, pariter substantificè humectandum; atque ita coincidunt intentiones

nes jam dictæ; quibus substantificè humectantibus satisfieri poterit, quibusdam refrigerantibus non omittis.

Quibus consideratis, frigidæ potioni, quæ hecticæ primi gradus statim convenit, lac erit substituendum; non neglecto secundo generoso remedio, balneo scilicet aquæ dulcis. Antequam tamen ad lactis usum ducatur ipse Patiens, aliqua præcedat oportet primarum viarum expiatio, cass. exhibendo, cum pauca pulpa tamarind. cui superbibat, transacta hora, feri depur. lib. j. à quo tribus post horis prandeat. Aliqua quoque præparatio instituenda esset, vel melle ros. vel Julapio acet. tamen sicut pituitosis amicissimum, ita biliosis inimicissimum, à Gal. habetur; acetum autem exsiccare nulli non constat. Quare, Julapio acetoso addendus syr. de ibisco, vel syr. de pomis, superhausto jure alterato cich. borrag. end. malva & violis; quinque verò transactis horis, repetatur cassia supra dicto modo. Possimus & Hippocratico more alvum solvere, & primas vias ablucere copiosis lactis asinini exhibitione, ad heminas, ad integram scilicet phialam; ventrem enim solvit ita copiosè sumptum, vias abluit atque mundificat, nec ullam partibus siccitatem relinquit.

His peractis, ad lactis usum erit ducendus æger; sitque asinum, utpotè quod facilius per corpus distribuatur, & nonnihil refrigeret. Incipitur autem ab unc. xv. cum dimidio cochleari sacchari fini; mox procedendo ad unc. vi. vel ix. & ad integrum cochlear ipsius sacchari, idè Gal. dicebat, assuescendum esse ægrum ad lac ipsum. Asina autem ducatur in cubiculum; recens namque multum esse debet, alioquin, ut genitale semen, vires amittit.

Balneum, ut quod maximè corpus totum humectat, alimenti quoque distributionem valdè juvat, si fiat cibo jam concocto, sicut statim à cibo cruditates parit, & à longa inedia vires dimittit. Quare tribus horis ab assumpto lacte, in balneum duci poterit Patiens, quod tepidum sit, ex Galen. præcepto, in progressu hecticæ, frigidam in fine balneo affundendo, ut constrictis porositatibus cutis, humiditas à tempore introducta contineatur.

A balneo, levissimæ statim deterfiones, molliissimo panno sunt instituendæ, corpusque totum oleo amygd. copioso inungendum. Cordi quoque aliquod epithema, calorem ejusdem habitalem contemperans, ac spiritus vivificans apponi poterit, ex aquis viol. ros. nymph. flor. cit. additis speciebus cord. succo citri, & limonum. Sic hepatis succo cich. depur. addito aceto ros. utilis esse poterit.

Hisque omnibus congrua victus ratio erit adjungenda, quantitate & qualitate. Quantitas sit, quæ ab imbecillo calore superari possit; & idè in his casibus, parùm & sæpè æger nutriendus. Undè Hippoc. rectè considerabat; Quibus semel, aut bis, quibus plurane, an pauciora offerre oporteat. Qualitas sit substantificè humectans, boni succi, facilis coctionis & distributionis, at non facilis consumptionis. Et quoniam lac hanc obtinet prærogativam, idè lactaria quoque, & edulia ex lacte parata, non solum concedi, sed & in usum duci debent. Pitana secundum locum obtinet, cum ovo recenti, saccharo, & gutt. aliquot aq. flor. citri, aut ros. parata. Ova recentia nunquam omitenda. Contusa pulli,

cum caudis cancrorum & ranis; dempto capite. Jura carniùm additâ testudinum pulpâ. Neque fructus omnino interdicens, ut melonum pulpa, ficus aliquando, & uva pensilis, necnon pyra ac poma cocta. Vinum album, tenue, subdulce & oligophorum concedi poterit. Pro potu autem consueto, paretur aqua ex succo pomor. dulcium & borragine, B. M. destillata: totum diu noctuque mediocriter panis contegatur, ne à nimio frigore calor ad centrum cogatur, sicque magis accendatur atque exsicceatur, neve ad aperta nimium diaphoreticâ, humiditates substantificæ simul cum viribus resolvantur. Somnus omnibus modis concilietur. Quies omninò procuretur. Alvus passulis, vel prunis damascenis, cum saccharo in jure coctis, aut clysteribus ex lacte, butyro & saccharo paratis lubrica servetur: animique passionis, & potissimum mcerores, à quibus sicut ex parte hæc febris hectica originem duxit, ita ab iisdem foveri & conservari posset, arceantur. Quæ pro hac curatione dicta sufficiant. *Idem ibidem.*

Hectica tertii Gradus, sive Marasmus.

Juvenis, 35. annum agens, temperamenti secundum totum & jecur, calidi & sicci, gracilis habitus, hæmorrhoidali sanguinis profluvio obnoxius, post animi mcerores vehementes, propter uxoris & filii dilectissimi obitum, hypochondriacus redditus, tandem, æstate nuper elapsa, in febrem acutam incidit, quæ 14. recessit; superstitè tamen febricula quadam, quæ vix ab ipso percipiebatur; quinimò medicus & ipse nonnunquam eundem omninò à febre immunitatem existimavit. Quoniam verò Patiens parcissime comedit, tenuiori etiamnum dieta imaginatus se ab illa febricula liberandum; cum tamen quotidie calor acrior & aridior fieret, habitus multò gracilior, vires languidiores, & ab inedia, attenuato sanguine, ejusdem profluvium ex hæmorrhoidibus longè copiosius hoc tempore manaret: Propterea ad Medicum rursus confugere coactus est, qui cassiam cum tart. præscripsit, syruposque alterantes aperientes; ratus verò, quondie, tribus horis ab assumpto cibo febrem exacerbari, cibandi tempus mutavit; nec tamen calor iisdem horis ab assumpto cibo invalescere unquam desit, urinis supernatante pinguedine, telæ aranearum simili. Interim jam duo præteriere menses, quibus hæc febricula detinetur; undè nos ad consultationem accersiti fuimus, qui invenimus Patientem febricitantem, cum pulsa frequenti, duro ac languido, necnon parvo; urinis à sanorum non valdè alienis; crudioribus tamen, sed sine ulla supernatante pinguedine antè observata, cum calore valdè arido, asperiori cute, unguibus aduncis, toto corpore squalido, prout & facie nonnulla Hippocraticæ signa præferente; etenim nares acutæ sunt, oculi concavi quidem, nondum tamen partes iisdem circumpositæ, omninò carne destitutæ, collapsa tempora, contractæ aures, cutis, circa frontem potissimum, dura & arida, totius faciei color pallidus atque livens, abdomen valdè depressum atque exsiccatum, nec adè evidentè, ut antea, totum corpus incalescit à cibo. Quibus omnibus consideratis, consultatio hujusmodi habita fuit.

Juvenem Nob. in melancholiam valde pronum;

num, propter dilectissimæ uxoris & unici filii obitum, ad hæcticam dispositum fuisse, quid mirum? si præ tristitia quosdam tabefactos perisse asseruit Gal. qui & juvenem vidit, post cogitationes, tristitiam atque labores, à Diarrhæis ad Marasimum ferè deductum; sicut pariter ex moerore & vigiliis, Mulier quædam autumni tempore, à Gal. quarto die hætica fuit deprehensa; adde quòd in præsentem Patientem accessit febris acuta, quæ corporis humiditates absumere, & calorem actiorem reddere potuit: qui tandem, cessante quoque causa fovente, fixus & habitualis in corde productus est. Unde febris primò purida in hæticam degeneravit; & idèd se febricitare non percepit Patient. Hæc tamen augmentum suscepit, & invaluit ob tenuiorem victum, ab ipso Patientem servatum; necnon à largo sanguinis ex venis sedalibus profluvio; non parùm adminiculante totius & jecoris temperamento calido & sicco, & habitu gracili, cùm habitus humidus non adèd facile hætica febre corripitur, sed potius naturâ sicciores calidæ temperaturæ, præsertim anni tempore calido, ut docuit ipse Gal.

Sed quoniam in hætica contingit cor pati, prout in lucerna fomes; in primo namque ejus gradu consumitur velut oleum in lucerna circumfusum: in secundo, oleum ellychnio affusum; in tertio verò substantia ellychni, quæ idèd rumpitur, & præ ariditate continuitatem amittit, cui etiam magnam olei copiam superfundas, uberior tamen flamma accendi non potest, sed semper rara ac tenuis, veluti palpitat & continuè fit minor, donec omninò extinguatur: idèd consumptis primis humiditatibus, roridis scilicet, cum Gal. & innominatis atque roridis, ex Avic. cùm primus jam præterierit hæticæ gradus, qui antehac difficilis quidem cognitionis, facilis tamen curationis fuerat: cui secundus successerit, nimirum ex consumpta carnosa, atque adiposa cum Gal. & cambio ipso cum Avic. facilioris cognitionis, difficilioris tamen curationis: imò non cognitum, licèt pinguedo, carnosa, & adiposæ substantiæ colliquationis indicium, in urinis supernatans apparuerit: qui tamen neglectus, aut male curatus, in tertium tandem gradum, marasimum scilicet torridum, sive febrem marasimodem descendit: cujus præsentiam demonstrare in hoc misero Patientem haud difficile fuerit: siquidem pulsus sunt frequentiores & parvi, imò & languidi ac duri: urinae crudiores, nativi caloris imbecillitatem arguentes, in quibus supernatans pinguedo antea observata non apparet: quia jam adiposæ atque carnosæ substantiæ absoluta adest consumptio: cutis totius corporis aspera, & scabra tactui occurrit, & in summa, figura naturalis quodammodo corrupta atque mutata videtur: nares enim acutæ, oculi quodammodo concavi, collapsa tempora, aures contractæ, cutis, præsertim circa frontem, dura, unguis adunci, & abdominis depressio atque durities, insignis in toto siccitatis indicium præbent: quam nondum ad extremum redactam vix credi potest: quousque enim partes oculis circumpositæ nutriuntur, cor certissimè nondum extrema tabe confectum est.

Quare per gradus, quos omisit Hipp. & cum ipso Celsus, qui hæticam febrem sub nomine tabis, nobis proposuerunt, febris hæc à primo ad secundum, à secundo ad tertium, ad tabem scilicet progressa est, ut frequenter & sæpe sæ-

pius fieri solet: licèt aliquando marasimus torridus statim à principio, etiam sine præcedentibus duobus aliis gradibus fieri possit, quidquid dicant Zacutus & Vega: quoniam torrida humiditas, caro & pinguedo, ab aliqua alia causa colliquari & consumi possunt, quam consumptionem mox tabes ipsa, & torridus Marasimus subsequi potest.

Status hujus Patientis potius deserendus, quam curandus videtur. Tabem enim dicebat Gal. nec quidem curare tentaveris: nam etsi calorem extinguere poteris, tamen remanet, quæ senectutis ritu hominem interficit. Nihilominus tamen duplex respectus ad curationem tenendam nos invitat & excitat, juxta Gal. & Tral. Gal. enim Juvenem tabidum curandum suscepit, vivumque in annos servavit, marasimum torridum in frigidum marasimum commutans: melius enim, dicebat ipse, in habitu senis vivere quam illicò mori. Tral. verò scripsit, humanum esse, atque benignum artis auxilium, cum morbis contendere, & non ceu deploratos ægros omninò relinquere: interdum enim, ubi quis naturam dextram nactus fuerit, & tabes incipiat, nondumque solidas partes torruerit, salutem consequi poterit. Addamus nos, si interitum evitare non possumus, cùm humiditas solidatum partium irreparabilis sit; celeritatem tamen possumus coercere.

Quare, ut longiorem vitam ducat ipse Patientis, quam maximè fieri potest, substantiæ totum corpus est humectandum. Secundò, ratione caloris febrilis, moderate refrigerandum; sed caute omnia, ne vel frigiditate nimia calor nativus omninò extinguatur, vel à nimio cibo obruatur. Idèd dicebat Gal. quòd febris hæc nec levissimum quidem errorem tolerat.

Duo autem curationis erunt potissima remedia, internum unum; externum alterum; humectantia magis quam refrigerantia, ob siccitatem quæ jam præpollit. Quoniam verò in tabidis partes ad cibum alliciendum, propter siccitatem, infimæ sunt; idèd alimentum sit facilis attractionis, tenuium scilicet partium, & moderate calidum; quod tamen, quia parùm admodum nutrit, crassum namque, viscosum, firmum, quodque difficulter transpiret, ut assimiletur, exigetur: in hac repugnantia non ita facile alimentorum copia suppetit: mediocriter tamen utrumque præstare poterit lac, præcipuè si æger muliebrem mammam ore suxerit, ut Euriphon, Herodotus & Prodicus Gal. Præceptores præcipere solebant: vel saltem sit asinum, adhuc calidum, ut propterea asina ad cubiculum duccenda sit. Lac itaque, ut cæterorum omnium, tum alimentorum, tum medicamentorum præstantissimum, in usum ducendum: utpotè mediæ temperaturæ inter sanguinem & pituitam, & quod magis accedat ad naturam sanguinis, ut Gal. visum fuit: ad frigidum tamen & humidum, ex eodem inclinat, parùm autem à calore recedit, ideoque temperatum. Caprinum omittitur, licèt magis nutriens, eò quòd difficiliter permeet, & ad nutriendas omnes corporis partes non adèd facile pervadere possit: minus verò vaccinum, & minus adhuc ovillum, omnium crassissimum. Camelinum autem, & equinum nullo modo in usum veniunt. Sit autem ab initio ejusdem exigua quantitas, ad unc. iv. cum melle, quia nimis calefaciens & exsiccans est; quæ paulatim augetur. Sic si muliebrem mammam suxerit, unius mammæ turgidæ

dæ sufficiat quantitas; & paulatim ad duas ascendat, saccharo, cum ipso lacte, aut ante ipsam deglutito, idque summo mane. In prandio præbeatur ptisana, cum emuls. amygd. & sem. melon. præmisso ovo recenti, in jure dissoluto; vel pulli junioris contuso, eodem modo, cum sacch. in jure exhibitio, vel parentur morselli, & præbeantur ad unc. ij.

℞. Pulpæ pullæ unc. v. nucleor. pineor. amygd. dulc. pistac. an. unc. ij. troch. de gali. mosch. scrup. s. sacch. fini dissol. cum aq. ros. & florum cit. q. s. m. f. morselli. Vesperis in cœna rursus mammas muliebres sugat, circa verò noctis dimidium, lac arte paratum præbeatur, nempe ex amygd. nucleis pineis, & sem. mel. in jure cum sacch. cui addi poterit contusum ex caudis cancorum, vel testudinum carne. Quod si vinum appetat, sit pauciferum, tenue & subdulce, cum ossis panis præbendum in prandio, & de nocte.

Verùm quia difficillima evadit in hoc casu alimentorum distributio, idè frictiones, manibus oleo amygd. inunctis, quatuor horis ab assumpto cibo administrari solent, corporis cutem manibus inunctis contrectando atque humectando. Ab aliquibus quoque punctiones institui solent; quas nos reprobamus, utpotè nimis resolventes.

Balneum verò antiquitus, potissimum in hunc finem usurpatum est, ad alimentorum nimium distributionem adjuvandam, & totius corporis habitum humectandum atque quodammodo refrigerandum. Quare vel manè, quatuor horis ab assumpto lacte; aut vesperi, 4. saltem, aut quinquè horis ab assumpto prandio, balneum aquæ dulcis adhiberi poterit, sol. malv. viol. lact. salicis alteratæ; sique tepidum, ut considerabat Gal. dicens: Quod gracilibus & imbecillis, frigidæ balneo partes similes offenduntur, à quibus omnes actiones obeuntur. Quare prius in balneo incalescere debent; tunc enim ipsis accidit quod ferro dum intingitur, & in frigidam mergitur; sic enim roboratur. Quare sicut non calida, ne vires resolvantur; nec frigida, ne partes similes offendantur, ex usu est aqua, ita tepida conveniens erit, in fine tamen frigida affusa. A Balneo tandem ad stratum delatus æger, molliter est detergendus, & oleis amygd. & viol. totum corpus inungendum. Abdomen verò unguento rosato illinendum.

Et licet victus ratio jam præscripta fuerit, aliqua tamen circa eandem considerari possunt. Et primò, quod facilius sit impleri potu quam cibo. Secundò, quod eorum quæ velociter nutriunt, veloces quoque fiunt excretiones. Tertiò, quod & quibus semel, aut bis, & quibus plurimè aut pauciora offerre oporteat, sit considerandum, ætati, anni tempori, regioni & consuetudini aliquid condonando, ac tandem, si non parùm deterior cibus & potus, suavior autem, si quandoque præferendus, Aer interim inspirandus ad frigidum potius vergat. Somnus & quies omninò procurentur. Alvus lubrica fervetur clysteribus mollioribus, ex lacte, butyro & saccharo paratis. Animi passiones arceantur, & erecto animo æger semper degere jubeatur. Quæ pro præsentis casu dixisse, satis. *Idem ibidem.*

Febris tertiana intermittens scorbutica.

Studiosus Juvenis, sedulo studiù incumbens, indeque ad hypochondriacum malum inclinans, corripitur die 5. Aprilis, cum nox prægressa præter morem fuisset inquieta, & non nihil anxiosa, præcedente artuum lassitudine, & cephalalgia, horrore gravi, cum insequente astu & siti, aliquot horas durantibus. Negligit autem talia; præsertim cum post noctis suavem quietem sequenti die melius habuerat, nisi quod appetitum minus urgeat. Excipit verò hunc nox inquieta, somno admodum anxio & interrupto gravi: appetente mane, die 7. Aprilis, aliquoties vomit varia liquamina multicoloris, amaricantia, &c. Hunc vomitum insequitur tussis sicca & inanis, ultra mediam horam graviter affligens (locum irritationis scrobiculum cordis seu cartilaginis ensiformis regionem monstrat) quæ evanescente varia phantasmata & incondita cogitata mentem perturbant, quæ excipit leve corporis frigus, successive in intus corporis æstum, & ardorem, extrema imprimis lancinantem, transiens, cum efflorescentibus hinc inde maculis rubris & purpureis: comitantur talia insignes anxietates, ut eger hinc inde miserè se jactet, hypochondria simul quoque tendi videantur. Durationis hac tragœdia successive remittendo, ultra 9. horas, ita ut macula etiam pedetentim iterum evanescant, lassitudine saltem artuum & cephalalgia supersite; nox insequens quieta, & somno placido amica, altero mane benè se habet, horis antemeridianis supervenit sudor copiosus universalis, cephalalgia reliquias, & si quid aliud superest præternaturale tollens, à meridie quoque optime habet; vesperi verò conturbari quid sibi in hypochondriis videatur, artuumque lassitudinem redire, metuens novas turbas, Medicum vocat pro Cura.

Resolutio.

Affectus est Tertiana intermittens simplex:

Adsunt tamen Symptomata longè plura, & atrociora, quàm aliàs adesse solent, quia æger noster est hypochondriaco-scorbuticus, undè dicitur scorbutica; utut hypochondriacæ febres cum scorbuticis ferè coincidunt. Jam verò in nullis subjectis febres intermittentes majoribus symptomatibus comitatæ incedunt, quàm in hypochondriacis & scorbuticis mirabiliter affligunt, subindè videntur malignæ, cum tamen non sint. Interim febris nostri Patientis est periodica, non erratica, quales plerumque solent esse scorbuticæ, & nunc semel, nunc bis, unà die Paroxysmus recurrit: unde, quando talis in febribus intermittens occurrit typus, indicium est, subesse crasin malsæ sanguinæ scorbuticam.

Cæterum archei sub febribus dominium post Paracelsum allegat Helmontius; ejus vestigio insistit Faber & Clariss. Langius in *Commentar. in hunc*. Quoad archeum, ejus vox propriè de spiritu insito, non autem de insituo, cujus affectiones hic explicantur, intelligitur. Ad hæc demus operam, ne, Platonis instar, animal peculiare, archeum, in animali statuamus, quod faciunt plures Medici, hunc & scibilem, & irascibilem & concupiscibilem vulgò

vulgò fingentes & introducentes : summam : hi Autores parabolis quidem rem illustrent, minus verò scientificè eam explicant. Binas potius substantias in corpore nostro invenimus, animam saltem, spiritum immortalem, cum quo Medicis nil est negotii, & hinc machinam corpoream. Hujus ergò pathemata, quantum possibile, ex conditionibus materialibus, quas inter eminent mechanicæ, & post has chymicæ, explicemus : siquidem & ipsi spiritus nostri reverà sunt materiales, adeoque si quæ sunt spirituum affectiones & motus, ex istis principiis, tanquam universalibus & sensu notioribus, pro distinctione & clariore affectionum notitia explicare conamur. Ubi que nempe in corpore spirituum vim & energiam observamus, animalium pariter ac vitalium : illorum in sensuum affectionibus, & consequenter spirituum illorum organicis motibus : horum in variis succorum alterationibus, mutationibus, & partium solidarum consequentes plus minus vitis inductis. Sed tamen sobriè & distinctè, non verò quia similitudines aut exempla ab animalibus, & tantùm non homine desumpta, rem saltem illustremus.

Uti ergò in omni morbo, ita in specie in febribus, præsupponitur spirituum motus inordinatus & energia, quia corporum viventium affectiones sunt morbi. Hoc ergò ceu catholico vitæ & actionum, tam naturalium quàm præternaturalium, principio præsupposito, speciatim in machina corporea, consideretur fiendi ratio. Adeoque in omni affectu specialis energia spirituum indaganda : & hinc, dum spirituum impetus per opium sistitur, eo ipso febres suspenduntur : quatenus autem iidem spiritus à causa materiali aliter ac aliter afficiuntur, eatenus diversos morbos producant.

Præsupponitur ergò in omni febre vis spirituum animalium : consideretur solummodò, quomodo afficiantur à causa morbifica ?

Videatur jam in nostro ægro, quænam Pars sit affecta : Illa autem distinguetur in specie in subjectum inhaesionis, & hinc radicationis. Subjectum inhaesionis est totum corpus : nam totus homo febricitat, in specie tota massa sanguinea, quod testatur restus, calor, &c. Radicationis verò subjectum, seu in quo & circa quod, est circa primas vias, stomachum puta & intestina. Hinc enim in quibusvis febribus intermittens ordinariò frequentia symptomata circa primas vias & hypochondria maximè urgent. Res ut pateat, hic & in similibus febricitantibus consideretur horror, qui in nostro ægro obvius non est ex fuga spirituum, sed potius ex impetu eorundem : quandoquidem horror est saltem spasmorum species & impetus spirituum, quia interdum febricitantes, præsertim quartanarii, sub rigore nonnunquam ita corripuntur, ut etiam instar epileptico um contremiscant. Nam similiter rigor & tremor artuum à frigore externo est motus convulsivus in cute & partibus membranosis. Horror verò in febricitantibus non necessarò fit à positivo frigore, quia in talibus sub rigore manus & pedes tactu positivè calent : quod innuit inchoantem spasmum, qui exacerbatus horrorem & rigorem infert circa stomachum & duodenum : quia Patientes, incipientes frigere, locum vel anteriorem vel posteriorem stomachi monstrant, unde in febricitantibus positivum frigus requiri non necesse est. Imò olea destillata, scrobiculo cordis illita, præsertim caryophyllorum & anisi, præservativè, desuper imponendo laterem calefactum, contra horrorem mirabiliter conveniunt : sicut si internis eundem ve-

limus compescere, præter olea destillata dicta opium primatum ducit, utut saltem palliativè curet, & postmodum saltem morbum concentret, nisi illud cum aliis specificis misceatur. Potrò spasmoticam fibrarum in primis viis contractionem excipit succorum effusio, undè anxietas, sitis, vomitus, aliæque symptomata circa præcordia & hypochondria. Scorbunici & hypochondriaci, quando laborant febribus intermittens, in principio paroxysmi frequentissimè patiuntur anxietates præcordiorum, potissimum in nostro scorbuto, quæ ordinariò sunt ex stomacho : hinc ut plurimum anxietates tales superveniente vomitu cessant, uti in incremento & statu paroxysmi, si urgent hæc anxietates, easdem clysmata optimè sistunt. Vomitus autem variorum liquaminum viridium, in ægro nostro in principio Paroxysmi observabiles, non sunt critici vi naturæ, sed saltem symptomatici, dependentes ex spasms intestinorum & locorum vicinorum, quibus non evacuat fomes morbi, sed succi aliàs naturaliter constituti à causa morbifica corrumpuntur & lacerantur, retroeunt ad stomachum. Par ratio est de sudore, qui post Paroxysmum non est criticus, sed symptomaticus. Res ut pateat, succi, qui ejiciuntur, subinde naturaliter se habent : non secus ac in sanis ex usu antimonii flava rejiciuntur, undè etiam, licet ægrum valdè debilitent, non statim sistendi sunt : sunt enim bonum signum malæ causæ : sit enim quandoque, ut aliquid de fomite morbi simul evacuetur, & dum rejiciuntur, per accidens symptomata quædam remittunt. Interim tamen critici non sunt : nisi enim urgeret vis morbi, non sudarent, nec vomerent ægri : non tamen etiam nisi certis in casibus provocandi. Similiter tussis illa sicca nostri ægri reverà erat saltem ex stomacho & primis viis, commoto à febrili fermento, & irritato diaphragmate. Cùm enim dedissem eidem landanum opiatum ante Paroxysmum, emanabat tussis : uti omissio illo illa redibat, & Paroxysmum per semihorium antecederet : unde non curandæ sunt tales tusses, nec aliquid inferunt, sed dato valido vomitorio cedunt.

Cephalalgia affligens, quæ est absque pulsatione temporum, uti in nostro ægro, frequenter est per consensum stomachi affecti, hinc imminente vomitu intensus urget, & præmissio vomitu cessat : quæ verò affligit cum pulsatione circa tempora, dependet ex orgasmis sanguinis vehementiori, & solummodo superveniente sudore cessat. Hinc æger post Paroxysmum benè se habet, saltem superest cephalalgia, quæ postero die per sudorem cessat. Tandem etiam Sitis clamosa, ut & hypochondria tensa, de fomite circa stomachum & partes vicinas latente, testantur.

Cæterum considerandum adhuc : mox cum febre cessare appetitum, ægrosque extraordinaria appetere, ova, carnes, juscula, aliæque alimenta nutritiva horrere, sique edunt, saporem nidiosum percipiunt propter fermentum cessans in stomacho, hinc cessat appetitus, digestio, unde alimenta ingesta tunc temporis putrescunt, & nidorem contrahunt. Contrà sitis intenditur, quæ tamen affligente, non bibunt cerevisiam, ob similem rationem, sed potius coventum, aut aquam simplicem, idè, quòd hæc facillè intestina transeant : secus ac cerevisia, varia incommoda quæ excitat.

Ex his ceu universalis ferè axiomatis loco sit : Si in quibuscunque febribus, in specie continuis, tantillum adhuc appetitus superest, tunc semper bonum pronunciat : quod idem valet de cerevisiæ appetitu

appetitu adhuc salvo. Imò si in quacunque febre post horrorem redeat denuò sapor vel appetitus cerevisiæ, & gustus ejusdem, optimum indicium renovati fermenti stomachi digestivi suggerit.

Et hæc inter alia sunt symptomata, quæ fermentum febrile in primis viis, fibras nervæ vellicando, producit: Hæc confirmant, subjectum radicationis esse primas vias, ubi symptomata dicta oriuntur, vel per essentiam, vel per consensum.

Subjectum autem Inhæfionis esse massam sanguineam, testantur æstus, pulsus, sudor, &c. quatenus fermentum febrile sanguini ulterius communicatum, motum ejus naturalem fermentativum pervertit, sulphur infringit, à quo incalescentia aliàs naturalis tandem spiritus afficit, hinc frigus magis vel minus positivum. Æstus dependet non à spiritibus, quia delassantur, sed ex sanguine nimis æstuante & incalescente corpus, simili ac quidam ex pulsu incalescit, cujus rapidiorem circulum & intensiorem orgasmum indicat. Pulsus in qualibet febre frequentior, celerior, & ut plurimum major, bonus est, quia irritatur propter modificatum suo modo motum fermentativum; dum enim à sale volatili sanguinis sulphur subjungatur, incalescit corpus, & febriliter æstuat, donec particulæ istæ acidæ in salum mutatæ mediante sudore foras excernantur. Sudor hic universalis sanguinem affectum esse ostendit: qui, si mox post paroxysmum apparet, bonus est: quò verò diutius post paroxysmum apparet, eò tardior, & magis chronicam futuram esse intermittentem indicat; uti ante paroxysmum affligens sudor malus est; & talis ferè colliquefactivus in scorbuticis observabilis est, & ægros debilitat. Ardor artuum lancinans, ægrum in Paroxysmo corripiens, frequens esse solet laborantibus febre intermittente scorbutica, speciatim, qui subinde dolores graves lancinantes patiuntur, idque interdum & frequentius sub rigore, interdum & rariùs sub æstu, ut extra paroxysmum nulum dolorem percipiant, quale quid in muliere quadam, arthritide vaga sub æstu correpta, observavi. Tales ergo dolores artuum lancinantes sensiles unum sunt ex certissimis & primariis signis latentis scorbuti in febribus intermittibus; non secus ac maculæ purpuræ efflorescentes in nostro ægro ordinarius comes sunt intermittentiæ scorbuticarum, in statu paroxysmi efflorescentes, dum summè urget æstus; in declinatione verò nunc mediante sudore, nunc sine eo iterum disparescentes. Cæterùm non simus hac in parte nimis audaces; observantur enim, teste Febrio *Tr. de Scorx. pag. 27.* quoque intermittentes malignæ cum peccatiis.

Causa proxima febris in ægro nostro, materialis nempè seu occasionalis, nihil aliud est, quàm fermentum aliquod præternaturale in stomacho, ex læsa ejus digestionem genitum; & in eo exalatum, quòd massam sanguineam alterando, & primarum viarum nervos vellicando, occasionem suggerit motui spirituum animalium inordinato. Scilicet fermentum illud febrile sunt minima illa miasmata, activa tamen & penetrantia, similiterque alterativa, omnium symptomatum autores, & analogæ ferè (ne dicam similia) contagiis, in aliis morbis & febrilibus observabilibus; præsertim eùm & intermittentes quandoque contagiosæ à Lotichio in *Obs.* observatæ sint. Ut itaque non præcisè colluvies morbosa materialis quædam præfens, & februm causa existat; secus enim

per purgationes illa expugnari posset; cùm contrà, etli talis febricitans millies purgetur, febris tamen in eodem tenore, nisi specifica adhibeatur, persistet.

Fermentum autem hoc febrile est salinæ propiæ, & in specie naturæ acidæ, in hoc liquorem conspirant symptomata & cura. Symptomata, v. g. horror, rigor, frigus, lancinationes artuum, vomitus, declarant acidum, cujus occasione, nempè fermentatione in sanguine, mutatio horrores in æstum contingit; & cura demum per salia alcalia, & terrea, maxime acidorum destructiva, instituenda; adeò, ut nullum sit artificium, febrem intermittentem curare, modò maturè Medicus adhibeatur.

Origo autem hujus fermenti febrilis est tam ex imminuta, quàm depravata stomachi digestionem, cujus occasione ex acido fermento naturali facillimè præternaturale emergit, & ventriculi rugis se cum recrementis intinuat, sicque vomitum causat. Hoc confirmant causæ antecedentes, quæ acidum stomachale pervertere possunt, nempè perversa ut plurimum diæta, aut nausea super re aliqua intermittentes febres generant; sicut, & ex morbis acutis convalescentibus, quos ordinatò fames ingens affligit, dum avidius & nimis copiosè ingurgitant alimenta, febres intermittentes contrahunt; non secus ac fructus horæi, copiosius ingesti, quàm quòd stomachi fermentum iis digerendis sufficiat, ad intermittentes disponunt. Undè quemadmodum per inediã non raro, destructo fermento febrili, febres intermittentes curantur; ita è contrà per largiorem potum, superveniente vomitu, idem interdum expectatur eventus. Hinc intermittentes adeò sunt durantes sine vitæ periculo.

Febres hæc distinguuntur in nothas & legitimas. In his est fermentum febrile magis volatile & activum, ubi paroxysmi vehementiores, sed breviores sunt; in nothis verò est fermentum minus volatile, & subjecto viscido irretitum, hinc minus activum; undè paroxysmi sunt leniores, sed diuturniores: Et hæc tertianæ sunt febres lentæ.

Fermentum hoc febrile acidum, delitescens in stomacho, dum exferere se incipit, ratione acidæ partes nervæ primarum viarum vellicatur, & occasione vellicationis dictarum partium spasmus, ratione spasmodi succorum in dictis locis effusio contingit, & ab his duobus omnia viscerum symptomata derivanda sunt, quæ in principio paroxysmi circa præcordia & hypochondria observabantur, nempè rigor, horror, vomitus, lancinationes, tensiones hypochondriorum &c. Nempè succi isti, pancreaticus putà & biliosus, effusi, prout magis vel minus naturaliter sunt constituti, eatenus varium motum concursu suo excitant; sicque variorum symptomatum autores sunt; uti & in scorbuticis intermittibus, ob varium statum succorum illorum, symptomata variant.

Idem fermentum sanguini permixtum activitate suâ materialem ejus motum fermentativum pervertere, incalescentiam debitam, impediendo sulphuris motum, sistere, hinc spirituum animalium debitam emersionem impedire potest; hinc frigus magis vel minus positivum infert; dum verò à sale volatili sanguinis subjungatur, supervenit major sanguinis fusio; hinc incalescentia & æstus, donec particulæ istæ fermentativæ ab alcali sanguinis in salum mutatæ, & fero infusæ, mediante sudore excernantur foras.

Ex

Ex hoc omnia symptomata possunt deduci. Unus adhuc est scrupulus, nempe certa illa determinatio temporis, quod adhuc nescimus.

Causa antecedens in nostro ægro est nimium studium & ardor in literas. In specie autem meretur considerationem, quod nox paroxysmum præcedens gravior fuerit, anxia nempe & inquieta, quales inquietudines & insomnes noctes, si ægros sine manifestâ causâ, h. e. citrà curas, dolores aut tosses, affligant, fontem ordinariò ex molestiâ quâdam circa præcordia & hypochondria habent, & præsertim ex stomacho oriuntur, vitiatâ vel hujus digestionem, vel chyli in duodeno à fecibus separationem. Hoc confirmatur exinde, quod, qui vesperi largius & seriùs cenant, minùs suaviter dormiant, quia stomachus sub laboriosiori digestionem istas anxietates molestiâ quâdam circa hypochondria excitat. Sic quoque hypochondriaci noctes inquietas patiuntur, idque ex inæquali alimentorum digestionem, propter acidum præternaturale peccans, undè in talibus hypochondriacis ad conciliandum somnum nil melius est Martialibus, ante cenam datis, continuando eadem.

Quoad Prognosin: metus est, ne fiat chronica; quia diversimodè variant hæc intermittentes, nunc in typo, nunc in symptomatibus. Ratio hujus permutationis est ex currentibus circumstantiis vel causis fermenti febrilis, quæ sunt vel externæ vel internæ. Externæ mala & inordinata diæta, si nempe ægri die intermissionis copiosius, aut antè absolutum paroxysmum, comedunt; aut quando patiuntur paroxysmum pleno stomacho. (2.) Propter abusum acidorum in æstu seu statu paroxysmi: blanda quidem acida proficua sunt, maximè nitrata, sed nimium acida, aut frigidiora alia omnia, in statu paroxysmi bibita, febres & harum symptomata diversè modificant. Sic faciunt hæc (3) medicamenta, præsertim specifica & opiata, quæ malè, sine selectu, & nimis citò applicata, duplicant interdum intermittentes, nisi universalis illorum usus præmissa fuerint: non secus ac quoque, qui sine selectu iisdem abutuntur, nunc in colicis gravissimas, nunc paralyses, ægros præcipitant. Opiata etiam, nisi aliis appropriatis admixta adhibeantur, hoc præstare queunt, aut febres chronicas reddunt.

Causæ autem internæ sunt vel major vel minor fermenti febrilis ætivismus, hinc febris vel acrior vel minor, &c. itemque prout sanguinis crasis vel nativa vel adscititia, variat, febres intermittentes possunt fieri continuæ, & vice versâ: quò pertinent quoque succorum primarum viarum variorum alterationes, quæ uberiùs effusi variorum symptomatum & mutationum sunt autores.

Pro Curâ itaque sequentes Indicationes observandæ.

1. Radix mali ex primis viis evacuanda.
2. Fermentum febrile acidum volatile corrigendum.
3. Massæ sanguinæ & universi corporis habitus sudore depurandus.
4. Stomacho & primis viis appropriatis succurrendum, ne recurrat.

Præsertim expedit vomitorium, quod in febribus quibuscunque intermittens est optimum, quo radix ex primis viis evellatur, aliquot horis antè paroxysmum dandum, sic optimè operari possunt: si æger autem propter pusillanimitatem abhorreat vomitum, detur digestivum salinum antè paroxysmum & vesperi, & hinc loco Vomitorii sequenti intermissionis die blandum laxa-

Tom, II.

tivum per alvum. Nam purgationes fortes in febribus intermittens sunt hostiles. Idè ex observatione Gabelchoveri constat, febres intermittentes per fortiora purgantia recidivasse. Venæ sectio nihil valet. Quando verò symptomata ex sanguinis turgescentiâ urgent, ut in statu, æstu, doloribus capitis, turgescentiâ corporis, difficili respiratione, si antè paroxysmum die intermissionis secatur vena, symptomata quidem remittunt, sed ægri diutiùs morbo laborant, aliàs symptomata quidem sine venæ sectione sunt vehementiora, citius tamen pertranseunt. Interim tamen in mulieribus, quibus menstrua fluunt, si in febribus intermittens sub rigore supprimatur mensium fluxus, antè paroxysmum venæ sectio in talo instituenda est: ut enim menses sub rigore suppressi sub æstu redeant, parùm tamen est, hinc symptomata exasperantur, undè tunc venæ sectio convenit.

Hypochondriacis, quando anxietates ex stomacho patiuntur, etiam in statu paroxysmi utiliter applicantur clysmata pro evacuatione primarum viarum, retinenda tamdiù, ac retineri possunt.

Externè applicetur emplastrum ex tacamahaca.

Vinum in quibuscunque febribus, etiam malignis, non est interdicens; parùm vini enim est potus medicamentosus, nisi fortè percipiant ex eo æstum. In intermittens in decremento paroxysmi haustus vini insignis est restaurativum & sudorem promovet.

Alterum scopum obtinemus specificis, quæ vel destruant acidum fermentum febrile, vel istud abstergant, & è stomacho educunt. Priora sunt vel terrea, vel salia alcalia: Terra sunt lapilli canerorum, coenu cervi utrum, testæ ossicarum, corallia, & similia: Alcalia sunt aut fixa, aut volatilia: Inter fixa sal absinthii, &c. Volatilia sunt nunc macra, nunc pinguis seu aromatica. Quæ abstergant, sunt nitrosa, nitrum antimoniacum, arcanum duplicatum, sal ammoniacum, sal hypochondriacum, &c.

Talis inter remedia hæc subordinatio est observanda, ut (1) alcalia fixa & terrea sint optima in frigore, horrore, & symptomatibus hypochondriacis, v. g. coralliorum, salis absinthii à ℞. ad ℥℞. &, si opus est, cum gr. j. laudani opiati, nec non guttula una vel altera olei cujusdam destillati, maritata.

(2.) Quando verò urgent symptomata in massâ sanguineâ, ut æstus, &c. commodius dantur nitrosa, uti & alcalia volatilia: v. g. spiritus salis ammoniaci bihorio antè paroxysmum à ℥℞. ad ℥j. vel sal volatile cornu cervi pro sudore promovendo ad ℞. in minori non dantur. Sed salia volatilia aromatica pinguis frigus quidem compefcunt, sed intensiorem æstum concitant, hinc cautè usurpentur: spiritus salis ammoniaci & sal quoddam fixum sufficient.

(3.) Opium est saltem remedium palliativum.

(4.) Observetur usus legitimus & abusus horum specificorum. Usus est, ut primò dantur legitimâ dosi & tempore. Legitimum tempus est vel universale vel particulare: Universale quod attinet, non dantur, nisi præmissis universalibus; quoad particulare, dantur antè paroxysmum horis duabus vel tribus. Medicus autem vocatur ad ægrum, cum nox est gravis, quamque debet insequi paroxysmus sequenti die. Ante omnia ergò noctem inquietam, & impetum ad paroxysmum sequentem, supprimat; hinc isto vespere ordinetur

T t t

tuf

tur pulvis salinus.

(5) Si unâ vel alterâ vice non juvet medicamentum, consultum erit variare propter idiosyncrasiam ægotantium. Simplicia autem sunt optima. Sed posito, quod sal absinthii datum sit ter vel quater, non tamen curat, tunc observanda idiosyncrasia: v. g. noster æger ratione idiosyncrasia abhorret à cochleariâ; si hanc præscriberem, vellemque insistere eidem, non fieret sine læsione.

(6) Sitis compescitur per aquosa acidula: declinante paroxysmo Julebi aciduli & quilibet potus conveniunt, ad promovendum, si supervenire vult, sudorem.

(7) Intermissionis tempore usurpentur remedia alterantia appropriata, ut essentia cardui benedicti, absinthii, centaurei minoris cum spiritu salis ammoniaci mista, ut promoveatur largius sudor: v. g.

℞. Esß. card. bened. ʒij. — — — — — ʒj. M. S.
Fieber Essentz.

In nostro autem ægro, altero tandem die superveniebat sudor, quod bonum erat; hinc præmissio vomitorio usurpabat spiritum salis ammoniaci, & promovebatur largius sudor, quem proficuum observavi.

(8) Ingruente horrore & anxietate scrobiculus cordis cum oleo macis, anisi, cayophyllorum, &c. cum fructu illinitur, imposito desuper latere calefacto, vel emplastro, de taca-mahaca.

(9) Qui cerevisiam fastidiunt, fumant vinum, cerevisiâ largius dilutum.

(10) In febribus intermittibus diurnis optime conveniunt Vesicatoria; ex quorum usu speciatim rigor cessare solet: applicantur die intermissionis, ut ita eorum operatio paroxysmum præveniat.

(11) In cephalalgia frontis & temporibus applicatur emulso papaveris cum camphorâ.

(12) In tussi detur spiritus salis ammoniaci, laudanum opiatum, & opiatum.

(13) Delirium sistitur per elysmata, nec non per placentas plantis pedum applicatas.

(14) Tandem, evanescente febre, pro primis viis abstergendis & roborando stomacho, propinetur Elixire proprietatis cum vel sine acido; item sal ammoniacum, vel sal hypochondriacum; uti & in nostro ægro, quia est hypochondriacus, proficua fuissent Martialia, v. gr. tinctura vitrioli Martis Zwelfferi, vel etiam solutio Martis cum succo pomorum, horumque extractum.

(15) Hætica tertianis malè tractatis superveniens curatur per spiritum salis ammoniaci, cum antihectico Poterii. Clariss. MICHAEL ETTMULLERUS in Collegio Consultator.

Tertiana Maligna.

Juvenis aliàs sanus & robusta constitutionis, octodecim præterpropter annorum, corripitur die Mercurii vespere levi horrore, post quem incalcescit mediocriter, nox insequens mediocris, mane caput intense circa frontem dolet, sitis graviter, fauces & lingua siccæ, dolor gravativus præcordia occupat, calor adest totius mediocris, lassitudo omnium artuum, &c. caput proprio metu pilulas cephalicas; sed adit circa meridiem præterea Medicum, qui ordinat pro sequente mane ʒß. Syrupi e-

metici: pilula à meridie semel per superiora, ter per inferiora, operantur. Die Veneris caput vomitorium, undè sepius supra copiosa mucosa, oëtes infra excernit. Die Saturni vocat Medicum, quia nox progressa gravis, symptomata eadem, sitis clamorosa, appetitus nullus, cephalalgia intensa, fauces arida, lingua aspera, nonnihil nigricans, calor totius acris seu mordax, non tamen adeo intensus, cutis arida, lassitudo omnium artuum, vires prostrata, pulsus celer, frequens, debilis, serè inæqualis, cerevisiam horret, petit auxilium.

Resolatio.

Affectus præfens quin in febrium numerum possit referri, nihil equidem dubito: sed utur ratione periodi typum tertianæ intermittens præ se ferre videatur, attamen non simplicem, sed cum malignitate, tertio vel quarto paroxysmo denum se proditura, simul esse conjunctum, ex funestis symptomatibus tuto satis licet colligere, adeo, ut vero nomine Febris Tertiana Intermittens cum latente adhuc malignitate conjuncta, dici mereatur.

Partes affectæ quanam sint? non est quod anxie inquiramus. Siquidem primario huc referenda trit massa sanguinea tanquam subjectum inhaesionis, & præter hanc simul etiam spirituum influorum in varios & inordinatos motus concitatorum, habenda veniet ratio.

Causa proxima materialis erit lymphæ vitiosæ acido-salsa, ad massam sanguineam lege circulationis delata, ibidemque ratione salis volatilis acris hujus febris causa existens.

Causam proximam formalem nihil aliud dixeris, quam spirituum influorum motum vitiosum, & massæ sanguineæ non debitam fermentationem.

Causæ remotæ vices hic imprimis gerit fermentum vitiosè acido-salsum; ex digestionem ventriculi, vel immutata, vel depravata, præternaturaliter ita alteratum, quod postmodum alimenta vitiosè subigendo, hujus mali fomes, & mater fecunda existit. Quin & huc revocari posset suo modo constitutio ægri robusta & ætas juvenilis, quorum fundamentum in sanguine spirituosissimo, ejusque laudabili copia, (quæ pro ætate hujus termino viget) consistit & exinde oriur. Sed quare hæc non simul aliquid vitii subesse queat? jam dicta non vetant, nec refragantur, imò longè majus periculum ægotanti nostro exinde imminet, siquidem morbus habet, in quod vires suas malignas possit exercere.

Quantum ad symptomata: Primo itaque conqueritur æger noster de dolore capitis intenso, siti clamorosa, faucibus aridis, lingua aspera, & nonnihil nigricante: quæ pathemata omnia in principio febrium si appareant, pessimi ominis sunt, & latentis malignitatis indicia certè certius præ se ferunt. Hæc autem quod ita sint, colligo inde, quia abest calor præternaturalis febrilis, qui parces has posset exsiccare, ut adeo per consensum continuatis membranarum cum ventriculi tunicis oriatur hæc pathemata, & stomachum summè labefactatum esse indicent.

Quibus præterea & hoc accedit, quod de stomachi affectibus proprie sic dicendis conqueratur æger hic noster, nempe de appetitu prostrato, cerevisiæ fastidio, dolore gravativo præcordiorum: quæ omnia satis superque innuunt, fermentum stomachi pessundatum, & acidum loco hujus prædominans.

Lassi-

Lassitudo verò artuum nullam aliam forè agnoscit causam, quam lymphæ in extremitatibus partium stagnantis vitia, & impeditum motum localem. Prout autem ejusdem crasis præternaturaliter sæpè vitatur, ita & hic sal aliquod scorbuticum subesse omnino mihi probabile videtur, à quo spasmus membranarum & glandularum subcurancarum dependet, & hinc cutis etiam asperitas, & calor acris seu mordax, irritando scilicet membranas cutis, derivanda veniunt. Pulsus celer, frequens, debilis, scilicet inæqualis, multum in recessu habet, præprimis autem vigente adhuc fermentationis febrilis motu, siquidem non tertianæ simplicis cuiusdam, sed potius malignitatis adhuc periculum subesse, indicat. Quibus præterea & hoc accedit, quod, ut præmissa sint optimo consilio vocati Medici universalis emetica, febribus in his, quæ alia utramque faciunt paginam, nulla tamen exinde euforia & symptomatum levamen subsequuta fuerint, quæ omnia dicta jam mea de malignitate, in fieri quæ adhuc est, eo magis confirmant.

Quanam autem hoc in casu formanda sit prognosis? non satis mihi constat; siquidem meo quali iudicio tutius foret expectare motum naturæ, ejusque aliquandiu spectatorem agere, quam variis, eaque non satis appropriata, huic morbo, tentare remedia. Prout autem modò dictum, certò laret anguis sub herba: Itaque ne proisus Prognostico relinquatur Pociens, Cura ejusdem secundum has indicationes institui possit:

1. Fomes materiæ morbosæ in primis viis & massa sanguinea resolvatur & removeatur.
2. Fermentum febrile & inde nati paroxysmi enerventur & tollantur; ita tamen, ut semper aliquis respectus habeatur ad latentem malignitatem.
3. Dyscrasia sanguinis & lymphæ, & inde quæ dependent symptomata urgentia corrigantur, removeantur & mitigentur.

Pro primâ Indicatione equidem quævis emetica & Purgantia sufficere possent; præmitem tamen ego prius sequentem pulverem:

R. $\text{\textcircled{P}}$ *essentif.* ℥j. *lapill.* $\text{\textcircled{S}}$ *prepar.* ℥℥ *Camph.* gr. vj. *M. div.* in 3. *part.* æqual. *D. S.* *Dämpfende Pulver, Abends und Morgens eines zu nehmen.*

Hoc ita die intermissionis præmissa, jus faque equidem foret, subjungere emetica: sed quia à vocato jam antea Medico, uti in casu dicitur, negotium hoc ex voto fuit peractum, itaque forsitan nihil ulterius erit movendum, nisi pro aliquali adhuc abstersione viscerum & mucis viscidis, nec non lymphæ vitiatæ, ex cruditatibus chylosis genitæ, sequentes pilulæ adhibeantur:

R. *MP. de trib.* *Russi* gr. xv. $\text{\textcircled{S}}$ *dulc.* ℥℥. *Scamm. prepar.* gr. ij. *Extr. troch. alband.* gr. j. *Cum f. q. tinct.* $\text{\textcircled{P}}$ *f.* *Pilulæ: D. S.* *Purgierende Fieber-Pillen.*

Speñaret etiam hæc pulvis Cornachini legitimo modo & dosi adhibitus.

Secunda Intentio obtineri poterit absorbentibus, & specificis sic dictis appropriatis, ex corallio rubris, sale absinthii, antimonio diaphoretico, febrifugo Strobelbergeri, &c.

Formule tales viderentur mihi proficue:

R. *Theriac.* ℥ij. *Specif. febril. Strobelb.* ℥℥. *Ol. dest. Caryophyll.* gutt. iij. *M. f. Bolus. D. S.* *Fieber-Lattwerg auf einmal.*

Capiatur pro una dosi ante paroxysmum, cum sequenti sudore.

Vel R. *C. C. f.* Δ gr. xv. $\text{\textcircled{S}}$ *diaphor.* ℥℥. $\text{\textcircled{P}}$ *Tom. II.*

vol. Succini gr. vj. *M. f. Pulvis: M. D. S.* *Fieber-Pulver auf einmal.*

Quibus etiam repetitis, & alternatis vicibus, pulveres jam dicti absorbentes jungi poterunt.

Pro tertîa Indicatione, & temperaturâ præteritis sanguinis:

R. *Sem. Melon.* ℥vj. *Cervi aquileg.* à ℥j. $\text{\textcircled{P}}$ *tarax.* *Cent. min.* $\text{\textcircled{S}}$ *famb. ana* ℥ij. *f. l. a.* *Emulsiõ: adde* ℥ij. *diaphor.* ℥j. *Spec. febril. Strobelb.* ℥ij. $\text{\textcircled{P}}$ *caud. ben.* ℥℥. *edule. c.* *Julep. rosar.* q. s. *M. D. S.* *Kühl-und Stärck Milch, löffelweise zu nehmen.*

Vel R. $\text{\textcircled{P}}$ *vrubi idai.* ℥ij. *Succ. rub. idai* ℥vj. $\text{\textcircled{S}}$ *diaphor.* ℥j. *Gel. C. C. rec. Syr. rub. idai* aa ℥℥. $\text{\textcircled{P}}$ *dulc. q. s. pro grato sapore: M. D. S.* *Kühl-Julep offtez davon zu nehmen.*

In specie autem pro avertenda faucium inflammatione venæsectionem raninarum sub linguâ ex usu fore mihi persuasum habeo.

Deus interim hisce clementer benedicat! *Item Ibidem.*

Quartana duplicata scorbutica.

Juvenis noviter creatus Magister, cum antea, ob examinis rigorem, sollicitu studio & assiduis lucubrationibus se fatigasset, peractâ Promotione, cum in bonis finibus largius indulgisset genio, brevi post aliquando die Saturni à meridie ex templo rediens, corripitur horrore & gravi frigore, hinc lectum petit, in cœna nil comedit, dormit, evigilans manè caput sentit perturbatum, abdomen tumet, horborum audit, appetitus prostratus. Die Solis à meridie egreditur domo circa aliam graviozem noxam, ut & die Luna; die Martis inter prandendum, cum vix mensa assidisset, horror & frigus cum alimentorum nausea quaerunt membra, redit domum, lectum petit, sinit insipienter, bibit cerevisia bonum hæssem, quem subito revomit; supervenit tam gravis rigor, ut totus lectus cum eo tremet, qui cum per horam continuasset, & in specie dorsum mirè lacerasset, supervenit astus moderatus, qui cum biborium continuasset, denovo ager levem horrorem, dorsum successivè perreptantem, unâ cum frigore, & aliquali, non tamen adeo intenso, rigore ac antea persensit, quem per horam perdurantem excipit gravis astus & intensus, cephalalgia, ardo faucium, tandem supervenit sudor, cum quo simul macula hinc inde ex rubro carulescentes instar pulicum morsus erumpunt, qua tamen sudore cessante etiam evanescent; post mediam noctem somnus turbulentus. Manè ager die Mercurii debilis, die Jovis robustior, sine noxa: die Veneris manè ex templo rediens horâ novâ frigus & horror unâ cum rigore novo & insequente gravi astu, agrum corripit, simili ratione atque superioribus factum diebus. Die Saturni, dum adhuc est debilis, sperat quietem, sed à meridie horâ primâ ex improvise horror & rigor quaerunt membra, vomitus, astus ac sudor cum maculis supervenit. Die Solis cum omnia essent quiescunt, nisi quod capitis adesset perturbatio ac vitium imbecillitas insignis, vocat Medicum.

Resolutio.

Propositi hujus casus naturam ut accuratius rimemur & investigemus, eò, ut de affectu præprimis constet, allaborandum. Febrem autem intermittentem eò nomine, quòd pertinacissimis & atrocioribus symptomatibus constipata sit, molestam cruciare ægrum nostrum, ex dictis palam liquet; horror enim & insequens æstus febrem, intervalla autem invasionum & paroxysmorum eam intermittentem indicant; & quòd pressius & specialiori nomine illam indigitemus, dicimus febrem hanc intermittentem esse; à tempore invasionis quartanæ proprio. Quartanam, à modo invasionis duplicatam, ab adjuncto verò symptomate, dictam febrem exacerbante, scorbuticam; quorum omnium vestigia è casus historia patent.

Partem verò affectam seu subjectum quod attinet: malum hoc cum triplici nomine molestum sit, non inquam fore puto, si & triplex hujus statusmus subjectum. Et quidem habitu respectu ad febrem, hujus subjectum pronunciamus massam sanguineam, quæ subjectum morbi indigitamus; hæc enim præternaturalibus salibus turgida horum febrilium motuum pabulum existit: Subjectum autem causæ seu focum determinat ventriculus & primæ viæ, quæ vitioso acore characterisatæ fomitem quàm amplissimum præbent: Adjunctorum autem symptomatum, horroris nempe & rigoris, panniculum carnosum, sicuti macularum scorbuticarum, cutem epidermidemve seu subjectum adequatum esse determinamus.

Ad causam autem hujus mali jam devolvimur, quæ ceu proxima & immediata accusanda est dyscrasia massæ sanguineæ, seu crasis ejus à particulis salinis heterogeneis perversa, quæ ob heterogeneitatem suam cum sanguine non miscibiles, hinc ad fermentationem præternaturalem excitandam quàm aptissimæ existunt.

Causam verò mediatam, & quidem proximiorum, quod attinet: quæ particulas has vitiosas & febrilis hujus motus causas suppeditavit, illam latere suspicamur in primis viis, illis nimirum in visceribus chylicationi, chylique à facibus separationi, dicatis; quatenus nempe chylus vitiosè in stomacho ob vitiosorum humorum, præprimis de naturâ acidâ participantium, partim vitiosè digestus, partim non ritè separatus à facibus, vitio succi, præprimis pancreatici, dehinc & biliosi, hinc postmodum sanguini infunditur, adhuc vitiosè particulis characterisatus. Præprimis autem accusandus chylus minus temperatus, sed à dulcedine suâ balsamicâ desciscens, & in aciditatem & austeritatem transiens, in ventriculo productus, quem ulterius augmentavit succus pancreaticus & bilis, quatenus & illi tam quantitate quàm qualitate peccant, in actionibus suis impediuntur, hincque ad fermentandum aptiores fiunt, ut ita cum particulis sanguinis oleosis & alcalibus facile in ejusmodi febrilem fermentationem abire potuerint.

Et nos in dictis confirmant causæ remotiores, adjunctaque simul symptomata: & quidem prædisponentes causæ fuerunt salia scorbutica in corpore latentis; hæc enim ubi præstò erunt, stomachum semper acidâ cruditate laborare Practici contendunt, & ubi hoc & succus pancreaticus nimis acidus & austerior redditur, & bilis per consequens balsamicâ suâ vi destruitur, & inertis redditur. Nec mirum, undè contraxerit vitia hæc, cum solenne sit admodum literatis ob diuturniores lucubrationes & studia immodica, qui-

bus & hic æger noster indulsit, ut illis digestionis primæ actiones insigniter læsæ sint; hinc enim & *æar' hōz'iv* hypochondriaci existunt, quibus simul accedit, quòd non paucis curis & negotiis laboriosissimis, animoque plurimis angoribus & metu, ob examen inflans, insipientibus, conflictatus fuerit, sub quorum tormento plus justo fermenti stomachalis activitas hebetata fuerit, ut hinc, cum se insigniter studiis accuratioribus in seram noctem protractis defatigasset, ob deficientem simul debitam motionem chylus non ritè fuerit subactus, volatilisfatus, sed in liquorem acido-viscidum transmutatus; sic excessus circa bona finalia fomitem latentem commovendo, hunc morbum excitavit, cum præprimis eò facilius in actum sic potuerit deduci, quoniam fuit juvenis, quibus jam massa sanguinea præexistit facile effervescens, & promptior ad fermentandum, & ob gaudium præsens, novus cum factus Magister, sanguis turgidior magisque ebulliens factus, sicque accedente nimia vini ingestione in bonis finalibus; ob particulas vini spirituosiores, quæ facile cum latentibus succis vitiosis acidis effervescere potuerunt, febrilis hic motus fuit inductus.

Et hæc omnia ita esse patet, si adjunctorum symptomatum naturam explicaverimus. Et quidem ipsum febrilem Paroxysmum quod attinet: hic incipit horrore & gravi frigore, manifestum indicium, acidum in causâ esse; à bile quippe alcalino magis tale quid non metuendum. Turbata enim istâ sanguinis fermentatione naturali salia non ritè invicem agunt, nec partes oleosæ ex motu fermentativo debitum calorem concipiunt, undè calor deficit, & horror atque frigus succedit, & præprimis rigor, cum ab acido disto vellicetur panniculum carnosus, & ferò universum membranarum & nervorum corporis, in specie dorsi & abdominis, systema; hincque in rigore & horrore tali convulsivi quid patiuntur partes membranosæ, & præprimis abdominis. Tumor abdominis & borhorygmi effectus sunt acidi in primis viis peccantis, & effervescendo status generantis, à quibus & in talibus crebro præcordiorum angustia excitari solent. Ob consensum nervorum plexus mesenterii cum nervis intercostalibus frigus & horror in dorso præprimis perferitur, ita ut perreptate videatur, quod manifestum vellicationis indicium. Nec non ob eundem consensum vellicationis nervorum cum capite communium, & spiritus animales turbantur in suis actionibus, ita ut exinde necessariò caput perturbatum sentiat. Supervenit hinc appetitus prostratus, ex quo sat dilucidè patet, fermentum stomachale à materiâ vitiosâ esse obrutum, & nimis fixum atque inertis redditum, ita ut & alimenta nauseet; dum vellicatur orificium sinistrum, se arcè constringit, partim etiam quòd recorderetur de noxâ illi à nimis ingestionibus illatâ, hinc respuit talia illi nociva; & quatenus hæc vellicatio ulteriores radices egerit, ut etiam totum stomachum & præprimis pylorum vellicet, vomitus insequitur. Dehinc & suis insigniter cruciat ægrum, ob halitus vitiosos ex ventriculo ascendentes, & fauces irritantes; quam sitim auget saliva salibus scorbuticis imprægnata & viscidior, non diluens fauces, sed malum sic exacerbans; hinc etiam cum cerevisiam appeteret ad sistendam sitim, vomitus supervenit, itidem indicium stomachi malè dispositi, proindeque materiam injectam sibi infestam rejicientis, præprimis cum æger injecerit islem haulstum sub ipsâ febrili pugna, quâ cladem stomachus patitur maximam.

Acidum autem vitiosè effervescens, ita tamen, ut

ut prædominium habeat, autor exiit ejusmodi symptomatum: quamprimum vero a sale volatili subigitur, ut sal nempe volatile emergat; & sui fiat juris, acidum pedentim infractum temperatur, & subito vehemens effervescencia excitatur, sub qua partes oleosæ massæ sanguineæ velocius motu æstum corporis excitant, calorque supervenit, & primo quidem in Paroxysmo nullus, in altero moderatus, in tertio gravis & intentus; licet & in quarto & quinto, pro ratione nempe salis volatilis oleosæ massæ sanguineæ cum acido effervescens, supervenit cephalalgia; ex tali enim virescencia effervescencia sanguis turgidus partim distendit vasa, partim etiam vellicat partes membranofas: hinc & ardor faucium cruciat ægium ob sal volatile biliosum fauces rodens. Hacque tandem durat, donec superveniat sudor, indicium, terminum pugnae febrilis adesse: præcipitata enim faeces, i. e. acidum vitiosum ab alcali in salum tertium mutatum, & ita correctum à sero imbibitur, & per sudorem evacuat, cum quo simul maculæ erumpunt, quæ nihil aliud quam salia scorbutica sub cute latentia, & per sudorem excernenda: hinc etiam sudore cessante evanescent, & sic Paroxysmus remittit, donec à similibus re-remediis remota in n'ra sanguineâ adhuc relicta iterum in notum excitentur, novumque ne inducant Paroxysmum. Post pugnam autem hanc cum nulla sanguinea æquibiter quasi denud fermentet, omnia in corpore quæta, nihil hinc sensit, quam imbecillitatem, quantum nempe à systema nervorum sub hac clade non liberum, sed & prius amales & vitales confunduntur, hinc debitus vigor corporis perit, & his confusus non potest non sequi somnus turbulens.

Multiplicationis vero causam puto fabricatam esse in dem in stomacho, & quidem vitio diata; quod patet, quippe æger nosse in primo Paroxysmo fuit vitio stomacho, hinc & simplex fuit accessus & invasio; altero vero in Paroxysmo inter prandendum fuit correptus, cum ventriculus cibis onustus bibit simul bonum haustum cervisia; hinc & non potest non fieri, quin sub Paroxysmo assumpta non rite digesta, ex ventriculo præcipitata, & post aliquot horas in massa sanguineâ infusa, novam suppeditent materiam, ut vix uno Paroxysmo remittente alter statim superveniat, sicque febris duplicata evadat.

Cujus, ut jam Prognosis demus, dicimus, securissimum alias esse affectum febrem quartanam, & sic etiam non adeo periculosum, nisi ratione adjutorum; scorbutica quippe est & duplicata, appetitusque est prostratus, mala alias quæ signant.

Non autem æger sit invidiosus exinde, cum hoc tantum periculi habeat, ut sit malum contumacius, & nisi citius curetur, vitio aliquod scurbo afficeretur; ægro interim liberationem successivè factam ab hoc malo promittimus.

Quod ut fiat, Curam aggredimur, vestit in duabus indicationibus: nempe.

1. Ut allevetur, & evacuetur succi vitiosi.
2. Ut Paroxysmi febriles tollantur, & symptomata urgentia removeantur.

Priori scopo, & quidem humores alterando satisfaciunt salia alcalia, viscidum incidentia, & acidum destruentia; hinc

℞. *Œci depur.* ℥ij. *Di Diat.* ℥j. *Arcan. dupl.* *Mysf. Lapid.* *St. præp.* aa. ℥v. M. f. Pulvis. div. in 4. part. æqu. D. S. *Resolvende Pulver.*

℞. *Œci depur.* ℥j. *Di Diat.* ℥j. *Misc. div.* in 2. part. æqu. D. S. ut ante. Somnietur mane in vehiculo calido, & vespere in frigido. Vel

Tom. II.

℞. *Arcan. dupl.* ℥ij. *Lapill.* *St. præp.* ℥j. *Misc.* div. in 2. part. æquales: D. S. ut supra. Capiantur eodem modo.

Ut materia evacuetur, convenit vomitus; hinc die Luna, seu Paroxysmi, ante Paroxysmum præscribatur:

℞. *Rad. asari pulv.* ℥j. *Arcan. dupl.* ℥j. M. *Si Brech Pulver.*

Vel *℞. Tart. emet.* gr. iij. *Sacch. vel Lapid.* *St. præp.* ℥b. M. f. Pulvis. D. S. ut ante.

Sic enim eo tempore agitata massa facilius excludetur. Post Paroxysmum æger sit quiescens, altero die jejuno stomacho expectet novam invasionem, alium endo sequens:

℞. *Œci Diat.* vel potius *Arcan. dupl.* ℥j. *Œci Cent. min.* ℥v. *Ol. dest. Caryo. b.* gutt. ij. M. D. S. *Fiebr Pulver.*

Capiat in vehiculo calido, horâ unâ ante Paroxysmum.

Paroxysmo finito, si placet, cibum assumat. Die intermissionis propinentur alterantia appropriata, vel Martialia, ubi acidum vitiosum magis peccat, & infringendum est; vel alcalia, ubi magis febrili Paroxysmo occurrendum.

His peractis, ut febriles Paroxysmos infringamus, ad appropriata antiscorbutica nulla hat accessus:

℞. *Card. bened. sumar.* aa. ℥j. *Œci Cochlear.* ℥b. *Œci diaphor.* ℥j. *Ol. dest. caryophyll.* gutt. jv. *Syr. Carb. bened.* ℥j. M. D. S. *Fiebr. Tranchis anj 2. mal.* Mistura hac intrinsece proximo die Jovis Paroxysmo propinetur. Item

℞. *Card. bened. Mencha* aa. ℥j. *Cochlear.* ℥j. *Œci diaphor.* ℥j. *Lap. St. præp.* ℥v. *Laud. opiat.* gr. ij. *Syr. Janic.* ℥j. M. D. *Fiebr Tranchis anj 2. mal.*

Capiat æger hanc portionem pro duabus vicibus; vel melius istam imperet, & quidem prima dosis horâ unâ ante Paroxysmum, altera in principio Paroxysmi subintrantis. Vel

℞. *Arcan. dupl. Mysf. Mag. Corall. c. f. c.* aa. ℥. *Œci diaphor Mat.* gr. xv. *Œci vol vper.* *Œci Laud. opiat.* gr. ij. *Ol. dest. Caryoph.* gutt. vj. M. f. Pulvis. in div. 2. part. æqual D. S. *Fiebr. Pulver.* Prima dosis horâ unâ ante Paroxysmum; secunda vero sub Paroxysmo intrante.

Symptomatum crucians dicta sat infringere & mitigare queunt; im tamen frigus nimis urgeat, inungatur scrobiculo cordis oleum destillatum succini, mistum cum oleo destillato n'acis, & imponatur lateri calcifictus; aut emplastrum ex theriacâ factum, quod simul tumores abtortumns infringat. Si tunc si urgeat, in Paroxysmo, quandiu frigus urget, non bibat; sed astus cum jam increbuit, potus conveniens non denegandus.

Tandem ne recidiva sit metus, per aliquot dies continuet remedia ex abanthio, v. g. vinum abanthii, de quo singulo mane bonum haustum accipiat; in assumendis tibus mediocritatem sedulo observet, blandum metum imprimat. His enim rite observatis, sperare est, ut nox bono eventui liat.

Totum hunc affectum curant Martialia, postmodum volatilia sudorifera. Venæsectio nullum habet hic locum, nisi sit à nimia oppressione sole nis alia; cujus evacuationis sanguinis; in autem nimum fluere hæmorrhoides, optimè conveniunt ad hæmorrhoides sistendas, & febilem æstum sistendum; martialia. Antè Paroxysmum regio lumborum, item regio stomachi, & dorsum, inungantur cum petroleo, oleo destillato succini, macis, &c. rigorem & horrorem præcavet. Loco potius Conveniam prodeit cum

T t t 3

dimit

Aliquoties hoc accepit, undò remittentes successivè Paroxyfmi evanuerunt. Sed ipse admodum debilis reddi cœpit, & manifestò quasi tabescere, tandem etiam paroxyfmi febrilibus redeuntibus. Hinc intermissionis die creberrimè & copiosè effentiam absinthii, centaurii minoris, & elyxir febrile mista usurpavit, ut tonum viscerum & eucriasiam bilis conservarem: hypochondrio sinistro applicui emplastrum de nicotiana cum gummi ammoniaco, quia ibidem & propè spinam maximè frigus cæteraque urgebant symptomata. Diebus verò paroxyfmorum.

℞. *Lsp.* ℞ *prap.* ℞j. *Sacch.* ℞ij gr. xviii. *M.* pro 2. dof. accipiendo unam manè, alteram verò à meridie, duabus vel tribus antè paroxyfimum horis, cujus usu per aliquot dies continuato febris evanuit.

Sed alvi contumacia & excreta admodum dura supervenerunt, & subindè dolores compressivi sub umbilico afflixere, undè Colicam humorosoconvullivam ex acido viscido, per saccharum Saturni ejusque texturam aluminosam fixato & condensato, passulis laxativis ad ℞v. propinatis alvi beneficium conservavi; nihilominus colica cum cardialgia complicata, utraque lancinans, constrictiva & praviter compressiva supervenit; hinc urgente graviter meso ordinavi:

℞. *Ess. Castor.* ℞ij. Capiebatur pro duabus dofibus.

℞. *Fl. Chamom.* *M.* iij. *sem. anis.* ℞vj. *pulp. Colocynth.* ℞j. *coqu. in f. q. feri lactis.* *Colat.* ℞ij. *adde Terebinth. in vitell. ovi diss.* ℞vj. *Mell. rosar.* ℞j. *M.* pro Clysmate, duabus vicibus applicando.

Sequenti die passulas laxativas assumpsit. Extra:

℞. *Empl. matricar. de galb.* p. ij. *Tacamahac. bals. Persuv.* ana p. j. *M. f.* Emplastrum, abdomini internendum.

Quibus etiam symptomata levata fuerunt.

Sentit nihilominus adhuc Colicam periodicam per aliquot dies paroxyfmi consueto tempore recorrentem, sed levem, dicto emplastro & usu essentiae castorei ac absinthii tandem evanescentem.

Ex hoc casu observandum:

(1) Salivationem Mercurialem, nisi fuerit insignis, & quæ diu ac copiosè evacuando univertum corpus evacuet, non curare quartanas: quod tamen observavit Piens de Febr. lib. 2. pag. 273. item ex Ballonio *Pharos Med.* pag. 200. 616. & 653.

(2) Si immaturè concentratur aut figatur fermentum febrile, præter alia multiplicia symptomata speciatim Colicas convulsivas graves induci, acido fixato partes sensiles saltem fortiter irritante.

(3) Idem ferè esse peccans materiale in colicis inde natis, cum fermento febrili, prout ex eo patet, quòd periodum febrilem observent colicæ aliquatidum, utur interdum lethaliter affligentes. *Idem ibidem.*

Febris continua ardens benigna, ex iracundiâ.

Vir vegetus & sanus (ein Barbierer) tenerioru licet constitutionis, in convivio vespertino genio plus debito indulget, Baicho in specie litando; undè post noctem inquietam manè copioso vomitu & aliquot secessibus se exonerat. Tertiâ abhinc

die gravissimâ afficitur iracundiâ, undè aliquot interjectis diebus, languorem & lassitudinem arduam insolitam percipit, cum aliquanti siti, donec aliquando sub medio noctis post mediocrem horrorem gravi astu cum cephalalgia intensâ corripitur, vires prostrata, sitis clamosa, hinc inquietudines cum pulsu frequenti, celeri, molli, magno, & vehementi: Urina intense tincta emissa, successivè per totum turbida crassa, & copiosis contentis saturata, ubique conspicitur. Medicus circâ meridiem vocatus prescribit:

℞. ∇ rubi idai acerol. ana. ℞j. ℞ii diaphor. ℞j. *Syr. Papav.* ℞j. \sim Di dulc. q. s. pro grato sapore. *Misc.*

Jubet cochlearim pro lubitu istam mixturam capere. Vespere rediens hic ipse, offendit agrum in priori statu, sed magis anxium, cum fluctuationis quasi quodam sensu circâ præcordia, conquerentem simul, quoties de prescriptâ mixturâ caperet, sentire se insignem exaltationem totius corporis, præprimis capitis. Hinc quaerit ex Medico: qualis sit affectus, & quid porro agendum.

Resolutio.

Morbus est Febris continua ardens, eaque benigna. Dubitari autem meritò potest: an præcisè benigna sit; idque ex eo, quòd iracundiâ, quæ causæ remotæ hî rationem habet, etiam benignam febrem facillè possit reddere malignam. Eandem & hic inducere non improbabile sit, cum præsertim iratorum hominum morsus fuisse virulentos, ità ut cum viperarum aliquorumque venenatorum animalium iratorum moribus non disparem effectum post se relinquat: Conf. *Hildanus Centur.* 1. *Observ.* 84. & 85. & *Glandorp. in Specim. Chirurg. cap.* 48. & 49. Cui accedit, quòd febres, occasione iracundiæ natae, pessima concomitantia habeant symptomata, ità ut observaverim instar malignarum eas sæviisse. Cæterùm non omittendas hic est spirituum vitalium, pariter ac animalium exercitus, quorum impetus inordinatus ac concitator motus in quilibet febre obvius est, cum turbata massa sanguinea, & primarum viarum digestionis negotio, vitiatò, non possunt non iidem similiter turbari. Et sanè, nisi semper in morbis ad primum illud vivens, indèque actionum omnium, tam naturalium quàm præternaturalium, primum efficiens, respectus habeatur, in multis errare necessum est.

Interim non confundamus formam febris cum efficiente ejusdem proxima; cum massâ sanguineâ enim non omittendi sunt spiritus, quorum inordinatus impetus ac motus in quilibet febre obvius est, propter digestionem primam vitiatam. Si ergò ex hâc hypothese de februm dicurrimus natura, ità ut speciatim sanguinem, & hinc spiritus, seu ejus nucleum, ac sanguinis quasi quintam essentiam, consideremus, forma febris potius consistit in præternaturali isto motu fermentativo; cujus causa speciatim erit heterogeneum salino oleosum seu nitrosum, occasione læsæ stomachi digestionis genitum, & ex hoc in sanguinem illarum, undè hujus & spirituum motus necessariò turbatur. Adedque causa proxima erit Sanguinis dyscrasia, vitio chyli in primis viis depravati enata, in talem præternaturalem effervescentiam erumpens: Vel causa proxima materialis erit nidorulentum fermentum, vitio errati digestionis primæ, ob insæquatum objectum genitum, sanguinis secundum minima crasin, & hinc motum ejus fermenta-

mentativum, pessundans, undè febrilia sympto-
mata postmodum superveniunt.

Causa ergò remota est digestio vitiosa ob inor-
dinatam diætam, quæ fomitem suggessit, quam ex-
citavit iracundia, in movendis corporis nostri conten-
tis efficacissima.

Observandum tamen:

(1) In febribus talibus non semper ad ma-
teriæ peccantis copiam respiciendum esse, cum
admodum febrem malignam uti tantillum conra-
gii, ita tantillum quoque fermenti nidorulen-
ti à vomitu reliquum, ex primis viis massam
sanguineam ad febrem ardentem disponere po-
test.

(2) Effervescentiæ bilis & succi pancreatici
non nimium tribuamus, cum succi pancreatici na-
tura adhuc sit controversa. Ponamus: succum pan-
creaticum esse naturaliter subacidum; non tamen
tanta effervescentiâ inde expectari poterit, cum
præsertim bilis phlegmate detracto inspissata,
lardi instar quidem deflagret, adedque de oleo-
sitate suâ restetur; contra tamen salina ejus acri-
monia non tanta, nec de naturâ ejusdem alcalina æ-
què confiter. Nam licet bilis destillata aliquantulum
salis volatilil reddat; tamen nec hoc phænomenon
sufficiëntiam meretur, cum igne non tam rerum for-
mas inhærentes evolvi, quàm novas produci, expe-
riëntia loquatur; undè falsus est Willisius, statuens,
bilem pro clysmate esse posse; cum, si perficiat in ta-
li casu aliquid, præstet illud saltem oleositate suâ
blandâ & vi saponariâ, cum ex copioso oleo & oc-
culto acido, debito tamen alcali volatili saturato,
constet, adedque lubricando, & abstergendo,
non verò stimulando: Ut itaque multum quide-
m concursus horum succorum in primis viis, non
tamen nimium, tribuamus.

Cephalalgia, in nostro ægro obvia, dependet
simpliciter ex impetu sanguinis.

Porro quoad urinam: ejus inspectio continua in
febribus speciatim acutis admodum est necessaria;
restatur enim illa de statu & eventu harum. Quan-
diu enim in continuis febribus urina est clara &
perspicua, tandem cruda dicitur; si autem turbida
videbitur, signum coctionis denotat: Sicut si in
eadem copiosum sedimentum deprehendatur, per-
fectè cocta vocatur, uti ejusmodi phænomena per
experimenta chymica declarari possunt. Et quide-
m in hujusmodi casibus expetitur ab ægris urina
sanguinis, non potus, hinc manè digestionem
absoluta colligatur. Scilicet urina sanguinis (nam
hæc manè excepta postuletur) est liquor salino-
volatilis-oleosus, seu lixivium, consistens ex a-
quâ, copioso alcali volatili oleoso turgida, undè
prout plus de hoc sale volatili oleoso imbibit u-
rina, eò plus tincta est, ita ut simul, quò plus
salis continet, eò consistentiam crassiorem obtineat:
quò magis est oleosum hoc sal, habeat tincturam
intensiorem, hinc ab oleo tinctura, à sale consisten-
tia: Sic scorbutici intensissimè tinctas urinas emit-
tunt, sed simul crassas, ob copiam salis imbibiti,
quod, postquam eadem steterunt aliquandiu, sub
arenularum forma præcipitatum, & parietibus vitri
crystallisatum, urinas minus tinctas relinquit: con-
trâ urinae tenues, intensissimè tinctæ, observantur in
hecticis; nempe quando sal copiosum oleum imbibit:
Sic Salia volatilil, quando agunt in sulphur seu o-
leum, emergit color rubicundus plus minus, undè
etiam spiritus partium animalium primum aquæ
instar clarescunt, postmodum flavescunt aquæ,
hinc glutinescunt à sale volatili proprio oleo
adhuc juncto; non secus, ac ex destillatione
calcis viyæ, salis ammoniaci & sulphuris, pro-

dit spiritus rutilans instar auri; ubi simpliciter
alcali salis ammoniaci agendo in sulphur sub tor-
tura ignis, & dissolvendo istud, hujus caloril
causa est: vid. Boyle Philos. Experiment. quod
probatur: quando enim illi spiritui instillatur
aqua, tunc totus liquor, antea rubicundus, lac-
tescit, secedente ad fundum sulphure nativo,
ita ut alcali egerit in sulphur, hoc tamen adhuc
vivum sit; sicut alias notum est, quòd ex qui-
buscunque liquoribus, sale alcali & oleo turgidis,
si instilletur illis tantillum acidi, turbentur, &
prodeat lacteus color. Ex hisce colligimus: urina-
m prius rutilantem, postmodum turbidam red-
di, simpliciter ab acido, in urinâ existente, per
modum præcipitationis, urinam præfatis modis
turbante. Ut aded verissimum putemus illud Hor-
nii in Arcâ Moysis effatum, dicentis: omnem
urinam turbidam, semper occultum acidum fo-
vere. Et quidem turbatur vel extrâ corpus, vel
intrâ corpus: Extrâ corpus naturaliter, præser-
tim tempore æstivo, quando urina tunc stans
corrumpi, & aliquo modo fermentare incipit,
tunc acidum occultum sese manifestat: undè tur-
batur urina: Intrâ corpus, & quidem in fe-
bribus, quando acidum antea ferè deficiens, sed
emergens, præcipitat alcali oleosum, undè urina
crassa & turbida provenit, & si majus fuerit,
copiosa sedimenta ad fundum secedunt. Undè verum
est ejusdem Hornii præsigium, quòd nubecula
in urinâ apparens, signum sit redeuntis in sto-
machum acidi. Urina ergò, quæ sit turbida in
febribus, hoc habet ab acido, præcipitante o-
leum ex alcali. Quæritur quale sit acidum?
Hoc est reverè in stomacho (Thomsono proto-
pepticum vocatum) quod uti est primarium di-
gestivum in corpore, ita dirigit etiam il-
lud quascunque digestiones, undè hoc plus mi-
nus in febribus redeunte, atque revivificante eod-
em, urinæ antea claræ per præcipitationis modum
quoque sunt turbidæ, & copiosa sedimenta se-
ponunt in fundum. Turbatio ergò urinæ est
quædam præcipitatio ab acido moderato, agen-
te in alcali, à quo separatur oleum. Jam urina,
quando turbida redditur, dicitur esse signum in-
cipientis coctionis, quando nempe incipit fieri
præcipitatio ac turbatio. Coctio ergò consistit
in separatione quâdam, quam sequitur præcipi-
tatio ac turbatio; in separatione nempe quo-
rundam recrementorum ex massâ sanguineâ, sub
cursu morbi à fermento febrili genitorum, quæ
dum vi acidi stomachi separatur, denudè ex mas-
sâ sanguineâ in urinâ per inchoatam præcipitatio-
nem transeunt, eamque turbidam reddunt; dum
verò perfectè separantur & præcipitantur, urina
copiosa deponit sedimenta, quæ est coctio & præ-
cipitatio perfecta. Ad acidum ergò respiciendum,
& hinc ad transpirationem.

Et hæcundè dicta de febribus continuis benig-
nis intelligendæ sunt. Urinæ enim malignarum,
sanorum simillimæ sunt, & maximè fallunt;
imò in petechialibus ad tres septimanas tenues &
claræ sunt, nec, nisi in plenaria earum declina-
tione, quando nempe meliorescit valetudo, nubecula
apparet, & turbantur, ut ita quoque in illis
periculosior sit prognosus eventus.

Porro in nostro ægro consideranda venit idio-
syncrasia seu constitutio tenerior & sensibilior, a-
deoque hæc ob curæ modificationem ponderanda.
Scilicet tenerior is dicitur, indèque mutabilior,
ratione liquidorum seu contentorum corpo-
ris sui partium, quæ tunc dicitur facere consti-
tutionem teneriorem, quando nempe liquida
conten-

contenta ejusdem mutabilia & facile alterabilia existunt, etiam ex levi mutatione, id quod vocamus: *Er hat eine schwache oder weiche Natur* & opponitur huic robustior constitutio, qualem in rusticis observamus. Fundamentum constitutionis firmiter consistit in acido stomachi propeptico valido, cogente contenta corporis nostri, & quasi concentrante eadem, quo sub firmiori miscella minus mutari queant; sicut contra defectu illius acidi stomachici debiliores redduntur corporis nostri succi. Unde etiam in tenerioribus istis spirituum textura rara quasi est & tenera, facile mobilis & dissipabilis, atque minus fixa: contra in firmioribus spiritus minus dissipabiles & paulo fixiores existunt. Illustrari negotium hoc potest, conferendo vinum dulce Italicum cum vino Rhenano: Uti enim illud, ob acidi defectum ultra unum vel duos annos sine corruptione non persistit: nam Rhenanum ob acidum præponderans per viginti & triginta annos durat: illud uberiori alcali & oleo, spiritibusque magis raris & volatilibus præditum est: hoc copiosiore acido, spiritibusque magis fixis: unde etiam odor & Gas sulphuris acidum conservat vna à corruptione. Par ratio est cum corpore nostro, cujus firmiore constitutione præditi à fortissimis etiam purgantibus non moventur; secus ac teneriores à lenissimo etiam Purgante insigniter turbantur. Sed quoad sensiliorum constitutionem, Germanis *eine empfindliche Natur*: fundatur illa in fibrarum nervosarum textura molli & delicata: structura reddit subjectum sensile; densa verò minus sensile. Jam ergo in Praxi hujusmodi constitutionum habemus rationem, quandoquidem tenerioribus minus propinanda fortiora, sed moderata & temperata in usum vocanda sunt, & talibus neque opiata adhibenda, *weil sie davon matt werden*; in firmioribus verò magis graduata remedia requiruntur, etiam opiata ferre possunt. In sensilioris constitutionis ægris contrarium est: qui enim habent genus nervosum delicatum, iis quandoque dari possunt imò debent opiata, aliis admitta; contra minus sensiliorum texturam habentes, iisdem nullo modo egent. Noster æger est talis, unde non mirum, si à rebus extrinsecus facile alteretur.

Causæ remotæ sunt læsio diætæ & iracundia. Erratum ab ægro nostro constitutionis tenerioris in diætâ commissum, suggessit fomitem morbosum, nempe fermentum febrile, in quod iracundia quasi scintillas excussit, unde fomes in ignem febrilem exarsit. Scilicet iracundia movere contenta corporis nostri, notum est; observetur solummodo pulsus iræ percitorum, qui est vehemens, & simillimus febricitantium. In iracundiâ quibusdam alvus, quibusdam urina stimulat, imò nonnullis horum sanguis è naribus effluit; pathemata omnia monstrant, quantas turbas corpori det iracundia, sub quâ, cum insignis motus humorum à spirituum animalium impetu contingat, à quo quælibet contenta corporis nostri moventur, hinc etiam fermentum febrile in actum secundum quasi deduci potuit.

Quoad Prognosin: morbus in se est periculosus, qui tamen non necessariò mortem post se trahit; quia

1. Est à causâ externâ. Symptomata verò, quæ sunt à causâ externâ, semper longè mitiora sunt, quàm si febris illa fomitem internum agnosceret. Interim pessimum est, quod ira accesserit, quia quandoque convulsiones, deliria, & alia atrocissima symptomata infert, quod in pistore quòdam nimia iracundiâ mortuo observavi.

2. Malignis febribus laborantes ut plurimum pessimè se habent circa præcordia, hinc anxii, inquieti, clamorè sciunt, & graviora symptomata circa præcordia patiuntur; quæ in quâcunque febre quò mitiora sunt, eò semper major spes futuræ reconvalescentiæ apparet.

3. Pulsus magnus bonum signum suggerit; innotuit enim æquabilem sanguinis motum fermentarivum.

4. Quia urina coctionis caractere sigillata, quæ simul incrementum morbi monstrat, sicuti sedimentum illius statum quoque hujus denotat.

Quoad Curam; hæc primò jubet, ut stomachus à cruditate nidorosa liberetur, idque per vomitum. Ubi tamen quaeritur: an etiam hic in nostro ægro vomitus locum habeat? quod ut plurimum felicissimè contingit. Certum quidem est, eum, qui in chronicis & acutis morbis dextrò vomitoria adhibere novit, citius longè curate; imò & in febrim continuarum principio nil melius vomitu. Interim cum æger (1) sex diebus ante invasionem morbi vomitum non-naturalem & quasi symptomatum, naturâ coactâ, propter ebrietatem passus fuerit, adeoque motus naturæ non proprius fuerit, dubitari de eo administrando potest; imò, si fuisset ille criticus, natura jamdum se exonerasset, adeoque nec necesse foret, eundem repetere. Verum ille nil ad curam facit, quia intercessit ab illo tempore iracundia, de novo turbans æconomiam corporis ægri nostri. Ad hæc, cum (2) æger noster sit tenerioris, uti patet ex historiâ, constitutionis, hinc periculum crescit, ne ex vomitorio propinato, aut hypercharfes sequantur, eò quod vomitoria sine violentiâ non operentur; aut ægrum, si eum vomitorio tentare velimus, viribus jamdum satis atteritis lipothymia corripiat. Insuper cum (3) urina jam appareat turbida, morbusque adeo principium transenderit, & in incremento sit, sanè & hæc dissuadent vomitorii usum, præsertim, quia hic in principio continuarum saltem conceditur, non verò in incremento, ubi occasio præterlapsa, & (4) ipsa natura jam se exoneraverit. Contra ab alterâ parte, pro vomitu instituendo urgent (a) quod æger anxius sit & inquietus, quæ affecta esse præcordia indicant, adeoque si intermittatur vomitus, metus est, ne dicta symptomata ab affecto stomacho oriunda exasperentur. (b) quia fluctuationis sensum in præcordiis percipit æger, quod signum est, ut Prædici loqui amant, anoripiam humorum instare. (c) quia æger dicit, quoties de mixturâ præscriptâ caperet, exstuationem circa præcordia pati; quod indicium est, spiritum nitri dulcis cum contentis stomachi & vicinarum partium effervescente. Hæc ergo permittentia & dissuadentia vomitum, dum occurrebant, vespertino tempore accedens, quid ægerem? in bivio hærebam; neglectis tamen dissuadentibus, rectè dedi vomitorium, quod ipsam in principio primò advocatus sine deliberatione mox dedissem. Equidem bene nosse ahiis convenit Medicos, vomitoria, eum sunt ex illorum manu, non esse amplius in eorum potestate: interim probè quoque distinguere sciebam inter vomitoria ex regnò minerali, & inter purgantia vegetabilia: quorum illa in stomacho & duodeno, & ultra primas vias non operantur; hæc verò ulterius pergunt, adeoque nociva sunt, tam in malignis quàm benignis continuis, idque, quia massam sanguineam colliquesfaciunt, causam morbosam evacuant, & symptomata potius augent quàm curant.

Secundum

Secundus scopus est, ut massa sanguinea corrigatur: quod fieri potest misturis alterantibus; unâ operam dando, ut semper æger, quantum possibile, in blandâ diaphoreticâ conservetur: quippe hæc ratio illa melius longè operari solent, & cephalalgia simul discutitur, undè spiritus nitri dulcis egregius est, ob vim singularem diaphoreticam, quam præ aliis spiritibus acidis habet, & sistendum ætiam, ex effervescentiâ humorum natum.

Opiata in incremento harum febrium, aliorumque morborum acutorum, optimè profunt, ritè administrata: Sed in incremento morbi saltem dando cum bezoardicis, præmissis universalibus, vel primas vias mundantibus; sic enim maturè in incremento morbi præcauentur delicia & majora symptomata, quæ aliàs in statu essent metuenda; ægrumque quietum reddunt: imprimis tinctura Bezoardica cum opio est proficua, de qua vid. Ludovici in *Pharmac.* In statu autem non propinentur opiata, nec si adsit crisis, quæ per vomitum, vel per secessum, aut similem sit expectandum, ubi adest stimulus in nervis; talem enim opium impedit; in cæteris verò crisis per urinam, sudorem, & similia, quæ sunt per internos humorum motus, crisis non sistunt.

In usu autem Bezoardici Lunaris, simus cauti ob adulterium lunæ, quod habet cum Venere: quandoquidem aliquando illud in febre ardente cum delirio conjuncta præscribens observavi aliquot secessus in ægro hinc excitatos fuisse; undè nisi ex defæcatissimâ lunâ fuerit confectum, periculum semper imminet, ne de Venere participando, vi cathartica turbas in corpore suscitet, & ad secessus disponat.

Quoad sitim: ægris potus largior concedendus, modò non nimis unâ vice, nec nimis frigide, hauriant; adeòque rectè Panarollus *Pentec. 4. Observ. 8.* eos perstringit, qui ægrotis suis omnem potum interdiciunt, & siti miserè torquent. Julebi sunt optimi, sed quò simpliciores, eò meliores, v. g. succus acetosellæ, succus cydoniorum recens, rubi idæi, &c. uti & reliquis vegetabilium succis acidulis per fumum sulphuris asservatis, condensando quasi massam sanguineam, in continuis cum aquâ simplici propinati, additâ tincturâ quâdam vegetabili, & pauco saccharo: succus cydoniorum optimus est, cum cydonia habeant vim quandam nitrosam, vel cerevisia secundaria, aut aqua cum modico vini & pomo citrio in taleolas inciso immisso. Malignæ si sint, gelatina cornu cervi addatur; quia succo nutritio constat, & hinc copioso sale volatili temperato, indè habet vim analepticam, & blandè temperat acriores succos; etiam propter sal volatile temperatum diaphoretica est, vel in potu ordinario, vel Julebo: item decoctum citri Mynsichti & Tilemanni.

℞. *De fontana* ℥ij. *Syr. rub. idæi* ℥ij. *Papav. albi* ℥ij. & si placet, adde *Di q. f. M. f.* Julebus suavis. Huic etiam Gelatina cornu cervi ℥ij. ad ℥ij. addi possunt.

Si alvus simul sit obstructa, in his Julepis decoctum tamarindorum, vel solum, vel cum passulis optimè convenit, v. g.

℞. *Decoct. Tamarind. c. pass.* ℥vj. *Syr. acetos. citri* ℥ij. *Di dulc. q. f. M. pro Julepo.*

Nitrum depuratum etiam est egregium; lapis prunellæ verò nil valet. Pro depuratione nitrum ebulliat probè in lixivio forti, & per blandum calorem inspissetur, & aqua eluatur; Vid. Tachenius. Nitrum antimoniatum etiam melius est propter subtilissimas particulas sulphuris antimonii concentratas, sed in largâ dosi propinandum, in

mensurâ nempe unâ potus ad ℥ij. vel iij. addatur; sic optimum successum habet in ægris, servat simul alvum apertam, & disponit ad diaphoresin. Loco hujus sumitur liquor abluitionis antimonii diaphoretici, instillatur acetum, & pulvis in fundum secedit, qui dicitur Magisterium antimonii.

Ad Ægrum vocatus sic curavi: scilicet postquam illi die Solis propinandam jusseram misturam, in casu enarratam, sed postmodum ægrum sic inveni, ut in casu dictum, vesperique ejusdem diei rediens, diù deliberavi mecum, an vomitorium conveniret? tandem deliberatis circumstantiis ei lenè præscripti, ex tartari emetici Mynsichti gr. ij. undè factum est, ut horâ unâ interjectâ, æger incideret in vomitiones crebriores, cum copiosissimis alvi dejectionibus, reverâ cholericis pathematibus, superveniente summâ virium prostratione, extremorum refrigeratione, & sudore circa frontem synoptico. His ita perseverantibus; cum æger non posset surgere præ languore, revocatus jussi ei exhiberi tantillum vini generosi, quietumque simul in lecto manere eundem, ut extrema incalescerent, sed mox rejiciebat, & moribundi instar jacebat; nihilominus tamen ordinavi, ut in lecto quietus jaceat, imò etiam naribus crebrius admovei vinum generosum, ut hujus odore reficeretur. Dehinc internè præscripti:

℞. *Menth. rubi idæi ana* ℥ij. *Cinam.* ℥vj. *Succ. Cydonior.* ℥ij. *Theriac. camp.* ℥ij. *Essent. ambræ* ℥ij. M.

Hæc suavis mistura ab ægro successivè assumpta vomitus & secessus sedavit, eumque sequenti nocte quietum reddidit, undè simul regioni stomachali crebrius inungi curavi Theriacam, vel solam, vel in vino generoso calidè dissolutam, propter vim aromaticam: Cum his autem post mediam noctem, & post vomitum præscripti:

℞. *Ebor. f. Δe.* ℥ij. *diaphor. aa.* ℥ij. *Bezoard. Oar. gr. xv.* *Laud. opiat. ferm.* gr. iij. M. f. Pulvis pro tribus dosibus.

Quarum unam cepit post mediam noctem, alteram sequenti mane, tertiam vesperi. Hoc factò atrocita symptomata ex voto evanuerunt, & æger maximam partem levatus fuit, de febre ardente moderata aderant vestigia.

Hinc externè pro cephalalgia arcendâ, ordinavi emulsionem sequentem:

℞. *Sem. Papav.* ℥ij. *v. fl. sam.* ℥ij. f. l. a. Emulsiō: adde *Camp.* (si ferre tam potest æger) gr. vj. *Misc. pro Epithemate,* fronti applicando: sic æger restitutus.

Sed audite, quid porro factum! Æger biberat cerevisiam novellam, hinc ex ejus usu & impetu in stomacho adhuc debili, & cerevisiam non digere valente, nova reviviscebant symptomata febrilia, frigus cum insequente æstu, &c. quæ dolores æstuum comitarentur, quotidie à meridie ita redeuntes, ut semper alternis diebus per bihorium anticiparent, & ita febrem tertianam duplicatam repræsentarent. Hinc ordinavi Tincturam tartari ad guttas 30. omni mane in haustu vehiculi calidi assumendum, uti à meridie antè Paroxyfimum, & sub introitum lecti, spiritus salis ammoniaci gutt. 30. in vehiculo omni. Cum æger hoc continuaret, & scrobiculum cordis inungeret oleo destillato baccharum juniperi, ita sensim continuato usu convalevit. *Idem Ibidem.*

Febris Continua Periodica.

Juvenis sponfus laudabilis constitutionis, fronte serena & facie rubicundâ ornatu, cum sponsâ & aliis sodalibus die Solis vsq; petis mense Maio, ubi hilares valde convivio excepti choreas ducunt, potant, vespere domum redeunt. Sponfus in lectum cum sponsâ se conferens, noctem patitur nonnihil inquietam, variis vagis insomniis & vigiliis interruptam. Mane die Luna sitim intensiorem percipit, lingua glutinosa admodum cum aliquali capiti dolore, postquam surrexerit, & vestimenta sibi adaptaverit, frigidum quendam horrorem dorsum vixè perreptantem percipit; hunc excipit successivè frigus intensum cum rigore, quatiens membra. Hinc rejectis vestibus, lectum reperit, prædèque se contegit, ubi brevi denudè incaluit, sed ita intensus estus cum gravi cephalalgia & summa bibendi appetentia supervenit, ut ceu egrotus lectum colere necesse habeat. Bibit avidè cerevisiam, non sapit, sed ob amarorem & glutinositatem eam fastidit, hinc coventum, tandem aquam frigidam, apportari jubet, sed omnia eodem tenore manent. Vespere cum totâ ferè die nihil comesset, caput ceu euphorisum Tincturam Bezoardicam ad ʒj. in haustulo vini, sudat, hinc estus & cephalalgia nonnihil remittunt: sed nox insequens inquietâ, ut antecedens; undè manè die Martis omnia eadem atque præcedente die, sed non adeo gravia, nihil edit, semper bibit, nox insequens paulò quiotior. Mane die Mercurii denudè capit istam tincturam, curaturum hâc ipsâ seipsum, sudat, sed eodem modo omnia persistunt. A meridie inclinante vespere gravior cephalalgia eum prehendit, ita ut etiam oculus vix aperire queat: sitis immensa, lingua arida, ut & labia, estus insignis, conquiritur de dolore & anxietate circa præcordia, nauseat, & leviter vomitur, sub noctem loquitur varia, interdum ridicula; menè symptomata nonnihil remissiora. Die ergò Jovis Medicum vocatur, qui accedens, præter enarrata parhæmata observat urinam intensè tinctam, aliquantulum turbidam cum aliquali encoremato. Pulsus frequens admodum, vehemens, plenus magnitudine, & celeritate moderatus, respiratio crebra, tangens manum, eam nonnihil matidam, uti & frontem deprehendit, debet curare egrotum.

Resolutio.

Quòd Juvenis noster sponfus febre ardente continuâ periodicâ laboret, calor intensus atque continuus, sitis insigniter aucta, cephalalgia, & tertia quoque die exacerbatio, reliquaque ex ordine symptomata, signa harum febrium pathognomica, probabilissimè testantur.

Cognito ergò effectu, absque ulteriori mora ipsius Partem præmeridè affectam ordine aggredimur, vix verò aliam statuerè possumus in hâc febre, quàm massam sanguineam ad vitiosam fermentationem nonnihil dispositam.

Huius autem febris continuæ periodicæ formalitas hæud dubiè est effervescencia sanguinis præternaturalis.

Causa proxima est dyscrasia sanguinis oleosa

volatilis salina seu biliosa veterum, ratione cujus æger corripitur, febre ardente continuâ: quatenus verò Paroxysmi tertiâ quoque die exacerbantur, adeoque Tertiâ simul, & quidem intermittens, ex digestionis primæ vitio conjuncta est; ob id hæc febris composita rectè dicitur. Conferatur Sylvius. Hinc etiam noster sponfus, tanquàm Juvenis laudabilioris constitutionis, & alias massam sanguineam nonnihil oleosam habens, levi accedente occasione, dum nempe exspatiando in rus convivio exceptus ventriculum cibo, & forsan nimio potu, nonnihil onerat, & ex hilaritate choreas ducit, à re nonnaturali, nempe motione nonnihil fortiori, tanquàm causa externa, facillimè vitium primæ digestionis nidorosum contrahere; & ita fomitem pro toto morbo in primis viis constituere potuit; undè massa sanguinea ad vitiosam fermentationem disposita in actum secundam erumpit, & fermentatione præternaturali, præsertim mense Maio, tempore nempe vernali, eò citius affligitur. Si enim ægri ardenti aliavè in febre conquerantur de amore oris, certum est, vitium tunc hæere in primis viis, adeoque vel in cruditate nidorosa, vel vitio confluentiæ succorum primarum viarum; ita ut tali in casu ad stomachum imprimis respiciendum sit. Minus benè ergò ægro nostro cerevisia sapit, sed ob amarorem & glutinositatem, & quia ob fermenti ventriculi inertiam, digestionem primâ turbatâ, cerevisia ingesta, utpote nonnihil crassa, mox corrumpitur & cadaverisatur, molestia aliqua excitatur, eam insigniter fastidit. A vitiosa verò illâ chylicatione, & sanguinis fermentatione, vitiosi etiam producuntur spiritus animales, undè sponfus noster cum sponsâ in lectum se conferens, noctem patitur nonnihil inquietam, variis vagis insomniis vigiliisque interruptam, quia spiritus animales turbulenti, & à quiete tranquillitateque naturali impediuntur. Dum autem duo illa talia massa sanguinea, acidum & urinosum acre oleosum bilis, motu mutuo in se invicem magis magisque fermentando agere incipiunt, successivè effervescendo febrilem inducunt calorem, & quidem tantò majorem, quò magis oleosa pinguis ac volatilis massa sanguinea existit. In principio autem motus huius effervescencie febrilis, dum acidum fortiter pugnat, & nonnihil præponderat, partes nervosæ membranosæ, panniculus nempe carnosus, in specie abdominis systema, vellicantur, undè harum spasmi, & convulsivæ vibrationes excitantur, quæ sub formâ horrores & frigoris, in specie in lumbis & abdomine, percipiuntur. Hunc autem frigoris sensum, mox excipit æstus intensus, cum gravi cephalalgia, & summa bibendi appetentiâ conjunctus. Quando enim particule massæ sanguineæ volatiles oleosæ successivè emergere, acidumque pederentim infractum temperare incipiunt, vehemens excitatur effervescencia, sub quâ partes massæ sanguineæ oleosæ sulphureæ velocius motæ & agitatæ, intimèque dissolutæ, calorem istum insignem concipiunt. Nihil enim magis effervescendo incaluit, quàm salia volatilia oleosa. Hinc talis turgescentia sanguinis febrilis, vascula meningum copiosissima distendit, in suo motu nonnihil remoratur, & ita cephalalgiam insignem ægro nostro infert. Nec mirum proinde, quòd tali ardore febrili summa bibendi copuletur appetentia. Ardor enim talis alterat lympham salivalem, fauces humectantem.

Æger ergò noster multis symptomatibus afflictus confugium sumit ad euphorisum illud domesticum, tincturam nempe bezoardicam, hinc sudore excretus, & cephalalgia nonnihil remittunt. Diaphoresis

proficua est; materia enim fermentativa vitiosa successivè subacta, & instar fœcum in vino præcipitata, à reliquarum partium consortio liberata, copioso à sero, vi medicamenti assumpti per rapidiorem circulum sanguinis attenuato imbibita, effuso sudore excernitur, & sic massa sanguinea nonnihil æqualiter iterum fermentante, febrilia symptomata nonnihil remittunt. Noctem tamen iterum inquietam, vigiliisque interruptam, à spirituum animalium inordinato motu patitur. Die Martis omnia symptomata, sed non adeò gravia, iterum ægrum affligunt; nox tamen insequens quodammodo inquietior. Die Mercurii iterum omnia eodem in tenore permanent, à meridie autem inclinante vespere gravior cephalalgia ægrum nostrum præhendit, ita ut etiam oculos vix aperire queat; afficiuntur enim ab hac turgescentiâ sanguinis febrili membranæ internæ, dum & tenuis meningis, à copiâ sanguinis vascula meningum distenduntur & in motu suo remorantur; quia verò membrana illa, dura mater nominata, per consensum etiam pericranium afficit, nervumque opticum usque ad oculum comitatur, ibidemque tunicam scleroticam constituit, ob id ipsi oculi intense simul dolent, & cephalalgie dolores non parùm exasperantur. Nec mirum quoque, quòd tali effervescentiâ sanguinis febrili æstus insignis, labia & lingua arida, sitisque immensa, tanquam propria ipsi symptomata, adjungantur. Dolorem & angustiam circa præcordia gravissimam, vomendique levem conatum atque nauseam, à cruditate nidorosa, in stomacho & primis viis hærente, talem molestiam excitante, deduco. Delirium illud, dum æger noster juvenis varia & ridicula sub noctem loquitur, exinde originem habet, quòd calefacto per sanguinem effervescentem cerebro, spiritus animales in cerebro & cerebello inordinatè moveantur atque agitentur, hinc occasione talis inordinati & continuati motus vigilie & deliria proveniunt. Urina intense tincta, maximè oleolum innuit sal peccans. Quia verò febris quodammodo ad statum tendit, urina cruda sit magis cocta, & ex turbulentiâ ejus & aliquali encoremate recrementorum præternaturalium præcipitatio & separatio innuitur, ob id jam morbum in incremento constitutum ad statum properare indicatur. Pulsus vehemens à robore cordis motus dependet; calor autem quò intensior magnam sequitur sanguinis ebullitionem, eò celerius & frequentius vibratur arteria, undè pulsus frequens provenit. Respirationem verò nimis crebram atque austam ut tandem etiam attingam, dico illam originem ducere à rarefactione nimia massæ sanguineæ, hinc celeriori sanguinis circulo per pulmones. Manuum autem atque frontis levis mador, calorem intantum, vaporosum dictum, pro causa agnoscit: imò naturam diaphoresin augere, & ægrum ad sudorem inclinare, adeoque eundem secundum naturæ motum, per sudorifera curandum, ostendit.

Quod verò eventum attinet: paucis dicimus, febrim hanc, utpote benignam, minus periculosam, potius salutare esse; brevi enim tempore, quia coctionis signa jam die quarto appaerunt, fortasse die septimo exitum operatum hæud dubiè, adjuvante Deo, promittimus: idque præferimus, si critico motu natura se exoneret: sin minus, ad aliquot dies diutius, & ita ad paucas septimanas morbum iri protractum, prædicimus. In quorum enim morbis tempus, natura, habitus, ætasque congruit, levioere periculo versantur multò, quàm si nihil horum congruat,

vid. Hippocrates, *sect. 2. aph. 34.* Fontanus *Meth. General. Cognosc. Prædicendi & Curandi Morbos, eorumque symptomata lib. 2. cap. 3. §. 7. 18. & cap. 56.* Ratione enim naturæ aut temperamenti, morbi alii dicuntur naturæ familiares, & cognati, qui similes sunt; alii minus cognati: Ita juvenibus febres ardentes & acutæ familiares sunt; senibus non. Magnitudo ergò morbi cognoscitur ex indispositione subjecti ad recipiendam causæ efficientis actionem: quò enim subjectum minus est dispositum ad causæ efficientis vim recipiendam, eò, cum recaperit, majorem causam adesse necesse est: contra, quò major est dispositio, eò minorem.

Methodum verò medendi quod concernit: medicamenta eò dirigenda erunt, ut

1. Removeatur fomes ex primis viis, qui consistit in scoriis ex chylo vitiato, à bile præternaturaliter corrupto, genitis, i. e. in cruditate nidorosa.

2. Corrigitur dyscrasia massæ sanguineæ, temperando sal volatile urinofum, plus minus oleosum, effervescentiam excitans.

3. Correcta materia peccans per convenientes vias evacuanda, quòd optimè fieri potest per sudorem, & per urinam.

4. Symptomata in cursu morbi urgentia nonnihil mitiganda.

Primo scorbatica satisfacit Purgatio, vel per superiora, vel per inferiora. Posterior enim evacuantia, quia morbus jam ad statum pergit, minus convenit. In principio enim, si quid movendum videtur, move: vid. Hippocrates. Potius emetica conducunt, hinc manè:

℞. *℥i emet. gr. ij. Scamm. ℥ss. gr. j. Sacch. albiss. gr. vj. M. F. Pulvis. D. S. Brech-Pulverlein auf einmal.*

Vel si vomitoria in formâ pulveris minus placeant:

℞. *Conf. Rosar. ℥ss. ℥i emet. gr. iij. M. f. Bolus. D. S. Brech-Bissen.*

Si febris est benigna, & nondum adeò propinqua statui, consentientibus omnibus circa ægrum circumstantiis, non adeò planè inconsultum videtur venam secare.

Secundo, tertio & quarto scopo satisfacienda, corrigendo nempe sal volatile oleosum, undè plurima symptomata, nempe sitis, &c. proveniunt, sunt omnia acida, sal volatile acre præcipitantis. Imprimis tamen nitrata, & cum eo parata remedia fixa; figunt enim sal volatile acre, oleositatem ejus coercent, simulque per urinam vel sudorem evacuant.

Commodè autem his remediis laudanum opiatum, idque morbo adhuc in incremento existente, adjungitur; in statu enim minus liceret; quælibet enim symptomata reddit mitiora, & præter somnum inducendum, deliria præcaverit, turgescensque humores placat & sopit.

Die ergò Jovis vespere:

℞. *℥ii diaph. opiat. ℥ij. Bezoard. miner. gr. xv. Laud. op. ferm. gr. ij. M. f. Pulvis: div. in 2. part. æqu. D. S. Schweiß-treibende Pulverlein.*

Capiendo unum tempore vespertino, alterum post mediam noctem. Vel

℞. *C. C. f. Δe ℥ii diaph. aa. ℥ss. Laud. opiat. gr. ij. M. div. in 2. part. æqu. D. S. Schweiß-treibende Pulverlein.*

Die veneris ingruente paroxysmo.

℞. *℥ Cent. min. fl. samb. aa. ℥ij. ℥ diaph. ℥ij. Bezoard. miner. ℥j. Syr. Papav. albi ℥i. ~ ~ ~ Di dulc. q. l. M. S. Schweiß-Trancklein auff etliche mal.*

Capie-

℞. *Tinct. Benzoid.* ℥ij. D. S. *Schweiss-Tinct. auff etliche mal.* Dosis gutt. 50. in aqua florum sambuci.

Possunt etiam Spiritus minerales, & acidi & dulcificati magis, nempe temperati, in potu ordinario & decoctis alterantibus usurpari. Ergo

℞. *Di. dulc.* ℥j.

Insillentur subinde aliquot guttulæ in potum ordinarium.

Vel injiciatur parum de nitro antimoniato.

Die verò Saturni:

℞. *Decoct. Tamarind. c. pass.* ℔j. *Syr. ribium Granat. acid.* aa. ℥℔. *Di. dulc.* q. l. pro debita aciditate. M. pro Julebo, de quo prolubu hauriebat bonum haustum.

Quartò symptomata febrilia, in cursu febris adhuc urgentia, non nihil mitiganda. Si nempe dolor capitis nimis urgeat, pro mitigando dolore applicetur capiti Verberna contusa, vel tali modò etiam applicetur Betonica, vel unguentum Alabastrinum, cum linteis multiplicatis, vel conquisatum cum aceto, temporibus imponatur. Sitim verò intensam antecedentia medicamenta optimè mitigant.

Febris catarrhalis.

Virgo nobilis & delicata, facta tempore hybern mensium excretionis, conqueri cepit de lassitudine artuum, ac vagis eorum lancinationibus, alioque crebriore in liquida forma solutione, ex pancreaticæ lymphæ in æstiva stimulantæ. Supervenit difficultas loquela, & vox aspera & rauca, vix perceptibilis redditur. Comitatæ hæc accidentia tussis serena sicca, Japids quatiens pectus sine etiam materia rejectione per fauces, qua dolentes & quasi excoriatæ sunt. Tussis hæc subinde eam vexat, magis tamen noctu quam interdii, ita ut nimio tussigendi conatu vomitus decumbenti in lecto accidat. Adest simul calor præternaturalis, interdii remissus, vespere gravior, noctu satis intensus. Caput dolet, sitis moderata, urina naturaliter tincta, tenuis, cum aliquali enormitate, pulsus frequens, vehementia & magnitudine moderatæ, sub calore tamen vespertino satis frequens ac celer.

Resolutio.

Historia symptomatum occurrentium in hoc nos certos reddit, ut affectum nostræ ægræ complicatum esse, asserere nulli dubitemus. Primarium enim urgens videtur Febris lymphatica catarrhalis, & quoad modum invasionis, continua periodica, interdii remittens, non tamen planè intermittens; quæ subinde raucedine, difficultate loquendi, simulque tussis serena, & excretionis modi ratione habitæ, sicca, ceu satellitibus, causali consortio conjunctis, stipata est. Et hæc adesse patet; lassitudines enim artuum, eorum lancinationes vagæ, calor præternaturalis interdii remissior, noctu gravior, pulsus frequentior & celerior, febrilem æstum; tussim verò vocemque asperam ægræ nostræ loquela aliaque simillima manifestissimè declarant.

Detecto ergo horum symptomatum fonte, ex affectu primario focum, in quo hæc accensa, subjectum puta, indigemus. In hoc autem determinando, minus incongruum fore puto, distinguere inter subjectum morbi, & inter subjectum causæ. Morbi subjectum ratione febris catarrhalis est massa sanguinea vitio lymphæ in motu fer-

Tom. II.

mentativo vitata, in cujus præternaturali effervescentia febrilis æstus ratio formalis petenda, ratione tussis & raucedinis aspera arteria. Subjectum causæ ceu principale est lymphæ seu latex Helmontii aquosus, ex glandulis, tam conglomeratis quàm conglobatis, exsillans.

Hæc ultima ut pressius examinemus, Causam explicare animus est, seu quis ex hoc foco orturum symptomatum fuerit Vulcanus. Causam autem proximam quod attinet: illa est lymphæ, non tam glandularum conglomeratarum, sed quàm maxime conglobatarum, præternaturali acrimoniâ acidofalsâ inquinata; hæc enim dum per partes distribuitur, eas irritat, & ad dolorem lancinantem commover, sanguinique immista in vena axillari in eo effervescentiam febrilem excitat, sicque talium symptomatum auctor existit.

Et se ita dicta habere, lymphamque præternaturaliter constitutam esse ejusmodi malorum causam, explicatio adjunctorum symptomatum dilucidabit. Et quidem, cum duplicem nominaverimus lympham, glandularum nempe conglomeratarum & conglobatarum, utriusque scilicet diversæ, rationem reddere promittimus. Lympham enim glandularum conglobatarum hic peccare non ullum negare puto: Nam hæc nimis acida, acris & falsa reddita, dum venæ axillari sinistra infunditur, uti alias naturaliter constituta turgescientiam sanguinis promovet, ita vitiosa reddita & vitiosam omninòque præternaturalem effervescentiam excitat; undè postmodum calor ille præternaturalis & febrilis cum pulsu frequente, ac sub calore vespertino satis celeri, ceu febris præsentis signo pathognomonico, exoriuntur. Dum itaque sanguini permista lymphæ ista potens fuerit calorem febrilem introducere, certum hinc, quod distributa ad partes corporis, ejusmodi lassitudines artuum, membranasque eorum rodendo lancinationes, easque vagas, induxerit; certo indicio, non fermentum partium glandularum proximum hic peccare, sed lympham glandularum conglobatarum, utpotè quæ vagè ad corporis artus & viscera universa distribuitur, hincque peregrinis salibus imbuta, tales lancinationes infert, more salium scorbuticorum, similes ejusmodi dolores inducentium. Eadem itidem lymphæ ad caput delata, ob copiosissimarum glandularum præsentiam, quæ ibi copiosissimæ extant, (cum cortex cerebri ipse totus glandulosus) & ibi lassitudine suâ muriaticâ, simulque acidâ, capitis dolorem exacerbando, molesta existit.

Confirmant nos in dicta sententia, si ulterius uberiolem hujus lymphæ vitiatæ progressum indigemus; hæc enim lymphæ acrior ad fauces, arteriam præprimis asperam, delata, illas partes dictas irritat, hinc ex lymphæ effusione vox aspera & rauca, vixque perceptibilis, redditur, quæ à lymphæ acriori ulterius irritatæ, uberiolem lymphæ profluxum concitant; undè non potest non fieri, quin talis effectus, raucedo nempe, sequatur. Et hoc ita esse demonstrat, quòd ejusmodi symptomata comitentur tussis serena, ortum suum ducens ab ejusmodi lymphæ falsa acri, pertinacius asperam arteriam, tam delicatè sensilem, vellicante, istamque rodente; proinde summus tussigendi conatus adest, totum pectus quatiens; cumque materia subtilis, minus cocta, Practicis dicta, hinc sine rejectione aliqua materię proccedit, & absque omni effectu, nisi quòd fortiori hæc irritatione exindeque exorta motione; fauces quasi excoriatæ, & ita quasi phlogosi-

Vvv

affec-

affectæ, doleant. Tussim autem hanc catarrhalem esse, ortam ex lymphâ vitiosa, confirmat, quod magis circa vesperam ægram cruciet: solemne quippè est omnibus lymphæ affectibus, ut semper noctu exasperentur, ob rationem, quod pori tunc magis occlusi ansam dent ulteriori lymphæ effusioni; cùmque salia peregrina per insensibilem transpirationem non tam facili ter exhalent, hinc & tussis ægram nostram magis noctu quàm interdiu vexat, ut decumbenti in lecto ex nimio tussendi conatu vomitus superveniat, claro indicio, stomachum, & imprimis ejus Rectorem, ob nimiam concussionem pectoris & diaphragmatis in confusum trahere, ut hic ita irritatus convellatur, & vomitus superveniat. Non autem tussis solum exasperationes suas circa vesperi ortum exorditur, sed & reliqua symptomata circa idem tempus suum capiunt incrementum, hinc & calor seu effervescentia illa præternaturalis interdum minus intensa, vesperi gravior, noctuque satis intensa est ob eandem, cum tussi nocturno tempore asperiore facta, rationem; ita enim lymphâ in majori copia sanguini affusa uti majorem effervescentiam, sic & pulsus magis frequentem & celerem, causatur.

Distum autem superius, febrilis effervescentiæ causam non tantum glandularum conglomeratarum, quàm etiam conglomeratarum lympham esse. De priori certitudo ex dictis patet; de posteriori jam dicendum, & illam suam addere symbolum. Præcipuis autem accusandum lymphæ pancreaticæ vitium; hæc enim simul acrior facta, & ad intestina delata, non solum præternaturaliter cum bile effervescens molestias ibi infert, sed & postea massæ sanguinæ infusa multum ad calorem febrilem inducendum contulit; & hujus succi, pancreatici putà, vitio corpus nostræ ægræ affligi historia indicat, cum ob eandem rationem crebriores alvi dejectiones passa fuerit, quatenus hic præternaturaliter acrior & viscidior redditus continuo intestina vellicando ea excitat, ut copiosius tributum solvant. Salivam verò, quæ & alias sub vexillo lymphæ glandularum conglomeratarum militat, immunem hoc in loco esse, exinde conjicere licebit, quod sitis in ægra sit moderata, nam hæc statum ejus aliquomodo adhuc fœditum, & à salibus acrioribus liberum, indicat, ut ita fauces nonnihil abstergere possit, sicque sitis alias molestam in ejusmodi affectibus modificari; cum enim peccet lymphâ acidâ, hinc sitis minor & moderata, quàm si esset salsa nimis.

Ad dictorum autem certiore dilucidationem multum facit, si & causas prægressas remotiores examinaverimus, satis potentes & aptas ad talem effervescentiam sanguini inducendam. Eminent autem hic tempus brumale; hoc enim tempore aer parum impurus redditus, dehinc talis inspiratus materialiter ad hunc morbum disponere potuit; partim verò, & quidem maximè, quatenus obstruendo poros corporis, frenum injecit insensibili transpirationi, hinc recrementa vitiosa salina excerni non potuerunt, sed regurgitando ad massam sanguineam tales efferos motus excitarunt: cui postmodum *ἰσχυρὰ κίνησις* addidit tributum lunare, quod tunc temporis solvit; hujus enim excretionis tempore, cum jam massa sanguinea turgeat, & effera reddita, accedente dehinc lymphâ acriori, facili in majorem effervescentiam abire potuit, idque eò magis, cum offenderit subjectum juvenile, humoribus turgens & delicatæ constitutionis, cui facili ejusmodi mala imprimi possunt.

Horum ergò cum ægra nostra sit impatientis, hinc eò citius Curam aggreditur, de qua ut certiores simus, Prognosin præmittimus.

Quoad eventum itaque: cum febris minus acuta sit, adeoque minus periculosa, hinc tantum abest, ut ægræ nostræ malè ominemur, vel sinistram eventum prædicemus, cum speciatim, non sit febris maligna; hinc faciliior curatu erit, cum jam, ut ex urina patet, signa fausta coctionis ex eneoremate in illa hærente appareant; hinc debellato fermento peregrino, mineratque febrili eradicatâ, h. e. lymphæ vitio & in constitutione seu textura materiali & motu correcto, faciliior erit cura.

Hanc fundatam methodo medendi per indicationes & materias auxiliorum illi respondentem legitimam aggredimur, præmissis tribus Indicationibus, & quidem

1. Ut lymphâ acrior & magis acidâ temperetur, æstusque febrilis inde dependens sic inhibeatur.

2. Temperata lymphâ copiosius adhuc residua per debitas vias, sudoris & urinæ excretioni dicatas, evacuetur, & sic, quod à frigore externo inclusum, referatis claustris eliminetur.

3. Asperæ arteriæ partibusque aliis, sub his pathematis lassis, appropriatis medicamentis catarrhum incrassantibus, seu potius temperantibus, adeoque ulterioris irritationis sensum inhibentibus, succurramus, ut quævis in sua crassi & debita constitutione & tono ierventur.

Apparatus specierum, quibus hisce indicationibus satisfiat, depromitur ex tribus consuetis fontibus, & quidem è Chirurgico. Eisi venæsectio, cum ægra sit in juvenili ætate posita, parè adhibita conveniret, quò metus sibi ferretur præternaturalis: Interim tamen, cum jam ejus sufficiens quantitas per menstruum fluxum exhausta, non amplius erit sanguis educendus, sed potius legitimis remediis ejus fervor sistendus, nec piandum hoc malum puto scarificationibus & fonticulis, cum ægra delicata vix admitteret, malum etiam adhuc recens; hinc cum nobis promittamus radicitus, & ut dicunt, à priori, evellere hunc morbum, illa remedia generosiora, & tantum palliativè curantia, è Chirurgia non mutuabimur, sed potius Pharmaciâ compellamus, quæ ad hunc hostem extrudendum copiosa suggerit remedia.

Vomitus hic nil prodest:

1. Quia non est tussis stomachalis.
2. Quia vomitus, qui præcessit spontaneus, reverà est symptomaticus.
3. Quia nulli indicationum satisfacit.

Omissio ergò vomitu, quàm citissimè, ut corrigatur lymphâ acris acidâ præternaturaliter peccans, conveniunt salia volatilia sudorifera opiatum mista; hinc ad Indicationem primam à meridia

R. ∇ fœnic. Petrosel. aa. ℥i. thersac. simpl. ℥iij. — ℞ci anis. ℥j. C. C. succinat. ℥℞. Laud. opiat. ferm. gr. iij. Syr. de fœnic. ℥℞. M. f. Potio. D. S. Stillender Trank.

Quæ postmodum cochleatim hauriatur, benè sudorem subindè, in specie sub quiete nocturna, expectando.

Ad indicationem secundam, lymphâ jam temperata ut evacuetur, ulterius conveniunt per sudorem & insensibilem transpirationem expel-

leatias.

lentia. Si talia non suffecerint, in subiecto alias catarrhali seu phlegmatico, manè insequente præcribantur evacuantia per alvum:

℞. *M.P. de succin. Crat. gr. xv. Extr. absinth. Card. bened. aa. gr. vj. Scamm. ℥i gr. ij. Extr. troch. alband. gr. j. Cum l. q. tinct. ꝑi f. Pilulæ: S. Flus Pillen.*

Vel ℞. *M.P. de succin. Crat. ℥j. ⊖ vol. succin. gr. vj. Res Jalapp. gr. ij. Extr. troch. alband. gr. ʒ. Ol. destill. succini, vel ligni Sassafr. per vesicam destill. gutt. ij. Cum Ess. succini, vel ligni Sassafr. f. Pilulæ:*

Ad indicationem tertiam vesperi præscribatur sequens Potiuncula:

℞. *Δ Card. bened. serpill. aa. ʒj. ~ theriac. camph. Ess. Ligni Sassafr. aa. ʒj. Ligu. C. C. succin. ʒj. Syr. Papav. alb. ʒj. M. D. S. Flus Träncklein.*

Dehinc & Catarrhi, reliquorumque symptomatum, necnon pectoris læsi habeatur ratio. Certum quidem quod materia peccante ablata, & catarrhales affectus reliqui cessarent; si tamen adhuc ulterius urgerent, præter laudatum liquorem cornu cervi, ad ʒj. altero die manè, vesperi & sub introitum læsi assumptum,

℞. *℥i ʒj. Antihell. Poter. ʒb. ⊖ vol. succin. ʒj. Ol. destill. Sassafr. gutt. vj. Laud opiat. gr. ij. M. f. Pulvis pro tribus dolibus: D. S. Flus Pulver.*

Si loquelæ difficultas & raucedo urgeat, commendamus Syrupum diacodii Montani, qui cum baculo liquiritiæ assumatur, & lentè subinde deglutiat;

Vel ℞. *∇ Mentha ʒj. Cinnam. ʒb. ~ ⊖ ci anis. ʒj. Laud. opiat. gr. ij. Syr. de passul. vel de liquirit. ʒvj. M. D. S. Flus Träncklein loffelweise.*

Si tussis nimis urgeat, usurpentur flores sulphuris, misti cum floribus benzoës, & in ovo formibili assumuntur vesperi sub introitum læti, simulque pro incrustanda materia, & ut fauces exulceratæ curentur, continuetur usus syrupi diacodii Montani cum baculo liquiritiæ. Posthæc, si ulterius petantur medicamenta, posset dari liquor cornu cervi succinatus bis in die, aut aliud quid, vel essentia, vel quod placuerit, aut pulvis superior, quando placuerit.

Si petat quid pro stomacho, convenit elixyr proprietatis, per aliquot dies propinatum.

Quoad Externa, præprimis ad dolorem capitis mitigandum, convenit sequens:

℞. *Ol. expr. nucis ʒb. destill. Maci. Major. aa. ʒb. succin. ʒj. M. f. Bals. Qui calidè vertici inungatur.*

Vel instituatursuffitus ex succino, massiche & similibus, qui naribus & ore aperto hauriatur.

Quod si febris hæc corripere gravidam, & degat in octavo mense ingravidationis, absteineat ab eiusmodi volatilibus, quæ partum promonent, & sic illum immaturum expellunt. Cavendum quoque ab Opio, quia nocet foetui maxime. Sin casus, ut in hoc morbo simul menses fluerent, & emitteret vel ejiceret sanguinem ex nimio conatu, hic venæ sectio conveniret quàm maxime: sed quod notandum benè, non in brachio, sed in pede; si enim in brachio vena secetur, materia ad superiora copiosius deducetur, & hominem jugularet, quod notandum. Si etiam, antequam menses fluerent, hæmorrhoides prorumperent, hæmorrhoides relinquendæ, cum sint salutares; quia quod alias per mensium fluxum erat evacuandum, evacuatur per hæmorrhoides. *Idem ibidem.*

Tom. II.

Febres & morbi catarrhales epidemici.

Quoad morbum, qui anno 1675. per totam sècè Germaniam epidemicè grassatus fuit, observandum: quod universi anni tempestas fuerit admodum inæqualis seu inconstans, imprimis æstas pluviosa, indeque aquarum repetita inundationes ingentes; cum spirantibus crebrioribus zephyris. Et in principio Septembris circa æquinotium nebula spissiores aurores obscurabant, circa meridiem claro solis splendore denovo illucescente, utur tandem pluviosum & humidum tempus superveniret; hinc sub finem Septembris & mense Octobri atque Novembri ubique grassari incipiebat coryza gravis & diuturna, cum copiosa muci per nares reiectione, quam cephalalgia, spectatim dolor gravativus & tensus capitis, comitabatur; superveniebat hinc in agris post aliquot dies tussis crebra, serina (ein Schaaf Hullen) profunda, frequentissimè hinc pectus concutens, in principio inanis & sicca, aut in qua pauca saltem, subinde subruenta, rejiciebantur, noctu præsertim affigens, donec post aliquot dies transactos, & successivè humida fieret; unde copiosi reiectis viscidis liquaminibus, pedetentim cessavit. Quidam subtrâ obmutiscebant raucedine, verbum sonorum nullum proferte poterant, cum tanta respirationis difficultate, ut serè suffocari viderentur, ex eo, quod pectus ipsis angustissimum & ubique repletum appareret; unde & tales nec tussire poterant, donec, cessante pectoris angustia, & liberiore factâ respiratione, tussis superveniret, raucitasque paulatim cessaret. Plures cum diutis symptomatibus, præsertim in principio morbi, frigus vagum, spinam dorsu pererrans, interdum affligebat, astu plus minus intenso, vesperi insequente post mediam noctem usque, & sic quotidie repetebat. Quibusdam lancinationes artuum superveniebant; plurimi, & tantum non omnes, gravi dolore punctario in alterutro saltem latere, sive dextrum sive sinistrum fuerit, affligebantur, gravissimè occupante spatia costarum imarum seu notharum, & à regione spinæ dorsu lumbari sursum, anteriora versus, ad sternum usque ascendente, respirationem, ob gravissimos dolores, qui per tussim mirè exasperabantur, insigniter impediendo. Continuabant hæc aliquamdiu, rejiciebantur tandem in taliter constitutis quibusdam cruenta & viscida glutinosa, horrida, non tamen purulenta: aderat tunc simul calor, in principio intensus, cum pulsu crebro, celeri, magnitudine & vehementia moderato, qui ipse tamen, uti & excretiones, doloribus cessantibus & ipsa cessabant. Urina manè emissæ intentè erant tinctæ, qua turbabantur postmodum, & copiosum sedimentum lateritium & farinaceum seponabant. Vires præsternebantur insigniter, ut lectum colere cogerentur. Quaritur: qualis affectus fuerit? unde ortus? & quomodo denique curandus?

Resolutio.

Præsens affectus vocandus est Catarrhalis affectus, ex lymphæ præternaturaliter constitutæ effusione, facta ab irritatione externa, ortus.

Pars affecta sunt glandulæ, & loca glandulosa, quæ in genere sunt scaturigines lymphæ & fontes catarrhorum. Specialiter autem catarrhorum

Vvv a

rhoium

rorum. Specialiter autem catarrhorum pars affecta variat pro symptomatum varietate; eaque nunc sunt membranæ narium, nunc vasa glandulosa laryngis, nunc circa corporis peripheriam, &c.

Quoad causas: duplex harum genus considerandum est,

nempè

1. Materialis Causa; &

2. Efficiens, quæ illam movet.

Causa materialis est lymphæ vitata & acris, acida facta, plus minus abundans, nimis commota, vel præternaturaliter effusa. Depravata verò illa in hoc casu est imprimis ab inæquali qualitate præcedentis temporis, æstivi pariter ac insecuti autumnalis, asperioris, & matutino tempore nebulosi: aëre enim hoc pluvioso & nebuloso massa sanguinea nostræ, per copiam aquarum & zephyri statuum, unà humidior & magis aquosa facta est, hinc minus spirituosæ eadem reddita, ac spiritus ipsi minus volatiles & mobiles, sed quasi phlegmatici facti; undè tandem etiam lymphæ, tam copiosioris, quam crassioris & acidioris, acriorisque origo. Zephyrus enim est humidus in nostris climatibus, adeoque de blando humido calore ferè interpretandus est. Ut nil dicam jam de aëris illo sale universali, quò plus minus enervato, massæ sanguinæ debitam alterationem imprimere non potuit.

Quoad efficientem causam, quæ nempè præternaturaliter commoverit & effuderit lympham ita constitutam extra suos canales, eaque proxima, est spiritus vitalis & animalis; sive insitus sive insuus allegetur, omnium scilicet motuum localium, mediante tamen partium structura, primarius autor; qui occasione irritationis externæ fibras partium variè movit, quibus commotis etiam partium contenta & glandulosa loca forius commovit, adeoque lymphæ effusionem procuravit, sive in statu naturali, sive, uti hic, acris vel præternaturaliter constituta sit; quæ aciditas consistit in particularum pungentium, acidarum, &c. structura.

Causa autem efficiens remota, quæ scilicet moverit istam causam efficientem internam, hoc est, procatacticum materialem, pro inducenda lymphæ in determinata loca effusione & depravatione, est externa; quia malum epidemicum, nempè inclementia aëris autumnalis, nebulosi præsertim, quæ nebulæ scatentes, quorumcunque corporum effluviis, & variis fordibus imprægnatæ, cum aëre inspiratæ, ob contenta acris læserunt intensè nares, fauces, asperam arteriam, pulmones, & loca vicina. Undè hæ partes irritatæ, lympham dimiserunt; sicque coryza, tussis, pleuritis notha, &c. prognata est, non secus ac spina infixa dolorem & affluxum facit, qualis spina cum aëre attracta fuit.

Possit aliquis dicere, acrimoniam lymphæ præternaturalem huic phænomeno inducendo sufficere potuisse: sed nego hoc idè, quia malum fuit universale, promiscuè omnia subiecta affligens; quod fieri non potuisset, si una eademque causa stimulans interna latitasset. Undè potius dicendum est, illam irritationem ex causa externa communi, omnes æqualiter afficiente, originem suam derivasse, qualis est aër. Adeo scilicet coryzæ istæ, quæ obveniunt sub mutationibus temporum, à causa externa, irritante nares, semper esse solent. Aër enim asperior, atomis asperioribus irregu-

laribus stimulantibus; & quasi pulvere sternutatorio refertus, vellicavit & læsit membranam narium internam cum membrana pituitaria superiore, unde ex irritatione fibrarum & spirituum animalium affluxu lymphæ fuit effusa; sicut effectum similem videmus à pulvere sternutatorio, solutione vitrioli albi intra nares attractæ: Conf. Helmontius *Traët. Asthma & Tussis*.

Sic cum tales coryzæ affecti postmodum tussirent, hinc idem aër, irritans & lædens membranas faucium & laryngis, effundentes per suas glandulas lympham acriorem ac præternaturalem, accusandus venit. Tussis autem fuit vel sicca vel humida: Et quidem tussis initio affligebat sicca, à simplici lymphæ effusione, acrimoniâ suâ membranam asperæ arteriæ stimulantis, quæ tenuis adhuc rejici non poterat ob sui ineptitudinem; postmodum tamen, ubi læsio laryngis procederet, & aspera arteria quoad interiora quodammodo excoieretur, & nonnihil exulceraretur, tunc ex iis succus quidam nutritus, de natura chylosa, emanabat, qui effusus & corruptus in locis istis dat mucum, & tussim humidam: Non secus, ac si e. g. quis cæteroquin sanissimus, miculam panis casu in asperam arteriam dimittit, tunc mox tussis oboritur sicca propter irritationem, in humidam tandem, si continuatur, desinens. Undè non mirum, tusses tales phthysicos præmium post se relinquere, excoieris scilicet istis partibus, & ulterius excoierationem extendentibus.

Raucedo porò ex eadem causâ deducenda est, larynge scilicet & asperâ arteriâ subidè à lymphæ nimis humectatâ, imprimis quando quidam humor sanguinolentus conjunctus fuerit, musculos tumefaciens, hinc asthma supervenit. Humectationem laryngis probat fistula, quæ imbuta salivâ raucedine quasi laborare videtur. Asthma autem, *der Stock-Fluss*, in quo sub primo insultu omnia plena circa præcordia esse conquerebantur, utut falsè, dependebat à nimia strictura pulmonum, qui non poterant distendi: Nam thorax non poterat ampliari propter motum convulsivum pulmonum, ex irritatione eorum ab aëre externo; undè irritati, & ratione sui retis fibrosi musculosi contracti, angustabantur, & asthma convulsivum & vocis defectum constituiebant; undè quia ab irruente aëre iidem distendi non poterant, hinc nec thorax distendebatur. Ac quia nonnulli horum ægrorum liberè inspirare non poterant, propterea etiam nec violenter expirare, hinc dicebant: *Es sey alles voll*, adeoque propter impeditam thoracis ampliationem, nec tussire ipsis licitum erat, quia tussis fit per validam inspirationem & expirationem. Per opiata autem cessabat, sine materiæ rejectione. Ergò causa erat irritatio externa.

Uterius febris catarrhalis oriebatur à lymphæ nimis acida, nervis inimicissima, effervescente in sanguine.

Rigor erat ab acore lymphæ, vellicante partes membranofas intercutaneas & circa præcordia. *Æstus* verò insequens, ab aliquali lymphæ ejusdem aciditæ cum sale volatili oleoso massæ sanguinæ effervescencia. Sicut tandem Pleuritis notha dependet ab effusione lymphæ circa costas nothas & pleuræ locum inferiorem; undè quoties tales Patientes inspirabant, dolorem pectorum patiebantur, ex lymphæ acris rodente membranam. Conferatur de hoc dolore Sennertus *lib. 2. Prax. de Pectoris afflicibus*, ubi ex mala curata scabie talis pleuritis nothæ meminit: quo

quo loco etiam alium caſum refert doloris, ex acri ſero circa pectus effuſo.

De cætero, circa problema: an ſcilicet corporis calor vitalis remiſſior ſit tempore hyberno, quàm æſtivo? tria penſitanda ſunt:

1. Analogia macro & microſoſmi.
2. An tranſpiratio ſimpliciter fiat à calore?
3. An hyeme imminuta tranſpiratio anſam dare poſſit catarrhis?

Quoad I. nempe analogiam macro & microſoſmicam: eam introduxit primus Paracellſus, ſed eſt nimis generalis, & in Medicina, tam Theoretica, quàm Practica, inuulis & nulla. Nam

1. Cùm homo vel ratione animæ, vel corporis, conſiderandus ſit; animæ rationalis ratione microſoſmus dici non poterit, quia ratione hujus ab Altiffimo creatus eſt ad imaginem DEI, non verò mundi; nec ratione ſtructuræ corporeæ; nam eadem ſic valent de reliquis brutis, quæ de homine, cùm in eſſentialibus corpora brutorum & hominum æquè conveniant, & non niſi accidentalibus proprietatibus ſaltem differant; proin & hæc microſoſmi dici poterunt: ut taceam, hominem, quoad interiora viſcera, comparari ſui; ſicut quoad exteriora ſimæ; analogia autem non eſt identitas. Undè cùm generalia ſaltem in analogia iſta conſiderari queant, etiam eadem de bruto, ſue, ſimia, lepore, &c. valebunt, quæ de homine.

2. Porrò analogia hæc non æquè commodè inſtuiti poteſt: nam quando cor dicitur ſol microſoſmi, non putandum, illud eſſe fontem vitalem; ſed potiùs, cùm cor ſit musculus, à ſpiritibus & à ſanguine vigorem ſuum derivans, proin non cor, ſed ſpiritus potiùs erunt ſol microſoſmi. Malè enim viſcera planetis horumque ſic putato influxui comparantur, quia viſcera omne ſuum vitale robur non ex ſe, ſed ex ſanguine, habent.

Quoad II. An nempe tranſpiratio ſimpliciter fiat à calore? hoc eſt, quod nego cum Helmontio, quia, quæ ſimpliciter calore ſolvuntur, tophum relinquunt; undè ſi tranſpiratio à ſolo calore procederet, neceſſariò caput mortuum remaneret, abſceſſuum generandorum ſufficiens materia. Ergò potiùs dicendum: aërem tranſpirationi ſiendæ unà cum calore & partium ſtructura calcari addere, ſine ulius capitis mortui remanentia.

Quoad III. Ponamus, hyemali tempore minorem tranſpirationem contingere, an itaque catarrhis occaſio proclivior dabitur? Nego hoc. Quanquam enim minus tunc temporis tranſpiremus, ob corporis calorem vitalem tempore hyemali remiſſiorem, & aërem inclementiorem, cutis poros claudentem, & lympham hæc ratione coacervetur; nonne per alias vias à natura eſcitur? nam ob id eodem tempore magis minguimus, in æſtate minus: ac cùm ſudoris & urinæ eadem ſit materia, hinc, modò hyeme urinæ miſtus copioſior ſecundùm naturam contingat, non orientur catarrhi. Ut itaque catarrhi hujus epidemici fons non ex collectione uberioris lymphæ, ſed potiùs ex aëre, derivandus ſit. Taceo jam, ſi theſis illa firma eſſet, ſequi hinc, tempore æſtivo nos catarrhis non infeſtari, cujus tamen contrarium annus 1669. probavit, ubi menſe Julio epidemicè plures iis

Tom. II.

corripiebantur, ob aëris externi alterationem: Imò ſequeretur, ſingulis hyemalibus temporibus nos catarrhis eſſe obnoxios, adeoque neceſſitate naturæ, & lege à Creatore ſic ſtatuta, neceſſariò ingruente hyeme ægrotaremus: quod pariter contrà experientiam eſt.

Cauſam proximam ſuprà allegavi, eſſe nempe ſpiritum impetum facientem, qui irritatus à quacunque cauſa movet contenta quæcunque in locis vicinis; pariter ac continentes partes; adeoque & lympham commovet; quæ tamen, pro ut variè ad locum quendam movetur, ita varia exindè pathemata exſurgunt; hinc mota ad cerebrum & meninges cephalalgiam inferit, coagulata per os cribriſorme ad nares deſertur; Coryza rectè derivatur ex lymphâ acri, ad cerebrum, & hinc ad nares commota, in qua, an in ſtatu naturali aliquid ex cerebro vel ejus ſinibus deſuat? dubito, argumentis magni Schneiderei innixus; ut in ſtatu præternaturali, quando nempe eroſa ſunt filamenta nervea, quæ penetrant ad cerebrum, ex locis cerebri foras aliquid amandari poſſe, non negaverim; in ſpecie, cùm ſufficiant nobis aliæ viæ, partim à Stenone *Tr. de Muſc. & Gland. & de Vaſis Oris & Aurium* detectæ; partim à Schneidero demonſtratæ, ad membranam pituitariam ſuperiorem; quæ continuò ſtilat lympham paulò ſpiſſiorem, & blandiorem, à qua humectantur iſtæ; quæ ſi præternaturaliter vellicentur, ſit lymphæ acrioris excretio, undè Coryza. Præſupponit autem omnis coryza irritationem ſummitatis narium moleſtam, hinc lympham poſt irritationem medianibus ſpiritibus uberius effunditur, ut quandoque continuò ſtilent nares. Par ratio eſt, ac quando ſternutatorium quoddam intra nares trahimus, quo coryza facilè inducitur: Sic præſcripti aliquandò ſolutionem vitrioli albi in aqua majoranæ pro pharmaco; Quid autem ſiſtat? caput ejusdem ægri æſtuare incipiebat, tendebatur, gravativo dolore corripiebatur, & primò tenuis lympham effluebat, & ſic inducebatur perfecta coryza: Hinc denuò eandem ſolutionem alio in caſu ſimiliter periclitabar, & ecce! idem pathema incipiebat, hemicrania ſcilicet, cum intenſa incaleſcentia, ſtilante hinc lympham. Ex quo diſcere poſſumus, coryzas iſtas, quæ ſub temporis mutatione obveniunt, oriri ex irritatione narium, occaſione inſpirati aëris tunc temporis inclementioris, per conſenſum membranas capitis afficientis. Undè dolor capitis tenſivus per conſenſum membranæ narium cum cerebri ſpasmus affectarum, ſicut gravativus à ſanguine, in dictis locis ſtagnante & turgeſcente, oritur.

An autem meninges cerebri vellicentur? dubito ex eo, quia dolor externus pulſatorius ſe offert ex convulſis capitis integumentis, & pericranio exterioribus; non ſecus ac odontalgia vexatis, per conſenſum perioſtii dentis & maxillæ cum temporali musculo, ſpasmus correpto, totum hemicranium & univerſa mala convellitur, in qua tamen emplaſtrum ex tacamahaca, cum balfamo Peruviano malaxato, convenit ſaltem, quòd tenſio hinc remittat, ſicque levamen percipiatur.

Dicis: ergone omnis coryza eſt à cauſa externa? Reſp. diſtinguendo, quia quidam ſemper habent coryzam. Vidi enim v. g. ſcorbuticam mulierem quotidianà coryzà vexatam, & ſic benè habet in capite; ubi verò remittit, de cephalalgia conquieſcit, oriundà ex lymphâ acriſcula, in talibus

V v v 3

coryza

coryza loco fonticuli infervit, & salubris est. Quando ergo crebrius coryza occurrit, ita ut membranæ relaxentur & flaccidæ evadant, & glandulæ ex uberiori effusione fiant spongiosæ, & quasi patulæ, tunc vel spontè, vel propter levem irritationem à causa externa, vel etiam propter lympham acrem, has partes ob robur inæquale, Helmontio ita vocatum, semper coryzam incidimus, in specie, quando partes læsæ excoctæ sunt. Cæteroquin falsum est illud vulgare, quod coryza sit sana, *der Schnupfen sey gesund*; ratio est, quia materia excreta non præexistit in capite, sed fit demùm in naribus ab irritatione.

Potèd Tussis oriebatur à particulis lymphæ rigidis circa partes respirationis effusis; sed quæritur: an præcisè ex pulmonibus orta fuerit in hoc casu? Dubito ex eo, quia alias non raro salia talia acra in iis hærent, sine superveniente tamen tussi; sic enim vomica pulmonum laborantes nonnunquam non tussunt, pure quantumvis in pulmonibus hærente. Ut taceam pulmones non adèd acutum, sed obrusum sensum habere; undè potiùs tussis serena obveniens præsupponit partem aliquam sensilem magis, qualis est tam aspera arteria, quàm hujus caput, nec non diaphragma. Cæteroquin initio, dum lymphæ fuit effusa in laryngem, tussis sicca fuit, postmodùm humida: Sicca erat, quia nihil ejici poterat; lymphæ enim in principio acris tenuisque vellicabat partes illas, sicut a ias quoque ex accensu sulphuris particulis acidis tussis sicca excitatur: postmodùm verò humida illa, tanquam ex cavo pectoris prodiens, audiebatur. Quo loco quæritur: undè mucus ille processerit? Sane mucus hic in his ægris non fuit causa tussis illius, quæ remotà cessasset hæc; sed potiùs productum morbosum, seque instar puris habet. Scilicet lymphæ acris vellicando asperam arteriam, hanc superficie tenens excoctabat, indè in isto loco lymphæ copiosior fuit effusa, & simul copiosum nutrimentum ejusdem partis proximum spermaticum evacuabatur per poros partis læsæ, quod non assimilatum cum lymphæ copiosè effusa degenerabat in istum mucum, & desillavit in pulmones, qui in bronchiis coacervatus, tandem successivè per tussim eliminatus fuit. Sic spina infixa etiam talem mucum ex tempore producit. Et hic mucus medicamento quoque locum simul habebat, quatenus oblinebat partes erosas; adèdque tertiam demùm aut quartam die humida accedebat tussis: nisi præcessisset tussis sicca, non supervenisset humida; quando enim mox in principio tussis siccæ opiata exhibebantur, subito cessabat tussis, quatenus irritationem impediunt.

Cur autem noctu magis affligit? Ægri orthopnoia, empyemate, aut ulcere & vomica pulmonum laborantes, ex decubitu corporis magis infestantur, & exacerbationem sentiunt. Verùm in his affectibus catarrhalibus notum est, & tussim siccam tempore vespertino magis, sicut humidam continuè, tam interdium, quàm noctu, affligere. Ubi observandum, affectus catarrhales omnes, qui modernis à lymphæ vitiosa, Veteribus à sero dependere, stantur, ordinariò vesperi post quintam vel sextam horam exacerbari, ad mediam usque noctem durantes. Ac quidem hoc locum habet in omni febre catarrhali, itemque coryza, ut ex his affectibus laborantes, ordinariò circa vespèram pejus se habeant. Idem fatum patiuntur & experiuntur lue Venereâ infecti, similiter de doloribus, in specie nocturnis, conquerentes,

in quorum lymphæ acidum quoque peccat. In hac autem periodicatione intricata, si conjecturæ locus est, arbitramur, eam fieri, quod vesperi nonnihil insensibilis transpiratio, interdium magis libera existens, impediatur; hinc occasione particularum heterogenearum cum sanguine & lymphæ permistarum, contingit major & sanguinis & lymphæ ad partes irritatas commotio, sicque magis exacerbantur, & deteriora fiunt hæc pathemata, quæ tamen, si sudores superveniunt, evanescent nonnihil, aut, si præveniatur sudoriferis, hujusmodi exacerbationes vespertinæ serè præveniuntur.

Tandem febricula ex eodem catarrho derivatur: Nempè febris hæc catarrhalis est ex lymphæ acida commota, & cum sanguine effervescente; undè Rigor, quatenus partes membranosæ intercutaneæ vellicantur.

In Prognosi distinguendæ sunt Personæ, catarrhis laborantes, partes catarrhis correptæ, catarrhorum modus, ætates: pro quorum omnium diversitate aliarumque circumstantiarum ratione Prognosis maximè variat.

In causa materiali evacuanda attendatur analogia spinæ digito infixæ, qua dolor, rubor, inflammatio, &c. oriri solet; quæ omnia sunt productum morbosum: sic spina talis ex aere inclementiori naribus infixa dat coryzam; faucibus raudinem, tussim; circa costas nothas dolorem, &c. Ad hæc materia, quæ reperitur, se habet instar puris, occasione spinæ geniti, qui mucus non est causa, sed productum morbosum: si consideretur saltem pulvisculus oculo illapsus, quantum inferat dolorem & tumorem, quantum inflammationem, quantum lachrymarum effusionem, &c. pulvisculus ille est causa, reliqua pathemata sunt effectus. Observetur hoc in Praxi, & spina mox, quantum fieri potest, removeatur: Sic apparebit, falsum illud esse, quod dicitur, *der stuss sey auf die Lunge gefallen*; aut si removeri spina nequeat, opiata in tempore administrantur in tali affectu catarrho, quò sic saltem dolores sistantur, tumor & inflammatio, & reliqua pathemata cessent, hinc tandem spina evellatur.

In Cura ergo hujus affectus hæc Indicationes sunt:

1. Ratione causarum efficientium in principio impetus spirituum, moventium partes contentas & continentes, sistendus, & irritationis sensus nimis tollendus: quod fit per Opiata, vel horum succedaneum, sulphur vitrioli anodynum, &c. quæ in principio tussis siccæ præsentaneè juvant, minùs verò excoctatione jam factâ.

2. Ratione cause materialis acrimonia lymphæ per salia volatilia, speciatim oleosa seu balsamica, est temperanda, & hinc ejusdem vel naturaliter constitutæ, vel præternaturaliter corruptæ, abundantia removenda, per sudorifera & diuretica.

3. In incremento & progressu morbi, si fordes quædam in privatis partium culinis, i. e. in naribus ex coryza, pulmonibus è tussi, &c. ceu producta morbosa restitent, ex appropriatis incidentibus & resolventibus removendæ, & si quæ superest partium læsio, per appropriata restituentur.

Præservativè autem cum à coryza affectus nocter catarrhalis inciperet, susci, ut balsamo sponplectico nares, manè in specie ante egressum è domo, & vesperi ante decubium, illinirent: hujus enim balsamica vis in salè volatili oleoso oleorum consistens, temperat & corrigit aërem, imò si alteratio quædam naribus jam inducta fuerit, balsamus

balsamus dictus progressum sistit, & læsionem jam inductam curat.

Cum coryza aut post coryzam semper presso pede insequeretur tussis, quam præcavebam per opiata, assumendo circa introitum lecti laudani opiati Langelotti debitam dosin; quò factò, non rediit tussis, nec aliud amplius afflixit, nisi quòd sudor largus insequeretur, qui bonus est.

Curativè, ubi de coryza & tussi inciperent ægri conquiri, mox tale sudoriferum propinabam:

℞. ∇ *Serpilli* ℥j. *Liqu. C.C. succin.* ℥j. (vel loco hujus ~ *C. C. essent.* ℥b.) *Laud. opiat. ferm. gr.ij.* (vel loco hujus *Ess. opii ritè par.* ℥b.) *Syr. Papav. errat.* ℥ij. vel ℥iij. M. pro una vice.

Hanc Mixturem capiendam jussi vesperi cœna antegressa vel parcissima, vel nulla, vel etiam antè eandem, & pro necessitate bis; hinc mox tussis evanuit, correctà sic lymphâ beneficio filium volatilium, quo largiter sudarunt, & placatâ irritatione per laudanum opiatum fermentatum ulterior progressus præcavebatur.

Quibus verò hæc mixtura nauseosa fuit, iis loco hujus præscripsi:

℞. *Liqu. C.C. succin.* ℥ij. *Ess. opii* ℥b. Misc.

Dabantur quotidie bis de hac mixtura in principio hujus affectus & ingruentis febriculæ catarrhalis gutt. 30. vel 40. sic evanuit febris, superveniente sudore nocturno.

Deficiente verò liquore cornu cervi succinato, exhibui.

℞. ~ *C. C. cum Se volat. acuat.* ℥b. *Sis vol. succini gr. xij.* Misc.

Dabantur vel in vehiculo, vel miscebantur cum reliquis in forma potus, pro dosi.

Volatilia enim in affectibus lymphaticis optima sunt, quia penetrant, & immediatè causam peccantem attingunt.

Ubi verò jam fluxerat lymphâ à naribus, & morbo jam aucto spissior mucus easdem obfederat, tunc fuit optimum oleum destillatum anisi naribus illitum, quod equidem mordicat, egregiâ tamen cum euphorâ mucum resolvit, nares obfidentem, ut faciliè excerni hinc potuerit, progressumque coryzæ inhibuit. Loco cujus etiam crebrior salium & spirituum volatilium uinosorum odoratus. v. g. spiritus salis ammoniaci simplicis, salis ammoniaci anisati, salis volatilis urinæ, aut cornu cervi, tempore præprimis vesperino repetitus, mucum resolvendo à coryza liberavit.

Hiscæ non sufficientibus, ultimum præsidium extitit pulvis sternutatorius Helmontii, ex ana pulveris radices hellebori nigri & sacchari, cura aliquot gutt. olei destillati caryophyllorum additis; vel alius, naribus injiciendus.

Si autem sub coryza dolor capitis, præsertim tensivus, invalesceret, optimum fuit olei destillati succini aliquot guttulæ vertici illitæ; vel si id nimis acre visum fuerit, ejus loco balsamus Peruvianus illitus, satisfecit.

Ratione tussis porro duo tempora consideranda erant:

1. Quando ea adhuc sicca erat.
2. Quando humida evadebat.

Ubi ratione prioris, seu in principio & incremento morbi, talia requirebantur, quæ lymphæ acrimoniam temperarent, & ut vocant vulgò, materiam tenuem incrassarent, fauciumque & arteriæ irritationem dolorosam sifterent, & materiam incrassare poterant. In progressu verò & statu, ubi nempe materia expectorari in-

cipiebat, incidentia & viscidum mucum attenuantia, illiusque per pectus expectorationem promotiva, in usum vocabantur. Sic in principio tussis sicca opiata & his affinia erant optima, e. g.

℞. ∇ *scabios.* ℥ij. *asthmat.* ℥vj. *Syr. Papav. albi* vel *diacod. Mont.* ℥j. Misc.

Capiebatur hæc Mixtura cochleatim, imprimis vesperi; cui interdum, si acrioris lymphæ ratio id suadebat, simul aliquid de spiritu salis ammoniaci anisato addebatur, v. g.

℞. ∆ *scabios.* ℥iij. *asthmat.* ℥vj. ~ *Sei anis.* ℥j. *Syr. violar. papav. albi aa.* ℥b. ad ℥vj. Misc.

Capiebatur cochleatim.

Hæc unâ cum laudano opiato aut essentia opii in principio tussis mista & adhibita, eandem præcavebant, quominus tussis humida fieri posset, si præsertim nocturno tempore vel diurno sudor blandus expectabatur desuper.

Quòd si verò Medicus demum in incremento morbi accederet, aut hic propter medicamenta irrita ad statum properaret, mucusque jam obsideret loca præcordiorum, tunc incidentia & expectorantia erant proficua, v. g.

℞. ∇ *hyssopi* ℥ij. *asthmat.* ℥b. ~ *Sei anis.* ℥j. *Syr. Nicot.* ℥b. ad ℥vj. M.

His interdum ℥j. vel ℥ij. syrupi emetici antimoniæ Angelæ addebantur, cujus dosis ordinaria aliàs ℥b. sic hujus medio magis præcordia, fauces, stomachus & loca vicina stimulabantur, & expectoratio eò melius succedebat.

Loco hujus etiam mixturæ raphani orbicularis minutim triti succus expressus, temperatus cum paucis syrupo violarum, vel saccharo candidi, & paulatim deglutitus, in mucosæ præcordia obsidente, incidendo egregè proficuus erat.

Quòd si autem sub tussi sicca vel humida fauces, pharynx & larynx asperiores, & quasi excoriatæ factæ fuerint, blandi Linctus, qui lubricas eas faciant, & tantillum excoarationem temperent, usurpati fuerunt; v. g. Loch vel syrupus passularum cum syrupo diacodii Montani, & paucis syrupo vel succo violarum mixtus, qui cum baculo liquiritiæ lubricando fauces adhibebatur.

Asthma verò convulsivum observavi eadem ratione ac ipsam tussim, esse curandum: scilicet; dum ægri in principio querebantur, sibi præcordia à mucosâ obsessa esse, incidentia & expectorantia nil profuere, sed potius blanda opiata, & acrimoniam lymphæ irritantem temperantia; sic enim irritatione sublata asthma evanuit, & expectoratio cum tussi postmodum post asthma supervenit.

Quòd si verò suspicio fuerit ex tussi ferinâ materiæ rejectione successivè aliquam læsionem in partibus fuisse inductam, tunc pro auferenda noxa illata in declinatione morbi præscripti balsamum sulphuris therebinthinatum, vel anisatum, vel utriusque simul ℥j. & de hoc quotidie manè in vehiculo calido gutt. x. vel xij. in haustu jusculi vel cerevisiæ calidæ recipiendas jussi; sic enim ejusdem balsamicâ vi læsio partium curata est.

Febrem verò catarrhalem sustuli per salia volatilia oleosa, imperando sudorem, & in progressu opium omittendo.

Quoad Pleuritidem notham, in doloris puncto, propter consensum pulmonum cum pleura, cum vera certante, sicut etiam maximè vexavit

ægror, in hac ratione causæ materialis peccantis, Sina volatilia, ratione doloris vero opiata, adhibebantur, additis specificis, in pleuritide vera aliis usitatis. Adeoque profuerunt spiritus salis ammoniaci anisatus, liquor cornu cerni succinatus, tinctura tartari cum spiritu salis ammoniaci, dens apri, maxilla lucii piscis, sal volatile eorundem & similia. Unde ordinabatur talis mixtura:

℞. Δ Card. bened. si. papav. errat. ana ℥ss.
 ~ ℞. anis. ℥ss. Laud. opiat. ritè par. gr. iij. Syr.
 Charesol. ℥ij. ℥ss. ad ℥vj. M.

Capiebatur cochlearim.

Vel in alio ægro, qui vesperi habebat magnum frigus, & post magnum & insolitum æstum, cum magno pulsu & intensissima respirationis angustia; item pungivum maximum circa costas nothas dolorem, ordinavi sequens cum euphoria:

℞. ∇ fl. sambuc. scabios. aa. ℥ss. Lapill. Sr. præp.
 Dent. apri præp. ℥ij. diaphor. ana ℥j. S. is. vol. Maxill.
 lucii disc. gr. xij. Laud. opiat. ferm. gr. iij. Syr. card. bened. ℥ss. M.

Mixturam hanc probè agitatum aliquoties, bis vel ter, ad duo cochlearia, expectando sudorem, hauriendam præcepi, unde sic altero mane magnam partem levatus est æger, & per expectorantia reliquum facilè cessavit.

Cæterum urinæ in hac pleuritide notha erant crassæ, & turbidæ, cum copioso sedimento lateritio, quod separatim & præcipitatum erat sub effervescentia ex sanguine ab acido lymphæ peccantis. Et pro hoc scopo, naturæ scilicet juvamen præstando, in statu & declinatione, præmisso sudorifero, diuretica adhibebantur, & inter ea prævalebat maximè tinctura tartari propter alcali fixum, v. g.

℞. ∇ Mentha serpilli ana ℥ss. tinct. Qi ℥j. ad ℥ij. ~ ℞. ci ℥ss. ad ℥j. Syr. hyd. terr. ℥vj. Misc.
 Propinabatur successivè.

Aut capiebatur hujus mixturæ loco simpliciter tinctura tartari, cum dimidia vel tertia parte spiritus salis ammoniaci mista, dosi guttur. 40.

Super cum his internis simul pro doloribus mitigandis applicabantur Externa. Ubi tamen litus & unguenta oleosa, itemque emplastra mucilaginosa aut unctuosa nocebant, aut saltem nihil juvabant, quia forè pororum obstructionem procurabant; quin potius focus calidi siccis omnem spei paginam supplebant, adeoque ægri ad fornacem calidum sedentes, sensile levamen percipiebant, ubi præsertim blanda frictio cum lientis calidis accederet. Quòd si verò dolor anteriora magis affligeret, sacculi tunc avenæ impleti probè calefacti, loco dolenti, permutando subindè eosdem, imponebantur, ubi quidem avena nil salutis promittere potuit, nisi quod calorem diu fovere apta sit. Tandem quoque egregium fuit illud Emplastrum.

℞. S. vol. Q. a, vel S. is. vol. S. ci ℥ij. Terebinth. ℥ss. vel ℥j.

Hæc mista in mortario marmoreo redigantur in consistentiam spissiore, quibus, ut consistentiam emplastri acquirat, addi potest nonnihil emplastri de meliloto, hincque induci super alutam, & absque syndone applicari.

Est profectò maximè commendabile, de quo sapienti satis: loco tamen salis volatilæ urinæ, etiam spiritus salis ammoniaci cum terebinthina subigi poterit.

Restat unus adhuc scrupulus eximendus circa opii & opiatorum usum, hoc loco sæpius alle-

gatum: scilicet posset horum usus esse suspectus, quia impedit naturæ motum, in lymphæ uberioris & vitiosæ excretionem consistentem; nam uti illa spirituum, sic quoque omnes humorum motus sistunt: (2) quia periculum est, ne sistat expectorationem per os, unde observavi in quadam muliere, cui, cum inciperet expectorare, liquorem cornu cervi cum essentia opii præscripseram, illam non expectorasse, sed conquestam fuisse ex hujus usu: *es sey ihr so dampfsicht um die Brust, obgleich das Auswerffen zwar nicht so stark ware.* Adeo scilicet opium nil curat, sed saltem symptomata palliat. Interim quatenus atrociora symptomata præcavet, & talia præsertim, quæ ex doloribus continuè urgentibus imminet, & interea, dum ista opprimit, commodiorem agendi occasionem subministrat Medico; in his casibus iusto tempore usurpari poterit. Aliàs dixi, maturè in principio & incremento morbi ejus usum locum habere, quando nempe tussis sicca aut febricula vesperi affligit; prævenitur enim sic abundantia nimia excernendorum. His verò in statu præsentibus opiata non sunt in usum vocanda, ubi scilicet circa præcordia collecta jam materia est mucus. Et ut ut opium omnes excretiones sistat, sudorem tamen opium non impedit, sed magis promovet, adeoque rectè Theriacæ basis à Walæo audit, quippè ejus vis sudorifera ab opio derivanda. Nunquam tamen opiata solum, sed semper cum appropriatis, & imprimis causæ materiali resistentibus, commixta adhibeantur, v. g. salibus volatilibus oleosis maritentur.

In affectibus lymphæ salia volatilia meliora sunt, quam salia fixa & his cognata terrea; illa enim magis penetrando, & succis corporis nostri se immiscendo, ultra primas vias positivè lympham corrigunt, fixa contra privativè hoc agunt.

De Myrrha autem observetur, eam in affectibus lymphæ corrigendis egregiam esse; unde etiam in variolis & morbillis, in quibus eam lymphæ peccat, necnon in febribus purpuratis, est egregia, & nunquam negligenda; vel etiam essentia myrrhæ cum tinctura tartari vel spiritu vini tartarificato parata est optima in praxi, quæ etiam in scorbuto convenit.

Purgantia nil valent in affectibus lymphæ; ut ut enim ejus aliquid per pancreas & vicina loca evacuetur, quia tamen movent & turbant universam massam sanguineam, & bilis excretionem stimulant, ideo illa in hoc casu vitentur. Vera autem & optima Hydragoga, seu lympham expurgantia, sunt sudorifera & diuretica, quæ omnem paginam faciunt: quorum hæc omnium optimè conveniunt, quia sine virium destructione operantur, quod in sudoriferis non æquè fit; utpotè quæ nonnihil imbecilles ægros reddunt. Sal volatile succini acidulum egregium est diureticum & lympham corrigens in declinatione morbi, ubi urinæ lateritiæ apparent; pro quibus corrigendis etiam proficuum esse observavi arcanum duplicatum Mynsichi, quotidie bis ad ℥j. assumptum. Alioquin, ubi lymphæ acida peccat, non propinanda erunt diuretica acida, sed potius alcalina; vel oleosa volatilia, olea destillata diuretica, ut terebinthinæ vel juniperi, quæ tamen sunt acida.

Potè si affectus ejusmodi catarrhalis infantes corripere; iisdem spiritus salis ammoniaci anisatus solus, repetitis vicibus usurpatus, sufficere potest; addendo vesperi pro tussis sicca nocturna

na gr. j. vel ij. Theriacæ, quæ aliàs nec in ventris torminibus negligenda, uti aliàs quoque in adultis loco hujus laudani opiat gr. j. vel ij. locum habent, ut supra dictum.

Senibus verò eodem affectu correptis illinatur vertex oleo destillato succini, ob genus nervosum debilius, ne atrociora mala superveniant: vel applicetur vertici emplastrum pro bregmate cum balsamo Peruviano malaxatum, & irroratum cum paucis olei destillati succini; opiata enim senibus tato non conferunt, sed saltem extractum theriacale in parva dosi isdem concedi potest; contra salia volatilia cum spirituosis, oleosis mista, ut spiritus lihorum convallium, optimè conveniunt; hinc sudorifera moderata & diuretica commendata fuerunt.

Gravidis tandem in tussi ejusmodi ob metum abortus opiata nocentissima sunt, nisi cavillimè propinentur, & potiùs repetitis vicibus; hæc enim aut interimunt fœtum, aut disponunt ad abortum; undè loco illorum vel syrupus papaveris, vel diacodion Montani isdem præscribatur: volatilia verò salia mitiora & oleosa seu temperata nec nimis acria cum blando sudore erunt proficua; hæc enim conferunt & fœtui & matri in specie. Idem ibidem.

Febris continua lenta.

*V*irgo annorum octodecim, & cui difficulter fluere solent menses, negotiis domesticis adjectis, nec aded ordinatè uteri diatà, conqueritur de lassitudine artuum spontaneâ, tenui, quasi contudente, cum cephalalgia intensa, & siti pedetentim aucta. Hu, aliquot diebus ita persistentibus, corripitur aliquando à meridie horrore mediocri per aliquot horas, quem inquitur nox gravis cum aestu mediocriter intenso, cephalalgia gravissimâ, angustii præcordiorum gravativu, sine somno, &c. manè melius se habet, cephalalgia tolerabilior, calor præternaturalis quidem, sed & moderatus, ut & reliqua symptomata: sed circa vespertam, omnia sensim exacerbantur, nox insequens, isdem symptomatu, ac antecedens gravis contingit, sequenti tamen manè omnia denuò remissiora & mediocria, continuò tamen eadem urgent symptomata, qua solum vespertino & nocturno tempore exacerbantur. Medicus à meridie vocatus, præter hæc enumerata, egram offendit quidem nonnihil debilem, de cephalalgia & lassitudine artuum præsertim conquerentem, calor ab eo deprehenditur mediocri, naturali tamen longè intensior, isque continuus, non aded acris vel mordax, qui vespere saltem intenditur, & per noctem medium gravu urit: pulsus celer, frequens, magnitudine & vehementia moderatus; appetitum nullus, siti intensa, potum consuetum cerevisia horret, aquam appetit: urina turbida, crassa, intensius nonnihil tintæ, sances & lingua saliva viscida infestata.

Resolutio.

Affectus est febris, eaque continua, generaliter & specialiter sic dicta, ardens quidem, sed lenta, & non aded acuta; quòd symptomata mediocriter urgentia indicant: item est solitaria, & tandem benigna, quòd itidem symptomata mediocritatem servet. Quamvis autem plura adsint illorum, non tamen ea atrociora aded, sed conditione talia, qualia intermittentibus & continuis febribus aliàs familiaria sunt: cum contra pauca

etiam interdum symptomata malignissimam febrem indicent: v. g. sufficiunt pro febre maligna, si vires mox in principio morbi sine ulla manifesta causa deficient, nempe si mox omnis appetitus prostratur, & situs clamosa cum linguæ & faucium squore urgeat. Hæc pauca sufficiunt pro febre maligna, quibus si accedat pulsus celer, frequens & parvus, eò certiores sumus de malignitatis presentia.

Observentur autem quædam de febribus continuis differentia. Nempe febres continuæ sunt vel primariæ vel secundariæ: Primariæ, quæ per se morbum constituunt, & ægrum primario ægrum reddunt; Secundariæ, quæ occasione aliorum affectuum tandem superveniunt, quæ propterea dicuntur symptomatiæ, v. g. quæ superveniunt graviter vulneratis, it. ulceribus partium gravioribus, v. g. pthiisi &c. 2. Febres continuæ primariæ sunt vel acutæ vel minus acutæ, adeòque plus minus lentæ: Acutæ, quæ cum gravioribus symptomatis brevi motum absolvunt, & vel ad vitam vel mortem disponunt; minus acutæ, quæ cum minoribus symptomatis tardius moventur in typo, & ad finem perveniunt. Utræque hæc sunt vel continentes vel continuæ: Continentes, quæ eodem tenore usque ad finem perdurant, quæ sunt raræ: Continuæ autem quæ subindè exasperantur, adeòque per Paroxysmos vagos quandoque affligunt; ad quas pertinent continuæ tertianæ, item hecticæ & lymphaticæ. 3. Febres acutæ sunt vel solitariæ vel comitatæ: Illæ, quæ solæ ægros affligunt: Hæ, quæ secum alium affectum gravem conjunctum habent, ut febres, quæ in pleuritide, angina, erysipelate, &c. affligunt. 4. Utræque hæc acutæ sunt vel benignæ, vel malignæ: sic enim præter febres benignas & malignas varietate notæ; dantur etiam pleuritides, anginae, &c. benignæ & malignæ. Tò malignum est nomen insinuans statum morbi, ratione cujus vel vitam vel mortem infert.

Nostra ergò febris est (1) primaria, (2) continua, (3) non aded acuta, quòd symptomata multa quidem, sed impetu mediocria restantur, (4) est solitaria, (5) benigna, quatenus symptomata adhuc mediocritatem servant (6) lenta. Hinc febris præter nostræ ex earum est genere, quæ juxta Sylvium in Prax. l. 1. dicuntur lymphaticæ, ex vitio lymphæ, sanguinis fermentativum motum turbantis, nature; quales sæpè occurrunt in Praxi; & sanè meretur considerationem ratione Praxeos distinctio allegati Sylvii in febres biliosas & lymphaticas.

Febres hæc Lymphaticæ triplici potissimum modò affligunt:

1. Aut enim eadem superveniunt subindè curatis febribus intermittentibus, si nempe convalescentes ægri sunt admodum voraces, adeòque hinc lymphæ glutinosi acidæque evadit; aut

2. Quoque ejusmodi lymphaticæ per se affligere observantur sine alio morbo præcedente, & primarium morbum constituunt, quale quid etiam in nostra ægra locum habet; aut

3. In iis quoque observantur, qui lue Venereæ laborant. In his enim vel morbo ingravescente, vel etiam si nimis confertim utantur decoctis lignorum sudoriferis, subindè febres tales lymphaticæ excitantur. Jam verò luis Venereæ causa proxima consistit in acido viscido. Conf. Sylvius lib. 4. Præxeos de Lue Venerea. Lympham autem in specie in lue Venereæ ab isto acido viscido specifici saporis esse inquinatam, monstrat, quòd in specie loca glandulosa, speciatim circa axillas, collum

collum & fauces; afficiantur ab aciditate lymphæ viscida, unde etiam pathemata hæc postmodum per salivationem, ubi lymphæ vitia sub forma lymphæ viscidæ ejiciuntur, curantur.

Adeoque causa proxima nostræ febris est lymphæ acida, vitio fermenti stomachici, præsertim ex cruditate acida, enata, cujus corruptelæ occasione massa sanguinea simul afficitur, & hujus motus fermentativus turbatur.

Remota verò causa est læsio diætæ.

Et quidem viscidum acidum subesse, patet ex eo, quod ægra patiatur simul mensium difficultatem, & horum fluxum imminutum: quod signum est, vitium hoc non esse præcisè in viis, per quas iidem evacuantur, sed in ipso sanguine plus minus viscido, & ad istam turgescuntiam, mediante quâ fit menstruatio, inepto, nempe ob acidum viscidum, eandem impediens.

Circa lassitudinem autem spontaneam, affligentem ægram nostram, duo sunt consideranda: nempe quod præter lassitudinem hanc privativam, quæ ex defectu & inordinato spirituum animalium motu dependet, in nostra ægra simul quædam alteratio positiva adsit, & tensiva quædam contundensque quasi lassitudo. Dicunt enim ejusmodi ægri: *Es sey ibnen, als wenn sie gepriegelt worden worden; hingegen sagen sie: Es sey alles so schwach an ibnen, es verdrieße sie einen Arm aufzueben.* Ubi sanè causam positivam latere indicatur, adeoque lympham in nostra ægra acore occulto plus minus viscido præditam esse, quæ talem alterationem in artubus infert, qualis lassitudo contundens quoque & lancinans in febribus catarrhalibus obvia est.

Quoad porrò cephalalgiam; hæc non per essentiam, sed per consensum primarum viarum affligit: nam dolor ille capitis non erat pulsatorius solum, sed simul admodum gravativus & tensivus, qui non præcisè est ex sanguine derivandus, utpotè qui ut plurimum pulsatorius est, sed ex stomacho simpliciter per consensum ortus: id quod etiam Praxis ostendebat; propinato enim vomitorio, adeoque remoto sic fomite, penitus cessabat.

Patiens etiam conquerebatur de saliva viscida & glutinositate faucium, plus minus salsa, vellicante eas, in quibus ordinariò est sitis, & talis saliva febribus lymphaticis juncta est; ubi tamen non crustâ quâdam fauces obducuntur, sed saltem sputatio altera alteram sequitur.

Angustie porrò præcordiorum sunt gravativæ, (*denn es liegt ihr da vorne als wie Centner Bley*) ortæ ex glutinosa pituita, seu mucò plus minus viscido, circa primas vias coacervato, quod facillè potuit fieri in nostra ægra, partim propter causam antecedentem seu remotam, partim quod fauces viscidâ & glutinosâ lymphâ continuò fuerint obductæ, illaque successivè deglutita, quippe cujus descensui tam angustie præcordiorum, quam prostratus appetitus, debent originem; hinc post vomitum spontè evanescent.

Calor affligens non est adeò mordax & intensissimus, sed quodammodò remissior, & quasi tepidiusculus, & humiditate blandâ junctus, *eine schmauchende Hitze*, qualis proprius est hisce febribus, quæ vesperi exacerbantur, præsertim lymphaticis, nec tamen in ipso Paroxysmo calor adeò est intensior, cessante verò eò calor præternaturalis quidem, sed moderatus circa vesperam semper auctus; undè cum concurrentibus symptomatibus colligitur, ex vitio lymphæ consistere hanc

febrim, quæ calorem minus mordacem & rodentem conjunctum habet, ut etiam hoc signum sit, semper subesse vitium lymphæ, speciatim si vesperi exacerbantur, quia febres lymphaticæ ordinariò vespertino tempore exacerbantur. Summatim: quæ de febribus continuis seu quotidianis Veteres habent, eæ à Sylvio Lymphaticarum febrim nomine insigniuntur.

Horrores & rigores in principio graves veniunt in febribus continuis acutis, quos insequitur insignis & continuus æstus; contra in lymphaticis acutis interdum in medio cursu earum, interdum in exacerbatione Paroxysmi levis horror deprehenditur; quale quid in febribus ardentibus & morbis acutis non obvium est, nisi fortè in statu, ubi signatur quidam motus naturæ excretorius seu criticus versus exteriora, aut & in malignis, *durch einen Friesel*, vel pustulas miliaris: imò & interdum in ipsis variolis, quæ non rarò superveniente horrore expelluntur, utut ægri per triduum jam æstu vexati fuerint. Verùm in talibus febribus lymphaticis non est signum excretionis, sed lymphæ vitiatæ.

Urinæ autem in hisce febribus lymphaticis non in principio apparent turbidæ, in statu verò copiosum deponunt sedimentum.

Quoad Prognosin: Febres hæc in se non lethales, nec admodum periculosæ sunt, & faciles curatu; nec (2) morbus est adeò acutus, sed minus acutus, undè intra unam vel duas septimanas solutionem præterpropter promittere possumus; sicut & (3) eæ non subitâ, sed successivâ solutione curantur. Cæterùm in ejusmodi lymphaticis dijudicandis semper cautus potius, quam temerarius sit Medicus, ne sub specie harum febrium lateat malignitas.

Cura autem peragitur his Indicationibus:

1. Stomachus & primæ viæ à morbofo fomite per vomitum liberentur; hinc
2. Lymphæ vitium in aciditate præternaturali, in subiecto nonnihil glutinoso, corrigatur, & vel per sudorem vel per urinam blandè evacuetur.
3. Symptomatis urgentibus specificis occurratur.

Pro primo scopo Vomitorium convenit in principio.

Opiata in febribus lymphaticis, uti & cæteris lentis, magis nocent, quam juvant.

Ægram præsentem sic curavi: Cùm febris ardentis malignæ in æstate tunc frequentes essent, volui cautè procedere, & mox à meridie vocatus ad eam, venam aperire jussi, respectu mensium vitiosorum, pro meliore motu sanguinis conciliando: Postea dedi eidem misturas alexipharmacas ex antimonialibus fixis, & spiritu nitri dulci, per biduum, imperando successivè sudorem; sed frustra. Interim cùm ita in eodem statu permanerent symptomata, & tutus ipsemet essem de non latente malignitate, dedi vomitorium manè, præsumens esse febrem lymphaticam minus acutam, undè aliquoties supra & infra fuit purgata, & cùm vespeti deberet exacerbari Paroxysmus, mitior fuit post vomitum, sine ulla cephalalgia, noxque quieta secuta.

Facto hoc, præbui lymphæ glutinositatem ressolventia, abstergendo primò primas vias, & corrigendo earum cruditates acidas, per salis ammoniaci ʒj, pro 2. dosibus, manè & vespeti assumendis, & recrementa per urinam & sudorem repurgando; vel etiam

℞. *Arcan. dupl.* ℞i ℞i ana ℞j. vel ℞℞. M. pro 2. dosib. manè & vesperi usurpandis.

Quibus ipsis cum esset motus febrilis sedatus, pro lymphæ adhuc melius corrigenda, & pro respectu ad mensuram difficultatem, in fine morbi præscripti spiritum salis ammoniaci, bis quotidie de eodem ut capiatur jubendo; sicque continuato hujus usu penitus convaluit. Certè dictum sal ammoniacum egregium est in hoc casu, itemque quando febribus intermittibus diurnis curatis tandem vestigia Hæcticæ superveniunt.

Vel etiam ex intermittibus convalescentes nimis voraces febrem lymphaticam incidunt: sic enim curavi aliquando juvenem à tertiana convalescentem, sed ex nimia ingluvie continuam febrem incurrentem, quæ omni die exacerbabatur ab hora prima ad horam septimam diei sequentis usque, calor tamen non adeò mordax affligebat, interim erat somnolentus, & rejiciebat per os copiosa viscida. Hunc scilicet ægrum, præmissis repetito bis vomitu, tandem usu salis ammoniaci restitui, quod admodum convenit in talibus febribus, subindè admiscui antihecticum Poterii, e. g.

℞. ℞i ℞i. ad gr. xxvj. *Antihæct. Poter.* gr. xij. ad xv. M. pro 2. dosibus.

Opiata in ejusmodi febribus lymphaticis locum non inveniunt, imò magis nocent, quàm profunt, easque magis diuturnas reddunt. *Idem ibidem.*

Febris continua lymphatica.

MUier sana, sed cui difficulter fluunt menses, negotiis domesticis occupata, neglectiusque dietam observans, corripitur Tertianâ intermittente legitima, quâ curatâ, brevi post, antequam mensium experitur fluxum, gravida redditur. Graviditatis tempore utcumque se habet, crebrius tamen, præsertim J-b sine gestationis, percipit lassitudinem artuum insolitam, tendentem & contundentem, cum cephalalgia intensa, &c. Enixò fetu aliquot postea horis corripitur rigore aliquali cum insigni astu, lochia naturaliter fluunt, cephalalgia intensa, os glutinosum, sitû nonnihil intensior; nox post horrorem gravium, inquieta, æstus intensus, cum præcordiorum angustia, sed intensissima cephalalgia, mucus copiosus in ore, quem crebrius etiam rejicit: manè omnia quidem tolerabilia, ut & sequente die, cum æstu & siti moderatâ; appetente tamen vesperâ omnia sensim exacerbantur, adeo ut nox insuper aquè gravium ac antecedens coningat: sed appetente mane omnia, ut præcedente die, sensim remittunt. Medicus vocatus agram nonnihil debilem, calore mediocri, naturali tamen intensiori, constitutam offendit, continuò, haud tamen adeo acri ac morâti, vesperâ quavis intenditur, & per nocturnum medium serè intensius urit: pulsus hinc celer, frequens, magnitudine & vehementia moderatâ, cerevisiam horret, urina crassa, turbida, sanies & lingua salivâ copiosa & glutinosa madent, qualem & crebriore screatu rejicit.

Resolutio.

Præsens, qui sub manibus est casus, Febrim quotidianam continuam præ se ferre videtur, eamque, juxta omnium concurrentium symptomatum indicia, ex lymphæ vitio pronatam, indeque cum Sylvio simul Lymphaticam dicendam esse, nihil omnino dubito. Hæc quòd ita sint, certum fit ex eo, quòd ratione prioris quavis die certam suam fervet periodum, & pro more lymphaticarum frequentius circa vesperam exacerbari solet.

Pars affecta, cui inhæret fomes mali, tota massa sanguinea erit, necnon ceteri humores corporis omnes, qui si salibus à se invicem plus minus diversis turgeant, in concursu suo mutam inter se, & subindè satis intensam, excitant effervescentiam, quod dum ita fit, formaliter sic dictus Paroxysmus febrilis indè resultat. Prout autem in subjecto viscidiorè hæret malum, aut ab acido plus minus acri dependet, nunc lentam, nunc acutam magis, inducit febrem.

His ita præmissis, ad causas nobis transeundum.

Prima igitur causa proxima materialis erit lymphæ acida & plus minus tenax, vitio seu defectu digestionis primæ genita, & ex primis viis, eâ fomite radicationis ferè omnium febrium, per vasa chyliifera ad massam sanguineam vitiosè delata, in eoque peregrino suo sapore acido sanguinis motum fermentativum turbans.

Causa autem proxima formalis erit concitatio spirituum impetus; qui à vellicatione acidi, in nervis excitata, dependet.

Causæ remotæ vices sustinere poterit partim diætâ neglectius observata, partim etiam febris antegressa intermittens tertiana, minus exactè curata, sed fortè præmaturè nimis præcipitantium aut absorbentium abusu impetus naturæ suppressus, indeque particulæ quædam heterogeneæ adhuc relictæ, motum naturæ fermentativum inhibentes.

Accedit & his mensium difficilis subindè excretio, propter acidi præternaturalis viscidii impedimentum.

Quantum ad symptomata, primò lassitudo artuum insolita, tendens & contundens, causam aliam non agnoscit, quàm defectum & inordinatum plus minus spirituum motum, undè languor artuum, imò ferè omnis motus cessatio. Tendens verò dolor & contundens adhuc aliud quid videtur tacitè innuere, scilicet lympham motu suo tardiore in subjecto hoc nostro phlegmatico, uti videtur, partibus cæteris dolorem aliquem gravativum & tensivum inducere, quin & acore falso acri, quò abundat, partes extremorum nerveo-membranaceas vellicare, & obscurè contundere. Cephalalgia verò intensa, febrium comes indivisa, ferè in hoc morbi genere videtur per consensum stomachi & primarum viarum oriri, uti hoc sæpius, evacuato scilicet morbi fomite, experiri, & à posteriori colligere licet. Sitis affligens ordinariò febribus hisce lymphaticis juncta est, & causam aliam nullam præsupponit, quàm lympham salcedine plus minus scorburicâ vitiatam, undè etiam glutinositas faucium, & mucii copiosi in ore præsentia, crebriorque per screatum ejusdem rejectio, dependent. Quibus & hoc accedit, quòd calor febrilis, sub Paroxysmi tempore satis intensus, omnem humiditatem absumat, & lym-

& lymphæ motum tardiozem hac ratione superinducatur. Præterea ex eo quoque fonte deducenda nobis veniunt angustia præcordiorum gravativæ, de quibus & nostra conqueritur ægra: Scilicet dum lymphæ, quæ juxta naturæ cursum ordinarium nihil omnino viscida nec tenax esse, sed potius cæteris humoribus præternaturaliter inviscatis pro vehiculo inservire debet, inverso, ut ita loquar, naturæ ordine glutinosa ab acido plus minus viscido redditur, & hinc mucî viscidî instar partes internas obsidet, & vasculorum obstruit oscula, descensu quoque suo & pondere ex faucibus angustias præcordiorum gravativas haud rarè inducit, quas postmodum, ratione contentus, appetitûs prostratio excipit & insequitur.

Cæterum pulsus celer, frequens, magnitudine & vehementiâ moderatus, nec non urina crassa, turbida, bene nos sperare jubent; quia robur & luctam naturæ æquabilem adhuc ostendunt, & aliqualis costionis signa, imò motum naturæ, atrociam morbi superantem, præ se ferre videntur. Morbus autem hic, utut non adeò acutus, propter symptomata primâ fronte non ita atrociam, sed mediocriter urgenda, videatur; at tamen quia lenta subindè solet esse hæc febris, & nunc magis, nunc minùs diuturna, adedque nisi cautè curetur, modò in cachexiam, si nempe acuta magis nonnunquam fuerit, modò in hecticam, si scilicet lenta magis extiterit, terminari possit;

Curatio institui potest hoc modo:

1. Fomes mali, & indè dependens vitium digestionis primæ removeatur & corrigatur.
2. Lymphæ vitiosa constitutio, ex aciditate præternaturali dependens, temperetur.
3. Symptomata urgentia mitigentur.

Prima indicatio, ut opinor, commodè possit obtineri per evacuancia quævis, præcipuè verò per emetica; quia hæc ipsa citùs longè ac immediatè magis, quàm reliqua purgantia, ventriculi vitium corrigunt, & recrementorum copiam evacuant.

Huius itaque scopo ut satisficeret, præmissis tamen aliquamdiu incidentibus sic dictis, uti sunt, liquor terræ foliatæ tartari, nitrum antimoniatum, tartarus vitriolatus, arcanum duplicatum, sal ammoniacum, &c. necnon suo modo masticatorius pro incidendo mucò in ore:

℞. ꝑi emer. gr. iij. solve in ∇ Fumar. ʒib. adde Sy. rubi idai ʒ. M. D. S. Brech Safflein. Pro una dossi primo manè sumatur. Vel

℞. ꝑi emer. gr. iij. ❄i depur. gr. viij. M. f. Pulvis. S. Brech Pulv. r. Per inferiora:

℞. MP. de trib. Ruffi gr. xv. ❄i fulmin. gr. iij. scamm. præp. Troch. alband. aa. gr. j. Cum f. q. tinct. ꝑi compos. f. Pilulæ no. xxx. D. S. Purgier-Pillen auf ein mal.

Pro secunda Indicatione obtinenda eò annitendum, ut vitiosum acidum, lymphæ quod subest, & eandem increffat, saureur, & visciditas ejus dissolvatur.

℞. Crem. Tart. aut Tart. ☉lar. ʒb. Corall. r. pr. gr. xv. M. div. in 2. part. æqu. S. Zertheilende Pulverlein frühe nuchtern zu nehmen.

Vesperis ante exacerbationem:

℞. ❄i depur. ʒ. Antibelâ. Poter. ʒb. M. D. S. Pulverlein.

Huc etiam referri possent diaphoretica & diuretica sic dicta remedia, ex ammoniò diaphoretico, sale volatili succini, cornu cervi, liquore

cornu cervi succinato, spiritu theriacali, sale absinthii, elixyr diuretico, tinctura tartari composita, spiritu salis ammoniaci cum calce viva, spiritu biccarum juniperi, syrupo cochleariæ, &c. quæ incidendo & evacuando mucum viscidum hoc in negotio, prout mihi persuasum habeo, multum auxilii afferre possunt.

De cætero mucus viscidus, in faucium cavitate hærens, ut eò citùs & minori cum molestia promoveatur & excernatur,

℞. ∇ hyssop. scabios. ana ʒij. Oxym. squallit. ʒvi. Syr. de hyss. ʒij. ❄is per camp. ʒb. M. D. S. Losend Tranklein.

Pro gargarisatione seu oris collutione prædest cerevisia secundaria cum tantillo mellis rosæ; vel aqua, acetum, & lapis prunellæ; vel infusum florum malvæ arboreæ in aqua communi, acidulatum cum paucò spiritu sulphuris vel salis, additò modico syrapi appropriati.

Cætera symptomata, quæ sunt effectus saltem & productum morbosum, sublata causâ spontè cessabunt. Idem ibidem.

Febris lenta symptomatica.

*V*n consistenti aetate ex febre acuta & gravi, cum sine notabili materia morbosa evacuatione convalesceret, nullas verò diata regulas observaret, aliquot interjectu mensibus conqueri cepit de sensu doloru gravanti, & nonnihil lancinanti, in profundo abdominis circa umbilicalem præteropter regionem, quem tamen negligit. Supervenit sensim sitis intensior, calor quidam præternaturalis, ique continuus, sed qui incertis vicibus subindè nonnihil exasperatur, appetitus dejectus, corpus sensim emaciatur, sitis intenditur, abdomen paulatim intumescere videtur, liquida & varia per alvum dejecta. Hæc per aliquot septimanas consueta munia obiens, cum pertulisset, Medicum vocat; qui cum enarratu calorem percipit lentum, cum vulsu celeri, frequenti, parvo, duro, vehementi; ea genti abdomen circa loca dolorosa se offerunt vestigia tumoris mediocri, agro tãtum fortiozem, ob auctum doloris sensum, fugiente: urina intensius tincta, clara, fulgida; Medicum cum per aliquot dies tradidisset agrum, exasperatur dolor, intenditur astus, ager inquietus & anxius evadit; supervenit tandem gravis horror totius corporis, qui astu consueto permutatur, quem post tres horas excipit intensus rigor, totum corpus quiescens, per integram serè horam, quo evanescente, astus intensus supervenit, sensim ad solitum calorem lentum rediens. Accedunt bis excreta terra per alvum, fetida, varicolora & nonnihil cruenta; urina autem emittuntur turbida, crassa, post horula quietem clarescentes, & copiosum seamentum, crassum, album, seponentes, quod ad levem vitri agitationem subindè dissilit, & hinc indè vago motu urinam impregnat, eamque lacteam reddit. Sapor teter percipitur in ore, aliquot horis ab omni passu intensatur calor, in vola manus præsertim perceptibilis.

Resolutio.

Morbus est ex genere febrium lentarum, & tandem hecticarum, earumque symptomatarum accessui in viscere quodam interno latenti supervenientium. Nempe in historia morbi duo tempora distincta observantur:

1. Tumoris

1. Tumoris in abscessum abeuntis, seu dum successive suppuratur, & conjunctam habet febrem lentam;
2. Abscessus jam facti suppurati, & simul comitem trahit propriè dictam febrem hecticam.

Oritur ergo hicce morbus ab abscessu in mesenterio collecto, hinc febris lenta, post hectica. Ubi in antecessum monendum, qui fiat, quod tumor hic, cum ceu suppurandus necessariò inflammationem comitem addeat (nam etiam coagulatum lac nonnisi inflammatione superveniente suppuratur,) non acutam accendat febrem? Responso est facilis; quia nempe tumor ac inflammatio hoc in casu non hæret in parte adeò sensili, nec adeò copiosis vasis sanguiferis minoribus instructa; unde sine adjuncta febre acuta suppuratio absolvitur; qualem tamen pleura inflammata, ad suppurationem abiens, semper conjunctam habet: mesenterium enim minus sensile est propter pinguedinem, & minus instructum est vasis capillaribus; & utur ramos majores vasorum obtineat, illi tamen in intestinis demùm in vasa capillaria abeunt. Cæterùm materia tumoris non dependet à fermento febrili, sed à succis sub cursu febris acutæ enatis: unde in abscessibus his & supervenientibus febribus semper ad conditionem partis simul respiciendum: nempe sicut in intermittentiis, ita etiam in omni febre benigna, & hinc in declinatione malignæ, ordinariè materiæ coctio supervenit, quæ separata & præcipitata, quia à fermento febrili priùs viciata excernenda est, per quasunque fieri potest vias; unde & succi hi, sub fermentatione febrili separati & præcipitati, materiam constituent tumoris, aliàs ex corpore eliminandam. Materia autem hæc rarò præexistit in ægris ante febres, sed subinde fit sub cursu februm, quatenus fermenta peregrina massam sanguineam reliquosque succos alterant & corrumpunt, quæ præcipitata materiam concoctam constituunt. Monstrat hoc natura sub motibus criticis, quæ excernit materiam, sed non nisi coctam; si tamen secretio & excretio hujus materiæ non fiat, sed intra corpus eadem cum reliquis succis confusa hæret, tunc recidivam parit, vel eadem materia retenta, & tandem in loco quodam corporis interno transcolata affigitur, ubi hostili suâ præsentia, ceu spina quædam præfens infixa, doloris, tumoris, inflammationis & suppurationis causa est: quale quid & nostro ægro quoque contingit.

Quæritur autem: quâ ratione distinguenda sunt pus, genitura, & succus chylosus crudus, pituita nomine aliàs veniens, in urina? Vid. Heinrichs ab Heer *Obs. 10. lib. 1.* scilicet in gonorrhœa, tam benignæ quàm virulentæ, principio, genitura urinæ supernatât instar cremoris alicujus, nisi magnam virulentiam nacta sit; contra pus & pituita fundum occupant: pus ad levem vici motum mox dissilit, & per totam urinam inordinatè vagatur, eandemque imprægnando lactescens reddit, quiescente verò lorio subsidet; sicut tandem pituita motu spirali cum urina circumgyratur.

Pars igitur, in qua fomes morbosus latitat; scilicet Pars affecta ægri nostri, ratione abscessus & tumoris est mesenterium; ratione verò febris lentæ adjunctæ massa sanguinea & spirituum exercituum primariò consideranda veniunt.

Quoad Causas, tam proximas quàm remotas: præsupponendum, quod in omni morbo spiritus ceu partes primò viventes, adeoque etiam primò ægrotantes, considerandi sint; quia, sicut spina cadaveri infixa, ob illorum absentiam nec dolorem, nec inflammationem, nec apostema parit; pari ratione spina mesenterio infixa præsupponit spirituum motum & impetum. Ergò hi erunt causa proxima efficiens; sicut materialis seu occasio-

nalis alia est proxima, alia remota.

Causa proxima materialis, movens spiritus ad hos impetus, sunt fermenta purulenta salinæ naturæ. Salinæ nempe heterogeneæ factæ particule (cum omne pus sit falsum,) massæ sanguineæ motum fermentativum æqualem turbando, eamque impuram agitando, febrem talem lentam & postmodum hecticam, induxerunt. Ubi tamen fermenta illa sunt consideranda vel in fieri, vel in facto esse: nam in illo statu, dum abscessus ad suppurationem pergir, prædominatur adhuc acidum, adeoque fermenta sunt naturæ salino-acidæ; at ubi jam factum est pus ex alcali & acido in subiecto pingui paulò viscido, emergit falsum, unde in facto esse fermenta erunt falsa, sed magis viscida; unde febrem non acutam, sed magis lentam, inferunt.

Causa verò remota sunt partim fermenta morbosa (ceu producta morbosa, à fermento febrili sub cursu acutæ febris prioris relicta:) partim cruditates in primis viis, tam ex fermenti digestivi minori activitate, quàm ex læsa diæta, in ægro à morbo acuto adhuc debili, genitæ, magis magisque foventes febrem, naturalem motum sanguinis & spirituum sollicitando; unde & cruda & viscida excrementa collecta, & motus naturæ, recrementa febrilia restantia eliminare intendentis, turbatus fuit. Nempe nil magis reconvalescentes post morbos acutos ad chronicos disponit, quàm læsa diæta, speciatim excessiva si peccent.

Hinc enim ratio quoque petenda, qui fiat, quod ab acutis morbis reconvalescentes subinde tam diè debiles sint? inò non rarò chronicos morbos, v. g. cachexiam, hydropem, febres intermittentes, tumores pedum œdematosos, &c. incurant? Resp. Nimirum quadruplex causa subest: Vel enim.

(1) Fæculentiæ morbosæ non sufficienter motu naturæ spontaneo, vel medicamentorum ope, evacuantur; unde reliquæ quædam successive sub cursu morbi acuti ex massa sanguineâ degeneres factæ, in corpore adhuc resistunt, quæ puritatem contentorum postmodum turbant, & interdum debilitatem, interdum morbos chronicos, inducunt.

(2) Observandum, quod alteratio quædam insignior in morbis acutis inducatur, vel succo cuidam corporis nostri primariò imprimatur, vel tandem labes quædam visceri cuidam profundius impressa, ejusdem functionem lædens, affricata est. Quoad alterationem in succis: ingens dyscrasia oritur, unde ægri vel chronicis morbis obnoxii, vel debiles fiunt. Quoad labem, facile fit, ut, si non ulcera, saltem tumores & oppilationes in visceribus fiant, ratione quarum morbis chronicis obnoxii sunt: Hinc post pleuritidem v. g. aut peripneumoniam sæpe ulcus pulmonum & phthisis sequitur; ex vitio verò felli inducto ad hydropem, icterum, &c. disponit.

(3) Diæta uberior & voracitas post convalescentiam: nil enim magis nocet, quàm uberior diæta, quia fermentum enervatum est sub cursu morbi.

(4) Perversus quorundam medicamentorum in acutis usus disponit reconvalescentes ad chronicos morbos: quorum primâ classis est abusus terreo-rum & fixorum antimonialium, partium animalium dorarum calcinatam, coralliorum, &c. quæ copiosius aut crebrius sub cursu morbi ægris propinata tardissimè eos reconvalescere faciunt; magnam enim vim fermento stomachi digestivo inferunt, illud obtundendo.

Hoc imprimis intelligendum est de magisteriis largiter propinatis, quia sunt calces mortuæ & saltem in stomacho hærentes incrustant eam fermentumque extinguunt: Altera remedium classis est abusus acidorum, & imprimis vitriolaceorum, quæ ordinariò solent destruere & obtundere sal volatile massæ sanguineæ & bils, quo facto, massa san-

guinea in suo motu fermentativo iners redditur, nec bilis secretioni chyli à facibus sufficit, unde aegri difficillimè reconvalescunt. Hæc ergò Medicos commonefaciunt, ne abutantur duplici horum remedium in acutis genere, præsertim cum & eadem fixa antimonialia in intermittentibus copiosius usurpata convalescentes interdum diu debiles relinquant, imò hi pedes œdematosos incidant. Medium ergò ex his servandum.

Dolor apud ægrum erat obscure lancinans & gravativus, propter partem obscure sentientem.

Ægri in febribus lentis ordinariò conqueruntur de minore humectatione faucium: utur enim lingua sic humida, non est sufficiens, nec saliva glutinosa sufficit diluendis faucibus, hinc tanquam molesta hæret in faucibus, sicque sitim infert.

Appetitus dejectus tam ex cruditatibus ventriculi viscidis, quam spiritibus animalibus affectis, oritur; hi enim, ubi plus minus afficiuntur, plus minus etiam appetitus urget.

Porro in his febribus lentis ordinarium est, quod, utur à pastu æqualiter calefant ægri ab aliis contractati, in volis tamen manuum iidem per se calorem intensiorem percipiant; cujus rei causa probabilis est, si sicuti conjecturæ indulgendum, quod in volis manuum organon tactus sensilius sit: hujus suspicionem suggerit titillatio, quæ teneritudinem organi tactus, adeoque sensilitatem sequitur. Quippe tria loca in corpore humano præ cæteris titillationem sentiunt: nempe volæ manuum, hypochondria, & plantæ pedum; in plantis pedum tamen interdum minus urget, quia ferè callum obdixerunt; in tenerioribus magis. Jam quaeritur: in quonam his sensilior tactus consistat? Resp. Respicendas esse papillas illarum nerveas in extrema eute tactum constituentes, quæ in volis manuum & plantis pedum, ubi nervorum extremitates sunt, peculiarem structuram & conformationem habent. Interim in quonam præcisè harum papillarum conformatio specialiter consistat? latet adhuc.

Consideremus jam in primo morbi tempore excrementa varia præternaturalia, in secundo fecrida. Quoad excrementa præternaturalia: in his ad vitiosam chylosin, bilem præcipuè plus minus inertem, ejusque vim alterantem, præsertim respiciendum; quia bilis est instrumentum, quod feceruntur feculentia à chylo, & chylus perficitur. In nostro ægro ex febre ardente & neglecta diæta bilis minus oleosa & volatilis, sed iners existit, quæ concurrens cum ipsis recrementis & cruditatibus primarum viarum, variis rejections efficit. Quoad excrementa verò fecrida, sub secundo morbi tempore se manifestantia, & purulenta: sanè fætor ordinariè in corpore humano comes est putredinis, nunc inchoatæ nunc confirmatæ. Scilicet putredo fit ex motu minimorum, quæcunque corpora materialiter constituentium, quando nempe destructo acido actio salis volatilis urinosi agit in pingue; sicut contra fermentatio oritur à prædominante acido in urinosum; unde quando sub actione hæc pingue ab alcali urinoso volatili dissolvitur, oritur alteratio illa in odore, quæ vocatur Fætor: qui eò intensior est, quò magis acidum nonnihil occultum accedit. Testantur hoc naturalia: sic enim semper, quoties alcali in subiectum pingue sulphureum agit, si hoc radicibus dissolvatur, fætor emergit: sic ex animalium partibus carneis, licet inodoris, si tractentur per ignem, aut assentur, ubi urinosum volatile exsuscitatum incipit agere in pingue, resolutum ab igne,

provenit fætor, qui vocatur empyreuma: sicut etiam hinc derivandum, cur vegetabilium purgantia fordes eliminatas adeò maxime fœtentes, faciant, quale tamen quid, nec antimonialia, nec Mercurialia, per inferiora purgantia, procreant; in vegetabilibus enim acce istud volatile urinosum colliquat, & ad putredinem disponit succos excernendos: unde in febribus, præsertim malignis, observantur subinde fordes alvi fœtentes, quæ habendæ sunt pro pessimo omine, ut & urinæ fœtidæ, indices nempe certi inchoatæ putredinis; colliquescit enim & deficit virtus in corpore balsamica à spiritibus derivata: Non secus pus laudabile minus fœtet, quia est concretum salsum viscidum, concurrentibus alcali & acido cum pingui in æquali dominio; contra pus fœtens deterius magis est; alcali enim in pingue actionem, & acidi simul aliquam activitatem, indeque inæqualem horum principiorum motum insinuat, unde de putredinis ob alcali dominium majori progressu metuendum. Hinc abscessus nimis fœtentes ad gangrænam vergunt: in omni autem gangræna viget actio urinosi in pingue, destructo acido, unde præcavetur & curatur gangræna per acida, unguentum Egyptiacum, &c. sicut sphacelus, ne ulterius serpat, præcavetur per acida, v. g. butyrum antimonii, oleum vitriolicum, amygdalarum dulcium oleo mistum, &c. Fætor ergò in hoc casu est signum abscessus rupti, & puris taliter constituti, ubi urinosum agit magis in pingue & ubi ulcus fordidum imminet. Quando verò abscessus in corpore sponte sua rumpere vult, infert ægro horrorem; sicut ruptus rigorem in membranaceis partibus conciliat. Hinc, secundum Hippocratem, ubi suppuratio abscessus intenditur, ibi major dolor & febris, &c. Quò magis ergò cruciatur abscessus, eò promptior speranda est suppuratio, & postmodum apertio. Quotiescunque verò abscessus rumpuntur, horror & rigor & hinc æstus, sed transitorii, solent supervenire. Membranae autem secundum Croon de Motu Muscul. omnes sui habent connexionem, tandem cum membranæ cerebri, tanquam matre communi omnium membranarum; hinc conspirant per spasmos continuatos. Quòd si autem partium internarum abscessus rupti sanguini permiscerentur, anxietates inducit, & nunc per urinam, nunc per alvum, & alia loca, pus evacuat, uti observavi id in Pleuritica, diarrhœam purulentam passa, contigisse hoc. Sed quando puris major fit cum sanguine commistio, ex puris injuria, speciatim empyici, interdum subito moriuntur, pure scilicet cum sanguine ad thalamos cordis delato, sicque hujus motum fermentativum sufflaminando suffocationem infert.

Prognosis est anceps; Ab una enim parte salutem promittunt ætas ægri consistens, morbus recens, & naturæ motus pus evacuantis; ab altera verò merus subest, ne, si abscessus mesenterii non ritè mundificetur, ulcus fecridum depascens emineat, phthisis seu tsbem lethalem post se, sicuti ulcera partium internarum omnia, trahens; imò ne à pure in mesenterio ramus aliquis insignis erodatur, sicque profusio sanguinis lethalis superveniat. Adhæc ægra modò surrexit à morbo acuto, malum hoc contraxit ex imperfecta excretionem materiæ peccantis, & inordinata diæta; hinc massæ sanguinæ insignem alterationem & depravationem, imprimis verò visciditatem, inertiam & deficientem motum fermentativum contraxit; quæ omnia periculosum reddunt morbum.

Quoad Curam verò, cum abscessus hic mesenterii ab acuta febre malè soluta, adeoque ex deficienti materiæ morbosæ excretionem, natus sit; ideo in Cura

1. Similis abſceſſus in reconvaſcentibus ex morbis acutis, & ne hi in morbis chronicis delabantur, præcavendus.

2. Factus abſceſſus vel tumor ſaltem curandus.

Fontes, ex quibus morbi chronici poſt acutos invadant, jam dicti ſunt, quando v. g. aliquid eliminandum remanet, hinc ratione præſervationis in declinatione morborum acutorum, ſi quid producti morboſi vel materiae cæcæ eliminandæ retentum ſit, vel per ſudorem, vel alvum, vel per urinam, evacuandum. Veriſſimum ſiquidem eſt, nullam fibrem ſolutam curam eſſe, niſi in fine ſudor univerſalis ſuperveſerit. Si ergo ſuperveſit, bonum eſt; ſi vero non, & tamen in urina feculentia præcipitata hæreant, ne ab his nova noxa fiat, vel per ſudorem, vel per blandum tandem laxans inſtitua ſtimulentur, ut ſic concitator reddatur ſanguinis motus; & per pancreas vicinæque loca recreſcentia morboſa reſtituta removeantur. Quod ſi vero alteratio quædam inſignior ſuorum aliquo corporis noſtri ſub curſu morbi contigerit, vel à cauſa morbifica vel etiam ex abuſu fixorum terreſtorum vel acidorum, bilem ſigentium, adeoque viſciditas bilis & inertia fermenti ſtomachalis & ſuccorum corporis noſtri lateat, tunc pro horum alterationibus corrigendis maturè uſurpanda veniunt remedia ſalina temperata, nonnihil ſpirituſa, obſervando ſimul, an magis necesse ſit, ſtomacho ſuccurrere? quo in caſu conveniunt acida blanda cum aromaticis remixta, elixyr proprietatis ſine acido, & cum eo, idemque album illud Helmontii per circulationem paratum, item tinctura antimoni ex ſeris, liquor terræ ſolæ tartari, iſque vel ſolus, vel cum dimidio ſpiritus ſalis ammoniaci mixtus; an vero bili potius calcæ addere, cujus ratione amara, & ſalina volatilia magis locum habebant, v. g. ex abſinthio, centauro minori, junipero, roſemario, mentha, &c. parata; hæc enim omnia in declinatione acutarum & præſervatione morborum chronicorum locum inveniunt. Tandem

3. Sin labes quædam aut noxa viſceris cujuſdam interni poſt acutas, ex læſo ejus tono remanſiſſe videbitur, tunc remedia Martialia, blandè adſtringentia, & in forma tincturarum, aut ſolutione liquida, ut tinctura vitrioli Martis Zveſſeri, item ſolutio Martis cum ſucco pomorum, necnon Vina Martialia, conducent; quippe hiſ ipſis robur viſceribus iterum conciliatur.

Quoad Curationem; duo tempora diſtinguenda eſſe, monitum fuit. Hinc in cura ſubmiſtrantur Indicationes, tam curativæ affectuum, quàm præcavitivæ, imò etiam vitales virium.

Inter Indicationes præſervativas reſpectu cauſarum:

1. Primæ viæ à cruditatibus obſidentibus vindicentur, vel per vomitoria, vel per blanda purgantia.

2. Diſſectio prima ſtomachi integra conſervetur, vel per diætam blandam, vel ſtomachica remedia.

Inter Curationem ratione affectus autem diſtinguenda erunt ante omnia iſta tempora in noſtro ægro, quorum primum eſt, quando tumor in meſenterio hærens, tendit ad ſuppurationem, ubi

(1) Tumor congeſſus attenuetur.

(2) Materia ejusdem, quorſum vergit naturæ motus, per illas vias eliminetur.

Jam vero tumor in meſenterio reſolvitur & attenuatur, tam per interna, quàm per externa. Externa optima erant gummata, ut galbanum, ammoniacum, & ſuo modo mixta; que omnia turgent ſapore acri amaro, & ſub ignis tortura co-

Tom. II.

pioſum oleum penetrans amariffimum reddunt: Conſtant ergo ſale volatili oleoſo acri, ratione cujus ſucceſſivè attenuatur & reſolvitur materia tumoris congeſta. Quibus pro ſtimulo addenda nicotiana & cicuta, tumores duros emollientia, cum & ipſa nicotiana ob ſuam ſal acerrimum in Decoctis proſit. Imò hiſce ſimul addendus eſt Mercurius vivus, mirabiliter penetrans & emolliens tumores duros, & ad ſui diſcuſſionem diſponens: Nam & plantis pedum iſ illius, etiam caput petit, unde emplaſtrum de ranis Vigonis cum Mercurio vivo, idque tam ordinariè, quàm duplici portione conſtans, tam nobile eſt in reſolvendis viſcerum tumoribus & ſcirrhis incipientibus. Equidem Mercurii uſum vulgus horret, at ſine ratione; novi enim diuturnas cephalalgias ex pituita acida hoc emplaſtro ſublevatas; in ſplenis enim tumore & inſarctu ejuſmodi emplaſtrum ex eundè applicatum omnibus aliis emplaſtris ſplenicis palmam præripit; unde ad imitationem Vigonis, ſi Mercurius vivus, non autem juxta Zveſſeri curioſitatem Mercurius præcipitatus, reliquis diſcutientibus emplaſtris addatur, pro tumoribus diſcutiendis, ſeſcietem effectum ſperare poſſumus, præſertim in locis glanduloſis, quorum viſciditates & heterogeneitates in hærentes mirabiliter diſſolvit, & in forma ſalivæ eadem evacuabiles reddit; id quod in lue Venerea conſpicere licet. Inſuper hiſ adnumeranda olea deſtillata fetida, ut oleum tartari fetidum, gomme ammoniaci, ligni guajaci, & ſimilia hæc quidem ſi ſola illiuntur, inſigniter ſeſciet; ſi vero cum ejuſmodi emplaſtris immiſceantur hæc, egregiè uſus ſunt, nec adeò horrida minusque fetida ſunt, imprimis ſi ſuper cornu cervi uſum reſiſcentur. Hæc ergo emplaſtra exinde parata, v. g. emplaſtrum de ammoniaco Quercetani, emplaſtrum carminativum Sylvii, &c. malaxata cum oleis dictis deſtillatis, vel etiam cum oleo Philoſophorum, loco affecto pro tumoribus duris reſolvendis inſtantur. Quibus ſi admiſceatur Mercurius vivus, & hinc oleum tale pro malaxatione additur, ſperare poſſumus effectum longè potentiorum.

Inter interna reſolventia maximè excellunt tartarea alcalina, tinctura tartari, ex detonatione niri & tartari calidè extracta, liquor terræ ſolæ tartari, ſpiritus tartari volatilis, & ſimilia ſalia volatilia, que omnia reſolvendo, externis remediis adjuvamentum aſſerunt. Tandem hiſce pro evacuandi & ſimul emolliendi ſcopo addatur Mercurius dulcis, qui vel ſolus, vel cum extracto hellebori nigri ad ℞j. aut cum maſſa pilularum de ammoniaco Quercetani ad gr. xv. ℞j. imò ℞b. miſtus, etiam poteſt adhiberi, ut ſic ſimul emolliatur tumor.

Quod ſi autem hiſ ipſis adminiſtratis non diſpareat tumor, & ſymptomata ingreſſeant, ſed tumor ſpecificum accreſcat, dolor ſua inenſior, & puſſationis ſenſus maniſeſtior, tuncque ſigum eſt, tumorem non diſcuſſum in, ſed tandem ad ſuppurationem tendere, adeoque blandis alcalinis & oleoſis huſpedantibus, & emollientibus vulgè dictis, naturæ motus ad ſuppurationem promoveatur, inter que nil melius eſt terebinthina, cujus vel oleum umbilico illitum, vel ipſa terebinthina emplaſtri formâ impoſita, ad faciliorem ſuppurationem diſponit. Interim febri lentæ appropratis, temperatis præſertim tartareis, ſimul occurratur, & decocto China cum radice ſcorzonere, & caryophyllate, &c.

Poſteriori vero morbi tempore, quando nampe abſceſſus eſt ruptus,

Xxx 2

1. Is

1. Is apertus est mundificandus, & purulentia ejus facta per vias, quod natura vergit, evacuanda.
2. Abscessus mundificatus sublato pure consolidandus; &
3. Tandem hectica febris per acrimoniam puris temperantia mitiganda.

Ratione primæ Indicationis, nempe mundificationis, conducunt balsamica, vi alcalinâ oleosâ seu sulphureâ pollentia, qualia sunt terebinthina, item sulphur, & balsamus sulphuris terebinthinatus & anisatus, item juniperinus, & quæcumque ex sulphure parata, juniperi oleum, & Malvaticum juniperinum, in casu præsertim, ubi natura ad vias urinarias vergit. Similiter pro mundificatione conferunt huc lapilli cancrorum, catholicum illud vulgèratum, cum aceto propinatum, ideo tamen, ne illi penitus ab aceto, sed saltem quasi inchoativè, dissolvantur: quibus accedunt etiam alia balsamica, v. g. Benzoi, aloë, myrrha, crocus, & ex his parata elixyria, in specie sine acido.

Alteri Indicationi satisfacit consolidatio mundificati abscessus, putà per vulneraria, vegetabilia, Martialia & Saturnina; quorum inter illa nota sunt & excellunt hedera terrestris, cherefolium, salvia; uti post hæc succedunt Martialia, imprimis in forma liquida propinanda: ad quæ pertinet lapis hæmaticus, medium quoddam inter terras metallicas & metalla, tam naturalis, quam artificialis, qui præparari solet ex extractione lithargyrii cum aceto destillato facta, cumque spiritu salis præcipitata, & solutione Martis cum spiritu salis, ubi caput mortuum remanens est instar genuini lapidis hæmaticis. Descriptio processus vid. in M. A. N. C. Ann. 2. Observat. 143. pag. 227. item in Glauberi scriptis, ac ferè idem est, quod tinctura antipthetica ex vitriolo Martis & saccharo Saturni parata; ex quibus præparatur hæmaticus quasi verus. His tamen, tam mundificantibus, quam consolidantibus, semper admiscantur, prout naturæ motus adest, nunc diuretica, nunc per alvum laxantia; inter quæ excellunt rhabarbarina & aloëtica; sic in usum quoque trahi possunt clysmata, ex decoctis vulnerariis parata.

Tertiæ Indicationi satisfacimus, & Hecticæ occurrimus, per acrimoniam puris temperantia, quæ sunt sulphurea fixa, ut antimonium diaphoreticum, antihæcticum Poterii, saccharum Saturni, &c.

Sed quid agendum foret, si in nostro ægro superveniret fluxus alvi cruentus, ab erosione vasculi cujusdam? Resp. pro restringendo fluxu hoc convenire imprimis Martialia, & genuinum lapidem hæmaticum, qui mollior & rubicundior vulgari (hic enim saltem est minera Martis) deprehenditur, & quæ huic non cedit, rubrica fabriliis. Hæc posterior forsan non cedit lapidi hæmatici, & in talibus casibus, fluxu nempe cruento alvino, ex erosione cujusdam partis, est egregia.

Quid autem tunc faciendum, si æger, rupto abscessu, pus per os spuendo rejiceret, uti etiam factum? In hoc puncto grave negotium imminet; metus enim est, ne abscessu soluto pus acrius in vesiculosa teneriori pulmonum substantia ulcus & phthisis inferat. Resp. In tali casu non videri imitandum naturæ motum, quin potius ad inferiora, per clysmata acriora, & laxantia temperata per os exhibita, promovenda puris excretio, prospiciendo tamen simul pulmonibus per temperantia acrimoniam puris, quale est sperma ceti, trochisci de carabe, &c.

Balsamus Saturni terebinthinatus nobilis etiam est in hoc casu, si Hectica ejusdem usum permit-

tit. Saccharum enim Saturni blandâ calcinatione fiat friabile, cui affundatur oleum terebinthinæ, & in blanda digestionem servetur. Et hoc etiam egregium est remedium in gonorrhœa virulenta, ubi exulceratio partium internarum subest.

Decoctum etiam radicis Chinæ cum passulis, in affectibus ex pure natis, multum valet, præsertim cum passulæ, ob vim temperandi. Hecticis optimè convenient. Dulcia autem aliis omnia, quia ulcera ob sui acorem, in viscido residuum, sordida magis reddunt, fugienda sunt. Item acidula in nostro casu cautè adhibeantur; suppurationem quippe eadem impediunt, & abscessus ad ulcera sordida disponunt. Contra tartarus vitriolatus, nitrum antimoniatum, sal ammoniacum, in hujusmodi Hecticis, cum temperantia pus, & ad vias urinarias deducant, sunt optima, & miscentur cum sulphureis fixis, cinnabaris antimonii, vel nativa sublimando depurata, mista commendanda; non secus ac sal ammoniacum cum tertia parte antihæctici Poterii continuatum, Hecticis est usitatissimum.

In Hectica quoque & febribus lentis alioquin cauti simus & parci in sudore ciendo, quis quandoque satis largiter spontè supervenit, ut etiam opistis sic sitendus; unde potius blandâ diaphoresi simus contenti: pro quo scopo conducet tinctura bezoardica, cum spiritu tartari & vitrioli volatilibus parata.

Tandem Lac sedato & mundato abscessu egregium & optimum est temperativum abscessus, & nutritivum corporis. Interim necesse est, ut promeliori eorum operatione primò mundificetur stomachus, ut hic id rectè digerat, aliis abeundo in viscidum & glutinosum cremorem, plus nocet. Lac asininum in Italia frequens est propter longævivatem bestiarum; verum apud nos caprillum & bubulum in usu est, quorum hoc magis est nutritivum, illud verò diureticum. Idem ibidem.

Febris Maligna.

Virgo sana & optimi habitus conqueritur de aliquali imbecillitate corporis, quam tamen non asumat, accedit insignis appetitus prostratio, cum siti admodum aucta; dormiens noctu interruptam nonnihil habet quietem, & hinc inde in lecto se jactat, nescia ob quam causam? Sic sey unruhig, und wisse nicht warum? vocatus Medicus, invenit urinam naturaliter constitutam, pulsuum parum mutatum, ob id vitia hac progressa eandem diata lesionem adscribit, adeoque elixir proprietatis ordinat, quotidie bis ad 30 gutt. hauriendum: Patient exinde nullum percipit levamen, sed potius aridura faucium cum squalore lingua insigni exinde supervenit, & virium imbecillitas in tantum accrescit, ut lectum colore necesse habeat. Rediens Medicus post aliquot dies ipsam invenit insigniter imbecilem, de lassitudine artuum conquerentem, es liege ihr in allen Gliedern, ut & intensa siti, & aliquali præcordiorum angustia; menses rectè se habent, qui ante tres septimanas jam ritè fluxerant: Alvus clausa, parum vel nihil efficit; tangens etiam, calorem persentit mordacem, sine hoc, ut de eo conqueratur ægra, virgine naturalis, nonnihil turbida, es ist ihr thomb und dämisch im Kopfe, pulsus ceter admodum & frequens, non adeo validus, magnitudine saltem moderatus, ad parvitatem inclinans, ipsa

sa propinat diaphoreticum præcipitanti ex antimonio diaphoretico, sale volatili cornu cervi & vipera- rum, &c. sed frustra: nullus sudor venit, ardor in- tenditur, caput insigniter æstuat, sit iniqua, oculi fulgent. Ipse Medicus anxius aliam pro mædela simul advocati jubet.

Resolutio.

Mihi casum huncce propositum ejusque sympto- mata accuratè consideranti, primo quasi intuitu Malignitatis nota apparebat. Nam licet quidem subinde varia in febribus malignis observentur sympto- mata assilgentia, nunc paviora, imprimis tam- men hæc tria, utpote frequentiora, & in hoc casu concurrentia: nempe subitanea virium prof- ratio, sitis admodum intensa, appetitus dejectus citra manifestam causam, vigiliæque perti- naces, Febrim malignam, & quidem minus z- curam, adesse, infallibiliter indicant atque ostendunt.

Febris autem nostra maligna agnoscit pro parte affecta tam massam sanguineam, ab acrimonia volatili seu spirituosâ inquinatam, hincque in motu naturali fermentativo impeditam, quam etiam ven- triculum, in specie orificium ejus sinistrum, quod optimè probant inquietudines, jectigationes, aliæque molestiæ.

Ordine jam ergò attingenda atque examinanda est Causa proxima, quæ nihil aliud videtur esse, quam sal volatile acre, spiritus plus minus destruens, massam sanguineam enervans, & ad ali- qualem putredinem disponens, hinc massæ sangui- neæ crasi destructâ, & spiritibus affectis, sangui- nisque consistentiâ, fermentatione vitali atque spi- rituosâ debita, deficiente, mox virium prof- ratio in promptu est. Spiritus enim animales non debite & naturaliter influere possunt in partes pro excitando motu, & licet quidem influant, quia tamen illorum vigor naturalis torpet, partim ob deficientem quantitatem, partim etiam ob deficientem subtilitatem, inepti tamen sunt ad motum natu- ralem ordinariam excitandum, hinc membra qua- si torpent, & virgo nostra ægra insignem lassitudi- nem artuum percipit, quam molestiam per hæc verba explicare conatur: *Es liege ihr in allen Gli- dern.* Appetitum verò prostratum ut & sitim auc- tam cum aridura faucium linguæque squalore ex acrimonia volatili, fermentum destruyente, & fau- ces vellicante, originem habere judico. Nox ve- rò inquieta, jectigatio corporis molesta in lecto, ut & præcordiorum aliqualis angustia, ex aff. Sto- macho, imprimis tamen orificio ejus sinistro, haud dubiè deducenda. Quod verò atinet calo- rem illum quasi mordacem, interne saltem ur- gentem; dico, illum provenire ex eadem acrimo- nia volatili, destruyente texturam massæ sanguineæ, & ita incallescantiam in præcordiis maxime gliscen- tem, excitante. Quod verò nostra ægra de eo minime conqueratur, delirium imminere auguro, & quod me in hac opinione magis confirmat, sunt oculi fulgidi & quasi ignei, tanquam certissima de- liriorum imminendum indicia. Accedit & hoc, quod ardor magis magisque intendatur, & caput insigniter æstuat incipiat ex prædominante acrimo- nia volatili, texturam sanguinis salino-sulphuream plus minus destruyente. Quod autem alvus nonni- hil clausa, & illa parùm vel nihil ejiciat, ex pau- citate forsan excrementorum in cellulis intestino- rum, in specie coli, subsistentium, originem ha- bet.

De causa remota parum habeo quod dicam; Nullum enim indicium causarum remotarum in hoc Tom. II.

casu inveniendum.

Ad eventum ergò hujus febris malignæ accedo: Est autem Prognosis febrium malignarum, secun- dum Prædicos in unanimum consensum, admodum incerta: mox enim inopinato vel ad vitam vel ad mortem terminantur, propterea & ego nihil certi prædicere valeo. Hoc tantum dico: quis febris hæc minus acuta existit, idcirco medicamentis proficuis locum adhuc superesse, nemo nega- bit.

Methodum medendi quod concernit: cum æ- gram nostram affligat febris maligna, eaque in san- guine gliscens, præcordia infestans, indeque va- ria ac periculosa symptomata inferens, observan- dum:

1. Malignum virus destruyendo, sigentibus & per sudorem expellentibus.
2. Primæ viæ repurgandæ, & fomes ac ipsum virus ibidem affixum removendum.
3. Symptomatis atrocioribus maturè occurren- dum.

Priori scopo veneno nempe maligno corrigendo, satisfaciunt alexipharmaca dicta & sudorifera, eaque tam fixa antimonialia, quam in principio & incre- mento in specie volatilia, simplicia nempe alia & composita theriacalia v. g.

℞. ∇ ex succ. ceras. nigr. rubi idai aa. ℥ss. C. C. f. Δ. ℥j. ℥ii diaphor. ℥j. Syr. rubi idai ℥vj. Si dule. q. s. M. D. S. Tranchlein.

Usurpatur pro duabus dosibus, expectando sub moderatis tegumentis sudorem blandum.

Vel ℞. ∇ Card. bened. scortconer. aa. ℥ss. Succ. Citri rec. ℥vj. Theriac. Andr. ℥ss. Bezoard. miner. ℥ss. Laud. opiat. gr. ss. Syr. Mentha. ℥j. Si dule. q. s. si alidior placet hæc Mixtura.

Usurpatur pro tribus dosibus.

Repetenda sunt talia aliquoties. Item

℞. ∇ Card. bened. fl. samb. ana ℥ss. Aceti vini ℥j. Theriac. Andr. ℥j. ℥ii diaphor. ℥j. Syr. acetos. Citri ℥vj. M. f. Potio. Capiatur pro lubitu.

Secundo scopo vomitus, imprimis sub morbi ad- huc principio, satisfaciunt, qui etiam primâ vice in- stituendus videtur, ut remotis ibidem sordibus va- riis & fomes purgetur, & symptomata ibidem ur- gentia præcaveantur; quin & reliquis remediis com- modior operatio concilietur: E. g.

℞. Vitri ℥ii hyacinth. gr. vj. Infund. per ℞ in loco calido in Vini Rhenani q. s. manè filtratur: fil- traturæ ℥ss. adde ∇ Cianam. ℥ss. M. D. S. Brib. Tranchlein auf einmal.

Tertiò symptomatis variis varia appropriata, præ- fertim opiatia mista, occurrere debent.

In specie pro squalore linguæ:

1. Mundetur lingua benz cum virgula aliqua fa- licis rubræ.
2. Profunt mucilagines ex seminibus. Verbi gra- tia:

℞. Mu il. sem. Cydon. Phyl ii ana ℥vj. Qi purif. ℥j. Syr. rubi idai ℥ij. vel ℥ss. M. D. S. Linderder Seblen.

Vel pro siti tollenda usurpatur sequens Decoctum. ℞. Decoct. Citri Myrs. ℥ss. Succ. Citri rubi idai Syr. Ceras. acid. c. flor. Tun. rubi idai aa. ℥ii. Si dule. q. s. M.

Hauriatur subinde bonus haustus, vel sub, vel post sudationem, in specie ubi volatilibus sudor fuerit provocatus, vel etiam alio tempore.

℞. Decoct. Citri Myrs. ℥ss. Gel. C. C. rec. ℥ss. Syr. Ceras. acid. rubi idai aa. ℥j. Succ. Citri & Rubi idai q. s. pro grato sapore.

Excetnè Epithemata capiti applicari possunt ad præcavendas cephalalgias, & deliria, Verbi gratia:

℞. Δ Verben. ℥iij. Spir. vini camphor. ℥j. Opii gr. v. M. f. Epithema.

Applicetur cum linteis multiplicatis tepidè. Idem bidem.

Febris Maligna Petechialis.

Mulier sana, quæ per decem menses lactaverat puerum, eoque modo ablactasset, corripitur paulò ante solstitium hybernium per aliquot dies insueto virium languore, idque sine manifesta causa, cum insigni extremorum lassitudine, dicit: Es lege ihr in Armen und Beinen. Appetitus deficit, intenditur sitis, lingua sicca, fauces glutinosæ fiunt: cerevisiam horret, seu nimis amaram, & qua faucium squalorem intendat; hinc cerevisiam secundariam, aut aquam frigidam desiderat. Calor insuetus, isque continuus, corpus occupat, moderatum tamen, & qui interdum, præsertim noctu, incertis vicibus, ad aliquot horas intenditur, caput intensè, præsertim circa frontem, dolet. Ipsa ob id à Pharmacopœo de Luna capit pilulas purgantes, nescio quas, quæ quinque aut sexies eam laxant copiosè, sed sine euphoria, quilibet potius symptomata, præsertim virium imbecillitas, intenduntur: ob id die Martii vespere, neglecta cæna, capit Theriaca ℥j. in cochleari aceti vini cubitum itura, dormit exinde inquieta, sudat insigniter; manè melius habere videtur, extra lectum tamen durare nequit. Eadem interea subsistunt symptomata, vires vfringuntur, nox altera die denudè inquieta, variis insomniis turbatur. Adstantes eam crebrè in lectum jectigentem, & subinde anxie respirantem, observant. Die Jovis vocatur Medicus, qui mulierem in statu hæcenus enarrato offendit, calorem perentis obscurum, acriorem tamen & præternaturaliter acutum, sed non admodum intensum. Pulsu crebre, frequens in magnitudine & vehementia moderatus, ad parvitatem declinans, mollis, æqualis, &c. Urina offeruntur clara, intensius tincta sine contentis. Dejectiones progressa nocte habuerat quinque tenues seu fluidas, obscure tinctas, insigniter fuerentes, & jam iterum quatuor hoc ipso manè; aliàs hypochondriaca subtrunida & murmurantia sunt, frons & tempora crebro sudore madent. Interrogata ægra à Medico, de quo præcipue conquiretur? responderet: Sie behinde sich gar wohl, nur das sic matt und sehr durstig sey. Interim subinde se jectigat, anhelosa est, tororem videt, &c. flagitat curam, & urget imprimè venessectionem.

Resolutio.

Morbus primarius est Febris maligna, & quia morbus non est admodum acutus, suspicio est, eam futuram petechialem, quam symptomata innunt; nam petechiales ita incipere, & promoveri solent.

Primarium autem & maximæ considerationis symptoma est adjuncta diarrhoea, quæ ex ipsius naturæ motu ægræ supervenit, utut occasione pilularum antea assumptarum nonnihil excitatam fuisse post aliquot dies, concludi potest.

Cæterum contagium in hoc casu non subest, neque corporale, cum de conversatione cum ægro nulla fiat mentio, neque spirituale seu epidemicum, cum pariter nec hic ullæ circumstantiæ. De epidemica enim constitutione Lindanus exclamat: Si quæ sine manifesta causa nausæ corripitur, signum

esse suscepti seminis contagiosi; Sed ægra nostra de ea non queritur.

Pars primaria affecta est massa sanguinea; secundaria verò stomachus, quia quædam hujus symptomata in cursu morbi superveniunt, idque ex ordine effectuum, in talibus febribus ordinariò superveniunt. Imò præter massam sanguineam in febribus malignis etiam spirituum influentium ratio haberi debet, idque periculosissimo statu; & quidem nunc vitales, nunc animales, pro ratione malignitatis simul affliguntur: si animales, agrypnæ, deliria & convulsionones, aliaque symptomata nervosi generis, adfunt; si verò magis vitales, mox summa virium prostratio, pulsus celer, debilis & formicans, & sudor circa frontem syncopiticus, apparere solent. Quod si tandem ex contagio suscepto febris maligna nata sit, tunc stomachus, qui in malignis aliis secundariò aliàs affligitur, primaria ejusdem sedes est.

Et quidem ægram nostram laborare febre maligna, syndrome symptomatum urgentium confirmat: inter quæ primum est subita virium prostratio, eaque sine manifesta causa; nescit enim nostra ægra, unde hanc sibi contraxisset, sed quia ablactatæ factum, admodum chylus in sui ipsius nutrimentum, non verò in foetus, faceretur, hinc incrementum potius virium sperandum fuisset. Aliud ergo quid subest. Jam verò virium fundamentum consistit in sanguine spirituofo; hinc enim vires & spiritus pari ambulant passu, hinc per exercitia, spiritibus exhaustis, reddimur debiles: ac si in quorumcumque morborum principiis vires prosternuntur, vel spirituum instantium plus minus extinctorem, vel talis sanguinis non debitam fermentationem subeuntis, causa, ut nempe non possit volatilifari in spiritus, morbum non vulgarem, sed majoris ponderis & mali moris instare, signum est. 2. Conqueritur ægra nostra de siti intensa, faucibus aridis, & lingua sicca; quæ pathemata omnia in principio febrium si appareant, pessimi ominis sunt, vel febrem malignam, vel morbum Hungarico similem, affligere confirmant, præsertim si æstus non fuerit tantus, qui linguam & fauces exsiccare queat. Nam in febribus ardentibus benignis quidem etiam adest talis siccitas, sed in statu demum; imò stomachum summè labefactatum esse, confirmant. (3) Dum conqueritur ægra nostra de stomachi symptomatibus, appetitu prostrato, cerevisiæ fastidio; quæ pathemata pariter innunt fermentum stomachi penitus profundatum; cujus digestionem cessante, in tali subiecto, ubi vires alias prostratæ, periculum tantò majus exsurgit. (4) Pessimi præsertim omnis est, quod ægra nostra sit anxia, & inquieta, sine vomituriendi conatu tamen, qualiter affecti ordinariò regionem stomachalem monstrant. Interrogati tales dicunt: Sie wissen es selber nicht, es wäre ihnen bange ums Hertz. Unde tales in principio & incremento morborum anxii & inquieti apparentes, periculosissimum se fovere morbum indicant. (5) Pulsus à Medico die quinto exploratus, deprehenditur celer, frequens, in magnitudine & vehementia moderatus, ad parvitatem declinans, ex quo certi esse possumus de latente malignitate. Equidem in principio possumus decipi, quia tunc quandoque naturali similis videtur. At in incremento sic debilior, & tandem tantum non formicans evadit, unde hæc in parte cautum decet esse Medicum; nam pessimus pulsus ejusmodi est. Si verò mox in principio debilis, celer, formicans, parvus, apparet, non est quod dubitemus de malignitate.

Hæc quinque ergò si conferantur cum febre, æstu,

æstu, &c. liquet, ægram nostram febre admodum maligna laborare, morbumque ipsum plus habere in recessu, quam primitus innuere videbatur: Et dicuntur tales morbi mali moris seu maligni, quasi dixeris, *hämisch*; primâ facie benignos & blandos se exhibentes, in recessu verò pessimi sunt. Insuper accedunt his pathematibus duo adhuc alia: nempe ægra nostra est anhelosa, accedentelque quosvis torvè aspicit, quod pessimum signum est, præsertim si libera fuerit respiratio & mediocri æstus, *wenn sie so ruffzen*, nam juxta Hippocratem tales mente ægrotare, h. e. spirituum animalium circa præcordia motum perturbatum esse, indicatur. Aspectus autem torvus, ferrox, & oculis inentis factus, *wenn sie einen so starre ansehen*, innuit imminens delirium & convulsiones, idque præsertim in non aduersis, imò jam convulsi quid musculos oculorum pari, indicium est. Sic ægri tales interdum jacent cum fronte caperata circa nasum, & interrogati, *wie ihnen sey*, de levioribus conqueruntur, quod videm pessimum est signum. Indicat enim tale molestiam quandam inrensam non explicabilem, quam in externis sensuum organis non percipiunt, unde taliter constitutos, raro evasisse, observavi.

Cæterum Diarrhœa colliquativa in casu nostro primarium symptoma est, qua apparente in malignis, gaudent ægri, si evadere possint; & quamvis occasionem eidem suggererit pilularum importuna deglutitio, non tamen hinc sequitur, diarrhœam colliquescentivam esse artificialem, præsertim cum hæc integras tres dies post diarrhœam artificialem de seipsum computaverit.

Dictum in febribus malignis quibuscunque ad spiritus inflatos respiciendum esse, ut ut indicationes curatorum ex his habere nequeant: optima ergo est pro cura Hypothesis Sylvii.

Quemadmodum autem vitæ radix consistit in sanguine, & formalitas ejusdem in vasis ex quibus dependet vita; ita

Causa proxima in nostro Casu est fermentum febrile malignum, vel Malignitas, ut sit, probabiliter juxta Sylvii hypothèsin ex sale volatili acerrimo (minus verò ex acido, quippe quod in variolis, morbillis, perichialibus, & purpuris accusandum est) destitente texturem masse sanguinæ, salino sulphureo-oleosam, derivanda est, ex quo præservatio & curatio petitur: Vid. Sylvius de Pest. lib. 4. Confirmant hoc pathemata in nostra ægra circa stomachum & primas vias obvia, v. g. appetitus prostratus, nausea, sitis clamosa, fauces sicca, asperæ, glutinosæ, &c. qualia symptomata interdum etiam acris purgantia excitant, & ab acidis curantur. Imò considerentur assumpta caustica, v. g. arsenicum, quod escharam inducit stomacho, cujus assumptionem mox dicta symptomata insequuntur. Adhæc Purgans assumptum qualibet symptomata exasperavit. Consideremus pathemata, quæ in ægro reperiuntur constitutionis ab acrioribus purgantibus (quæ occulta sunt venena,) scammoniatum, esulinis, euphorbio, &c. assumptis, superveniunt, ubi omnia dicta symptomata, remedio adhuc in stomacho quantumvis saltem existente, præsentia sunt. Manifestatur etiam sufficienter per diarrhœam colliquativam, quæ etiam eidem alcali acris, dissolventi massam sanguineam, ejusdemque texturem, originem debet; quod probò, considerando affectus cholericos, ex bile præternaturaliter in stomachum regurgitante natos: item saltem ex cruditatibus nidorosis, per læsam digestionem introductis, magnas anxietates, sicut &c. excitante. Imò etiam in stomacho febribus malignis demor-

tuorum interdum eschara nigra fuit reperta, qualis in fonticulis à salibus causticis acrioribus induci solet. Hinc ergo causticum acre latere concludo.

Jam quaeritur, cum nostra diarrhœa sit spontanea, impetu naturæ nata, an critica, an verò symptomata ea dicenda? Nam in hoc casu curæ consistit. Et critici quidem motus in morbis acutis, præsertim malignis, benè observandi sunt, nisi remediis generosioribus morbo ante crisin prævenire queamus, ut non opus sit eam expectare. Si talia desunt, necesse est, ut subordinaria methode medendi motus critici ordinari observentur. Cæterum crisin quomodo accinet; nil aliud est, quam subitanea morbi & naturæ mutatio, dum nempe sub regimine materię alicujus, sive sanguinis, sive sudoris, sive urinae, fermentum malignum, aut sub cursu morbi producta alia, in loco quodam vel seponuntur, vel extra corpus excernuntur, ita, ut status hinc pacatus in ægro superveniat. Scilicet tria hæc se invicem in crisi sequuntur:

1. Causæ peccantis correctio.
2. Fermentorum morbosorum & materię correctæ separatio (quod per coctionem exprimi solet.)
3. Concoctæ materię morbosa, aut metastasis, aut excretio, uno nomine exclusio ex contentis.

Vid. Meibius.

Jam verò fundamentum criseos consistit in motu isto fermentativo sanguinis, quo fermenta maligna & corrupta in corpore contenta, sub cursu morbi corrigantur; quæ correctio fit propter texture mutationem talem, ita ut istud, quod fuit acre, fiat temperatum: hinc correctæ ex sanguine separantur, quæ separatio absolvit r motu deum præcipitatorio; Unde & coctio & separatio consistunt in motu sanguinis fermentativo. Adeoque nulla crisis expectanda est, nisi, ubi fermenta febrilia fuerint correctæ, & signa coctionis præcesserint.

Ex dictis his concluditur, qualisnam sit nostra diarrhœa? Criticam eam esse, possent persuadere:

1. Quia fit die quarto, quod ipsum ad minimum criseos, septimo die subscurrat, indicium esse possit.

2. Quia ægra de symptomatibus hypochondriorum, i. e. hypochondrii subjunctis & murmurantibus conqueritur, quæ innuunt organum humorum circa primas vias, & motum naturæ inferiora versus tendere, & crisin per diarrhœam imminere.

Verum dicta argumenta de die quarto non sufficient, nisi alia simul responderent.

Sed quaeritur: annon sic Diarrhœa symptomata? Symptomata eandem diarrhœam esse, probò:

(1) Quia contingit sine signis coctionis præcedentis; urina etiam clara est, interius tincta & sine sedimento conspicitur, quod signum summas cruditates, nec separatorum fermentorum morbosorum est; feces enim turbida tria fuisse excreta, & adhuc excreverit; crisin enim semper præcedunt signa coctionis in urina conspicua.

(2) Quia contingit sine ægræ euphoria, sed cum nullo signo. Non enim evadit ægra quæta, nec percipit cum his excretionibus levamen; sed potius sudorem frigidum & crebrum circa frontem & tempora habet: Jam verò sudores particulares circa caput & frontem sunt periculosi, juxta Hippocratem; præsertim si sint maxime glutinosi vel frigidi, aut subfrigidi summa vitium prostrationis certissimi indices.

(3) Diarrhoeam esse symptomaticam & præternaturalem, patet ex excretorum conditione, quia foetida ea sunt; foetor enim in huiusmodi diarrhoeis pessimi ominis est. In quibuscunque morbis acutis urina & alvi excrementa, foetorem præ se ferentia, semper indicant colliquationem & inchoatam putredinem succorum corporis nostri, ejusque pessimum statum: nam quemadmodum purgantia vegetabilia aciora similes foetores ac putridas excludunt faeces, quatenus alcali eorum resinorum massam sanguineam dissolvit & colliquefcere cogit, & sic texturam sanguinis dissolvit, ut particulae colliquatae per alvam excretæ tali foetore se exhibeant; ita etiam in nostra ægra à fermento febrili acri maligno pingue sulphur massæ sanguineæ dissolvitur, hinc textura colliquefcit, & particulae corruptæ putredinem contrahunt, & liquamen foetidum exhibent.

Est ergo diarrhoea spontanea colliquativa à fermento alcalino, dissolvente & ad putrilaginem disponente massam sanguineam. Insuper cum ægra per quadriduum propter nauseam nihil comedisset, & ex quinque vel sex prioribus secessibus primæ viæ redditæ fuissent liberæ, hinc sequitur, subsequentes ex massa sanguinea provenisse.

Quod autem ægra nostra post assumptam theriacam cum aceto sudaverit, hoc bonum est; præsertim cum febre maligna correpti in principio tudent quidem tales ægri, at in progressu aut statu morbi non, aut raro sudare possunt. Unde quamdiu tales ægri post sudorifera propinata in hisce casibus sudant, bonum est: sed hoc fallit quandoque, quia in principio sudant, in incremento non, pessimo omine. Interim quoddam ægra nostra non dormiverit post usum theriacæ, sed inquieta manserit, pessimum omen est; sicut si in principio & incremento malignarum febrium morborumque acutorum ægri ab usu theriacæ & opiatorum non fiant quieti, status turbulentissimus œconomiae animalis innuit, quem deliria & convulsionem subsequi ferè solent.

Queritur autem: an assumptio theriacæ ægræ nostræ bona fuerit? Resp. ita: Theriaca enim ratione ingredientis opii, nobilis est, Autore Ludovico, & Horstio in Judic. Chirurgiæ Infusoriæ. Opjata enim in principio morbi bona sunt. Et rectius adhuc fecit eadem, quod cum aceto theriacam deglutiverit, cum præsertim theriaca, uti & electuarium diazordii, & theriacalia quæcumque, in malignis semper unà cum aceto debent assumi, quippe hac ratione hæc longè melius operantur, quatenus (1) non tantum æstam, quem excitant, compescunt, sed & (2) longè potentius sudorem movent, & (3) ex sudore ægri non tam debilitantur. Unde etiam sequentem misturam ex theriaca in morbis ardentibus acutis malignis mihi familiarem sæpissimè proficuum observavi:

℞. ∇ fl. samb. ℥iij. ℞ vini acerr. non destill. ℥vj. ad ℥j. Theriac. vel Mithridat. ℥j. ℥is. ad ℥ij. imò etiam in robustioribus juxta Horstium & Zwelfferum ℥iij. ad ℥b. ℞ diaphor. ℥b. ad ℥j. Syr. acetos. Citri, vel rubi idæi, ℥j. M.

Capiatur pro duabus, quod ordinariò sit, vel tribus dosibus; ita sudant hinc ægri, nec adeò debilitantur, quiescunt, dormiunt, & ordinariò melius habent. Adeoque tam in incremento, quam statu malignarum, magni mistura hæc propter quietem atque sudorem, qui supervenit, æstimanda est. Loco cujus in dosi minori prostat & tinctura bezoardica, quam tam theriacalia, quam acidum vinosum, in spiritu vitrioli obvium, ingrediuntur, cum omnia hæc ingredientia in ea reperiantur, sal-

tem deficit opium, quod tamen & facile addi potest.

Quoad Prognosin: Affectus hic est admodum periculosus. (1) Ob morbum admodum malignum, jam jam in incremento constitutum, cum atrocibus aut saltem periculosis symptomatis. (2) Diarrhoea colliquativa, in his febribus aliàs ut plurimum est lethalis, nisi eidem maturè occurratur, ad mortem deducit. (3) Quia ægra etiam propter prægressam lactationem viribus maximam partem exhausta fuit, quæ tantum detrahitur matri, quantum foetui in nutrimentum cedit.

Vix autem, si evasura ægra sit, per motum criticum evadet, propter vires per diarrhoeam exhaustas; sed morbus potius pedetentim & paulatim solvetur.

Quoad Curam: Cum jam non curemus febrem malignam in genere, sed versetur cura circa febrem hujus ægræ malignam in specie, hinc selectiora remedia eligenda, considerando simul, quod illa diarrhoeam colliquativam adjunctam habeat. Caterùm occasione alexipharmacorum in ægra nostra usurpandorum, præmoneo

1. Quod fermentum alcalinum acre malignum, appropriatis sit enervandum & corrigendum.

2. Correctum illud per sudorem à consortio reliquorum succorum vitalium, speciatim sanguinis, per coctionem separandum & excludendum.

3. Symptomatis urgentibus occurrendum.

Priores duæ Indicationes primariæ sunt. Methodum autem hanc in primo & secundo scopo monstrat ipsa natura quotidie, in extrationibus nempe spontaneis talium febrium. Jam verò, sive per motum naturæ criticum, sive paulatim, absque medicamentorum usu, solvantur morbi, observamus tamen, naturam non mox in principio moliri excretionem, sed demùm in statu morbi, ubi scilicet venenum acre jam correctum est, & à partibus succorum à veneno corruptis separatum: hoc enim sub communi vehiculo nutrimenti & excrementi sero involutum, vel criticè, vel successive, per sudorem eliminat.

Imitemur ergo naturæ motum, &

1. Fermentum malignum corrigamus; & dein

2. Illud correctum foras eliminemus.

Adeoque sudorifera sola adhibita, qua talia, in febribus malignis non sufficiunt; turbant enim & perturbant saltem naturam, corpus movent, sed nil promovent, & vires dejiciendo, quia non rejiciunt virus malignum acre alcalinum volatile, plus nocent, quam prosunt, nisi fuerint simul talia, quæ fermentum malignum curant. Contrarià quoque ratione nec solis alexipharmacis fidendum, quin cum his semper simul respiciatur ad excretionem fermenti correcti per poros cutis fiendam; posito namque fermentum malignum alexipharmacis illis corrigi, nisi simul correctum illud foras ejiciatur, periculum est, ne illud fermentum recrudescat, & ad morem morborum benignorum quasi novæ turbæ seu recidiva sequatur. Correctum ergo venenum etiam per sudorifera emittendum est.

Adeò ergo alexipharmaca corrigentia, & sudorifera eliminantia, simul jungenda sunt: v. g. si ponamus, quendam assumpsisse arsenicum, hunc propter symptomata si simpliciter sudoriferis etiam fortioribus, vel purgantibus etiam validissimis, tractare coneris, incassum ages, nisi simul prius venenum correxeris: sin verò eidem saltem lactici-nia vel pinguis propinaveris, quæ obtundant & corrigant venenum; optimè succedet cura.

His præmissis liquet, qualia sint corrigentia illa fermentum hoc malignum, in sale volatili acri fundatum?

fundatum? Vulgò sunt ista, quæ dicuntur alexipharmaca, alias bezoardica. Jam porro quaeritur: in quoniam consistat hæc veneni per alexipharmaca Correctio? Resp. simpliciter in eisdem noxiarum qualitarum temperatura, ita ut venenum malignum volatile alcalinum acre temperetur, & mitius atque lenius reddatur: sicut etiam ipsa temperatura in minimorum materialum fermenti virulenti texturæ mutatione fundata est, qua illud, quod fuit acre, blandum; quod volatile, fixum, aut saltem minus mobile; quod spirituosum aut rarum, fiat densius ac spissius, & mitius penetrativum; & similibus proprietatibus, quarum castratione & temperatura exferunt vires suas alexipharmaca. Ac elegans omnino est discursus Beccieri in *Phys. Subterranea lib. 1. sect. 5. cap. 1. pag. 305.* alexipharmaca venena pellere simpliciter vi temperando venena. Alexipharmaca ergò venenorum noxias qualitates temperando & mitigant: Sicut per simplicem degenerationem & texturæ mutationem etiam pessima venena facillè degenerant in micissima remedia, v. g. antimonium per nitram figendo cicuratur in remedium tutissimum; non secus ac Mercurius sublimatus temperaturâ simplici redditur innocuus, quando post eum assumitur lac aut quoque temperatur per oleum tartari per deliquium in vehiculo aqueo; vel quando additur ana Mercurii vivi, sic mitis remedium, ita cum Mercurio sublimatus autè ad gr. viij. cum vires periculo assumeretur, in Mercurio dulci ad gr. xxx. xl. &c. tutò capi queat. Similiter virulentissima vegetabilium purgantia, & horum rex, helleborus albus, evadit innocuus, correctus tam per acida, quam per alcalia, invertentia texturam resinofam particularum ejusmodi purgantium: sicut acida hoc faciunt immutando alcali acre; alcalia verò hoc faciunt, resinofam texturam particularum purgantium dissolvendo, & tertium quoddam innocuum producendo. Ex his patet, fermenta febrilia pluribus modis corrigi & alterari. Notabile est de arsenico, veneno pessimo, quo assumpto, symptomata convulsiva enascuntur, ad oreum ducuntia, quod tamen simplici butyro ita miscetur, ut tutò deglutiri queat: vid. *Fehr Tract. de Scorænera*, ubi allegat arsenicum cum butyro præparatum fuisse, pro necandis muribus repositum, ex errore verò à quodam deglutitum, innoxium fuisse; quia butyri pingues particulae, arsenici particulas acres virulentas inviscabant, imò post bichorium, mediante Mercurio vitæ rejectum: quod etiam facit lac; temperant enim hæc pinguis arsenici virus, & temperaturâ texturam invertunt: Vid. *Bartholini Alta Hist. Vol. 2.* Cæterum id fieri in febribus malignis pato, ubi fermentum malignum acre per corrigentia alexipharmaca in sua textura materiali mutatur, ut fiant temperantia, quod pluribus modis potest fieri, sicut dictum; hinc etiam quandoque experimenta variant in uno eodemque morbo.

In nostro casu ergò alexipharmaca corrigentia probabilissima sunt vel acida, vel fixata per nitro-sulphurea.

Inter acida, excellunt acetum, succus citri, & nitri, & sulphuris. Inter fixa, sulphura mineralia fixa, terræ mineralis fixæ, & partes animalium sine igne præparatæ. Acida ista vorissima sunt, quantum valeant in hisce febribus. Hinc in constitutione maligna epidemica acetum camphoratum est tutissimum præservativum, temperans volatillima fermenta maligna; camphora enim probabiliter penetrans pinguedo est, quæ simpliciter temperando suam vim exerit. Hinc ita acetum sub

cursu febrium malignarum raro omittendum suadetur; non secus de nitro & spiritu nitri constat, quod acidum ejus, uti in quibuscunque febribus ardentibus, ita & malignis, proficuum sit: Hinc & antimonialia fixata ratione acidi nitri concentrati in ipsis conducunt, sive jam in humida forma, spiritus nitri bezoardicis mineralibus combicitur, sive in via sicca per liquefactionem cum nitro in antimonio diaphoretico; in utroque enim modo substantiæ nitrosæ cum regulo antimonii connexio fit mediante hoc cum sulphure antimonii. Et senè, nitrum in præparatione antimonii diaphoretici non attingit sulphur antimonii, sed redit regulum, mediante quo postmodum etiam in sulphur antimonii operari potest. Quoad Sulphur: hujus acidum est egregium quoque in febribus malignis & pestilentialibus, hinc post spiritum nitri spiritus sulphuris in tali casu optimo consilio Julepis addendus. Post spiritum sulphuris laudantur liquores sulphurati juxta *Helmontium Tract. Tumulus Pestis*, & *Crucesellus de Febribus Epidemicis*, tam præservativè quam curativè: Sic quidam Practicus optimum observavit Julebum sequentem.

R. Liqu. Cat. Rjss. √ lactuc. Cicbor. fl. Sam^o buc. ana ʒvj. succ. Citri ʒß. ① Siar. ʒjß. Syr a^c cetos. Citr. ribium ana ʒß. ① Di gut. xxx. Misc^o pro Julebo.

Quoad fixa autem: in specie excellunt sulphura mineralium, partim propter acidum nitrosum fixata, partim propter acre alcalinum agens in particulis sulphureis, & sic semper mitigantur & corriguntur: Item terræ mineralium fixæ, & partes animalium fixiores.

Quoad secundum scopum: inter sudorifera primatum obtinent partes animalium, tam earum salia volatilia, quam sine igne calcinata. In horum verò & corrigentium & sudoriferorum selectu semper observandum est, an magis malignitas, an magis symptomata febris ardentis urgeant? Si prius: tutius dictorum animalium salia volatilia eligenda, cum debitis alexipharmacis mista; si verò posterius, volatilibus cautius utamur, & potius fixiora, & acida nonnihil alexipharmacis mixta, conveniunt. Ex his animalium partibus & gelatina cornu cervi in febribus malignis egregia, quocumque acre temperando, quæcumque symptomata leniens, quia per liquorem sui nutritivum acrimoniam malignam corrigit, & simul ratione salis volatilis temperari ad blandam diaphoresin disponit. Camphora etiam ad quæcumque symptomata egregia est; sed non omnes ferunt hæc: quibusdam mulieribus infer passionem hysterica; item qui habent spiritus animæ ex textura rarioris, ut erudit, his camphora est nimis gravis, perturbat mentem.

Sudoriferis autem subinde interponenda sunt acida, ut sanguini redeat debita consistentia, & vires per sudorem perditæ restituantur, imprimis, si sudor salibus volatilibus proficius fuerit; sola enim sudorifera, præsertim alcalina aut fixa, sine acido interpositis non sufficiunt, cum æger nimis debilitentur. Si post sudorem æger fiat vegetiores, sudoriferis insistamus. Sed in & post sudorem in febribus malignis observandus semper pulsus ad cognoscendam magnitudinem & vehementiam: nempe si in sudore fiat magnus vel horribilior, qui ante eum erat parvus, bonum signum est; vel si post sudorem, sedata sanguinis turgescencia, inde paulò major deprehendatur, quam ante sudorem, bonum signum erit, speciatim si simul vehementior nonnihil post sudorem evadat; è contra si in sudore parvus sit, & etiam post sudorem eodem

eodem in tenore perduret, aut minor evadat, pessimum est.

Cum verò ægri post sudorem in febribus malignis multum debilitentur, convenit hic imprimis vinum generosum, propter suum acidum summe analepticum; confortativum enim est optimum post sudorem, tam interius, quam exterius.

Cæterum in nostra ægra, in qua febris maligna admodum adeit, juncta cum diarrhoea colliquativa, quæ ceu maximè urgens symptoma sui meretur considerationem, antea dictæ obtinent Indicationes; nam correcto acri colliquante veneno, ceu fermento maligno, eoque per sudorem evacuato, spontè cessabit diarrhoea. Conveniet siquidem mistura alexipharmaca, quam ingreditur electuarium dialecordii Fracastorii, cujus loco electuarium dialecordii correctum à Sylvio, vel Theriaca, substitui potest; item Julebi citrati & nitrati, nec non pulveres ex fixioribus parati: Quibus, si adjungantur moderata opiata, citior successus sperandus; Unde compositiones theriacales propter opium hic primatum obtinent, in misturis propinatæ. Non ergò diarrhoea hæc adstringentibus, quæ talibus, est curanda & statim suppressenda, quin secus graves præcordiorum anxietates, singultus, nausea, speciatim inquietudines & cephalalgia intensissima inducerentur, si simpliciter adstringentibus insisteremus, quia adhuc adeit motus & orgasmus humorum in primis vis; dein nec diarrhoea hæc per se simpliciter curanda aut sistenda venit, sed fomiti virulento potius occurrendum est; sic spontè cessabit, applicando saltem ratione illius externè Theriacam, cum vino generoso acidulo subactam sub forma epichematis, fervidè stomacho & hypochondriis, sæpius repetendo, sicut internè pro scopo sistendi turgescenziam simul & fermentativam succorum circa hypochondria & colliquefactionum impetum propinari possunt cornu cervi sine igne, terra sigillata, bezoardicum Martiale, antimonium diaphoreticum Martiale, &c. Adeoque in nostra ægra vocatus præmissi misturam theriacalem superius allegatam, à cujus usu bis sudavit. Posset etiam præscribi sequens Pulvis:

℞. ℞ii diaphor. ℞ij. ℞ sigillat. ℞j. Lond. opiat. gr. ij. vel Ext. theriacal. gr. vj. M. f. Pulvis, div. in 2. part. æqual.

Quæ espianantur in vehiculo calido & acidulo. Hinc quiescat ægra, cui si sudor superveniat, eò melius est, aut si blanda diaphoresis subsequatur.

Sed quid agendum, si ægræ nostræ, in tali statu enarrato constitutæ, superveniret menstruatio? Resp. Consideretur

1. Tempus morbi.

2. Tempus menstruationis: an legitimum? an, quod sæpius fit, anticipaverit?

Utrumque motum naturæ excretorium ostendit. Considerandum: an magis criticus, an magis symptomaticus? Si ergò menstruatio debito modo & in legitima quantitate, & sine gravioribus symptomatibus superveniat in incremento morbi; tunc naturæ relinquendum directorium est; cessabit enim hujus fluxus diarrhoea: de cetero consueta remediis insistendum, nec nimis acida usurpanda. Sin verò deficiat, & hinc symptomata præcordiorum, atque abdominis tormina & similia affligant, tunc quidem pariter diarrhoea exin sistitur, at malo omine: interim supra dictis medicamentis addantur volatilia & myrrhata, moderata tamen in dosi, ut unà superveniente sudore moderato nonnihil stimuletur dicta sanguinis ex-

cretio, idque speciatim, si vires ægræ hoc permittere videantur. Sin verò nimis fluat menstruatio, hæc suppressenda nonnihil; periculum enim ingens inquit, præsertim si forsitan excretio cutanea expedietur, ne inverso sic naturæ motu imminentes petechiæ impediantur, unde in tali casu acidula & remedia terrea, v. g. mineralia blande adstringentia, in usum vocentur; aut quoque opiata cum alexipharmacis maritentur; sic enim ipsis nimius nensium fluxus sufflaminabitur. Si verò in statu superveniat, in quo jam petechiæ efflorescant, magis suspectus est, ne retrocedant. Consideranda ergò

1. Euphoria ægri.

2. Signa in urina coctionis.

3. Antecedentia fluxum hunc quasi criticum plus minus indicantia.

4. Quantitas, an debita? an excessiva? an defestiosa?

Si ergò in statu, debito menstruationis tempore, debita quantitate superveniat, linquatur; saltem diaphoreticis excretio cutanea conservetur: si excedat, nonnihil cohibeatur: si deficiat, volatilibus excretionem cutaneam unà promoventibus adjuvetur: &c. Idem ibidem.

Enarrantur interrogatoria, circa Febres Contin. & Malignas, ac præcipuè Dysenterias, fieri solita. Item, proponitur Casus Prædictus de febre Malig. Pulicari, lethali; & resolutio ejusdem anne dicitur, ad normam Examinis Practici, quod Monachii sustinent Medici, qui Praxin in Bavaria exercere petunt.

Anno 1666. cum passim in Bavaria grassarentur febres mali moris, sæpius cum dysenteria, aliquando etiam cum maculis pulicariis conjunctas, in his præsertim locis, per quos transire redeuntibus ex Ungaria milites, necessarium videbatur Collegio Medico Electorali, ut singularum civitatum & locorum utriusque Bavarie & Superioris Palatinatus Medici constituti morbos apud se grassantes eorumque accidentia diligenter describerent, ac præcipuè ad proposita à Collegio Med. Elect. interrogatoria distinctè responderent: eum scilicet in finem, ut postea, intercedente Sereniss. Electoris Clementissimo decreto, periclitanti populorum sanitati, communi ac opportuno consilio maturè prospiceretur. Interrogatoria erant sequentia.

An dysenteriae conjunctas habeant febres malignas? An febres malignæ (si quæ adsunt) præcedant dysenteriam, vel subsequantur? Quibus signis malignæ febres sese manifestent, & quibus symptomatibus stipentur? an maculae, exanthemata sint conjuncta? An post mortem cadavera reddantur livida, fetida, tumida, aut quomodo appareant? An in una habitatione videantur plures infici? An plebei solum homines inficiantur, vel etiam alii ditiores, & melioris conditionis? Quamdiu decumbant ægri? An majori ex parte ægri moriantur? Quænam remedia hætenus videantur profuisse, vel nocuisse? Quid de venæ sectione, evacuatione purgante, alexipharmacis Medici præsentis fuerint experti? An alii morbi passim grassantur; quinam; & quibus accidentibus cognoscantur, & quomodo terminentur, ac curentur? Qualis origo censetur dysenteriae grassantis; an aliunde videatur per contagium illata? An, & quænam circum vicina loca sint infecta? & quibus affectibus? De hisce & similibus præsentibus ubivis locorum

locorum Medici distinctè respondeant, ac demum quilibet suam addat sententiam, & consilium.

Ad hæc responderunt varia diversi Medici, quilibet pro suo capto. Cæterum de dysenteria aliisque morbis tunc grassantibus, plura nunc differere haud lubet; non deerit occasio aliàs de similibus dicendi fuscè.

Interim tamen, ne sicco pede omnem isthanc materiam transire hoc loci videar, placet recitare casum de febre petechiali ac lethali pro examine alicui olim propositus, & sequentem in modum à me concinnatus; cum solum in finem, ut juniores Medici normam aliquam habeant, quam similibus in examinibus rectè imitentur. CASUS: *Præcedente hyeme Austrina, tempore vernali sparsim grassabantur morbilli, variola, & alii affectus populares. Vir temperamenti sanguinei melancholici, in eadem constitutione, post inordinatam diætam incurrit lassitudinem cum gravedine capitis & debilitate totius corporis, circa vespèras. Subsecuta nox cum vigiliis & insomniis. Subsequente manè vocatus Medicus, conquerebatur Patiens de eadem lassitudine cum inappetentia magna, nausea, debilitate cordis, siti non intensa, & urina parùm à sanis differens; quemadmodum & pulsus, alvus erat suppressa. Secunda die eadem symptomata urgebant, & nox subsecuta cum insomniis, vigiliis intensioribus. Tertia die ad noctem delirabat, & urina, sine ullo suspensio, tenuiores reddita. Quartà, accidentia & deliria adauclta cum melancholicis spectris, simul aversabatur assidentes, nec alimenta nec medicamenta admittebat, pulsus videbatur vehemens, celer, cum magna inaequalitate. Quintà delirabat, atque circa dorsum, collum, pulsus exanthemata, instar punctura pulicum, livida manifestabantur. Sudor circa faciem, & incongrua obloquebatur, requisitus indebitè respondebat, nec de ulla re conquerebatur. Sextà evanuerunt exanthemata, manente tamen delirio. Septimà eadem symptomata cum virium prostratione manebant, sudor simul in cavite, pectore apparebat, verùm sine remissione febris: succussivè balneiebat, vox simul deficiebat, per vices motus convulsivi molestant, atque in tali statu in principio octava diei mortuus. Quæritur affectus & cura.*

Responsio, seu decisio Casus propositi.

Affectus, qui patientem nostrum paucos intra dies abripuit, ex illorum morborum numero fuit, quos dicunt peracutos: febris scilicet continua maligna pulicaris, seu, si ita vocare lubet, synochus putrida, maligna cum exanthematibus. Hoc siquidem non tantum symptomatum communium præsentia, eorundemque vehementia attestatur; sed etiam funesta, quinta die facta exanthematum eruptio confirmat, ac tandem in fine septimæ succedens mors convincit.

Atque hæc ideo accidisse, equidem ita statuo; credibile est: hyemem austrinam tepidâ & humectante suâ vi terram, aërem, tepore humido, opportuno corruptionis fomite, plus nimis imprægnasse, humores sui generis in viventibus cumulasse plurimos: atque aded tanquam causam communem corpora universam ad corruptionem, putredinem disposuisse. Hinc tempore Veris, dum redux Sol calorem nostrum suscitabat, humores simul agitans, consequens fuit, ut per hyemem cumulatam putredinis fomes nunc tandem exciteretur; atque ad variolas, morbillos, aliosque putredinis & malignitatis affectus producendos concurreret; adjuvante forsitan, uti suspicor, aliquo hisce inferioribus inimico astro, pravum quid in aërem evomente, ita ut causus has communes

morbi populares necessariò fuerint subsecuti, eos præcipue invadentes, qui ad recipiendam hanc labem magis erant dispositi; inter quos etiam Vir ille patiens noster meritò connumerandus: is siquidem non solum à communibus supradictis causis malè affectus est, sed temperamentum quoque putredini valde opportunum (sanguineum intelligo,) obtinuit, illaque victus ratione multum usus est, quæ pravas humiditates cumulando, copiosum putredinis fomitem intra corpus alit; ut taceam probabile esse, contagium quoque, inter alias hujusce morbi causas, nostrum patientem afficientes, intervenisse: utpote perpetuum ferè & individuaslem morborum popularium comitem.

Itaque prædicta maligna febris morem suum observans, in principio invasionis mox lassitudinem totius cum debilitate, capitisque gravedinem produxit: etenim non tam venoso generi, quam principibus animæ & vitæ sedibus infesta, facultatem animalem illicò aggrediens, altius sese insinuat; sed mox à facultatis robore ab interioribus ad exteriora propulsa, motus saltem & sensum tactus depravavit: capiti scilicet dolorem gravativum pravâ quadam narcosi inducendo; nervosas verdè & musculosas partes à motu impediendo, debilitando. Inde malum vires eundo assumens, non contentum sensus exteriores quosdam labefactasse, internos quoque fortius aggressum est, atque vigiliis & insomniis (spiritibus sine dubio ad extraneum hostem occupatis, conturbatisque) nocte mox insequenti indixit.

Postera die manè, qui videtur morbi primus, pravum miasma corporis facultates omnes, quæ hætenus utcumque proprio robore firmabantur, firmius afflixit, atque in consensum omnia trahens, ventriculo inappetentiam magnam, nauseam, cordi ceu fonti vitali debilitatem (spiritus vitales mortificando) allavit. Et cum virus hoc principes magis fontes, & spirituum officinas, quam humores circa initium morbi peteret, urina, venosi generis excrementum, à naturali non admodum distabat, putredine in humores nondum satis inducâ: nec sitis torquebat, cum morbus majori mox malignitate, quam calore urgente res suas promoveret: alvus suppressa fuit, facultate expultrice vel aliò avocata; vel ob extraneum hostem sui obliviscente; vel bile, expultrici stimulo, ad vitalia interiora malè jam effecta confluyente. Demum, quod mireris, pulsus à naturali parùm mutatus observabatur, vitali interim fonte à labe jam oblesso debilitatoque; sed causam Galenus 1. de Causis Pulsuum Cap. 8. reddit, ubi docet, fieri pulsus similes sanis, quia facultas debilis est; & usus suctus, unde ex his duobus pulsus fit veluti moderatus; sanè usus auctus fuit, dum maligna labe vitalia occupans, calorem ibi penè suffocabat.

Secundâ & subsequentibus morbi diebus, cum morbus continuò magis patientem nostrum affligeret, & priora symptomata, morbo scilicet per augmentum crescente, non ingravescerent tantum, sed nova, quartâ præcipue die, supervenirent accidentia: utpote deliria, urinae crudæ, tenues, pulsus vehemens, celer cum magna inaequalitate, spectra observarentur melancholica, renuente interim patiente tum medicamenta, tum alimenta, facilis enimverò tunc erat Prognosis: nam cum dies quarta sit index septimi subsequentis, funestus sanè exitus hujus morbi erat extimescendus: apparebat jam tunc malum eousque radices egisse, ut venosum quoque genus atque aded totum corpus occuparit, sine ulla excretorum concoctionis nota: humores siquidem venosi generis, postquam & ipsi pravum miasma imbiberunt, ad corruptionem faciles computruere, ac proinde febris auctâ, & febrili calore extra vitalia magis diffuso, pulsus

pulsus celerior observabatur, & ob putredinem maximè inæqualis. Urinæ crudæ, tenues, naturam & calorem concoctricem à morbo impeditum oppressumque ostendebant. Deliria & spectra melancholica nihil aliud denunciârunt, quàm spiritus incendio flagrantis, atque vaporum ab urente vitali foco adustorum copiam, ad superiora impetuosè evolantem.

Quibus ita constitutis, mirum porò non fuit, ut aliis sequentibus diebus apparuerint omnia, quæ naturam à morbo oppressam, succumbentem extinctamque significârunt. Ita nempe quintâ die factum est, ut massa sanguinea, quæ à miasmate, seu fermento, sale sui generis contagioso volatili imprægnato, jam antea incalcescebat & computruerat, nunc verò naturali calore penè evanido, ob prædictum alienum fermentum ebulliendo effervescebat, à qua maculæ illæ instar puncturæ pulicum enatæ sunt, nihil aliud existentes, quàm humoris fermentantis & ebullientis partes salinæ volatiles ad externa sublimatæ, fermenti sui maligni naturam ad unguem æmulantes; eò pejores, tum quia lividæ apparebant, magnæ malignitatis & caloris nativi extincti indicio; tum quia magis ob copiam & malignitatem humoris ebullientis symptomaticè, quàm ab ipsa natura sese juvante, per crisin, fuerint protrusæ.

Itaque calore nativo paulatim ex toto evanescente, sexta die maculæ illæ iterum disparuere, ab omni expulsionè (etiam symptomatica) prorsus cessante naturâ. Interim tamen, cum malum ad intrò saeviret, die septimâ, sine remissione febris, sudor in capite & pectore, colliquationis extremæ dederunt argumentum, atque adò vitali partium rore exsiccatò, nervosarum partium contractiones seu convulsiones, in febribus mortis jamjam prænantis, patientem nostrum extremè debilem & proinde balbutientem corriguere, initio octavæ diei, seu, ut rectius dicam, sub finem septimæ denique defunctum; febris, uti ab initio dixi, maligna: pestilenti dicerem, si pluribus hæc febris ipsæ stipata symptomatibus, eodem tempore, per contagium communis & lethalis fuisset. Et hæc de morbi idæa, ejus historia, signis, symptomatibus, symptomatumque causis.

Cæterum quod curam attinet, institui illa debuerat post primam invasionis noctem, nocte vigiliis & insomniis inquietè peractâ. Manè proinde præsentè lassitudine totius cum inappetentia, nausea, debilitate cordis, siti non inextensa, pulsu & urina parùm à sanorum distante, alvo tamen suppressâ statim tale clystma injici poterat.

R. Decoll. Emollient. ℥x. Cassia pro clysteribus ℥j. Elect. lenit. Florenz. Sacchari rubri an. ℥j. Olei Violacci ℥j. Salis parùm. Misce; fiat clyster.

Injecto clysmate, de sanguinis missione dubitari poterat, nam febris non adè magna, è contra malignitatis argumenta non obscura apparebant, vicibus præcipuè jam tunc, uti adstantes credidère, accisis. Verùm cum vires oppressas magis, quàm dissolutas in principio credi poterat; insuper Vir Patiens noster aliàs boni habitûs, & sanguineus, forsân etiam sanguinis missione assuetus esset, tempusque Værum corresponderet, sanguinem mississem, sed in pede, tum ut fomitem, & corruptionis materiam subtraherem, tum ut, si massa sanguinea jam inquinata esset, remotior fieret à vitali fonte revulsio, atque unâ simul ipsa plethora depleretur; parcius tamen ob periculum, ne vires magis concidant, quantitate scilicet uncias quatuor vel quinque non excedente. Quod si verò sanguinis missionem æger vel adstantes omnino recusâ-

sent, sanguifugas venis hæmorrhoidalibus, in viro præsertim submelancholico admovissem, per illa loca securè sanguinem evacuans, per quæ excrementa cæteroquin à Natura deponuntur.

Interim præsentè cordis debilitate statim ad alexipharmaca properassem, & juscula pullorum, hordeata cum succo citri (ob præsentem nauseam & inappetentiam) alterata, additis speciebus de Hyacintho, Cordialibus temperatis, Corallis præparatis, vel similibus; non neglectis externis ad stomachum applicatis.

R. Theriaca opt. ℥ss. humectetur cum Aqua Scorzonera, addendo quoque parùm Vini, vel Spiritum Theriacalem applicetur ventriculo instar: Capsulæ.

Ad noctem ob vigilias propinâssem emulsionem ex jusculo pullorum, in quo Acetosa, Buglossum, Scorzonera incocta fuissent, tali modo paratam.

R. Hujus jusculi abjectâ pinguedine ℥vij. Amygdalæ depil. ℥j. Sem. Melon. ℥ss. CC. phil. præp. ℥j. Fiat Emulsio, dulcoretur cum Syrup. de papavere ℥ss.

Balnea pedum, non incommodè institui poterant, ex decoctis in aqua fontis, herbis refrigerantibus, Lactucâ, Nymphæâ, foliis Vitium, floribus Rosarum, capitibus Papaverum.

Die secunda, cum eadem symptomata urgent, vel statim ad sudorifera (injecto jam pridè, uti diximus, clysmate) processissem, vel si corpus indigere purgatione, & mora aliqua propter sudorifera interponi posse, tunc videbatur, censuissem pro humorum evacuatione, laxans aliquod propinare: omnia Diagridiata, aliaque fortia exturbantia studiosè evitans, potio talis esse poterat.

R. Syr. Rosat. solut. ℥ij. Manne Calabr. ℥j. Elect. lenit. Florenz. ℥ij. Cremori Tart. ℥ij. Cum l. q. aq. Scorzonera fiat potio, aromatizanda cum Succo expresso de Corticibus Citri.

Si holum magis expetisset, talem præscripsissem.

R. Elect. Diacathol. ℥ss. Triphera Persica ℥ij. Pulveris Rhabarb. opt. ℥j. M. cum Saccharo fiat Bolus.

Tertiâ die, cum malignæ febris indicia semper magis sese proderent, ad alexipharmaca efficaciora me convertissem, & quidem leniter sine magna conturbatione sudorifera, ut

R. Elect. Diacathol. Fracastorii ℥j. dissolvatur in aq. Scorzonera q. s. additâ quantitate aliquâ Bolis Armeni, vel Speer. librantis, vel Confect. de Hyacintho &c. ad ℥j, vel ℥j. Lapidu Bezoar grana aliquot.

Quod si medicamentum hoc in pulvere magis arripisset, exhiberi poterat pulvis à Mindereto adè decantatus, nec immeritò.

R. Smaragdî præp. Bezoar, orient. an. gra. vij. Hyacinthi præp. gra. iij. M. Fiat Pulvis pro una dosi.

Hæc vel similia alexipharmaca de die bis terve pro re nata, exhibuissem, adhibitis quoque ad exteriora membra epithematibus confortantibus, tum ad pulsus, tum ad cor ipsam applicatis.

R. Aqua Borag. Buglossi, Melissa an. ℥j. Spect. cord. temp. ℥j. Aceti de Rub. Idæo ℥ss. Camphora grana iij. Croci gra. ij. Misce; fiat Epithema.

Quartâ die, manè, repetito sudorifero; ad vesperas, cum febris videretur augeri, cucurbitulas scarificatas applicâssem, non quidem ad dorsum, ne ob vicinitatem ad cordis regionem labes magis attraheretur;

mi deliquium patiebatur; aderat nausea & diarrhoea cum ingenti circa ventriculi regionem dolore; lingua erat arida: urina rubicunda & clara. Queritur quis morbus & quibus remediis curari possit.

Resolutio.

Affectuum cognitio juxta Hippocratem est vera eorumdem medicatio: Ante omnia itaque inquirendum erit in morbi hujus ideam, antequam curationem suscipiamus, cum in morborum cognitione maximam Fortunæ Medicæ partem sitam esse putemus. Dicimus itaque præsentem Aëgrum laborare Febri Maligna, desumptis signis dignosticis à symptomatibus, morbi idea & aliis.

Definimus hanc febrem, quòd sit intemperies maligna acris & fervida, cum præternaturali totius massæ sanguinæ effervescentia.

Dicitur febris à *ferveo*, vel ut aliis placet à *februo*, de quo Willisius, Schokius, Vossius & alii videri possunt. Nos parùm curantes Etymologicas disceptationes, illas discutiendas aliis relinquimus. Nobis sufficit notasse, adesse intemperiem calidam & pulsus mutationem, vel ut alii loquuntur, cordis irrationem: quibus positis, necessario ponitur febris. Solebat aliàs vox febris solis febribus ardentibus tribui; hinc canit Virgilius.

Cùm furit, atque artus depascitur arida febris.

*Profuit incensus aënis avvertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam.*

Ufus verò obtinuit, omnes illas intemperies, quæ aliqualem etiam conjunctum habent calorem, modò febrilis adsit cordis irritatio, vacare febres. Vide disputationes Medicas Sylvii.

Maligna dicitur, quoniam est mali moris, decipiens non rarò aëgrum, Medicum & adstantes: symptomata habet graviora, quàm febres vulgò habere solent, plures afficit, multos interimit, & eludit vulgaria antefebribilia medicamenta, ita ut ejus natura longè distet ab aliarum febrium idea & genio. Dicuntur etiam tales febres malignæ, quia similes sunt malis hominibus, qui aliud vultu & verbis præ se ferunt, aliud corde occultant, & factis præstant. Dicuntur etiam venenatæ: quia immediate à venenatis particulis, sive intus genitis, sive extrinsecus admixtis, oriuntur, ut dicitur capite de causa. Infestæ sunt ipsis Medicis, hinc nonnullis vocatur febris antimédica, Medicorum nappellus & flagellum, qui hodierno tempore in Germania multi celeberrimi viri obiere, loquente experientia. Vide tractatum, Cl. Fehr, de Scorzonera.

Subjectum hujus morbi Universale dicimus esse totum corpus; conqueritur enim aëger de ingenti lassitudine totius; adest horror & rigor; & omnes actiones læsas esse deprehendimus. Particulare verò est cor, quod musculum esse dicimus: Notandum verò ad evitandas falsas aliorum imputationes, nos hic non intelligere nudum illud parenchyma, ut vulgares Anatomici illud in mactatis casibus vel aliis cadaveribus demonstrant; sed potius indigitari à nobis integram fabricam cum insito calore, & insidentibus spiribus animalibus, sine quibus facultas illa pulsifica, quam nobis antiquorum sectantes errores velut superadditam quandam ab anima peculiarem virtutem obrudunt, explicari

nequit, Entia præter manifestam necessitatem multiplicari velint.

Cor esse verum hujus morbi subjectum, patet ab insigni functionis ejusdem læsione; pulsus enim est mutatus, in quo consistit ratio formalis febrium juxta nonnullos, qui demonstrant dari etiam febres frigidas, & calorem esse saltem effectum motus sive febrilis fermentationis: de quo vide Franciscum Piens Medicum & Chirurgum expertum, ut & magnum nostrum Sylvium. Nunquam, dicentem, probabunt; essentiam febris consistere in illo æstu in corde, hinc & universo corpore p. n. aucto, postquam dantur febres algidæ, frigore continuo & nullo calore aut aëgris, aut Medicis adstantibusve aliis notabili molestæ? quas, ne suis præjudiciis valedicere cogantur, homines credere, quàm scire magis apu, negant simpliciter & audacter: quoniam in arctoribus suis classicis, atque sua ex se mutuo exscribentibus, quos solos habent pro bonis, talia non legerunt in Museo suo somniis excogitandis & conscribendis, quam aëgrum circa symptomatibus eorum observandis magis dediti, pro quibus orandum est, ut sit mens sana in corpore sano, ni & hoc ex affectione, quin & quandoque melancholâ hypochondriacâ sit minus sanum, sicut ex vultu talium terrore & moroso facile est Medicis-practicis hoc deducere. Sed quid dicent suffeni bonorum auctorum heiluoones, ac nil præterea ferè sapientes, de frigore tam sæpè per horas plures tam graviter circa intermittentium initia aëgrum vexante & lacerante, subsequente non rarò calore leni ac nullatenus molesto? Audebunt ne negare, durante frigore laborare suos aëgrum febre? An potius dicent toto illo tempore tam longo auctum esse & concentratum in corde calorem suum fictitium ac præternaturalem, quamvis nec sibi nec aliis, nec aëgris ullo signo observabilem, præjudicio tamen suo necessario concludendum? sed pro his, pergit, quoque orandum, postquam mirè delirat ipsorum mens. An, quæso, assentiemus hominibus omnem tum aëgrorum, tum aliorum, tum suum sensum suis præjudiciis postponentibus, & quidem cum quotidiano aëgrorum suorum detrimento? Absit, ut hoc agat vir bonus ac Deum timens &c. Certum tamen est, calorem insitum sive ignem naturæ, ut alii vocant, irritari, supprimi, & tandem in manifestam erumpere flammam, accedentibus particulis ad expendum nunc satis dispositis. Qualis verò sit ignis ille vitalis, multi non capiunt, seque illud nescire aperte profitentur, dicendo, Cælestis esse naturæ. Putamus tamen non opus esse, ut ad extremos mundi angulos confugiamus, cum unus idemque hoc in universo sit color. Cælestia enim, inquit Cartesius, Graydanus, Regius, Tatinghoff, de la Forge, Brokhuisen, Raai, alique Viri Clarissimi: & elementaria tantoperè non differunt. Non sunt duo calores, inquit Piens, neque concipi debent ut duo, sed unus.

Quoad causam, Negotium hoc est arduum & difficillimum, quod multorum Clarissimorum Virorum torfit ingenia. Morbi pestilentiales, inquit Clarissimus Willis, adeò in tenebris grassantur & ignotam ducunt originem, ut eorum causæ & essentia sine recurso ad occultas qualitates rarò explicantur. Conabimur tamen, quantum possibile, aëgro nostro & adstantibus

bus causam morbificam adeo clarè ac perspicuè proponere; ut nulli dubitemus, illam facillimè à quovis etiam, cui de meliori luto formavit præcordia Titan, perceptum iri. Causam itaque veram hujus morbi maligni dicimus esse particulas acres volatiles & valde incongruas, quæ compagem totius cruoris solvunt, destruant, & universam œconomiam labefactant, id quod partim à priori, partim à posteriori probari poterit. Novimus nonnullos alto supercilio hæc lecturos, qui istiusmodi morbos malignos à tota substantia, & qualitatibus oculis dependere acriter defendunt, imò in illos invehuntur, qui profundius in latentem causam inquirere conantur; quasi verò non sit laude dignum, veritatem profundo latente eruere, & omnia in foro medico ad manifestas qualitates referre velle. Omnes unanimiter profitentur & concedunt, causam febrium malignarum esse venenosam, ergo participabit de natura veneni: quod si ab epoto veneno, eadem observemus produci symptomata, quæ per manifestas possint explicari causas, quid opus erit in explicatione symptomatum, febres malignas comitantium; confugere ad occultam aliquam & specificam energiam? dicam adhuc clarius; Si Mercurius sublimatus, napellus, arsenicum aliaque venena intus assumpta excitant nauseam, vomitum, ardorem, anxietates præcordiorum, tormina, rosiones, fluxus alvi cruentos, lypothimias, tremores, convulsiones, sopores, deliria, maculas cutis &c. per solam partium configurationem, quatenus dissoluta abeunt in subtilissimas volatiles ac summè acres particulas, per quam configurationem manifestè omnes illi effectus explicari possunt. Ergo etiam in febribus malignis & pestilentialibus, ubi eadem observamus symptomata, per tales qualitates manifestas idem negotium explicari poterit. Prius nunquam negari potest, & hactenus sufficienter probatum, à nobis etiam in ipso conflictu ulterius demonstrabitur. Ergo consequens etiam erit firmissimum.

Rectè hoc ex fundamento præmittit Clarissimus Willis explicationem naturæ venenorum, antequam venenum pestilentialia in specie describat, quoniam illis probè cognitis, facillimè etiam naturam febrium malignarum scire poterimus. Siquidem ipsorum vis consistit in sola continui solutione, sive foris in corpus nostrum agant, sive intus virulentiam suam prodant, ita ut supervacanea sic divisio morborum in morbos intemperiei, compositionis & solutæ unitatis, cum omnes in continui solutione conveniant, & differant solum quoad majus & minus, dum vel facilius vel difficilius in sensus incurrunt. A posteriori etiam sententiæ hujus veritas probatur, dum observamus medicamenta illa alexiteria non occultè sed manifestè agere qualitate: imò ne unicuique quidem nominari posse alexipharmacum, cujus effectus sive operationis non manifesta possit reddi ratio. Omnia enim alexipharmaca referri possunt ad attenuantia, incidentia, volatilisantia, calefacientia, quæ pro diversitate veneni exhibentur, quatenus illud consistit in frigore potentiali: glutine quodam volatili, coagulatorio & contagioso: vel in particulis acutis scindentibus & causticis, quibus necrosin liquori tam vitali quam animali inducit, (vel ut alii loquuntur, quibus animam vegetativam & sensitivam destruit) hinc ori-

Tom. II.

untur à venenis juxta Regium; magni ardores, mentis perturbationes, deliria, partium & totius corporis refrigerationes, intumescentiæ, livores, rosiones, excoriations, similiaque alia symptomata: quæ per contraria calefacientia, vel refrigerantia, item oleaginosa, pingua & lenientia, læpè curantur; vide ulterius medicinam Henrici Regii.

Particulæ illæ incongruæ duplici agunt in corpus nostrum modo, vel fundendo, vel coagulando: fundendo, dum ita dissolvunt sanguinis compagem, ut in serosum abeat liquorem, & ad accendendum sit planè ineptus, inde cessat pneumatosi tam in corde quam in cerebro, non aliter ac affuso oleo tartari lac in liquorem tenuem abit, nec unquam ad fibrosam consistentiam reduci potest.

In Ephemeridibus Gallicis collectis à Joana Baptista Denys refertur, canem illicò mori, si per Siphonem sanguini misceatur liquor N. ita enim fundi massam sanguineam, ut mutata ejus textura, particulæ nunquam in ordinem pristinum cogi queant.

Coagulando, dum sanguis confestim figitur; & ad circulandum ineptus redditur; hinc oriuntur suffocationes, maculæ nigræ, lividæ; totum corpus non rarò vel saltem alterutrum latus post mortem obsidentes: Non aliter ac si spiritus N. injiciatur per arteriam, & sanguinem cum inopinato animalis interitu coagulat.

Accusabimur forsàn à nonnullis nimis curiositatis, quam illa parum proficit futuro medico, semper enim eandem dicunt manere medendi methodum, eadem etiam semper applicari remedia, sive ad occultas confugiat quis qualitates, sive alius factus audacior per particulas (ad quas tanquam commune asylum dicunt nos confugere, & pro illis tanquam pro aris & focis dimicare, imò pro Dns haberi) negotium illud explicare tenet. Verùm erant quàm maximè boni illi viri. Quomodo enim Medicus debellabit morbum, cujus causam ignorat? ignorantiam verò suam nolens volens prodit, dum dicit: Febrem malignam esse morbum occultarum qualitatum, idem est, ac si diceret, die *Hauptschnuaahheit Kommt her ich meiß nicht moher*. Ipsa etiam alexipharmaca quàm maximè inter se differunt, neque indifferenter applicari debent, & hujus rei ignorantia multos trucidat, ita ut forsàn errore medici plures pereant, quàm virulentia ipsius morbi. Siquidem si venenum sit volatile valdè & acre, tummo cum vitæ periculo ægro exhibentur medicamenta alexiteria, subque volatilibus abundantia; potius contraria eligenda, vel præcipitantia, vel acrimoniam obtundentia, Lap. Bozoar. Bolus armena discordium & alia. Ex quibus patet, methodum nostram medendi non esse adeo periculosam & lubricam, ut illorum, qui vera negligunt principia. Reulit mihi Dominus Waldschmidius, se aliquando tractasse Juvenem febrim malignam graviter decumbentem, in quo nullum toto morbi tempore gravius observare poterat symptomata, quàm summam respirandi difficultatem, per intervalla crebrius recurrentem: ut præ metu suffocationis æger erecto corpore noctu disque sedere coactus fuerit. Ter secunda fuit vena, non lege methodi ordinariæ, siquidem nec plethora aderat, nec calor febrilis adeo urgebat, hinc secunda & tertia venæ sectio ab aliis Medicis prohibebatur; interunt

Yyy 2

facies

facies observabatur liquida à sanguine coagulato & circa malas restagnante, pulsus erat languidus à sanguine ad cor transeundum minus disposito, quibus omnibus probè consideratis, deserta vià communi, venæsectio bis adhuc felicissimo successu, aliis contradicentibus administrabatur, & æger è faucibus mortis eripiebatur, non neglectis aliis sanguinis coagulationem impediens medicamentis. Et quomodo, quæso, occurrere poterimus symptomatice & colliquativæ urinæ in febribus his excretioni? sudoribus illis copiosissimis, sed ægro funestis; fluxui alvi colliquativo; de quibus optimè Riverius de febris maligna; nisi vim illam fundendi probè cognitam habeamus, tunc enim exulare debent omnia attenuantia & volatilifantia, & illa adhiberi, quæ tonum tum viscerum, tum ipsius sanguinis conservent.

Brevibus itaque dicimus, particulas has acres & malignitatis & effervescentiæ esse causas, ex sola configuratione, quemadmodum videmus in chymicis duos liquores confusos se invicem destruere, effervescente & strepitum edere, nullo alio accedente movente, præter solam illam texturam, quam à primò habent ortu, & qua, quoties aliis figuræ particulis occurrunt, tales ebullitiones exciunt.

Nunc eadem brevitate etiam Modum Generationis proponemus: generantur illæ particulae vel in corpore ipso, vel alibi generatæ corpus intrant. In nostro ægro utrumque potest esse; Hodierno enim tempore malum hoc Epidemicum est, & hinc indè vagatur, ut quàm facillimè contagium aliudè suscipi possit. Adest præterea consueta evacuationis suppressio, ob quam sanguis restagnans accescit, & ebullit, quo in motu particulae fiunt aciores, & cordi communicatæ irritationem illam vitiosam, nec non unà cum sanguine ad alias partes translatae, calorem totius corporis excitant, sicque malignitatem induunt, id quod cernere licet in aquis paludosis, aliisque liquoribus diu reservatis.

Symbolum suum conferunt Sex Res Non Naturales; Præ omnibus verò considerandus est Aër: quamvis enim & reliqua quid conferre possint, tamen non tam generare febres malignas, quàm illas graviores reddere putamus. Sine aëre vitam nostram conservare nequimus, cum in eo sit occultus vitæ cibus, de quo vide Phæsin Sophicum Domini Johannis Takii, Aër itaque facillimè sanguini suas imprimat qualitates: quòd si alienis & peregrinis imbuatur particulis, insicit sanguinem & labem corpori nostro communicat. Eundem verò alterari & inquinari certò certius est. Sunt autem duo præcipui spiritus, quos in aëre observant: quorum unus est acidus, alter volatilis salis, uterque aptus, vel compagem sanguinis solvere, vel cruorem magis figere. Negari sanè nequit, continere in se aerem æstivum particulas salinas lixivias, sed volatiles, aliquid oleosi & aromatici habentes: Hinc, referente Illustri Digbæo, & ex hoc Clarissimo Sylvio, illi, qui exeunte vere aut vigente æstate aëre sudo ac sereno per Galliam meridionalem faciunt iter, percipiunt aromaticum plantarum etiam longissimè distitarum odorem & fragrantiam, certissimo argumento particulas subtiles emanare ex illis plantis, atque cum vento transportari per aërem ad regiones alias, Particulae illæ agitatæ à calore

Solis magis acuntur, & attractæ per inspirationem augent particulas biliosas in sanguine, infringunt humorem acidum & austerum, quorum munus est sanguini justam largiri consistentiam, & temperare bilis volatilitatem, unde sanguinis crasis valdè mutatur & ad corruptionem disponitur. Neque aër inspiratus pulmonibus solum communicatur, verum ipso in introitu etiam salivæ miscetur, & glandulas intrat; deglutitur etiam in ventriculum, ibidemque auget bilem, hoc est, reddit illam acriorem & magis volatilem, humores etiam pituitosos & viscosos ibidem attenuat, & fluxibiles reddit. Clarissimus Sylvius hæc de re ita disserit: An inspiratus aër aliqua sui parte salivæ quoque aliisque humoribus, à cerebro subjectisque ipsi glandulis, glandulosisque tunicis ad os & fauces derivatis, commisceatur, & unà cum illis deglutitus in ventriculo & intestinis tenuibus mutationem aliquam humoribus ibi repertis, aut confluentibus adfert? sicut arduum est probare, ita durum videtur negare. Mihi certè, qui veritatem ubique ac unicè sector, non censetur illud improbabile, quamvis putem, plures adhuc requiri observationes ad rem illam obscuram illustrandam, confirmandamque, & ita stabilendam, ut dissentientium cogatur assensus.

Referendi sunt huc venti, qui agitando, confundendo, & apportando aërem vitiant. Sic australis alis suis sale volatilem ad nos transportat, nec non spiritum volatilem: Borealis plures acidas particulas secum vehit: suntque vel nitrosæ, vel de sale muriatico & arseniaco participant. Denique impurius fit aër, & ad generandas febres aptior à nebulis, nubibus, pluvia, nive, grandine, à vaporibus & tetræ exhalationibus, è cavernis, locis paludosis, vel cadaveribus expiratis: de quibus prolixè agit Sylvius, qui videri potest.

Aër itaque infectus interimit plantas, bruta & homines, ut videmus aquas corruptas & alienis incongruis & peregrinis corpusculis & atomis refertas necare pisces: Venenatæ enim particulae sunt valdè agiles, & in momento tanquam radii luminæ per medium diaphanum transeunt.

Paulo aliis verbis, eodem tamen sensu, de hoc negotio loquitur Thomas Willis. Siquidem is admittit innumeras atomos figuræ multiplicis & plurimum diversæ, ob quas varie coherant, mutuo combinantur, & corpora nostra diversimodè afficiunt. Nam quamdiu in utrisque apta contemperatio intercedit, tam diu vita ac sanitate fruimur. Sin verò corpuscula aëri innatantia sint ejusmodi figuræ & potentia, ut spiritibus corporis nostri adversentur, tunc crasis ipsorum perversatur, corpus putredinem concipit, & vita nonnunquam extinguitur. Hinc inter homines ac pecora lues sæpe numero grassatur, quæ simul totos interficit greges. Plura qui desiderat, adeat ipsum authorem libere fermentatione & febribus.

Cùm verò brevitati studeam, ipsam applicationem Lectori relinquo, vel magis specialia mihi ad cathedram reservo, quilibet enim videt ex antedictis veram causam febrium malignarum facillimè ita erui & in apricum duci posse, ut nihil possit esse clarius: Restat ut de Signis agamus, antequam ipsam aggrediamur curationem.

Signa

Signa Diagnostica vel malignitatem indicant, vel dispositionem febrilem: utraque à symptomatibus desumantur, quorum syndromæ & congeries signa pathognomonica exhibet. Itaque hic operæ pretium erit, ordine referre symptomata, & simul causam eorundem addere, quo signa fiant clariora. Hi morbi cogiti sunt difficiles, solent enim vel sine, vel cum tantillo frigoris invadere; adest statim in principio ingens lassitudo membrorum, capitis gravitas, & ut plurimum solent ab initio illam indispositionem suscitare, qua quis antea laboravit. Sic in hysterica muliere causantur uterini affectus; in calculosis dolorem renum excitant; qui colicis obnoxii sunt doloribus, in illis colicam mentuntur, in aliis pleuritidem simulant. Sæpius cum hæmorrhæi adoriuntur, sicque deludat Medicos, ut horum symptomatum, & non febris malignæ rationem habeant.

In præsentis casu, Æger noster conqueritur de ingenti lassitudine totius corporis, partim à copia humorum viscosorum, hinc inde in habitum corporis effusorum, partim etiam ob spirituum animalium vicium. Simul autem instat particula illæ venenose illant simul liquorem animale, propterea segnis instat, & motum ac sensum cum molestia quadam edit. Accedit & hoc, quod, laesa sanguinis accensione in corde, illico cesset spirituum animalium genuina generatio, unde paulo post functiones animales non ritè peragi possunt.

Sequitur horror & rigor reciprocus; partim ab halibus acris & mordacibus partes sensiles obfidentibus, partim etiam ab ipsa cordis irritatione, & flammulæ cordis agitatione. Siquidem observatu dignum, ligna recentia igni imposita ipsi roinam minari, & flammam valde minui, ut penitus extingui videatur: tandem luctâ transactâ, & recuperatis de novo viribus, in apertam erumpit flammam. Eodem modo quoties humor incongruus unâ cum sanguine cor ingreditur, toties flammula cordis opprimitur, hinc rigor & horror ob illam cordis irritationem in universo corpore percipitur: Donec, discussis particulis aquosis, & ad accensionem minus dispositis, reliquæ particulae fiant fervidiores; Hinc videmus in ægro nostro rigorem subsequi calorem, accenso enim sanguine & auctâ nunc flamma, particulae illæ agitate alias vicinas agitant, donec tandem calor in toto corpore deprehendatur. Quæ omnia accuratè explicantur à Jacobo Rohault de Febris. Cum his conciliari possunt Sylvii meditationes, qui rigorem deducit ab halibus acidis & austeris succi pancreatici corrupti ob stagnationem, & bilis dominium superantis: quibus discussis, inquit, bilis sui juris facta calorem sive agitationem particularum minimarum in toto corpore instituit.

Sitis & capitis dolor ab iisdem dependent causis. Siquidem bilis tum per se acrior, tum ab effervescentia febrili adhuc acrior pejorque facta situm inducit. In capite verò, rodendo, vellicando, & distendendo acrimonia suâ falsâ lixivâ dolorem excitat: unde vigilie contumaces sequuntur, quatenus tam ab acida acrimonia, quam etiam falsa, partes sensiles afficiuntur. Siquidem vigilie tam diu durant, quamdiu sensuum exteriorum organa vehementer vellicantur. Pulsus est languidus, ob sanguinis corrup-

tionem, ex obstructione hæmorrhoidum pronatum; interdum naturali adhuc similis, quoties illiusmodi particulae adhuc ingrediuntur, quæ momentaneam illam accensionem suscipiunt. Notandum tamen, talem pulsum non diu manere, & si accuratè forsitan illum observare velimus, nunquam in omnibus erit naturali similis: Pulsus minor, inquit Clarissimus Sylvius, acceptus ferendus halibus acidis ad cor delatis & sanguini admistis eundemque solito magis coagulantibus, adeo ut tunc lenior factus, segnius ac difficiliter rarefieri queat. Debilius verò debetur iisdem halibus acidis, sanguinem non tantum, sicut dictum coagulantibus, verum eo ipso ipsum ad partium quarumvis secessum ac secretionem absolvendam ineptiorem facientibus; unde in cerebro animales spiritus minori copia tunc à sanguinis massâ secedentes animalem motum ubique languidiorem efficiunt: quapropter multi eo tempore pedibus suis stare non possunt, aut partes alias commovere.

Præcipuum signum diagnosticum inter alia à viribus desumitur. Videmus ægrum nostrum pati animi deliquium citra causam manifestam; inde concludimus, latere animum in herba, & summam malignitatem occultari, reliquis diebus magis magisque se prodituram. Sanguinis enim motum valde esse perturbatum, & ob æqualem ejus mixtionem, à fermento venenato solvi inceptam cruorem in corde stagnare exinde facillime colligi potest.

Adest Nausea à bile volatili in ventriculo & intestino duodeno fluctuante, & ventriculi substantiam sensilem ad motus peristaltici inversionem irritante.

Alvi fluxus oritur à sanguinis fisione & colligatione, nec non à bile acriori prædominante, & excrementa diluente. Dolorem circa ventriculi regionem alii à flatibus comprimantibus orificium ejus superius derivant. Nobis magis placent illa, quæ Helmontius habet, dicendo: Sedem suam has febres habere in convexo stomachi, ad quæ loca non nisi arcana provenire; Endemicam enim inspirationem nihil aliud esse, quam odores imperceptibiles, qui per pulmones in thoracem penetrant, diaphragma perspiciunt, & stomachi superficiem feriant. Linguae ariditas vel sola hujus febris signum inseparabile est, qua persistente gliscit febris: vide Oswaldum Gremis. Quæ signa collectivè sumpta, & febrem & malignitatem certò indicant, cujus curationi nunc incumbendum esset, nisi ex re foret Medici, sese prognostico aliquo præmunire, ne, si curatio pro voto non succedat, ejus fama incurrat naufragium.

Urina rubicunda debetur bili, vel particulis sulphureis unâ cum salinis mixtis & incoctis: unde febrilem dispositionem & spirituum accensionem cognoscimus.

Signa Prognostica hoc in affectu sunt lubrica, facillime decipientia & Medicum & ægrum, id quod jam dudum agnovit dictator, dicens §. 2. aph. aphorism. 19. prædictiones in morbis acutis esse incertas, hinc suadet Magnus Roslincius ex Riverio: Satius esse, eloquia nostra suspendere, donec vel naturæ vel morbi victoriae indicia certa se obtulerint.

Siquidem observatum esse, quod quod majora in hac febre apparuerint symptomata, quae aliis in morbis pericula, imò etiam ipsam mortem minentur, eò meliorem salutis exitum respondisse; Mitiorum verò symptomatum praesentia plurimos interitiss.

Fallaces ergo sunt his in morbis praedictiones, quia tempora morborum ita accuratè distingui nequeunt, cum morbus hic aequaliter sua tempora percurrat, & refert Grembsius quendam sextò die sudass: sudorem frigidum copiosum, & septimo se melius habuisse. Hinc exclamat: ò quam fallaces regulæ dogmaticorum! Idem observavit D. D. Geisfusius, in illustri persona, quod ex relatione Da. D. Waldschmidii habeo.

Est hæc febris ex numero acutarum, hinc ratione temporis praedicimus ad undecimum & decimum quartum diem extendi posse. Est morbus periculosus, insidiosus, curatu difficilis ac multis lethalis. Metum augent graviora nonnulla symptomata; animi deliquium, fluxus alvi, & summa virium prostratio. Reconvalescentiam repromittunt aetas juvenilis, mentis constantia, & convulsivi mortis absentia.

Interim inter spem & metum versamur. Nul- lum dubium est, sanguinem ob praegressam hæmorrhoidum obstructionem valde esse corruptum. Magna spes sita est in earundem apertione, nam in febribus malignis juxta Fabricium ab Aquapendente plus praestant hæmorrhoidum per hirudines apertiones, quam venæsectio, quoniam referatis arteriis sedalibus sanguis à corde revellitur.

Diligenter quotidie erunt inspiciendi oculi, manus tangendæ, & lingua examinanda. Oculi, ut instans delirium prævideatur. Manus, quæ convulsionem instantem indicant: & lingua, quò sciamus, utrum morbus Hungaricus, vulgo *Braune* coincidat.

Pulsus fervans aequalitatem bonus. Malus è contra inordinatus & inæqualis.

Pulsus sanorum similes periculosi; significant enim naturam præ imbecillitate à coctione abstinere: juxta Riverium.

Motus convulsivi admodum periculosi sunt.

Motus tremuli manuum & linguae funesti esse solent, & plurimum ab Hippocrate damnantur.

Surditas in principio apparens malum portendit, in statu verò salutem pollicetur.

Narium stillicidium malum.

Singulus & cardialgiae mortem minantur.

Maxima ciborum aversio periculosissima est.

Oculorum inflammatio certum appropinquantis mortis prænuncium, nisi hæmorrhagia narium sequatur.

Per somnium etiam nunquid ex oculis subapparet, inspiciendum. Nam si quid non exacte commissis palpebris ex albo subapparet, modò non ex alvi profluvio, aut medicamenti positione, contingat, malum est signum & lethale valdè L. 6. aph. 52.

Ex urinis in febribus malignis ferè nulla prognosis elicitur, aut admodum incerta: siquidem, quæ sanorum similis est, sæpius pessimum exhibet signum: Imò verò multi, coctionis signis manifestè in urinâ apparentibus, è medio sublatis sunt. Attamen urinæ concoctæ, & laudabile

enacorema habentes, idque multis diebus perseverans, & de die in diem magis sese uniens, ac in matulæ fundum sensim descendens, certam salutem perpetuè pollicetur. Vide Riverium.

Certius prognosticum, sed triste, sumitur ab hoc, quando ægri floccos carpunt, vel pliecas supra lectum explicant, vel quodlibet objectum inordinate arripiunt: quod qui faciunt, nunquam evadunt: quia significat delirium valde intentum, & non solum meningum, sed & oculi tunicarum inflammationem, & spirituum opticorum perturbationem incurabilem; propter quam oculis varia & falsa obijciuntur, quæ æger remove conatur. Vide Hæfer, p. m. 346. id aliquando tamen citra noxam & ægri interitum factum fuisse refert Horstius Tom. 2. p. 92. obser. suarum, quæ dignæ, ut noctu diuque à quovis pratico legantur, relegantur, ac in succum & sanguinem convertantur.

Curatio nititur indicationibus: Sunt verò duo potissimum hoc in casu indicantia, intemperies calida, & maligna, illa per alterantia, hæc per alexipharmaca expugnanda. Adfunt etiam urgentiora symptomata, quæ curationem ad se convertunt: vigilie, alvi fluxus, animi deliquium & linguae siccitas.

Remedia desumuntur è triplici fonte: Chirurgico, pharmaceutico & diætetico. In primò sese offert venæsectio; quaeritur, utrum in ægro nostro celebrari possit?

Nullum indicans venæsectionem reperimus hoc in casu, excepto calore febrili, & hæmorrhoidum fluxu suppresso. Malignitas enim per se nunquam venæsectionem indicat. Itaque contraindicantia, perhibentia & prohibentia quoque consideranda veniunt. Adest autem alvi fluxus, nausea & summa virium prostratio, quæ illam potius prohibent. Itaque ab illa abstinendum, & ejus loco cucurbitulæ applicandæ sunt, præsertim in partibus corporis inferioribus ad solvendam hæmorrhoidum obstructionem, in quo spes salutis ferè sita est. Convenient etiam hirudines venis sedalibus applicatæ: modum applicandi docuit Zacutus Lusitanus, & ex hoc Hoffmannus.

Sanè venæsectio in morbis malignis mihi semper fuit suspecta, & nunquam approbatur, nisi in plethoricis; quia thesaurus iste vitæ humanæ, frænans acres & malignos humores per V. S. aufertur, & sic malignitas facilius prædominari potest. Hoc in nostro casu planè ob alvi fluxum exulare debet, qui est perpetuum prohibens. Et cum sit res maximi momenti, audiamus sententiam pronunciatam à Moræo, pratico dexterrimo, ita dicente: Observandum diarrhæam magnum esse prohibens sanguinis missionis, ideoque in hac nostra maligna febre sanguinem non fuisse emissum, quia ipsa febrem, in qua tamen Hippocrates ita sanguinis missionem commendat, concomitatur. Fundamentum tamen etiam est in ratione, quia cum frequenti alvi dejectione, in qua diarrhææ essentia consistit, plurimum vires deiciantur, sanguis si emittatur, adhuc magis consequenter infirmus viribus destituetur, & sic tandem non superfuit, quibus possit morbum in vigore consistentem, per durare, quod tamen semper Medicus mensurare debet, alioquin actum est de vita infirmi. Igitur

Igitur omni morbi tempore, quo diarrhœa adest, à sanguinis missione abstinemus.

Solent aliàs Medici pro & contra disputare. Et miror Minadomum Medicum Italum scripsisse de febris maligna, quòd in hac febre audacter sit mittendus sanguis, si verò contingat, ut ægri moriantur, id factum esse, quòd sanguis non sufficienter sit missus. Sed quid si ad anmi deliquium usquè emittatur sanguis, & æger moriatur, valebitne adhuc ex usatio illa moruum esse ægrum, quòd non sufficienter sit missus sanguis? Interim procede cautè, venæsectio est remedium, quòd Medicum ad summum honoris & famæ fastigium evehit, & quòd ipsum etiam facillimè è solio iterum deturbare potest. Si enim sanguis non est missus, contendunt, si missus fuisset sanguis, forsàn æger evasisset: Si verò mittitur, tunc inculpant venæsectionem, dicendo, febres malignas alexipharmacis expugnari, non verò vires dejici debent, quibus amissis natura contra malignitatem morbi pugnare nequit; quicquid ergo feceris, vulgi censura impinges, si solus es in cura, tum omnis culpa tibi soli imputabitur, si in mutuum consilium alios Medicos vocaveris, hic venæsectionem, alter sudorifera, alter laxativum proponet, & cum quilibet in sua opinione cedere nolit, fit inanis rixatio, quæ omnia prolixius profertur Grembsius.

Vicem venæsectionis supplere poterunt cucurbitulæ, de quibus supra. Rectè de illis Celsus, ut ex iis minus vehemens est auxilium, sic certè est magis tutum, nec unquam est periculosum, etiam si adhibentur, ideoque ubi sanguinem mittere opus est, periculumque à vena secta imminet, hæc potius semper confugite.

Ex hoc fonte etiam vesicatoria petuntur, quæ auram venenosam tam è liquore vitali quam animali potenter revellunt, quæ ægro nostro in pedibus applicanda ordinamus, ne sanguinis motus ad vasa sedalia impediatur. Et quamvis illorum usus à nonnullis in dubium vocetur, plus tamen confidimus experientia tot virorum illustrium. Vide Celeberr. Hortii & Riverii Observationes. Experientiam hanc, inquit Hæferus in tractatu Hercules Medicus inscripto, in memet ipso confirmare ausim, qui, cum Anno 1632. eadem sue Epidemica diebus canicularibus laborarem, & morbo in statu existente, per triduum totali usu rationis sine cibo, motu, loquela destitueret, non sine parentis mei & adstantium stupore, post cantharides nuchæ applicatas & vesicam ruptam pristinae sanitati, Deo opt. maximo medicamentis benedicente, restitutus fui. Cavendum autem, ne instante vel præsentè crisi adhibeantur, vel ne remedia uno eodemque tempore usurpentur, ne eveniat, quòd fieri solet in incendio domus, ubi populus adeo occupatur, ut unus alteri sit impedimento.

E fonte pharmaceutico purgantia prodeunt, quæ etiam nobis prohibentur, tum à malignitate, tum ab alvi fluxu: quo nomine non solum evacuantia propriè dicta, verum etiam lenitiva & clysteres castigantur, & citra temeritatem imò insaniam tali in casu, ubi diarrhœa comitatur febrem malignam, exhiberi nequeunt; illi enim temerarii non intelligunt naturam veneni, & nesciunt, quòd particulae illæ acres levissimo etiam motu agitari, & à circumferentia ad centrum summo cum vitæ periculo, Medici infamia, & perpetuo conscientia mor-

fu, præcipitari possint. Interim ignorantia nihil doctius & nihil audacius.

Vidimus nunc, quid de venæsectione, purgantibus lenitivis & clysteribus sit statuendum. Rectè itaque primo statim intuitu aggredimur malignitatem, quæ Bezoardicis expugnanda: & quamvis Hippocrates sudores, sine coctione qui accidunt, insalutares esse statuat, tamen cum materia maligna qua talis coctionem non admittat, si coctionem expectare velimus, omnes humores interim corrumpat, radices altiores agat, & vires magis magisque convellat; rectius ad ipsa statim sudorifera confugimus. Et cum superitis dixerim, symptomatum urgentiorum semper habendam esse rationem, ut itaque una fidelia duos dealbare possimus parietes bezoardicis & intestina corroborantibus etiam sic simul hunc curabimus affectum: detur itaque pulvis sequens.

℞. Pulv. Anglici ʒʒ. S. Englische Gistpulver auf einmal.

℞. Aq. è typh. Cervor. s. vin. Tormentil. ana ʒʒ. S. Wasser zum Pulver.

℞. Diascord. Fracast Div. Aq. Cardui bend. ʒʒ. Spec. de hyacinth. ʒj. Liqueur diaphor. Mynf. ʒi. M. F. Pot. S. Schwacktranklein auf einmal.

Hæc & alia, quoties opus fuerit, exhiberi possunt, & sudores tecto corpore expectari.

Curatio diarrhœæ feliciter peragitur sudoriferis, quoniam illa humores ad ambitum corporis à ventre revellendo non solummodo diarrhœæ, ubi cum maligna febre conjungitur, maxime profunt, verum & ipsa malignitate febrili hæc remedia etiam exoptulante, ipsi malignæ febris sunt remedium. Observandum enim hic iterum ex Moræo, hæc diarrhœas nunquam esse naturæ salutare operationes, quòd ex eo patet, quòd patientem solummodo in pejorem statum cum virium dejectione deducant, neque sint cum facili tolerantia, aut etiam sequatur conferentia, qualiter sunt illæ, quas in continuo simpliciter putridis febribus cum virium robore morbi remissione non raro in praxi observamus: Neque refert, quòd in principio morbi, alvo solummodo primæ regionis excrementa evacuante, non multum videntur debilitare, quoniam notabilis sequitur debilitas, dum diarrhœa continuante, ferositates vasorum evacuantur. Interim & caloris & virium etiam habenda erit ratio. Cui intentioni satisfacient sequentia:

℞. Aq. Theriacal. ʒi. rosar. regie Viennens. & Nitrum destill. è succ. rub. idæ. ana ʒij. Spirit. refrigerant. gr. xv. Syrup. liberant. ʒi. M. S. Rublend. und starkend Wasser.

Vel ℞. Aqu. ser. lact. destill. borrag. ana ʒi Juleb. Gemat. C. ʒʒ. M. S. Ut ante.

℞. Spec. de hyacinth. Diamarg. frigid. Pulv. Bezoard. Sen. ana ʒi. Lap. Bezoar. Orient. ʒʒ. Nitrum perlat. gr. xv. M. F. Pulv. S. Starkend Herz Pulver, in halb. Quinslein auf einmal.

℞. Aq. p. Epithem. cord. rosar. ana ʒʒ. Carbuncul. ʒij. Acet. Bezoard. destill. ʒij. S. Herz Pulz und Anstreichwasser. Vigiliæ demulceri possunt sequenti Emulsione.

℞. Sem. melon. excortic. cucum. excort. ana ʒij. papav. alb. ʒij. Contus. cum Aq. ser. lact. rosar. borrag. a ʒu. emulg. l. a add. Margarit. pp. ʒi. Man. Chr. st. perlat. ad grat. S. Besänftigende Nachtmilch sur eischmal.

Linguae ariditatem corrigit Mucilago seminis Cydoniorum: Gelatina C. C. vel quod erit

initat omnium. Aqua rubra ad fauces, vulgò *das rothe Gurgelwasser*, vel *das rothe Pommerische Wasser*. Cujus genuinam descriptionem multi inter arcana habent.

Unicum adhuc notandum de Diaphoreticis & Cardiacis, quæ liberaliori exhibita manu cordis motum intendunt, quin & sæpissimè ejus robur frangunt; quare vulgaris observatio est, quòd cardiaca non rarò mortem accelerant, eò quòd stuorem nimis exagitando, vires citiùs alterant.

Caveant ergo sic sibi juniores Medici, & discant rectè ex præcedentibus mederi, ne tam multos æterno impostero commendent somno.

Simili prudentia & circumspectione etiam opus circa opiata, hæc enim, quoniam spiritus vitales extinguendo & figendo opus suum perficiunt, si in pulsu debili ac vacillante usurpentur, suffocando somnum perpetuum accersunt, id quòd quotidiana experientia satis superque testatur. Quare in pulsu languido, inæquali ac formicante caeæ pejus & angue opiata vitanda erunt.

Dietam quod attinet, consistit illa in legitimo sex rerum non-naturalium usu, itaque in illis ægro nostro erit servandus modus: Aer vitiosus corrigendus floribus fragranibus hinc inde sparsis, aut suffitu ex rebus odoratis, miasmata venenosa resistentibus. Præterquam enim quòd ejusmodi thymiamata ærem infectum corrigunt, etiam spiritus vitales, pravitate venenosa auræ infectos, à foedis inquinamentis depurant, quemadmodum quævis odorata in abdita corporis se trajiciunt, spiritusque valde alterant; ac in lipothymis rerum fragrantium odore evanescentes spiritus revocantur, & in staurantur. Sic referunt, Democritum insignem suorum temporum Philosophum, morti jam proximum, panis calentis odore integrum triduum essentem spiritum retinuisse. Hinc aliis in plurimis morbis suffitus antiquis fuisse familiares; ut videre est apud Hippocratem, Avicennam & alios: Nec muliebri commentum est, etsi illæ sine consilio re hæc sæpissimè utantur, & quamplurimos patientes liberent: vide Neucranz de Purpura.

Victu utatur tenui, cremore psitanæ, avenæ, panatella ex cerevisia & pane triticeo, ex jusculis hordei, oryzae, pullorum, caponum, aliisque facilis concoctionis, cum succo citri, cydoniorum, rubi idæi & alius paratis.

Potus sit decoctum C. C. citri Mynsichti, Emulsiones amygdalarum, julepi refrigerantes & confortantes, Tinctura rosarum. Et cum assuetus sit cerevisiæ, admittimus tenuem defecatam & probè coctam, cui radix Scorzonerae, rasura C. C. eboris & alia imponi possunt. Vinum jubemus exulare, quia ob leptometiam spontè sursum tendit, caput ferit, & vigilias contumaces & delirium excitat, ac febre suo, à maligno calore accenso, sanguinem inflamat. Et Neucranz in tr. de Purpura, ut & Hæferus in Herci le Medico testantur omnes fuisse mortuos, quicumque vino abstinere noluerint.

Quin & vini, aqua cocta aliave refrigerante diluti, usus meritò suspectus est: Clar. Riverius in nonnullis subjectis vinum concedit, si scilicet febris sit exigua; venata verò qualitas plurimùm intensa, & corpus ægrotantis pituitosum. Zacutus Lusitanus, ut in omnibus, sic & in hoc puncto mirabilis, indifferenter omnibus illud concedit. Sic juxta Celsum, sæpè quos ra-

tio non restituit; temeritas adjuvat. Ufus acicularum etiam interdictus, quòd interiora nimis refrigerent, & à circumferentia ad centrum moveant. Præsertim cum in nostro ægro habeamus alvi fluxum symptomaticum, qui ab usu acicularum ingravesceret.

Quoad reliqua, decumbat æger quantum possibile quietè, quòd per continuam diaphoresin venenata spicula expirent. In somno & vigiliis sit moderamen, quorum alterutrum, si extra naturæ legem abeat, convenientibus medicamentis reduci potest. Animi affectus declinentur, qua in re & adstantes suum faciunt officium. Confidat æger Deo, qui potenti suo verbo languores nostros non rarò sanat, ubi omnis consilii humani vis cespitat, ac cuncta desperationi proxima instantem interitum nuntiare videntur.

JOH. MICHAEL in Praxi Clinica Speciali.

Hemipitæa Febris.

Vir 40. annorum, robustus, mala diæta diu usus, incidit matutino quodam tempore in horrorem totius corporis; quem inscitus est calor magnus, pulsus creber, celer, perpetuò durans. Sub vesperam ipsum eodem die invasit refrigeratio totius corporis, postquam sequebatur pulsus justò celerior & crebrior. Sequente die, calore illo perpetuo & pulsu celeri & crebro durante, leviter refrigeratus est, calorque deinde increvit & pulsus increbuit. Tertio die, rursus mane exhorruit & deinde incaluit, & vesperi, postquam refrigeratus esset, etiam increvit calor. Quarto verò die, leviter denuò sub vesperam refrigeratus, incaluit & pulsus increbuit. Adest ventriculi dolor, sitis, & capitis gravitas.

Afficitur in hoc ægro totum corpus, ut ex horrore, refrigeratione, & ejus incalescentia: cor, ut ex pulsu vitato: a sophagus, ut ex siti: ventriculus, ut ex dolore: & caput, ut ex gravitate est manifestum.

Morbus, qui ipsum affligit, est febris, quæ ex tertiana continua, & quotidiana intermittente, composita, Hamipitæa vulgò appellatur. Idque ex symptomatum hic descriptorum ordine, & invadendi ratione & modo, clarè innotescit.

Causa procatartica hujus morbi est mala diæta, qua nosster æger diu est usus. Inde verò nata cacochymia pituitosa & biliosa, tum in vasis, tum extra vasa existens, antecedentem huic morbo præbuit causam. Pars verò ejus una biliosa, mane alternis diebus horrorem, & perpetuum calorem, pulsumque crebrum ac celerem; altera verò pituitosa, quotidie sub vesperam, primò corporis refrigerationem & deinde corporis totius incalescentiam, & pulsus celeritatem & crebritatem, item sitim, ventriculi dolorem, & gravitatem capitis inducens, continens hujus morbi & symptomatum ejus est causa.

Morbus hic, quia totum corpus affligit, & ex cacochymia contraria, biliosa sc. & pituitosa, maligna & putrescente, originem ducit, satis est periculosus. Curatio itaque diligentissimè est instituenda.

Eaque consistet in causæ procatarticae, antecedentis & continentis, ac intemperiei, per contraria ablatione.

Primò itaque injiciatur clyster emolliens, quo intestinis evacuatis, sanguis, ex brachio dex-

tro,

tro, tempore minoris afflictionis educatur ad ℥vj.

Et bibat de hoc Julapio: ℥. Syr. acetosi simplicis ℥ij. Capill. veneris ℥j. Aq. borrag. cardui bened. an. ℥ss. Spirit. vniol. q. s. pro grato acore; Misce, F. Julep. Purgetur etiam subinde, tempore minoris afflictionis, tali purgante medicamento:

℥. Electuarii diacatholici ℥ss. Diapruni fol. ℥ij. Calise recent. extr. ℥ij. Aq. card. bened. q. s. Misce F. Haustus.

Et utatur hoc apozemate: ℥. Rad. petrosel. polypod. querc. an. ℥j. cichor. ℥ss. Fol. agrimonie, acetosae, cichori, melissae, an. m. j. Flor. centaur. min. genissae an. p. j. tamarindor. ℥. Decoq. in aq. hord. ℥xvj. addendo sub finem decoctionis fol. fennae ℥ss. in Colatura dissolve syr. de cichor. cum rhabarb. ℥ss. Misce pro Apozemate, de quo quotidie sumat ℥ij.

Victus sit tenuis, temperatus. Tempus cibandi sit circa horas minoris afflictionis. Potus sit cerevisia tenuis, bene defaecata, item julep. ex aq. endivae, cichor. rotar. viol. borrag. syr. de succo citri, ribium, & similibus. Perturbationes animi fugiendae, & cum spe eventus expectandus. *Henric. Regius apud Theodor. Graenem, Medication. lib. ij.*

Observationes

Pro Febre Synochâ Simplicî.

Juvenis quidam Nobilis bene habitus & sanguineus, mense Maio pila palmaria ludens, seque vehementer exercens, adhuc cum antagonista contendens; atque exandescens, postea domum reversus in febrem incidit Synocham, itaque Chirurgo accessit, vena brachii aperta, sanguisque ℥viij. detracta fuerunt, statimque ad sanguinis fervorem extinguendum julepum hunc propinavit:

℥. Aq. endiv. & acetos. an. ℥ij. succi limon. ℥j. syr. de ribes & de agresta an. ℥j. julep. viol. ℥ss. capiat mediam partem statim à venae sectione, alteram sub nocte, ut aquam fontis, quam summè expetebat, injecta tamen prius crusta panis, affatim biberet concessi, quia nox inquieta fuit ob turbulenta insomnia & caput dolebat, oxorrhodinum fronti & temporibus applicui.

℥. Aq. ros. ℥iiij. aq. plantag. viol. & lactuc. an. ℥ij. aceti rosac. ℥j. album ovar. numero j. ol. rosac. ℥j. agitentur ut fiat oxorrhodinum.

Pulsus cum nihilo remissior esset, iterum crastinò die missus est sanguis ex sinistro brachio bona quantitate. Sub vespere, quia alvus non respondebat, & ut calor magis restingeretur, clystma injectum fuit tale:

℥. Fol. malv. viol. acetos. lactuc. endiv. an. Mi. fl. viol. nymphææ an. pi. sem. cucurb. conqussat ℥ss. sem. psylli ℥ij. F. decoctio in colat. ℥ss. dissolv. sacch. rub. ℥j. cassiæ rec. extract. ℥ss. succi lactuc. ℥ss. ol. viol. ℥ij. salis parum. F. Clyster. hujus usu bis ejecit, post mediam noctem facies & pectus madere coeperunt, indeque somnus subsequi, moxque inter dormiendum egregie sudare: & postea febris eum penitus dereliquit. *Felix Platerus, obs. lib. 2. pag. 277.*

Pro Febre ardente.

Pauper quidam quadraginta annorum correptus est ardente febre cum symptomatis solius, illum paucis & nullius pretii remediis sequentibus sanum feci:

℥. Aq. card. bened. ℥vj. rad. asari pulver. ℥j. M. pro haustu, hausto hoc calide in lecto, sudavit multum, vomitque nonnulla biliosa, sequenti die basilicam cubiti dextri aperuit, & copiosè sanguinem misit, pro cibo dabantur juscula, potus erat aqua decoctionis fragranæ, atque his sanè mox subventum est misero. *Martinus Rulandus, curat. 55. cent. 9.*

Experientiâ longâ observavimus in curandis febribus omnibus, & iis equidem quæ nullis pharmacis solvi & tolli potuerunt, illas mox & certò solutas & sublatas esse aqua benedicta. *Martinus Rulandus, curat. 68. cent. 9.*

Paupercula quædam febre ardente lethifera laborans, mox adjuta est & liberata peremptu facilia & urina ista catapotia:

℥. Pil. sine quibus, aurear. an. ℥ij. agar. troch. ℥ss. cum syr. ros. solut. F. pil. ix. quarum operatio fuit bona & salutaris, potus erat decoctum radicum cichor. *Martinus Rulandus, curat. 69. cent. 9.*

Vir quidam triginta annorum ardente febre extorrescebat, accesserat pertinax vigilia, lingua arida, spiritus difficilis, cibi fastidium, vehemens sius, ab omnibus erat desperatus, urina fuit rufa, turpida & spumosa, hujus deplorati hominis curam suscepi talem. Cibus erat liquidus, sorbilis, humectans, potus aqua julepizata julepo violato, hoc purgatorium propinavi:

℥. Decoct. aperitiv. cum rhab. ℥iiij. syr. rosat. solut. ℥j. syr. de rhab. ℥j. M. pro haustu: quo alvus multa biliosa & varia egressi, & febris sese mox inclinavit, urinaque coepit naturalis fieri. Sequenti die post hanc evacuationem, basilicam venam me admonente pertudit, his ita peractis, præter omnium hominum opinionem, Dei misericordia iterum incolumis restituitur. *Mart. Rulandus, cur. 46. cent. 10.*

Juvenem quendam 19. annorum febre continua periculose laborantem, mox annuente Deo, sanum feci per sequentem potionem & poculum:

℥. Aq. font. vini. an. ℥iiij. bulliant simul & semel; postea infundantur in calice nostro chymico per horæ quartam partem, deinde invocato nomine Domini, accepto calicem salutarum, bibique infusum, & post horam evomit multa phlegmatica & biliosa, ac alvo quoque consimilia excrevit, & statim melius habuit, melior etiam urina, & quatuor dierum spatio sanatus fuit, victus ratio fuit humectans, potus decoctum hordei saccharatum. *Martinus Rulandus, curat. 27. cent. 9.*

Pro Febre continua putri.

Juvenis quidam biliosus 25. annorum, cum tempore verno à cibo, operi rustico valde intentus esset, in febrem continuam eamque putridam incidit. Secundo die à morbi initio ad eum accitus, cum alvum strictiorem haberet, minorativum medicamentum sequens propinavit.

℥. Elect.

℞. Elect. lenitiv. & cathol. an. ℥ij. syr. rosar. solut. ℥ij. aq. cichor. ℥iij. quo & multa biliosa evomuit, simulque ter alvum excrevit, sequenti verò die, ℥viij. sanguinis ex vena brachii dextri extricta sunt, cum robustus esset, hora quarta pomeridiana hunc julepum ebibit.

℞. Aq. lactuc. cichor. endiv. an. ℥j. syr. de endiv. viol. oxyfacchar. simpl. an. ℥ss. M. Pro capitis dolore fronti oxorrhodium admovi, cumque malè dormiret, tempora inunxi oleo viol. & papav. simul mixtis, cum à sanguinis detractione aliquantulum sudasset, & benè egressisset, quarto die melius habere visus est, quinto autem cum signa coctionis in urina apparerent, neque alvum deponeret, rhabarbari infusum sequens dedi.

℞. Rhabarb. el. ℥ss. pie ℥ss. infund. per noctem facta prius leni ebullitione in aq. endiv. ℥v. fortissimè expressioni adde syr. rosar. solut. ℥ij. M. quo optimè excrevit, ita ut febris sexto die minus illum affligeret, & urina crassior facta valde subsideret; septimo autem die per sudorem crisis subsequuta est, & sanitati restitutus fuit. *Petrus Forestus obs. 1. lib. 2. De Febris continuis.*

Puella quædam septem annos nata, laborabat febre continua non admodum vehemens, sed quæ per intervalla, scilicet circa vesperam exacerbabatur, incepit febris cum vomitu pituitoso, quem deinde secutus est alvi fluxus etiam pituitosus, per unum tantum diem perseverans; urina erat pallida & turbata, anhelitus acidus & graveolens. Præscribo potionem ex infuso ℥j. rhei cum syr. rosar. ℥j. quam paulò post assumptionem evomuit, cum pituita crassa & valde putrida; deinde circa vesperam clysterem ex catholic. duplic. ℥ss. injiciendum curò: quo & reliquis medicamentis simul operantibus, quinque deiecit tota nocte materiam pituitosam, biliosam, & valde foetentem; manè febris perexigua, & meridiè febris experta, ac sanitati restituta est.

Ex hac observatione colligere est, quantum aberrant illi Medici, qui in omni febre continua indiscriminatim à venæ sectione inchoandam esse curationem existimant, cum sæpe in pueris dictæ febres à putridis humoribus, in prima regione stagnantibus oriuntur; qui purgatione facilè educuntur, in hac autem puella vomitus pituitosus & alvi fluxus talem humorum redundantiam indicabant. *Lazarus Riverius obs. 57. cent. 1.*

Pro Febre summe maligna cum pulsu intermittente.

Nobilis quidam incidit in febrem summæ malignitatis, quam statim ab invasionis principio comitabatur continuus vomitus materiam biliosæ, vehemens linguæ ariditas, sitis, inquietudo, intolerabilis æstus ventriculi, cum frequenti eructationum repetitione, quæ per intervalla gulæ communicabat angustias & coarctationem difficillimam; pulsatio arteriarum deprehendebatur valde inæqualis & inordinata usque ad septimum diem, quo percipi cœpit intermittens, sed hic nondum arripui deoperationis ansam, licet haudquaquam me lateret Galeni de hoc signo iudicium prorsus formidabile.

Ad medelam huic affectioni præstandam accitus, neglecta sanguinis detractione, quam hoc anno in quibuscumque malignis & pestilentibus

morbis crudeliter grassantibus periculosam compereram, illico exhiberi jubebam antidotum hoc cum aqua card. bened.

℞. Theriac. el. ℥iij. rad. tormentill. bacc. junip. sem. card. bened. an. ℥ss. bol. arm. præp. ℥ss. diamargar. frigid. ℥ij. sem. acetos. citri. ras. eboris, an. ℥j. syr. acetos. citri, q. s. F. conditura, unde provocato abundè sudore meliusculè habuit, tertio die observata maxima humorum putredine, & apparentibus incendi aduonisque gravioris indicis, ordinavi decoctum ex hordeo, carduo bened. & scabiosa confectum, admixto saccharo & aceto in formam syr. acidi quo assidue utebatur, quandoque haustum ex stillatitia card. ben. & oxalidis aqua bibebat. Nutriebatur ptisana subacida, avenato in aqua cum paucillo aceti præparato, ac tandem jusculo pulli gallinæ simplici, in quo vitellus ovi erat dissolutus, assumpsit, quoque succum mali punici. Quinto die contacto diligenter corpore, exhibitæque aqua hordeacea dulcorata, copiosissimè profudit sudor, qui micæ ægrotantem sublevabat anxietatis continuæ molestus. Sexto per secessum prodibant excrementa penitus biliosa cum foetore magno, adeo ut natura materiam peccantis diminutionem paulatim moliri jam videretur, sed impedita fuit ab insultu noctis subsequenti: qua symptomatum omnium concursus ingruerat tanta & vehementia & celeritate, ut æger condito ultimæ voluntatis testamento, migrationis è vita momento intenderet. Septimo rediens manè in acervo consanguineorum astantiumque lectu citra uliam dilationem digitis carpo admotis pulsus percipio intermittentem tertia quoque pulsatione, qui primo quidem contactu terrorem incussit, ac examinatus interea cæterorum accidentium præfugis, indeque certa convalescentiæ spe data, quidquid discriminis portendebat variata illa cordis & arteriarum motio, id totum retuli ad acerrimam naturam cum vi morbi concertationem, neque profecto conjecturam meam eventus rei fecellit, quoniam reliquo diei decursu expultrix facultas occubatur planè in exonerando stomacho à noxia materiam adductæ multitudine, animadversione habitata primò ad virtutis corroborationem; odoratum mala aurantia sq. rosar. obtuli. Deinde ad juvandum naturam conatum insciendo vomitu exhibui aquam tepidam cum ol. communi & arantiorum succo mixtam, inde ferosa quidem excrementa nonnulla remanarunt. Sed quum minera mali nondum attingeretur, satis ab imbecilliori hoc medicamento, aut ejus tenuissima malignitas infringeretur, sequenti die (qui octavus numerabatur) deliberato animo, & pulsus intermissione quamvis perseverante, ministravi potionem purgantem sequenti modo confectam.

℞. Rhei el. pulv. sen. laxativ. ℥ss. infund. ferorim in aq. endiv. ℥iij. horis x. post fortem expressionem colat. adde syr. ros. solut. ℥j. M. & quia mentio incidit pulveris senæ solutivi, cujus usum in hac inferiore Germania ego primus introduxi, ejus descriptionem lubenti communicatione obiter subjungam, ut quibus visum fuerit, in suis præparent pharmacopoliis.

℞. Fol. sen. purgat. tartar. alb. an. ℥j. sem. anis. caryophyll. cinnam. galang. an. ℥j. diagrid. ℥ij. comminuantur minutissimè in pulverem. S. A. dosis est ℥ij. in substantia & ℥ss. in infusione. Ex superscripti pharmaci assumptione sexies æger per alvum excrevit flava, biliosa, adusta, foetida,

foetida, cum sedatione omnium symptomatum: ut etiam testaretur sensibili perceptione sese liberari ab ingenti pondere glomeris per intestinorum longitudinem à ventriculo delabentis. Postea roboravi intrinsecus conf. exhibitione, foris verò illinione olei ros. immaturi, convaluit probè nobilis hic post universalem corporis evacuationem: saltem pulsus intermittens perdurabat adhuc in nonum usque diem, quo commutabatur in parvum, rarum, & tardum, qui necessariò debilitatem sequebatur ex mutua naturæ & aegritudinis colluctatione natam. Proinde manifestè apparet hanc dicendi cautionem à Medicis esse observandam, ne animo penitus percusso & commoto de valetudinis recuperatione confusim diffidant, si quando ejusmodi pulsus sensui occurrat, cum causæ quidem morbificæ magnitudinem & ancipitem oppugnantis naturæ luctam denotet, non tamen mortis propinquitatem, nisi plurimum lethalem signorum tanquam *reversivam* accessione confirmetur artificiosa conjectura. *Joannes Wierus lib. 1. obs. 4.*

In febre maligna hodie frequentissimus est lapidis bezoardici usus; cujus (ut liberè loquar) nunquam evidentem ullum fructum conspexi; veruntamen usurpari facile concedo, quod ex iis sit, quæ si non juvent, nec etiam obsunt: quæque exerceri à Medico indulgebatur Hippoc. *Hier. Mercurialis, consult. 5. tom. 3.*

Ut ingentè dicam, dum Venetiis praxim exercerem, maximam lapidis bezoardici copiam consumpsi, nec egregiam operam sceli. Scio plurimos quibus exhibui, fuisse sanatos, sed non retuli in lapidem: Scriptores dicunt, qui sumpto sudor copiosus excitetur, post quem statim sublevantur. Ego tamen non vidi sudorem prorumpentem: vel si apparebat, erat sudor imperfectus, itaque quantum ad me, abjeci omnem spem hujus lapidis in his febribus. *Hercules Saxonia, lib. de Febribus, cap. 38.*

Pro Febre maligna.

Ungula Aleis summoperè in epilepsia commendata mirabiliorem virtutem possidet, ut sapius nos experti sumus, contra venena & febres malignas, eo modo sumpta quo lapide Bezoar utimur. Sudorem facillimè movet. Nos exhibuimus in minutissimas partes lima redactam cum conserv. de acredine citri ad septem granorum pondus, mirabilemque effectus in morbi malignitate superanda ægrotis peperit. *Dominicus Panarolus, observ. 33. pentecoste 3.*

Vir quidam incidit in febrem malignam quæ ipsum ad convulsiones & delirium perduxit, cum summa pulsus inæqualitate, undè brevi moriturus videbatur. Ex variis quæ illi exhibitæ fuerunt, maxime profuit aqua theriacalis nostra in febris pestilentis curatione descripta ad ℥iij. exhibita, cum bezoardici jovialis, gr. xii. à quibus sudor copiosus excretus est, & æger veluti miraculo liberatus. *Lazarus Riverius obs. 66. cent. 4.*

Compositio aquæ theriacalis Riverianæ talis est.

℥. Limones recentes & succulentos, num. xij. cortices & semina eximentur, succus exprimitur, eique adde cortices prædictos & semina: succi scordi, ℥iij. succi acetos. rusc. caprar. scabios. & card. ben. an. ℥ij. ras. C. C. ℥iij. theriac. vet. ℥vj. cortices limonum in te-

nues laminas dividantur, semina contundantur, & herbæ quæ minus habent succi inter contundendum succo limonum irrorentur. Omniaque destillentur in B. M. hujus aquæ detur ℥j. per se vel cum aliis liquoribus permixta.

Matrona quædam Sexagenaria febre malignâ laborabat, cum summa virium defectione ex continuo alvi fluxu ad lenteriam tendente, & totius corporis refrigeratione singulis diebus recurrente, & per plures horas perseverante. Cum remedia ordinaria, quæ pro febre maligna alvi fluxu & corroboracione virium vulgò præscribi solent, sedulo ac continuo per biduum usurpata: nihil profuissent, & ægra in pejus rueret, ita ut die undecimo morti proxima ac veluti in agone constituta videtur, ad bezoardicum joviale tanquam alexipharmacum exitum, & potens diaphoreticum confugiendum esse censei; illius gr. xij. exhibui: ab eo tempore non amplius deiecit: perfrigerationes non redierunt, & intra biduum febris expers fuit, ac postmodum brevi convaluit. *Lazarus Riverius, obs. 56. cent. 4.*

Pro Febre maligna.

Post Monspelii obsidionem an. 1623. grassata est per plures menses febris admodum maligna, ex qua media ferè pars ægrotantium interibat, particulariter verò quibuscunque parotides superveniebant: (quod circa nonum vel undecimum morbi diem solebat contingere) omnes interibat; cum autem plures hujusmodi vidissem, neque ullis alexipharmacis liberare potuissem, cogitare cepi ideo censei lethales parotides, quod pars illa non sit capax recipere totam materiam morbificam, quæ intus manens, interimit; & supplendum esse naturæ opus: ac quanquam ægrotantes pulsum haberent parvum & frequentissimum, ac penè formicantem, ut in agone mortis versari viderentur: quæ etiam brevi succedere solebat: atamen hanc C. Celsi sententiam animo revolvant, multa scil. in præcipiti periculo rectè fieri, quæ aliàs essent omittenda; & satius esse anceps remedium in uno aut altero experiri, quam tot ægros certo exitio relinquere; sanguinis missionem præscripsi parotis vicibus, propter virium imbecillitatem, bis aut ter eodem die, & sequenti die, purgationem: quæ via omnes quibus hæc remedia administrata sunt, feliciter evaserunt, neque ullus deinceps interit. *Lazarus Riverius obs. 43. cent. 1.*

Vocatus ad quendam febre maligna laborantem, præter remedia ordinaria & julepos cordiacos cum sale prunellæ ter in die exhibendos, hunc pulverem præscribo.

℥. Salis prunellæ ℥ss. camphoræ ʒss. M. F. pulvis; qui dividatur in quatuor partes, quarum unam capiat tertia quaque hora: noctu hunc pulverem sumpsit, & manè multò melius habuit; ju-beo iterari pulverem cum aliis remediis, & eodem die à præsentaneo vitæ periculo liberatus est, & paucis postmodum diebus omnimò convaluit. *Lazarus Riverius obs. 18. cent. 2.*

Aromatarius quidam viginti & quatuor annorum laboravit febre maligna, ex qua tandem circa undecimum morbi diem incidit in delirium, & paucis postmodum diebus in motus tremulos & convulsivos nervorum, qui phrenitidi lethali supervenire solent, per mensem ferè integrum delirium perseveravit, convulsiones verò per dies duodecim, tandem eva-

fit

sit post multorum remediorum usum: ea quæ magis profuere, sunt sectio venæ frontis, & julepi compositi ex aq. card. bened. ℥iij. aq. theriac. ℥iij. bezoar. mineral. ℥j. camphoræ, gr. xij. qui quinquies fuere exhibiti. *Lazarus Riverius obs. 62. cent. 2.*

Pro Febre maligna.

Ancilla quædam febre maligna laborare cepit, quæ eam ad deliria & convulsiones deduxit: quia pauperula erat, & parcebat sumptibus, paucis remediis curata est in sequentem modum. Quater secta fuit vena, cucurbitulæ pluries admotæ humidæ & siccæ: pro potu utebatur decocto radicis acetosæ, in quo dissolvebam bis in die salis prunellæ ℥j. spirit. sulphuris. gutt. xv. In jusculis sumebat frequenter bezoard. mineral. ℥j. die undecimo morbi exhibui spiritus fuliginis, ℥ij. in aq. card. ben. & parum sudavit: die duodecimo exhibui ejusdem spiritus ℥iij. cum eadem aqua, & copiosè sudavit, eodemque die febris remissa est, deliria & motus convulsivi desierunt: & intta paucos dies postmodum convaluit. *Lazarus Riverius obs. 36. cent. 3.*

Virgo quædam viginti annos nata, correpta est febre maligna, quæ eò usque processit, non obstantibus remediis ordinariis, ut circa undecimum morbi diem in delirium & nervorum contractiones inciderit, quibus accedebant interdum Leipoppsychiæ: in gravi illo periculo præter epithemata & pullos columbinos, aliæque roborantia interna & externa, sequentia remedia præscriptis; quæ in his affectibus maximæ solent esse efficacis, nempe vesicatoria quinque cervici, brachiis & femoribus admovenda; julepos ex aq. card. bened. ℥iij. aq. theriac. Bauderon. ℥iij. bezoard. ℥j. camphoræ, gr. vi. qui julepi per biduum usurpati fuere mane & sero: tum etiam prædictum bezoard. miner. exhibebatur in singulis jusculis ad ℥j. hisce remediis intra paucos dies, à gravi illo morbo liberata est. *Lazarus Riverius obs. 73. cent. 2.*

Mulier quædam triginta annorum sese mihi curandam obtulit: laborabat febre maligna à duobus diebus, cum dolore capitis, inquietudinibus serè continuis, sitique intensa, maculis quibusdam lividis circa pectus & dorsum apparentibus: ter intra biduum sanguinem eduxi ad ℥viij. singulis vicibus, cumque interna omnia remedia adversaretur, ad externa animum contuli: quinto itaque morbi die cataplasma ex cochleis cum suis testis contulis, stupisque superpositis utrique pedi circa plantas applicandum curavi: admotum est hoc remedium circa horam tertiam pomeridianam, inclinante autem die, cepit ægra sentire dolorem quendam molestum & gravem in utroque femore & tibia, qui ad mediam usque noctem duravit, eâ sævitiâ, ut ægra de removendo cataplasmate perpetuò cogitaret. Media autem nocte sudor totum corpus invasit, tanto fetore, ut illum sustinere vix posset: mutato indusio, amota sunt è pedibus cataplasmata tetrum adeo odorem exhalantia, ut astantes ferè inficeret; mane ægram alacrem invenio, febre, aliisque symptomatis valde imminutis, & brevi post omninò convaluit. *Jo. Martinus obs. 8.*

Pro Febre purpurata.

Vocatus ad invisendum virum quendam febre continua laborantem ab octo diebus, in quorum spatio ter ipsi vena secta fuerat, & purgans medicamentum semel exhibitum, ex præscripto medici ordinarii; invenio pulsum valde frequentem & inæqualem, unde suspicor febre esse malignam, simulque eum detegi jubeo, & totum corpus invenio exanthematis purpureis refertum: urinæ erant satis laudabiles, concoctionis rudimenta quædam ostentantes. Præscriptimus cucurbitulas multas secundum spinæ longitudinem applicandas, tum siccas, tum humidas, epithemata, inunctiones ex oleo scorpion. Matthioli, confectionem de hyacinto in jusculis, & julepos refrigerantes, cum cardiacis: pro potu utebatur pitana vulgari, in quam nodulus C. C. mergebatur: hæc remedia continuavit usque ad undecimum morbi diem: cum tamen omnia in pejus ruerent, agerque delirio, & convulsionibus correptus fuerit: dicto die undecimo leviter sudavit sine fructu. Delirium cum stupore quodam conjunctum erat: idè vesicatorium cervici admotum est, & cucurbitulæ continuatæ partibus inferioribus.

Julepi sequentes præscripti sunt.

℥. Hord. integri, p. j. rad. bugl. ℥ij. fol. borrag. pimpinell. scord. an. Mj. sem. curi, acetos. an. ℥6. tamarind. ℥ij. fl. borrag. bugl. ros. rub. an. p. j. dictamn. cretic. p. s. F. decoctio in aq. ℥viij. ad tertiæ partis consumptionem: in colat. dissolv. sacch. alb. ℥j. F. julep. de quo capiat ℥viij. mane & serò, addendo unicuique dosi salis prunellæ ℥j. spirit. vitrioli, ℥6. Pro potu præscripta fuit tinctura ros. in jusculis, pulv. ex margarit. corall. ras. ebor. C. C. & lap. bezoard. at postremis diebus instante decimo quarto die cum omnia in pejus ruerent, loco pulveris illius, substitui bezoardicum minerale purum, cujus ℥j. sumebat in singulis julepis. Cum verò circa vesperam, febris, delirium, & convulsio plurimùm intendi consuevisset; duabus horis ante exacerbationem hunc pulverem exhibuimus.

℥. Salis prunellæ, ℥6. bezoard. miner. ℥j. camphoræ, gr. vi. M. capiat cum aq. card. ben. & exinde melius habuit decimo sexto die eum apparet concoctio in urinis, medicamentum catharticum exhibitum est ex senæ ℥ij. rhei ℥6. in decocto refrigerante infusus; adadendo colaturæ, & syr. rosac. an. ℥j. quo blande purgatus est: eodem die pustulæ quamplurimæ animadvertæ sunt instar variolarum ad suppurationem tendentes magno quidem numero circa vesicatorium, tum sparsæ per dorsum, lumbos, & nates: die sequenti prædictæ pustulæ majori ex parte ruptæ apparuerunt, & ad exsiccationem tendentes: verùm in parte anteriore circa hypochondria & pectus pustulæ perexiguæ, pelucidæ, & diaphanæ, humore seroso refertæ, infinito propemodum numero prodire: febris valde remissa, & delirium valde imminutum: decimo octavo somnus multus fuit, & serè continuus diu noctuque usque ad diem vigesimum: purgatus est iterum die vigesimo secundo, & postea febris omninò desit, ac paucis postmodum diebus perfecte convaluit. *Lazarus Riverius observ. 21. cent. 1.*

Raphanus quia magnam vim habet attrahendi malignitatem materiæ, utile est scobem ejus pedibus sale & aceto prius mundatis alligare: idem

Febria

idem etiam occipitio apponi potest, si vehemens capitis dolor adsit. *Joannes Craso* consil. 16. lib. 3.

Pro Febre maligna.

Servus cujusdam Archiep. febre petechiali laborans ed devenerat, ut nulla spe superstiti, de vita esset conclamatum, ille vero mortis candidatus, qui mori se intelligebat, misso ad Episcopum nuncio, supplex vini haustum expetit ante fatalem horam, quod illi illico concessum fuit largiore quam expeterat, mensura. Post haustum vini rhenani in sudorem, quievit, & judicata est cum salute febris. Similia exempla plura apud nos memorie occurrunt. *Thomas Bartholinus* hist. 7. cent. 6.

Ego certe testari possum, me, cum extreme febre pestilenti decumberem, animique deliquia singulis momentis haberem, quatuorque dies & noctes absque omni somno habuissem, omnesque astantes de mea salute desperarent, sex guttulis tincturæ coralli cum decoctione violarum ex cochleari propinatis, exemplo & quasi miraculose fuisse liberatum; quamprimum enim ad duo cochlearia tincturæ sumpseram, cordis spiritus ita recreari, & naturæ gratissimum, quippiam accessisse, ac omnia præcordia subisse sensi, ut illico quasi luce depulsis tenebris, morbi vim, medicaminis efficaciam, manifeste abigi perciperem. Sudorem enim & crism (cujus tamen nulla indicia præcesserant) movebat, maculasque quamplurimas purpureas ad cutem pellebat: quibus sudore continuo deleris, brevi pristinam valetudinem recuperabam. *Anselmus Boetius* lib. 2. De Lapid. & Gemmis. cap. 154.

Pro Febre continua in puerulo octodecim mensium, cui à secto Lingua freno Sanguis in ventriculum effluxit, ibique putrescens, Febrem excitaverit cum sevisis Symptomatis.

Quamprimum vomitus provocetur cum ℥iij. ol. amygd. d. ut putridus in ventriculo contentus sanguis evocari possit mox à vomitu, Clysteriolus quamprimum injiciatur ex jure pingui & saccharo, vel melle despumato, ut fæces, & ejusdem corrupti sanguinis reliquæ ab intestinis concreti purulentique notabilem copiam evomuit, adhuc una cum rejecto clystere sanguinis corrupti grumos per multos excrevit: & sic statim remissa fuit febris: cessaruntque omnia symptomata, neque in posterum quicquam mali persensit. Sanguis in ventriculum fluxit, quod ab opere chirurgico, non statim primum situaverunt infantem, ut ex ore potuerit protinus profluere. *Jo. Zecchi* cons. 46. & append.

Pro Febre maligna cum vermibus in Muliere.

Ab umbilico inuncto sequenti linimento, & pilulis deinde devoratis, novem vermes ejecit, & sic præter omnium spem sana evasit.

℞. Ol. ovor. lilior. fellis bubul. succi cepæ assatæ, butyri rec. an. ℥iij. M. F. linimentum.

℞. Aloes succotinae, ℥ss. spec. diatragac. frig. gr. v. cum syr. viol. F. pil. iij.

Sorbebat autem supra pilul. (ne aloë febrilem calorem auget) cochl. i. syr. de limon. *Petrus Forestus* obs. 4. lib. 6. De Febris malignis.

Tom. II.

Pro Febre publice grassante cum gutturis dolore molestissimo ex Catarrho pene suffocante.

Plurimum profuit ad dolorem gutturis gargarismus subsequens, quo in meipso usus sum, tum in aliis, ita ut cum illo septies tantum gargarissem, dolor ille subito cessavit, simul & angustia pectoris miraculi instar.

℞. Aq. plantag. ℥ss. aq. scabios. ℥ss. fl. ros. rubr. p. j. sem. cydon. ℥j. bulliant leviter & colentur: adde diamor. dianuc. an. ℥j. terræ sigill. veræ pulver. ℥j. M. quo cum usus essem, videbar quasi liberatus ab hoc malo, ita ut nocte subsequente optime dormirem. *Petrus Forestus* obs. 1. lib. 6.

De Febre stata.

Architectus quidam singulis annis stato die, hoc est, quo natus fuerat, febre implicabatur, quæ ex putrescente bile genita suum circuitum servans, decimum quartum non transgrediebatur diem, donec lenio confectus, & esdem ex more complicitus febre natali suo die vi morbi prostratus, naturæ concessit. *Antonius Beniventus* cap. 84. lib. De abatu morborum & sanationum causis.

Pro Febre tertiana exquisita.

In principio mensis Junii, cum tempus valde calidum esset, ac impensè circa ægros curandos ipse laborassem, vigiliis, curis, & solitudine, plus seculo occupatus, in tertianam veram & intermittentem lapsus sum: in paroxysmi principio & augmento à somno & potu abstinerebam, die verò sequenti intermissione post primum paroxysmum ter in die ex julepo sequenti sumpsi.

℞. Fol. acetos. endiv. viol. lactuc. scariol. an. Mj. prunor. damasc. numero xv. coq. in sero lactis pro ℥ix col. adde syr. viol. ex multiplici infusione ros. de endiv. an. ℥. M. F. julepos: eo alvus non nihil solvebatur. Cibis erat panata vel pomum acidum coctum, potus cerevicia tenuis tempore intermissionis, tempore febris prisana ex hordeo mundato & liquit. parata: post secundum paroxysmum die quietis hac leniente medicina usus sum.

℞. Flor. nymphaeæ, viol. borrag. an. p. j. prun. damasc. num. xij. ramarind. ℥ss. coq. in sero lactis in colat. ℥iv. dissolv. diapr. simp. cassiæ rec. extract. syr. viol. an. ℥ss. M. inde habui sex sedes valde copiosas ac biliosas. Postea tertius rediit paroxysmus adeo violentus, ut in statu delirarem. Die verò subsequente, nempe quinto, cum urina aliquo modo tincta spectaretur, & crassior, ex basilica brachii dextri ℥iij. sanguinis extraxi: sed adeo inde debilitabar, ut quasi syncopen futuram præsentirem, nisi Chirurgo imperassem, ut illic venam constringeret: at modico vino rhenano sumpto deliquium animi interciperem, ut non fuerim syncopen passus. Alteratio tamen illa adeo profuit, ut postea non amplius paroxysmum habuerim. *Petrus Forestus*, obs. 2. lib. 3. De Febre intermittente.

Virum quemdam febre tertiana laborantem, Dei auxilio & sequenti medicina r ox liberavi.

℞. Decoct. card. bened. ℥iij. extract. esul. ℥ii. M. pro haustu, quo multa biliosa phlegmate permixta egressit: per sequentes novem dies in aurora & longè ante paroxysmum accepit decocti sequentis

Zzz ℥vj.

℞vj. calidè & in lecto stragulis benè contextus sudores graveolentes & acres emisit; ac eo positus remisit febris, sanusque evasit decem dierum spatio. Est autem decoctum tale.

℞. Flor. centaur. min. M. iij. coq. in aq. q. f. ad dimidias. *Martinus Rulandus, cur. 97. cent. 1.*

Pro Febre Tertiãna.

Ad Generosum quendam febre tertiãna correptum vocatus, in hunc modum curationem instituo. Primò longè à remisso paroxysmo venam hepaticam pertundo. Sequentibus sex horis ante paroxysmum jejunus assuebat aquam hanc frigidè.

℞. Aq. fontis, ℞vj. spirit. vitrioli, gutt. v. vel vj. M. ut F. potio aqua acetosa, quæ dentes non contrahat in stuporem: per hujus potus efficaciam & Dei potissimùm misericordiam febris arcebarur, atque ex toto quiescebat, nec unquam postea revertebatur: verùm nihilominus per sequentes tres dies febrili dicatos aqua ista dabatur ante, ut dixi, accessionem. *Martinus Rulandus, curat. 100. cent. 1.*

Alium febre tertiãna laborantem curavi in sequentem modum.

℞. Aq. bened. aq. fontis, an. ℞j. commixtas frigidè exhausti, atque supra, & infra rectè multumque purgatus fuit, exhibui potionem hanc septem horis ante paroxysmum: sequenti die secari iussi dextri lateris basilicam, & sanguinem ad decem uncias fluere. Interea supra pulsus manuum per octo dies ligavi sequens Epithema manè, quod per diem retinebat, noctu removebat. Est autem hoc.

℞. Rutæ, Salsivæ, bursæ pastoris, an. Mj. cum aceto rosac. conterebantur in formam pultis, & adaptabantur ad pulsus: post quæ remedia, accessio febris ex toto recessit, nec in posterum rediit: cibus dabatur refrigerans & humectans, sed rarè & parcè: potui dabam decoctum hoc ad satietatem quoties urgebat sitis.

℞. Cichor. Mij. rad. ℞iij. liquirit. raf. ℞ß. paf. ful. corinthiac. ℞iij. coq. in aquæ q. f. ad tertias: & sic omninò convaluit. *Martinus Rulandus, curat. 94. cent. 2.*

Pro Febre Tertiãna.

Alternis diebus febrili paroxysmo corripiebatur Puella Nobilis jam nubilis. Purgavi illam die quietis hoc pacto.

℞. Rad. cichor. dentis leonis, an. ℞j. rad. rhab. pont. ℞ß. absynth. chamædr. chamæpyr. an. ℞iß. fl. cordial. p. i. fol. sen. ℞i. sem. anis. ℞iß. infund. in aq. & vino: coque parùm in duplici vase: colaturæ denuò infunde rhab. ℞ii. cinnamom. ℞i. exprimat: bibat unam dosim, alteram tertio post die quo apyretos est, cum non remitteret, jussi in principio paroxysmi aquam sequentem bibere.

℞. Aq. Cichor. cent. min. & gentian. an. ℞j. M. die febris elapso reperatur hujus aquæ potus: pulsibus applicari jussi in utroque carpo sequens.

℞. Cortic. intern. nucis arboris, maceretur in aceto forti, & ligetur supra pulsus: unde nigra macula, & postea cutis excoriatio secuta: paroxysmus post mitior fuit.

Jussi tertio aquam bibere, & pulsibus sequens aperire.

℞. Fol. thlaspi, bursæ pastoris, & plantag. an.

q. f. contund. cum sale & aceto, & applicentur: vix bis hoc factò, febris cessavit, ipsaque sana facta est. *Felix Platerus observation. libro 2. pagina 288.*

Nobilis adolescens mense Martio febre correptus, duobus diebus continuus paroxysmum habuit, postea alternis diebus paroxysmos aliquot, qui horis nunc tribus, nunc quatuor anticipabant: purgatus fuit, postea vena secta, iterumque purgatus: cæterum cum non cessaret febris eumque miserè affligeret, dedi illi ante paroxysmi adventum, sequentem julepum.

℞. Aq. plantag. ℞iß. fyr. de papav. ℞iij. bibat. Pulsibus applicet in carpo, & temporibus unguentum populeonis subactum cum telis aranearum: superveniente paroxysmo statim sudor erupit, calorque longè mitior subsequutus. Postea denuò instante paroxysmo, hæc duo remedia repetit, addendo ad julepum aquam Nicotianæ. Sudavit iterum mox ab initio, & vix frigus persensit: calor etiam mediocris fuit: postea tandem febris illum deseruit. *Felix Platerus obs. lib. 2. pag. 293.*

Ob inordinatum thermarum usum, in febre incidit tertianam intermittente: sequenti die à secundo paroxysmo hausi ℞i. tartar. vitriol. cum gr. ij. diagridii in aliquot cochlear. vini absynthii calidi, cujus operatione bilis evacuatio egregia est subsequuta. Cum autem propter plenitudinem moderandam sollicitus essem, die paroxysmi tertio vena sectionem institui, idque cum successu, signis concoctionis sese offerentibus: quam ob causam spem bonam de quarto paroxysmo non futuro suscipiebam. Quid sit? Natura ab onere ulteriore liberata sub noctem diarrhæam producit biliosam eriticam, qua sanitati, Dei gratia, ab acuto morbo restituebat. *Gregorius Horstius obs. 10. lib. 1. De Febris.*

Pharmacopæus quidam quinquagenarius laborabat febre tertiãna intermittente: bis fuit purgatus, bis etiam phlebotomia celebrata: postea ante paroxysmum, sequens potiuncula ei exhibita est.

℞. Aq. cichor. ℞iij. salis absynthii, ℞ß. spirit. sulph. gr. xii. M. ab hac portione accessio non rediit, sed per urinas plurimùm fuit evacuatus. *Lazarus Riverius cent. 1. obs. 20.*

Studiosus medicinæ post quinque accessiones febris tertiãne, secta vena bis, & semel purgato corpore, sumpsit initio paroxysmi, aq. bened. ℞i. accessio fuit cohibita, tum etiam operato medicationi per duas horas, postea vomuit quinque aut sexies sine molestia, accessio brevior solito fuit, & in fine illius purgatus est per alvum pluribus vicibus, & omninò curatus est. *Lazarus Riverius cent. 2. obs. 57.*

Gratianopoli vocatus sum ad Equitem quemdam ordinis Divi Johannis, febre tertiãna laborantem: erat tunc temporis in tertia accessione: prius tamen quàm tres illæ accessiones ordinem cepissent, per aliquot dies sine typo febricitaverat: præscripti ad diem sequentem, qui erat intermissionis dies, calomelanos Turqueti. ℞i. diagrid. gr. v. in forma pilul. quibus valde purgatus est; redeunte circa vesperam ciborum appetentia, qua prius destitutus fuerat: die verò accessionis sumpsit ante paroxysmum julepum sequentem.

℞. Aq. cichor. ℞iij. sal. absynth. ℞ß. spirit. sulph. ℞j. F. julepus: quem hausit duabus horis ante paroxysmum, & corpore probè contecto sudavit copiosissime, sicque à febre liber evasit. *Lazarus Riverius cent. 1. obs. 26.*

Pro Febre tertiana duplici.

Consiliarius quidam annum agens 63. febre tertiana duplici laborabat à quinque septimanis, in quarum decursu multa remedia administrata fuerant ab alio Medico; quater facta fuerat vena, pluries purgatus erat, & multi julepi aliaque remedia exhibita: morbus tamen in pejus ruebat, & accessiones graviores evadebant, ita ut eo die quo ego vocatus sum, ipsum aitonitum, & comatoso quodam stupore affectum invenerim, & adstantes de ipsius salute maxime dubitarent: tanta autem erat virium prostratio, ut nulli evacuationi locum esse censuerim. Primo igitur die quo ipsius curationi incumbere ceppi, julepum sequentem exhibui hora una ante accessiorem:

℞. Aq. cichor. ℥iii. sal. absynth. ℥ss. spirit. sulph. ℞. M. F. julepus. Secundo die idem remedium iteratum est, hora etiam una ante accessiorem. Tertio item die eadem hora sumpsit, & accessio perexigua fuit. Quarto die manè sumpsit sequentem potionem:

℞. Sen. mund. ℥iii. sal. tartar. ℥ss. spirit. sulph. ℞. aq. cichor. ℥vi. infund. frigide per noctem, & colaturam capiat cum regimine: pluries purgatus est cum euphoria: & eo die accessio non apparuit, neque deinceps, & ita perfecte curatus est. *Lazarus Riverius, obs. 2. cent. 4.*

Servida quaedam septimestris correpta est febre tertiana duplici, quæ per mensem eam afflixit; nulla apparente remissione, quod periculum non exiguum portendebat. Docet enim experientia quotidiana mulieres gravidas, hujusmodi febribus laborantes, difficillime curari, & non paucas abortu interveniente de medio tolliter ipsi facta fuerat vena, purgans medicamentum bis exhibitum, & multi julepi aperientes & refrigerantes propinati, tandem venæ sectione hora ante paroxysmum celebrata, & exhibitio immediate ante venæ sectionem julepo, ex decocto fl. chamæm. & crem. tartari parato, febris omnino sublata est: accessio enim quæ post venæ sectionem expectabatur, non comparuit, neque deinceps. *Lazarus Riverius observ. 7. cent. 4.*

Patronus quidam Sexagenarius febre tertiana laborans, post usualia remedia tandem curatus est facta hora una ante paroxysmum vena, præmissis decocto chamæm. & cremor. tartar. & admotione carpi emplastri Strobelbergæi. *Lazarus Riverius obs. 22. cent. 4.*

Pro Febre tertiana.

A spiritu sulphuris cum aqua exhibitio, copiosè sudor provocatur, quod multis experimentis nobis innoscit, qui plures tertianas febres curatas vidimus eodem remedio in summo accessiorem æstu, & urgente siti exhibitio, unde copiosi sudores provocabatur, à quibus non solum paroxysmus, sed etiam totus morbus integrè solvebatur. Hac dosi exhibeo:

℞. Aq. frigid. ℔j. spirit. sulph. gr. xx. M. *Lazarus Riverius obs. 19. cent. 1.*

Retulit mihi D. Chomel se omnes propemodum tertianas curare solitum, exhibendo per horam ante accessiorem bonum haustum decocti chamæmel. & cremor. tartar. & statim ab assumpto remedio sanguinem detrahendo. Si non sit ad manus decoctum, aquæ frigidæ cyathum exhibet; & idem ferè succedit effectus, purat aquam illam assumptam per phlebotomiam ad venas rapi, & mareriam ebullitioni proximam diluere, unde accessio im-

Tom. II.

peditur. *Franciscus Chomel obs. 3.*

Vir quidam febre tertiana noctè correptus est, quæ per mensem perseverasset, sumpsit meo consilio vomitorium ex ℥j. salis vitrioli in aqua dissoluti, à quo ter aut quater excitatus vomitus, nec febris amplius apparuit. *Simeon Jacoz, observ. 14.*

Civis quidam Monspelienensis febre tertiana laborans, sumpsit aq. bened. ℥j. & à febre liberatus est, hujus etiam medicamenti operatione latum lumbricum excrevit septem pedum longitudinem æquantem. *Samuel Formis obs. 22.*

Perfamiliare remedium febris inter vulgus nostrum ex pipere percrebuit: quo cum successu usum magnum olim Zelandiæ Episcopus D. Jo. Resenium fenorem accepimus, in ipsa accessiione piper cum spiritu vini exhibent, vel absynthium in aceto coctum cum pauco pipere tribus continuis propinant, quantum malè multis cesserit, non paucis tamen profuit, sive quod vomitum provocaverit, sive quod horrorem febrilem discusserit. *Thomas Bartholinus hist. 48. cent. 5.*

Ad febrem tertianam intermittentem epidemiam sudorifera maxime profuere, paroxysmo instante, cum alexipharmacis exhibita præmissis ex methode præmittendis. Innotuit in horum censu virtus unicornu nostri Groenlandici, quod non solum ℥ss. pondere cum appropriatis ante paroxysmum exhibitum, sudorem largum procuravit, sed febrem plerumque extinxit, expertus id remedii novi generis sum magno successu in plurimis. *Thom. Bartholinus, hist. 56. cent. 2.*

Pro Febre tertiana.

Pro minorativo has pilulas dedi:

℞. Extract. pil. coch. ℥ss. diagrid. præp. gr. iij. ol. anis. fenic. an. gr. ij. cum aq. cinnam. F. pil. vii. deglutivit involutas pulpa pomi sub cinerib. assi, & mediocriter inde deposuit. Sequenti die in ipsa accessiione istud expulsum exhibui:

Aq. cinnam. card. bened. an. ℥x. C. C. usi præp. ℥ii. confect. alker. ℥ss. lapid. bezoard. gr. vj. M. F. haustus hydroticus, sudavit, & visus paroxysmus brevior. Sequens paroxysmus multum anticipavit, in limine ejus dedi cochlear. 2. hujus pulveris ex cerevis. calente:

℞. Salis absinth. gra. xvi. fol. centaur. min. ℥ijss. sacchar. alb. ℥ss. M. F. pulvis.

Pro potu ordinario uratur hoc decocto:

℞. C. C. usi & præp. ℥ii. coq. in ℔vi. aq. fontis, deinde impone in cantharo cinnam. el. & fracti, & sacch. albiss. an. q. s. superaffundatur decoctum effervesceat, & sinatur sponte sua refrigerari, paroxysmus rursus anticipavit, sed mitior fuit, exhibui iterum dosin pulveris supra scripti, & pulvis hoc sequens unguentum applicavi:

℞. Ung. popul. ℥ij. tel. araneæ. ℥ss. opii thebaic. aceto solut. gr. iij. ol. fenic. gr. ij. M. fiat unguentum, paroxysmus non reversus est. Ad reliquias febris discutendas, unica vice illum purgavi, ita.

℞. Elect. diacydon. lucid. lavar. ℥ss. ex herb. habuit aliquot sedes bene tulit, & ad pristinam sanitatem rediit. *Petrus Lotubim obs. 1. cap. 5. lib. 1.*

Alteri paroxysmi leve quoddam præludium sentienti dedi ℥ss. sequentis pulveris mei antifebricitici:

℞. Pulv. fl. & fol. cent. min. ℥ii. C. C. usi præp. ℥ii. sal. absinth. card. bened. cent. min. an. ℥. manus Chr. perlat. ℥ij. M. Fiat pulvis, ante sequentem paroxysmum ita accepit.

Zzz 2

℞. Pulv.

℞ Pulv. antefebriticæ superscripti, ʒj. syr. de pav. ʒiij. cum vino albo, q. s. F. haustus.

Abinde sudore copiose infecato placide dormivit, & sese liberatum prædicavit: illo pulvere contra quascunque intermittentes febres feliciter h. Genus utor. *Joh. Petrus Loricinus, obs. 2. cap. 6. lib. 4.*

Febris Quartana.

Empiricum Parisiensem plurimos quartanarios decocto radic. lappæ maj. ex vino albo, magno successu curare solitum, accepimus inter observationes Celeberrimi Viri Pauli Marquardi Slegeli, nimirum eadem quartanæ & luis venereæ quandoque remedia observantur. Sic illam cum tibiæ ulceribus hydrargyrosi curatam narrat Ballonius lib. 2. epid. & ephem. p. 131.

Hanc verò in Henrico tertio Galliarum Rege eodem decocto Bardanæ à Petro Pena deletam testatur. *Sancti Formis obs. 41. Georgius Heronimus Velshius, obs. 4.*

Doctor Medicus certò affirmavit, vidisse se quandam quartanarium, cui in decursu febris ulcicula apparuerunt maligna, consilio quorundam frictions ex hydrargyro usurpantur. Sanantur ulcera, imò & febris ipsa quartana. *Gul. Ballonius, lib. 2. Epid. & ephem. pag. 158.*

Hoc unum subijcere libet, quod ab amico seu secretum quid accepti, & in multis casibus non inutile deprehendi.

Sumatur cor leporis, & eo modo quo pulmo vulpis solet, præparetur, postea in pulverem redactum, atque in tres æquales portiones divisum, tribus vicibus exhibeatur, hora una aut circiter ante invasionem, vino albo, aut alio convenienti liquore dissolutum. Vidi ego semel atque iterum post hujus amuleti assumptionem, febrem deinceps non magis apparuisse, aut saltem paulatim evanuisse.

Verum hoc non statim ab initio morbi, sed ubi jam manifesta coctionis signa apparent, faciendum est. *Petrus Monavius, ep. 62. lib. 5. consil. & epist. Cratonis & aliorum Medicor. à Scholtzio editorum.*

Pro Febre quartana.

Quoniam in hoc levissimum & securissimum experimentum incidimus, quod quisque experiri poterit, literis id mandare placuit, quod ita se habet: Cum frigore quartanarius torqueri cœperit, cyathum stillatiæ aq. ros. ebibat, quo multa & biliosa evomet, & sanus evadet: ita enim multis evenisse observavimus: proximum est hic citare aliud contra quartanæ ingens frigus remedium, quod ex Galeno habetur, & sæpe à nobis in usu habitum, & pro vero compertum, grana v. vel vi. piperis integra deglutienda frigoris tempore agrotanti cum pauculo vino generoso dabis, quo auxilio repetito, æger bene habebit, ut nostro accidit agrotanti, cui quartana post tres desit paroxysmos. *Amarus Lusitanus, cent. 2. curat. 97.*

Postquam multa & varia medicamenta, quæ tum atram bilem, tum splenem respiciebant, daremus, tandem propinato pharmaco, atram bilem respiciente die paroxysmi quatuor horis ante accessionem, multa & nigra excrevit, ac liber à quartana evasit.

Hujus evacuationis die paroxysmi ratio assignatur talis, quia commotione agitata materia facilius ad expulsionem redditur, quam divinus senex

contemplatus, in quartana febre die paroxysmi pharmacum dare mandat, lib. de Affectionibus, non longè à principio (si verò quartana apprehenderit, siquidem impurgatus fuerit, primum caput purgato, & interpolius tribus aut quatuor diebus pharmacum sursum versus purgans dato in ipsa apprehensione, & interpositis diebus rursus aliud deorsum purgans dato in ipsa apprehensione) nec verò hodie hora paroxysmi vomitum proritamus, ac cum purgandi tempus instat, die paroxysmi pharmacum damus, quibus multa & egregia consecuti sumus, adeo ut rarò quartanam incuratam hoc incendi ordine dimiserimus. *Amarus Lusitanus curat. 4. cent. 1.*

℞. Aq. fl. cent. min. & rad. gentian, an ʒj. julep. rosar. ʒij. M. bibat initio paroxysmi, & spinam dorsi oleo chamæm. & aneth. inungat: bis julepum exhibui, quo fugata est febris.

Alteri in principio paroxysmi haustum aq. tabacci exhibui, & valde profuit. *Felix Platerus, observ. lib. 2. pag. 302. & 304.*

Aliqui pro singulari remedio singulis matutinis exhibent hanc aquam destillatam ad ʒij. vel ʒiij.

℞. Aceti fortiss. lbij. panis albi calentis adhuc detracta crusta lbj. pulv. pyrii ʒj. M. & destillentur in B. M. Similiter laudant quidam & hanc:

℞. Aq. Mellis. lbj. aq. vitæ lbj. medull. ebulli lbj. M. destillentur: denur ʒij. per dies aliquot manè aut serò. *Felix Platerus, prædic. tom. 2. cap. 2. pag. 138.*

Quidam ante triennium quartana laborabat diu, dicebatque mihi se multis remediis usum esse, unum hoc profuisse, accepisse vinum sublimatum diligenter, quod aquam vitæ appellant, & madefecisse petiam lineam, ac adveniente quartana, impofuisse ventriculo: hoc modo se eam depulisse: videtur mihi satis tura esse medicatio, præsertim in ventriculo frigido. *Jo. Crato, epist. ad Camerarium, lib. 5. consil. & epist. Cratonis. &c.*

Consiliarius quidam à febre quartana liberatus est casu rarissimo: cum secta illi fuisset vena, paulò post oclusam vulnus, & ligatum brachium, fluxe cœperunt ex vulnere guttulæ quædam aquæ limpidissimæ, quæ fasciam penetrabant, & industria sæpe mutare cogebant: perseveravit ille fluxus per multos dies, donec febris quartana cessaverit. Notandum est illum post multos annos ex hydrope interivisse. *Lazarus Riverius, obs. 70. cent. 3.*

Aromatarius quidam febre quartana satis diuturna laborans, quæ multis adhibitis remediis non cessaret, miscuit cum ptisanæ porus ordinarii cyathis tribus mixtionem ex ambaro & moscho, quam pro conficiendis muscardinis paraverat saccharo addito, in qua erant utriusque gr. viii. & in calore accessionis ptisanam sumpsit in tres doses singulis vicibus agitando, ne pulvis in fundo remaneret, unde copiosissimi sudores oborti sunt, qui moschum redolebant, & ille perfecte curatus est. *Lazarus Riverius, obs. 35. cent. 4.*

Pro Febre quartana.

Multos quartana derentos curavi vomitibus abstinentia cibi diebus accessionis, purgatione, inunctione dorsi hora frigoris cum ol. scorp. & pioguedine anseris & gentianæ succo.

Alios verò curavi succo rad. verbasci in potu dato. *Hieron. Cardanus curat. 24.*

Pro Febre quartana.

Anno 1571. multi quartanarii decubuerunt, qui sine remediis derelicti sunt, omnes penè convaluerunt: quibus curiosè adhibita remedia, ii ferè interiere, præsertim si macilenti biliosique forent, ut febres istæ potius à bile essent uita quàm à fæce sanguinis. Sic cum quartanis agendam mitissime, ne officiosa sedulitas plus obfit quàm profit. *Guil. Ballonius lib. 1. epid. & ephem.*

Pro Febre quotidiana.

Affinis quidam meus gratis innumeros febricitantes febre quotidiana & tertiana detentos pericarpio sequenti curavit: quosdam prima vice, alios secunda, pertinaces tertiam. Remediam tale est. Novem Pentaphylli folia radicibus colligit, postea incipiente paroxysmo, arteriæ brachii dextri tria folia cum sale, superque his tria alia folia cum sale, rursusque desuper alia tria folia cum sale pugillo in medio foliorum imponit, & sic mille ad minus febre detentos curavit, multique etiam quartana detenti quatuor folia eodem pacto imponendo curati sunt. *Petrus Borellus obs. 31. cent. 1.*

Malo non cedente, ad Generosum aliquod auxilium confugiendum est hoc.

℞. Lign. guaiac. ʒij. lign. visc. quern. ʒj. lig. assafr. ʒj. infund. omnia horis duodecim in juris pulli gallin. ibi. deinde bulliant ad consumptionem tertiæ partis, sub finem addendo cichor. beton. & menth. viridis an. folia duo colaturæ ʒvii. dentur horis quinque ante prandium per dies aliquot continuos. *Jo. Zechius consul. 22.*

Ad digestionem humorum pituitosorum ordinatum hoc claretum.

℞. Aq. cichor. absynth. foenic. an. ʒij. de cichor. cum rheo ʒiʒ. syr. de quinque rad. ʒi. de granat. acid. ʒvj. crem. tartar. ʒʒ. spirit. vitriol. gutt. vj. aromatizetur cum spec. diarthod. abbat. ʒj. cinnamom. el. ʒj. M.F. julepus instar clareti pro tribus vel quatuor dosibus matutinis & vespertinis, paroxysmus anticipavit & fuit paulo brevior ex usu clareti quod continuabat. Sequenti die ex hac porioneula purgante ter voravit, & per inferiorem gutturem copiosè evacuavit.

℞. Gummi gutt. gr. viij. tartar. vitriol. gr. vj. spirit. vitriol. gr. ij. aq. cinnam. ʒj. M.F. haustulus. Postea sequens expulsiuum in accessio e febris accepit.

℞. Aq. card. bened. cent. min. an. ʒj. an. cinnamom. ʒj. syr. de psav. ʒij. sal. absynth. gr. viij. pulv. sol. cent. min. ʒʒ. spirit. vitriol. gr. iij. M. diligenter. F. haustulus. Paroxysmus vix tres horas duravit, horum usu continuato intra paucos dies à febre immunis evasit. *Jo. Petrus Lotichius obs. 2. cap. 4. lib. 1.*

Quibus abhinc annis febre quotidiana violenta laborabam, à qua liberatus sum carpis applicando sequens.

℞. Salis marini, lupul. anglic. an. M. ii. passul. corinthiac. ʒij. probè misceantur & conturiantur. *D. Robert. Boyle, lib. De utilitate Natural. Philosoph. cap. 10. sect. 5. part. 2.*

Pro Febre Hæctica cum initiis tabis in muliere quadam.

Commendatà victus ratione humectante & nutriente, sic præeunte divina benedictione, processum est.

℞. Sem. papav. alb. ʒʒ. gummi arabic. traga-
Tom. II.

canth. farin. amyli, an. ʒi. sem. alth. malv. portulbombar. an. ʒij. sem. 4. frigid. maj. rec. & excortic. an. ʒij. ciner. cancr. fluviatil. corall. alb. ust. succ. liquirit. spodii, ros. rub. an. ʒij. spec. diatragac. frigid. diatr. Solom. an. ʒij. cinnam. ʒij. pulm. vulp. præp. ʒi. incisis & non contusis sem. omnibusque loco calente exsiccatis. M. F. pulvis dividendus in tres partes.

℞. Pulv. præscript. partem unam, sacch. ros. vet. ʒj. pineat. rec. amygd. d. rec. excorticat. an. ʒv. sacch. penid. ibi. aq. rutilag. veronic. ros. odor. an. q. s. ol. cinnam. gr. vi. F. rotula, è quibus deglutiat manè in lecto numero ii. vel iij. elapsaque hora sumat coch. i. sequentis mixturæ.

℞. Aq. rutilag. ʒiʒ. syr. jujub. ʒʒ. M. Noctu verò in ingressu lecti de hocce capiat.

℞. Pulv. præscripti partem secundam, syr. de jujub. de papav. loch. de fatfara, an. ʒj. M. F. Elect. cum fol. auri.

℞. Pulv. præscripti partem tertiam, sacch. penid. ʒij. M. ad Scarulam. Familiarem sibi faciat usum istius pulveris interdum.

℞. Fl. ros. ʒiʒ. fl. viol. bugl. borrag. & nymphae. aa ʒiʒ. santal. rub. ʒij. corall. ʒij. caryophyll. ʒiʒ. sem. citri oxyri, an. ʒʒ. camphora ʒi. conquassatis omnibus F. Sacculus pyramidalis è syndone rubro, itque interballatus; irroretur sequenti mixtura.

℞. Aq. ros. odor. ʒʒ. spirit. ros. ʒi. M. tepide: ista irroratus sacculus ad roveator cordis regioni, hisce remediis diligenter cum ministeret, restituitur convaluitque. *Joannes Petrus Lotichius obs. 6. cap. 2. lib. 1.*

Pro Febre Hæctica.

Infanti cuidam trium annorum atrophica & hæctica laboranti, cui brachia & pedes flaccescerant, venter verò tumidus erat, sequentia consulti. Primo de hoc lacte cancerorum detur infanti mane & vespertim calidè coch. j. vel ii.

℞. Canceror. fluviatil. viv. numero v. bene lotis & mandatis: affunde lactis caprini. q. s. contunde parumque coq. Postea per linteam succus expressus edulcoretur sacch. cand. q. s.

Si tussicula adit, succus raparum sub cineribus coctarum & expressarum sacch. cando edulcoratus propinetur. Deinde fiat balneum ex aq. dulci fontana tepida, in qua caput, & pedes igni cocti sint, in eo ponatur infans per horam dimidiam & amplius si ferre possit, ante ingressum assumat parum lactis caprini rec. & calidi vel lactis cancerini ut supra. Pro divitioribus parari potest balneum è solo lacte caprillo, vel vaccino, vel dimidiis partibus lactis & aq. dulcis. Tertio quoque die renoveretur balneum, & caput & pedes igni tam diu coquantur, donec caro ab ossibus separetur. Post egressum è balneo pectus cum spina dorsi hoc limimento calidè inungatur.

℞. Adip. capon. anser. an. ʒi. ol. viol. ʒij. ol. amygd. d. rec. exp. ʒiʒ. mucilag. sem. psyll. cum aq. viol. extr. ʒʒ. cum pauca cera. F. limimentum extra usum balnei: etiam manè & vespertim fieri potest hæc inunctio. *Jo. Petrus Lotichius obs. 3. cap. 2. lib. 1.*

Habui hæcticum in curacione diu, qui siccatum & tabidum, nec balneo, nec lactis potu, aliisque innumeriis humidis rescipientibus auxiliis unquam potuit restitui, tandem morbi pervicacis pertæsus, ad sanarum usum accessi. Stillaticis peractis, ad sanarum usum accessi. Stillaticam aquam ex illis extractam in balneo Mariani cum syr. violaceo permixtam pro potu quotidiano

diano bibendam obtuli: eas elixas cum oleo, sale, saccharo, & balsamentis in coena & prandio degustabat, interdum illi erat pro frequenti usu jus album, factum ex illarum contusa carne, cum amygdalis, lacte, butyro, farina hordei, saccharo, vitellis ovorum: quae omnia respersa cinnamomo, & rosacea irrorata, ad ignemque percocta, conditum faciunt suavissimum, quod optimè nutrit, humectat, impinguat, coquitur facile, citò distribuitur: hoc modo gubernatus hic aeger, trium mensium spatio pristinam recuperavit sanitatem. *Zacutus Lysitanus obs. 36. lib. 3. prax. admirand.*

Pro Febre verminosa cum alvi fluxu.

Puella quaedam duodecim annorum febre continua laborabat cum alvi fluxu molestissimo, quo materias exercebat colore cineritio infectas, quales apparere solent plerumque in verminosis affectibus: praescripti sunt clysteres detergentes ex rebus dulcibus parati, tum potus vulgares contra lumbricos, & rhabarbarum pulverisatum bis iteratum; ex omnibus tamen his nullum levamen obtinuit, imò febris & alvi fluxus in deterius vergebant ut jam de salute puellae dubitaretur: tandem sequentem julepum ipsi praescripti:

℞. Rad. acetos. gram. & cichor. an ʒi. fol. endiv. cichor. acetos. portulac. & hyperic. an. Mj. scord. & absynth. pont. an. Mss. fl. cordial. p. j. coq. in aq. hord. ad quartaria v. in colat. dissolv. syr. limon. ʒiij. spir. vitrioli gr. aliquot ad levem aciditatem. F. julepus pro quatuor dosibus mane & sero sumendis: intra illud biduum quo julepo usa est, febris & alvi fluxus omnino quieverunt, & perfecte curata est. Si quis miretur tam levi remedio sublatum esse hunc affectum, sciat hypericum & scordium mirabili efficacia putredini resistere, & lumbricorum generationem prohibere, nedum genitos enecare: & verè restari possum me hujusmodi julepis in infinitis pene puerulis lumbricis laborantibus cum foelicissimo successu usum esse. *Lazarus Riverius obs. 16. cent. 1.*

Febris Ephemera &c.

Illustris & verè generosus Heros Sigfridus à Kolonitsch, Liber Baro in Burgschlenitz, Haindorf & Idenspoyen, &c. Sac. Caes. Majest. & Laudatissimor. Ordinum inferioris Austriae jam per plures annos Dux equitum ferentiarum gravis armaturae, quam spartam sibi commissam, quanta fide, dexteritate & prudentia exornavit, quosvis alios potius, quam me, suae Magnificientiae domesticum fere, tellem esse malo: cum flagrantissimo Sirio 30. Julii Anno 1596. in lenonem quandam castrensem vehementius excanduisset, haustumque vini meracioris gelida, & quidem glacie (cujus magnam vim ex subterraneis specubus Facientium Turcarum Ungari protraxerant) refrigerata superbibisset, motuque violentiore incaluisset; in febrem ephemeram, quae dubio procul, si dextre tractata fuisset, diem unicum non transiisset, incidit. Excoquebamur tum aestu, si quo unquam, certe flagrantissimo: Sub cane, eoque summe ferventissimo, eramus: Sic, ut in ejusmodi, quae tum quasi epidemice grassabantur, ne in continuas aut causticas febres transirent, magnopere invigilandum esset. Ad primam statim accessionem vocari fuisset, nisi Medicasteri cujusdam procax πολυπραγμοσύνη suae Magnificientiae ad artem Medicam proclivissimae, obtulisset. Erat

Medicaster ille Equitatu Austriaco à sacris concionibus: qui cum per transennam aliquando pharmacopolium quoddam inspexisset, miram hinc artis Medicæ peritiam sibi adjudicarat: Sic ut etiam in corpore hoc Heroico periculum sui profectus satis audacter facere praesumpserat. Pularum enim aggregatarum sesquidrachmam quam Chirurgus aequè imperitus vel ipse Viennae conglobarat, summo mane stupendi mysterii instar, suae Magn. obtulit, oblatam intulit. Vix assumerat, ecce boni nostri Praedici Parochus & Barbitorfor, anhelantes accurrunt: rogant ut Heroi, jam morituro, praesto simus: simulque quid tentatum sit in illa conseruatione coram cunctis proclamant. Tantas enim intempestiva bilis effervescentis commotio, torsiones, & viscerum erosiones excitat: ac ad suam Magn. accedentes, vix non animi deliquium, aut graviora symptomata vereremur. Enormiter equidem turgens materia evacuabatur: Sed, cum natura suae Magn. tenerime tractanda fuisset; utpote quae etiam levissimis pharmacis irritata, cohibenda potius, quam exstimulanda sit, non injuria quamprimum ad abstergentia & lenientia motumque humorem cohibentia decurrebamus. Fiebat hoc per Enemata: quorum primum ex decoctione hordei, alterum ex puris oleis, tertium, propter doloris atrocitatem, ex anodynis consistat: quibus etiam, Christo medicante, paucis horis dolor omnis ita consopiebatur, ut, cum sub sereno crepusculum tria Laudani veri grana in emulsionem quart. sem. frigid. major. exhibuissem, sua Magn. per totam noctem placidissime, usque ad septimam diei horam dormierit. Apparentibus autem signis concoctionis in urinis, nec evidente lassitudine remanente, cum tamen sitis clamorosa suam Magn. tam commotione bilis, quam fervore caniculari exagitat, ad potum frigidum non difficulter descendebamus: saluberrimi praesertim fonti viva scaturigine limpidissimas aquas suppeditante. Fons iste tertio à Facia, ex cuius latere Orientali castra metati fueramus, lapide sub tecto, quod Turcae fontium admiratores, eundem convellerant, de concamerata porticu promanans, venulas suas, ex vicinis montibus, qui Austro recta oppositi auro, eoque purissimo, dubio procul turgent, mutuabatur. Tam blando enim afflatu non solum intestina, sed ipsum cor, irrorabatur, ut experientia penitus convictus, salubriores lymphas nunquam me gustasse, nec unquam gustaturum, putem. Cum autem, propter nimiam subtilitatem nullam ebullitionem admitteret, Saccharo candi & cinnamomo contuso, per manicam Hippocratis infusas aquas transcolabamus: quo quidem clareto non modò mirifice delectabatur, sed etiam fulgines ardentes sic restinguebantur, ut post triduum ad excursionem, quae Pesthum versus instituebatur, pancreaticè valerent. Esi autem in eodem incursum, hostes provocando, & aliis equestribus commotionibus, Sirio ardente nimium excofactus, ad recidivam devenire potuisset: tamen, cum assiduum clareti nostri usum continuaret, non modò ad conflictum Kerestianum usque (circa quem sua Magn. catharro, vigiliis & aere humidior concitato, paulum inquietabatur) integra sanitate fruebatur: sed medicastros castrenses serio detestatus, per totum quinquennium deinceps me in castris Heroica fide, & benevolentia complectens, contra Centaurorum Thraconumque fremitus & ronchos, Germana magnanimitate, defendebat.

Quanta

Quanta perditorum hominum, de Medicastro castrensis loquor, per totum hoc decennium, non ad curandos, sed ad enecandos aegros, in Ungariam colluvies confluerit, vel hinc assumari potest, quod etiam ex Medicis solemniter pronuntiatis, & tam Sac. Cæs. Maj. quam Ordinum Imperis mandato, sanitati castrensi præpositis, ad quadraginta fere fuerint exincti. Inscatrix enim illa Pannonia, voluptatum suarum illecebris, & spe lucri, vel ex remotis regionibus, Medicos attraxerat, ut de Agyptis Judæis, Anabaptistis, Chirurgis, deservatis, tonforibus, prædicatoribus denique castrensis aliam sit silentium. Hi enim omnes, illotis manibus ad aegros irrumperentes, Plinianum illud, quo solos Medicastro impune in homines grassari asserit, sedulo adimplebant. Si quidem, ut sancta fide confirmare ausim, plures hoc decennio per ejusmodi Harpyias, quam ab ipsis hostibus, trucidatos. Et Cicericis fortassis otium, quo, cum rara sit in castris devotio, abunde fruuntur, hic patrocinari posset: Reliqua Medicastro castrensis sentina, unde coram horrendo Christi tribunali patrociniis tantorum scelerum mutuatura sit, non video. Confluit enim ad Pannonas flos militaris, qui non nisi egregie male tractatus, decerpendus videtur. Nec enim facile quis durissimum hoc vitæ genus subire gessit: nisi prius subductis rationibus se vireque suas, utrum tanto oneri suffecturæ sint, æqua lance perpenderit. Felicem autem, & perfelicem, dixerò, si in aieuo & hostili solo morbis obrutus Medicum fidum verumque adeptus fuerit: quam quidem felicitatem castris æternam velle, & voluisse, tam serenissimam Domum Austriacam, quam Ordines utriusque Austriæ, absit ut dubitem: cum hi copiis suis in Ungariam fidelissime missis, Medicinæ Doctores adungi curaverint: Illa publico salario, generali sanitati castrensi paterne prudenterque consuluerit. Quam providentiam paternam utinam reliqui Imperii Ordines imitandam potius, quam, vile forsitan aeris exigui momentum comparari, devitandam censissent, de ipsis Thraciæ viscibus jamdudum triumphemus. Magnum est quod assero, majus subjungo: hac, ut molliter dicam, negligentia, plenum victoriæ cursum non modò interclusum, sed veteranis paulatim absumtis, Tyronibus neglectis, triariis vix non profus sublati, tanto majores hosti nervos additos esse, quantos nobis præcidimus: ut de suspiriis, quæ, inhonesta morte milite extincto, non possunt non nubes percurrere, nihil dicatur. Eo usque enim temeritas prædicatorum castrensis progressa fuerat: ut Anno 1599. etiam verulæ sagæque & incantatrices ad mactandum descenderent: quarum furias nisi ferro compedibusve coerceri curassemus, vix, ex oppositis ripis Turcis Tartarisque grassantibus legiones, per lemures ejusmodi ad raritatem deductas, eodem Autumno ostentare ausi fuisset. Plus igitur præstitit qui Medicum verum, rebusque necessariis instructum, ad Ungaros demiserit: quam si integra legione militum, non ab hoste, sed morbis & negligentia sanitatis publicæ enecanda, sumtis, vix tolerandis, suppetias rulerit. Merito n. & quidem ipsa experientia suffragante, vix quintum locum Turcæ hosti in Ungaria concessero: cum impietas erga Deum, negligentia sanitatis publicæ, privati commodi studium, livor & invidia Turcas multis post se parasangis relinquat. Impietatem erga Deum primo loco pono: quod contra stimulum nos calcitratos vereor, si, Damone quovis de-

teriore sæpe milite, Sathanam Turcicum oppugnare perrexerimus. Et huic quidem malo, plaustris præsertim blasphemiarum, quibus castra, pro dolor! circumvallantur, obviam iurus Sereniss. Archidux Maximilianus, Anno 1597. Calend. Aug. sanctissimis edictis, quæ præcipientibus rubis passim in castris divulgabantur, non minus pie, quam fortiter, Christiani Imperatoris mania subibat, quæ tamen paulo post, effreni tam superiorum, quam inferiorum rabie antiquabantur. Negligentiam sanitatis publicæ in secundis pono: cum vel hæc sola omnes, etiam rectissime dispositas molitiones disturbaras, non sine bile recorder. At sit n. ut his, quibus adhuc constringimur, compedibus in Ungaria nos detineri pateremur: si vel in his ocellis ad hanc, in castris appime desideratam sanitatem respectaremus. Illi n. qui metationibus castrorum præfati sunt, cum plerumque res sinistre pensitent, persuaderi nunquam possunt, ut in designatione mansionum paulo plus milites, quam jumenta respectent: si quidem, ut non raro commodis aquationis tantum inservituri, uliginosas & terribilissimas mehitim exhalantes convalles eligere soleant: quæ humi cubanti, misero gregi, ipso aëris attractu, venenum, pro sanitate, infundunt. Nil jam de subvectione comæatus, deque vini, modò rate, nonò axe devehendi turbidissimis sentinis quibus miser miles vere cogitur, dicam: hoc tamen unicuique pensitandum relinquo: quænam sanitas illi futura sit, qui pari, modò mucedo, modò fatifacero, modò ex elibano ferventi, carnes adhuc trementes supergerere, potum verò, quavis lacuna turbidiorum, superhaurire cogatur. Privati commodi studium tertius hostis erit: quod si usquam, certe in castris, impunitate summa tyrannidem exercet. Quia n. ut molliter dicam, imprudentia hæc est, quod nulli fere ex Ducibus, quorum fidei turmæ equestres, & peditum phalanges toto hoc decennio conceditæ fuerunt, Medicis unâ deductis, tam sibi, quam suis, consuluerint: cum tamen honesto satis, non tamen nimis fructuoso quinquaginta florenor, stipendio, cuiuslibet legioni & cuiusvis mille equitum turmæ, vel decreto Sac. Cæs. Maj. fuerit prospectum. Qui igitur his denariolis privatum commodum adaucturi, Medicis castrensis subtractis, vel eorundem loco pessimis homicidis, uno & altero nummo conductis, Rempubl. Christianam infanda clade affecerint, videbunt sane suo tempore, utinam brevi! quam se vix homines præstiterint. Livoris & invidiæ furias tanto magis Turcis præponendas scio: quo atrociorum noxam illarum, cum inter nostrates sæpe me spectante grassatæ sint, experiri costus sum. Nec enim leviter terribimo livore victoriæ nostræ contra Turcas basis hoc decennio fuit concussa: sic quidem, ut vel hoc solo, dum gravi simularum & arrogantia veneno præcordia multorum infecta, omnem rei bene gerendæ occasionem sapius extorserunt, quemvis Turcam superatum statuam. Ponom tamen in quinto & ultimo loco renoratum nostræ victoriæ Turcam hostem, hominem (si tamen tale brutum pecus hono dicendum est) re vera nihil minus, quam strenuum militem. Quamvis enim concessero, ante decennium per Europæos Bissas, Temesvariensem, Budensem & Boffinensem, in his ipsis nostris limitibus florum militum sustentatum fuisse: eundem tamen felicissimo mactam per hæc duo lustra fortiter resecum scio. Scio & illud: fatali mille annorum periodo ad fidem deducta, non prius hoc Aquilæ Cæsariæ, Draconisque Turcici consiliis conficiendos, quam

labes priores interneciva hostium clade fuerint absterse. In hoc mactando strenuissimum se his duobus lustris præstitit Dominus Kolonitschius, non modò impietatem erga Deum summo studio à commissis sibi turmis arcendo, sed etiam in meratione castrorum, quemvis etiam incursionibus hostilibus obnoxium locum seligendo: dummodò sanitatis castrensis ratio haberetur. Et hanc quidem, quam sedulo tutatus sit, locuples testis esse possum: cum me, vel per quinquennium non modò honestissimo stipendio in castris decinuerit, sed etiam sua manu sæpe ad infirmos, ex suo equitatu decumbentes, plus quam fraterne deduxerit, milites, ex grege vel minimi, sanitatem quovis auro redimendam censens. Patuit certè his omnibus non modò ad suam Magn. promptissimus aditus: sed etiam ex foco sæpe & comæatu, qui propter tales semper instructissimus nulli oclusus, saluberrima, & in castris corvo candido rariora pharmaca mutuabatur. Quibus quidem, non dicam artibus, sed debitis communi necessitati & Reip. Christianæ officiis; suffragante divina clementia, effectum est: ut à suæ Magn. ferentariis equitibus toto quinquennio, exceptis illis, qui pulcherrima morte pro aris & focis occubuerunt, fato morbisque vix sedecim fuerint extincti: cum contra sæpe dimidia pars illorum, qui à Ducibus impietate, negligentia & sordibus nulli secundis, ad Ungaros deducebantur, turpissima morte, morbisque inhonestis confecta sit, desiderata. Quoties enim, re ad conflictum spectante, vix quingentos ex mille, quo numero conscripti & authorati fuerant, equitibus in aciem produci potuisse recorder: toties hanc illorum vafritiem & avaritiam toto corde detestor. Cum verò ad legiones & cohortes pedestras respecto, vix gehennæ tormenta, tantam improbitatem excoctura vereor: qua miseri milites, summe etiam data opera ab iis, qui parentum loco esse deberent, in castris confici solent. Sed hæc verissimo tantorum delictorum vindici commendans, ad secundam ex observationibus nostris transcendo: cum non sine horrore recorder, quantos crabrones excitaverim: quoties, generali stipendio publicæ provincie Medicæ designatus, ad illorum Centaurorum, Thraconumque rabiem conivere nolui: Sed, conscientie meæ consulturus, pessimis illorum molitionibus, obviam eundo, quidvis molitus sum, gravibus nonnunquam, de publicandis tantis sceleribus, comminationibus interpositis. *Tobias Cokerus Observation. Ungaricar. Decad. 1.*

Febris Gallica, epidemia.

Anno 1635. æstas erat admodum calida & sicca: quò tempore Regis Galliarum exercitus cum nostro conjunctus Lovanium obsederat, ubi milites magnam rerum, præcipuè panis & aquæ, inopiam patiebantur, atque hinc passim horatios fructus immaturos & crudos, carnes recenter mactatas & insulas sine pane, aliosque mali nutrimenti cibos comederunt, simulque ex stagnis quibusvis biberunt: atque ita magnam crudorum & pravorum succorum copiam sibi ipsis in corpore accumulaverunt. At tandem fame sitique penè consumpti, obsidionem relinquere, & ob Schenckianum munimentum per insidias ab Hispano milite captum, in patriam nostram reverti coacti fuere. Huc cum venissent, præter nostros etiam Gallorum peditatus, maxima pars Noviomagi (ubi tunc temporis habitare & praxin exercere ceppi) aliquamdiu remansit, atque

inter illos milites febris quædam maligna & pestilens paucis diebus ante eorum adventum grassari ceperat. Hic læti milites omnium rerum copiâ fruebantur, meliusque reficiebantur: sed proh dolor! illa maligna febris intra paucos dies maxima sumpsit incrementa, & totum exercitum, præcipuè Gallos, gravi clade multavit; nam præter nostros, intra duos tresve menses hæc dira lues ad minimum tria millia funerum solis Gallis Noviomagi crudeliter extorsit, nec minori sævitia in castris ante Schenckianum munimentum, & aliis in locis inter nostros & Gallorum milites passim dominabatur: atque ab illis etiam ad cives & incolas Noviomagenses contagio delata, eorum ad minimum mille & plures paucis mensibus terræ devorandos objecit, nec minor etiam strages aliarum circumjacentium urbium civibus illata est, imò usque ad interiora patriæ nostræ penetralia malum hoc subiit. Quia autem febris hæc primò & gravissimè Gallos, infecerat, deinde autem reliquos, vulgariter Febris Gallica, à multis etiam Morbus Gallicus appellabatur.

Non parvum huic morbo aderat contagium, quod maxime per contactum & attractionem putridorum ac foetidissimorum vaporum, sudoris, &c. aliis communicabatur; ac proinde qui agris inserviebant, vel diu aderant, eorumque foetores suscipiebant, plurimi eodem malo corripiebantur. Toti autem Noviomago brevi tempore contagium undique ingestum fuit, hac imprimis de causa, quod ob tantum exercitum tota civitas militibus plena esset, ita ut ipsæ quoque plateæ & viæ publicæ undique militibus tam sanis, quam ægris, ad latera platearum decumbentibus, repletæ forent, atque hinc sordes & excrementa tam agrorum quam sanorum in vias publicas projecta ubique abundarent, nec quicquam, ob hominum sibi invicem occurrentium nimiam multitudinem, expurgari posset: ex hac enim foetidissima collavie elevati maligni ac putidissimi vapores, totum ærem, atque ita maximam totius civitatis partem contagio morboque infecerunt.

Febris hujus causa non tam in spirituum, quam humorum maligna corruptione consistebat, atque propterea non admodum improprie pestis in humoribus appellari poterat. A peste autem in eo differabat, quòd in peste imprimis spiritus vitales, in hac febre humores malignò modò corrumperentur: præterea quòd pestis contagium aëri imprimis inhaerere & magis ad distans inficiat, hujus verò febris contagium maxime per malignorum vaporum immediatum contactum & attractionem communicaretur: denique, quòd pestis longè acutior & periculosior morbus sit, & cum quo plures moriuntur quam evadunt, cum in hac febre longe plures evadant quam moriantur.

Febris hæc nonnullos acriter, plurimos autem leniter in ipso principio invadebat, aliis sine, aliis cum levi frigore & rigore. Magnus, paulò post initium, in multis subsequebatur calor, cum siti vehementi, qui ardor, subinde brevibus intervallis leviter intermitens, ad septimum plerumque diem, vel diutius continuabat. In multis etiam calor intensus non percipiebatur, atque in iis cor magis ab humorum malignitate, quam à calore affici videbatur, namque & his vitalis facultas magis læsa erat.

In principio morbi statim magna aderat debilitas seu ingens virium defectio, nonnullis deliria, plurimis anxietates, multis capitis dolores, vigiliæ, omnibus sitis cum maxima linguæ siccitate, multis quoque non diu post initium

initium dysenteriae & diarrhoeae malignae, difficillimae curationis, superveniebant: pulsus plerumque valde creber, parvus & inaequalis sentiebatur.

Diebus criticis aegri se semper pejus habebant, paucissimae tamen crises laudabiles fiebant; videbatur natura velle moliri crises, sed propter humorum corruptorum copiam & malignitatem, viriumque summam dejectionem, perficere non posse. Crises per sudorem vel narium & menstruorum haemorrhagiam solae morbum interdum, sed rarius, solvebant, nam plerumque imperfectae erant: per alvi fluxum periculosa multique lethales erant. Nonnullis parvae maculae rubrae (Italis lenticulae, punctulae & petechiae appellatae) per totum corpus in cute erumpentes, morbum mutabant, interdum in pejus, sed saepius in melius. Quibusdam qui diu aegrotaverant, abscessus critici in aliqua parte salubri fiebant. Anthraces nusquam apparebant. Glandulae quoque in inguinibus, post aures, vel sub axillis nulli intumuisse, nihilque naturam per haec emunctoria deposuisse vidi.

Ab hac febre curari, multi bis terve recidivas satis periculosas ac saepe lethales facili de causa incurrebant, imprimis si se ipsos vel nimis cito aeri exponerent, vel in dieta leve aliquod vitium committerent.

In curatione hujus febris primum & maximum subsidium adferebatur sanguinis missione, ter quaterve, imò in nonnullis sexties septiesve repetita: vidi etiam Gallos quibus à suis Medicis quatuor dierum spatio sanguis duodecies è brachiis satis magna quantitate detractus fuerit cum summo fructu: maximum enim levamen à venesectione sentiebant aegri, quod brevi tempore adeo notum evasit omnibus, ut plurimi aegri, etiam sine Medicorum consilio, sibi ipsis aliquoties venam secari curarent, atque ita multi à morbo liberarentur. Ita ut praecipuum hujus mali remedium venesectione revera fuerit. Sed quod mirum videri posse, cum à sanguinis missione alioqui debilitentur vires, in hoc tamen morbo natura post extractum majore copia sanguinem, à malignorum humorum gravamine manifesto levati & vires resumere videbatur, omnesque aegri, etiam illi quibus vires ad extremum dejectae erant, venesectionem fortiter ferebant. Nulli remedio febres istae magis cedebant quam sanguinis missione. Sanguis duabus vel tribus primis vicibus extractus admodum corruptus erat in omnibus, nec in tanta istius temporis aegrotorum multitudine ullum me vidisse memini, cui sanguis laudabilis extractus fuit in principio; sed ut plurimum albicans, saepe ex livido virefcens apparebat: cui parum rubri sanguinis admixtum erat: mucilaginosus erat instar decocti pedum vituli: in plurimis coagulabatur, in multis etiam vix coagulabatur, fibris nempe putredine magna ex parte consumptis, & hi maxime periclitabantur. Tertia quattave sectione sanguis erat laudabilior.

Accedentes igitur ad aegros, primo statim vel clystere injecto, vel levi medicamine alvo parum citata, venesectionem instituēbamus quam civissime fieri poterat, tanque, si vires permitterent, postmodum repetebamus, extrahentes quaque vice à semi-libra usque ad libram sanguinis, idque deinde adhuc ter quaterve (pro virium robore & febris magnitudine) uno, duobus aut tribus interpositis, reiterabamus. Interea tamen temporis modo exhibitis medicamentis purgantibus, modo clysteribus subinde alvus citabatur, & quia ma-

lignitas morbo aderat, sudorifera & antidota saepius dabantur. Julebi & condita refrigerantia ac cardiaca, ut & apozemata refrigerantia & diuretica vim habentia non parum quoque proderant, praecipue si admiscerentur talia, quae simul etiam malignitati resisterent. In nimis vigiliis (quae admodum frequentes erant) & deliriis, tantum lenè aliquod soporiferum temporibus illinebamus, narcotica enim per os nunquam tutò exhiberi poterant.

Febres malignae & pestilentes quomodo sive verà peste dari possint, & quid ab ea differant, latius docuimus in Tractatu nostro de Peste, lib. 1. cap. 12. annotat 4 5. Sunt autem haec febres variae, neque semper ab eadem causa procedunt, neque eodem modo invadunt, neque eandem curationem admittunt. Interdum solius aëris infectiones, interdum humorum ex prava diata aliave causa pessimae corruptiones, interdum rerum putridarum & corruptarum nocentissimae exhalationes, interdum temperamentorum aëris & corporum pravae dispositiones, vel singula haec seorsim, vel aliqua ex his conjuncta, vel omnia simul hujusmodi epidemias febres generare valent, à quarum varietate etiam earum, ut & curationes causarum varietas maxime dependet: atque hinc est quod hujusmodi febres malignae ac pestilentes vix unquam bis sibi plane similes visae sint. Fracastorius lib. 2. & 3. de morbis contagiosis, describit febrem petechialem, quae multum differat ab hac nostra febre, nam ab aëre certa infectione originem sumperat, & maxime spiritibus, non autem humoribus, bellum indixerat, a quo in primis curabatur antidotis; venesectiones vero nocebant. Contra, haec nostra humoribus magis inimica quam spiritibus, venesectione praecipue sanabatur. Wierus lib. observat. medic. etiam mentionem facit febris malignae & pestilentis, quae circa Rhenum tractum crudeliter grassabatur: ed illa quoque longe diversa fuit ab hac nostra, quod docuit curatio, nam scribit se comperisse in his venesectionem admodum periculosam fuisse. Ab hac nostra febre etiam multum differunt illae quas Forestus lib. 6. observat. 4. 5. & 6. describit, in quibus neque eadem aderant symptomata, neque curatio venesectionem repetitam admittent. Lazarus Riverius, vir doctissimus, centur. 1. observat. 17. unum adfert exemplum febris malignae, quae in multis cum hac nostra conveniebat, & quinque iteratam venesectionem curata fuit: cui non multum ab similem etiam nos in Gallia quondam vidimus anno 1621. cujus antea mentionem fecimus observat. 3. Verum ut quomodo aegri hac jam dicta maligna febre laborantes optime tractati fuerint, melius innotescat, jam his proximis observationibus unum aut alterum exemplum ex multis subiiciam. *Brand. de Diatrib. in Observat. & Curation. Medicis.*

Febris Maligna.

Hermannus Thomas, pistor, praedicta febre maligna correptus fuit 5. Septembris, cum ingenti aestu & magna virium dejectione ab ipso morbi principio (nam febris haec omnibus aegris statim vires potenter deiecit) pulsus erat creber, nec parum inaequalis, visus quoque maxima, cum linguae magna ariditate. Totum corpus aequaliter attectum esse videbatur, ac proinde nullum usquam dolorem sentiebat, de sola maxima cordis anxietate querebundus. Prima morbi die circa vesperam ipsum invadens, statim clysterem emol-

lientem

lientem injici curavi, à quo alvum ter exoneravit. Ad sitim hunc julebum pro potu dedi:

℞. Aquæ cardui benedicti, borraginis, acetosæ, ana lib. i. succi citri recenter è pomo expressi, syrupi de acetositate citri, violacei, rob. ribesiorum rubr. ana unc. i. olei sulphuris q. s. ad gratum acorem, misce, fiat juleb.

6. Septembris tempore matutino è vena mediana dextri brachii sanguinis libram venæsectione extraximus, cum summo levamine. Sanguis erat valde corruptus, cujus dimidia superior pars ex livido viresebat & mucilaginosus erat, inferior nigricans vix coagulabatur, serum quoque viresebat. Postridie dolorem in gutture sentiebat, qui sine tumore erat, ad quem sedandum gargarisma conveniens præscripsi. Etiam mane sumpsit medicamentum leniter purgans, à quo quinquies excrevit. Ad sitim utebatur interdum cervisiâ tenui, interdum julebo dicto. 8. Septembris, febre in eodem statu permanente, sanguinis unc. x. è sinistro brachio extraximus, qui corruptus erat ut prior. 9. Septembris manè hoc sudoriferum datum est:

℞. Diascordii Frascastorii drach. i. confectio- nis de hyacintho, extracti cardui bened. salis rutæ; ana scrup. i. aquæ theriacalis, cardui, ana scrup. i. olei vitrioli gut. ix. misce, fiat haustus. Hinc bene sudavit, sed tamen continua febris (quæ singulis diebus per aliquot horas tantum pauillum remittebat) debilitas, dolor gutturis, sitis & oris siccitas in eodem statu permanferunt, quibus etiam vigilis ferè continuæ aderant. Post prandium hujus apozematis duos haustus bibit, eoque etiam sequenti die usus fuit.

℞. Radic. cichorii, graminis, asparagi, ana unc. i. herlenii, cryngii, petroselinii ana unc. s. herbar. acetosæ, cardui ben. borraginis, centaurii minoris, scordii, scabiosæ, ana m. j. pomum citri integrum, in taleolas dissectum, sem. 4. frig. major. ana drach. i. s. fruct. tamarindorum, tartari rhenani, ana drach. vi. passularum corinth. unc. i. s. coquantur in squæ communis q. s. ad lib. ij. adde colaturæ syrupi de limonibus unc. iiii. misce, fiat apozema. 11. Septembris, præmisso enemate emolliente, rursus sanguinis uncias septem è dextro brachio cum euphoria extraximus, à qua venæsectione febris multum minuebat. 12. Septembris manè ab assumpto priore antidoto rursus copiosè sudavit. Post meridiem apozemate usus fuit. Sequenti die, cum alvus non satis responderet, hunc pulverem dedi, quem cum pauxillo sui julebi mixtum asfumebat, atque inde ter alvum exonerabat.

℞. Rhabarbari optimi drach. i. cremoris tartari drach. s. fiat pulvis. Hic pulvis 16. Septembris reiteratus fuit. Intermediis autem diebus ut & sequentibus tribus, utebatur antedicto apozemate, & interdum particulam hujus conditi comede- bat:

℞. Pulveris liberantis drach. i. s. diatrium fanta- lorum scrup. ii. confectio- nis de hyacintho scrup. i. s. cortic. aurantiorum condit. rob. ribesiorum rubr. pulpæ tamarindorum, ana unc. s. syrupi de limo- nibus q. s. misce, fiat conditum. A 12. Septembris febris in dies magis magisque minuebat, ita ut 19. Sept. æger jam expertus febris videretur, neque angeretur, neque sitiret amplius, sed cibi appe- tentior esset. Tunc in victu forte levioram aliquo errore commisso, 22. Septembris recidivam passus est febrisque magna cum vehementia rediit. Hinc rursus præmisso clystere, statim è sinistro bra- chio sanguinis semi- libram extraximus, cum tanto levamine, ut hac una venæsectione febris

ferè in totum supprimeretur. Postridie manè sumpto antidoto copiosissimè sudavit, atque il- lo, & sequentibus tribus quatuorve diebus apo- zemate antedicto cum condito utens, à morbo in totum liberatus fuit. Durante hac curatione, dieta tenui nutritus fuit, ex jusculis cum ace- tosa, borragine, pomis citri, hordeo mundato, uvis immaturis, & similibus paratis. Interdum cervisiâ tenui, interdum tenuissima (quam *schere- bier* appellant) interdum julebis pro potu utebatur, sæpe intolerabilem sitim fellebat cum pulpa tama- rindorum, vel masticando frustum pomi citri saccharo immersum, vel linguæ imponendo fo- lium tempervivi majoris, detracta exteriori pellicu- la, in aqua maceratum. *Idem ibidem.*

Febris Maligna.

Gertruda Coets juvenula circiter 24. annorum, eadem maligna febre correpta fuit. 8. Septem- bris vesperi (qui erat morbi die quartus) ad il- lam vocatus, inveni agram adè debilem, ut vix loqui posset, singulis momentis animo lin- quebatur, ob malignos vapores cor obruentes. Pulvis erat omninò parvus, creber, & inæqualis, calor tamen non admodum intensus, cum mate- ria morbificâ malignitate magis quam calore infes- taret. Statim hoc sudoriferum exhibui.

℞. Lapidis bezoar. orient. s. diascordii Fra- cast. muhridatii Damoc. confect. de hyacintho, scrup. i. aquæ cardui ben. unc. i. misceantur pro haustu. Quamvis ob debilitatem non diu sudaret, tamen hinc valde levata fuit. Ad sitim hunc ju- lebum præscripsi.

℞. Aquæ cardui bened. melissæ, acetosæ, sca- biozæ, ana lib. s. cinnamomi unc. i. succi citri re- center expressi unc. i. s. syrupi de limonibus, vio- lacei, ana unc. i. s. olei sulphuris q. s. misce, fiat juleb. 6. Septembris manè alvus suppositorio citata est: post duas abinde horas è vena mediana dex- tri brachii, sanguinis lib. s. extraximus, qui valde cor- ruptus, mucilaginosus, è pallido virefcens erat, cum sero viridi, parum boni sanguinis in fundo conti- nens. Non obstante magna virium debilitate, for- titer tulit venæsectionem, indeque magnum le- vamen sentit. Hujus conditi subinde particulam comedit.

℞. Pulv. liberantis drach. i. salis prunellæ serup. i. rob. ribesiorum rubr. pulpæ tamarindorum, conservæ rosarum, ana unc. s. confect. de hyacin- tho drach. i. s. syrupi de limonibus q. s. misce, fiat conditum. Postridie in iisdem continuatum est. Cervisiâ tenuem olei vitrioli paucis guttis acore levi donatam pro potu ordinario bibit. 11. Septembris ultimum sudoriferum rursus sumpsit, indeque levamen aliquod sentit. 12. Sept. fe- bris, anxietas & debilitas rursus augeri videban- tur, quapropter è brachio sinistro extraximus unc. vi. qui corruptus erat ut prior. Ab hac venæsectione magnum levamen successit. Libenter apozema- ta & alia quædam medicamenta præscripsissim, sed quis per se delicatula erat, & jam à morbo val- de nauseabunda, ferè nihil assumere potuit. 13. Septembris rhabarbari pulverisati drach. i. cum cremoris tartari drach. s. cervisiæ tenui immiscui- mus, atque ita non sine molestia exhibuimus, undè ter alvum exoneravit. Postridie paulò me- liùs habuit, & antedicto condito usa est, febris valde exilis evasit. 18. Septembris in somnam re- cidit debilitatem. Tunc hanc maxime in coch- leari exhibui, à qua aliquantum levari videba- tur:

℞. Lapi-

℞. Lapidis bezoar orient. scrup. s. confect. de hyacintho scrup. i. aquæ cinnamomi drach. i. cardui drach. ii. misceantur. 19. Septembris, iterum è brachio dextro sanguinis unc. v. extractæ sunt: qua venæsectione febris admodum mitigata fuit. Illa & sequenti die continuatum est in usu conditi & julebi. Hoc tempore etiam in consilium advocatus fuit D. Gisbertus Coets, vir doctissimus & Arnhemii Medicus primarius, qui inter cætera tanquam expertum & convenientissimum remedium commendavit suam aquam theriacalem, quam Carbunculi aquam nominabat, & instar magni secreti celebrabat. Hujus aquæ illius consilio bis terve de die offerebatur ægræ cochleare unum. 21. Septembris, febre rursus ingravescente, hoc antidotum dedi:

℞. Salis absinthii, confectiois de hyacintho, ana scrup. i. lapidis bezoar. orient. xii. aquæ carbunculi, cardui, ana unc. s. misceantur. Idem illud 22. & 23. Septemb. manè & vesperi reiteratum fuit. Septemb. immisso suppositoio, vix semel alvum deiecit. Vesperi hoc sumpsit:

℞. Lapidis bezoar orient. gr. xii. margaritarum præparat. scrup. i. aquæ carbunculi unc. i. misceantur, & dentur è cochleari. Sequenti die è massæ pilularum Ruffi gr. xii. duas pilulas deglutivit, à quibus circa vesperam bis deiecit: quæ pilulæ 18. Septembris reiteratæ sunt, ut & 2. Octobris. Intermedio autem tempore continuatum fuit in usu conditi, julebi, & aquæ carbunculi, & tenui victu ex jusculis nutrebat ægra. Atque his tandem integræ sanitati restituta fuit *Idem ibidem.*

Usus lactis in Putridis.

Civis Nicolausburgensis sexagenarius, cum ultra annum febre quartana intermittente simplici pressus esset, multisque remediis incassum adhibitis, febre tamen permanente, sensim deperditæ ciborum appetentia, ad Tabem properare visus est. Diffidens de salute patiens, me una cum Excell. Dn. Georgio Francisco Goll, Physico civitati Nicolausburg. in consilium vocat. Inter alia dum de prognostico discurreremus, appetitum deperditum in hac febre, præsertim ætate hac declinante, pro malo signo ediximus, testante id ipsum Wolfgang. Hoesero in suo Hercul. l. VI. f. m. 258. quod & alii plures observarunt. Orta quæstio, an in hac febre Lac tunc propinari possit? contrarium tenente prænominate Dn. D. Goll, allegavit Hipp. sect. 5. §. 65. Lac dare caput dolentibus malum, malum verò & febriçtantibus &c. Sed alius mihi hunc Aphorismum speculanti, in quibusdam febribus putridis Lac exhiberi posse statui, præsertim in ægro nostro ad tabem disposito: & in quo præter febrem nil aderat quod Lac impediret. Ac proinde pensitandis omni die, qua Patiens à febrili paroxysmo immunis esset, Lac caprinum methodicè exhibuimus, eo quidem effectu, ubi per aliquot tempus continuasset, notabiliter incrassari, resciri, & viribus restitui coepit, redeunte appetitu, & paulò post medicamentis anti-febrilibus sumtis, febris desinit.

Hic nonnemo de audacia in Lacte exhibitio hæsitabit, sed ubi quis Aphorismi prædicti sequentem translationem antiquam diligentius pensitaverit, aliter procul dubiò concludet, quæ sic se habet: Lac dare caput dolentibus, malum; malum verò febriçtantibus, & in quibuscumque hypochondria suspensa rugiunt, & sit iculosis: malum verò quibus felleus secessus, & in acutis febribus, & in quibus sanguinis egestio multa facta est. Con-

venit verò Phthificis non valde febrientibus: dare verò & in febribus longis nullo prædictorum signorum præsentæ, & extra rationem tabefactis.

Supponit ergo phthificos febriçtare non nisi febre hæctica, ergo per febres longas febres quasdam putridas intellexit, sed cum nec in omnibus febribus putridis tunc Lac conveniat, duas addidit conditiones requisitas: 1. ut cum ejusmodi putridis non jungantur capitis dolor, neque sitis &c. 2. ut febribus similibus laborantes, toti quasi consumti conspiciantur.

Ad hunc modum cum se haberet Patiens noster, ceu ad Sacram Anchoram, confugimus; consulente & ipso Rhase 13. contin. cap. de Lact. qui caprinum Lac in Phthisi & febribus antiquis proponit. Neque credibile est, ipsum per febrem antiquam, Hæcticam intellexisse, ceu quæ sub phthisi comprehensa esset, omnis enim phthificus perfectus, Hæcticus. Consentunt nobiscum Theodorus Gaza & Hieron. Accorombius Eugubius tractat. de Lacte, qui tres similes Historias febrium Putridarum, per Lac curatarum, recenset. *Joh. Ferdinandi Hertodii.*

De stercore Snilli vi Antifebrili.

Non jactet amplius Gannaperidem suam Peruviana regio, quæ febribus tertianis, quartanis & aliis cum frigore invadentibus antidoto existit; habet & Europæus Orbis remedia ubivis obvia, quæ si non excellentiora, saltem in effectu non mitiora & paria observantur. Non tibi memorabo hic Carduum Benedictum, cujus succum ad cochleare unum semis assumtum febres tum tertianas, tum quartanas petere experientia docet, quod idem præstat infusum ejusdem herbæ in spiritu vini Rhenani. Referam jam, quomodo Nobili cuidam Westphalo Tremonia febris curata sit. Hæc per sex menses febre tertiana intermittente laborabat; remedia à Medicis præscripta nihil proficiebant: consultit ergo Monachum quendam Dominicanum, qui in Curatione febrium multum præstabat. Hic veniens dari sibi perit libram semis spiritus vini Rhenani, in eoque infundit stercore suillum, quod in pera atulerat, digerit per horam, inde colat per linteum cum expressione forti. Colatum hoc Nobili una vice assumendum propinat, qui inde in sudorem lapsus egregiè sudat. Hinc abijt febris. Factum postmodum experimentum in aliis nunquam fessellit, alii qui tamen post mensem ab assumpto remedio recidivam passi. *D. Alardi Hermanni Cummeni.*

Pulveris corticis China-China usui contra febrim quartanam in Dania probatus.

Ante aliquot annos coepit autoritas pulveris hujus febrifugi in pretio esse, quem non diu post singulari opusculo ventilavit celeberrimus Jacobus Chiffletius, quo gratiam ejus potius improbavit, quam laudavit. Deinde defensionem ejus suscepit R. P. Honoratus Fabri (sic licet nomine Antimi Conygyi adscripto opusculo Romæ edito Anno 1655.) atque tam propria experientia quam multorum observatione utilitatem ejus commendavit. Celeberrimus vir Willisius postea, multis experimentis edoctus, statuit libro de Febribus, eximias esse hujus pulveris in febre Quartana debellanda; id quod & nobilissimus Rob. Boyle testatur in diversis editis à se scriptis. Quare neque nos decuit

decurt usum ejus in terris hisce Septentrionalibus salutarem fuisse silentio prætermittere, ut optimis rebus honos imprimis habeatur, neque in medicamentorum cognitione confessa cum ancipitibus & obscuris confundamus. Anno 1679. Epidemica in hisce oris sævit febris quartana, pluresque omnis conditionis mortales infestavit, magis tamen extra Civitatem Hauniam quam in ipsa urbe. Æstas præcesserat calidissima sine pluviiis fere tota transacta, quæ videbatur non minima causa fuisse hujus febris. Me quoque autumnino invaserat ægritudo. Rediens quippe Hauniam mense Octobri, postquam in prædio meo Lindholm rusticatus animi relaxandi gratia essem, sentii die 25. ejusdem mensis rigorem toto corpore, quem paulo post insecutus est modicus calor, qui tum non admodum gravis erat. Sed insequens post diem tertium accessio majores vires attulit, atque hoc suo typo quartanam prodidit. Nam hac vice notabantur pleræque febres quartanæ non tam rigore quam calore infestæ. Præmissis ergo universalibus medicamentis, purgantibus & sudoriferis, cum in tertiam hebdomadem durasset febris, viresque admodum debiles reddidisset, cepi cogitare de pulvere febrifugo ex cortice China China, cujus usus nondum hic admodum celebris erat. Cognoveram tamen olim valde eum conducere huic morbo, eo tempore cum Romæ olim innotescere ejus virtus cœperat, unde etiam aliquot doses mecum domum attuleram, quæ jam consumptæ & amicis impensæ erant. Assumpsi igitur incipiente paroxysmo pulveris istius ℥i. infusi aliquot horis ante in vino albo Gallico; quo facto, paroxysmus solitas vires exercuit, licet mitius, sed sequens paroxysmus plane intermisit.

Quare cum non nescius essem præcipuam ejus pulveris noxam esse, in eo quod paroxysmum quidem tollat, sed quin per aliquot dies redeat prohibere non possit, & sæpe tum in duplicem quartanam transeat, in memoriam mihi revocavi antiquum axioma politicum posse quoque in Medicina locum habere, melius esse prævenire quam præveniri: sæpius pulveris hujus eandem dosin repetere volui ineunte paroxysmo, ut si qua pulveris virtus esset in expellenda febre, eadem quoque in ea præcavenda valeret. Neque eventus sefellit. Nam cum multis vicibus iterassem hanc medelam, non redit unquam febris, & Dei gratia liber evasi, neque graviora symptomata perpessus sum, quam quibus sæpius antehac per intervalla eo anni tempore, meo temperamento maxime infesto, solitus eram, nempe flatibus hypochondriacis, capitis dolore & similibus, quæ solent Scorbuto attribui: Meo exemplo multi edocti pulveris hujus usum tentarunt, omnes serè prospero eventu, nisi vel ipsi nimiam intemperantiam fallerent spem medicamenti, vel non rite usi essent præscriptis. Domestico quoque meo præcepi eandem medicinam, sed quia robustiori corpori majorem suavi dosin, nam drachmarum duarum pondus fuit pulveris. Neque frustraneum erat consilium, nam desit similiter paroxysmus, quamvis non ipsa febris, quæ, quia neglexerat sæpius idem repetere medicamen, sicuti suaseram, rediit aliquo tempore interjecto, duplici paroxysmo infesta, sed ejusdem pulveris usu mox liberatus ab utraque est, & iterum iterumque rediens eodem modo desit. Adeo ut verissimum esse deprehenderim quicquid laudati autores de hoc pulvere bono publico divulgaverunt, neque in hisce terris minorem esse

ejus nobilitatem, quam in Meridionalibus. Est sententia Hippocratis, illa quæ reliquantur in morbis recidivas parere; & recidivas deinde majoris mali periculum asserere, notum est. Non video tamen cur ab hoc pulvere abhorreant multi, quia ejus usus semel probatus recidivas præcavere non possit, cum aliquoties iteratus facile id præstet. Id quod convenit omnibus serè aliis remediis, quæ non nisi sæpius usurpata profunt. Neque ideo proscribendum ejus usum existimaverim, quod paroxysmum absque ulla evacuatione evidenti tollat: primo quia necesse est corpus rite esse præparatum, deinde, quia oportet ægrum nihil omittere eorum quæ methodus medendi præscribit. Multa quoque medicamina essent rejicienda ex hoc fundamento, quod operentur sine evacuatione vel ratione sensibili. Quæ cum ita sint, amplectimur grata mente Divinum hoc beneficium, & efficacissimum hoc medicamentum, quod præsentaneo remedio tollit paroxysmum & morbum, cæteris paribus; quæ utilitas raro ab aliis speratur; adeoque auxilium hujus, quo contra quartanas pollet, hic commemorari debuit, præsertim in tanta inopia præsentaneorum medicaminum. *Erasmus Bartholini.*

De curatione Febris magicæ, seu per Transplantationem.

Honestæ matrona Juvencula Anna Palivra, viri, dum viveret, integerrimi, Joannis Rechenbergeri, civis & Mercatoris Thorunensis conjux, Anno 1661. Mense Maio, febre Tertiana simplici correpta, eaque] variis remediis à nobis s. a. frustra adhibitis [usque in Junium protractâ, moræ impatiens, suavis cujusdam mulierculæ incisi nobis sequenti remedio usæ est: Subsecavit scilicet manuum pedumque ungues (ad modum fermè à Johann. Schrodero in Pharmacopœia Med. Chym. lib. 5. class. 1. cap. 23. propositum) eosque in linteolo colligatos caudæ tincæ piscis alligare jussit, posteaque halitum ori ipsius ter insufflavit, atque sic piscis cum additione verborum quorundam à vetula illa Vistulæ fluvio urbem præterfluente immisus est. Mirum sanè dictu, quod à remedio hoc nullus amplius Paroxysmus febrilis ægram invaserit; Sed illa volens vitare Charybdin, in Scyllam verè incidit misera, in locum enim febris dolor Colicus atrocissimus successit, qui tantò molestior fuit, quod sine intermissione duraverit, & vix selectissimis remediis post multos dies cesserit: ita ut ægra præ illo dolore pristinam febrem aliquoties sibi optaverit. Cujus quidem curationis rationem hucusque nullam invenire potui. Sed talium serè curationum, seu transplantationis morborum exempla, demonstrationes & rationes curiosus Lector inveniet apud Robertum Flud. alias à Flustibus, in Philosoph. Moysaica Sect. 2. lib. 3. membr. 1. cap. 3. 4. & 7. Similes etiam curationes reperiuntur in Opusculis Germanicis, Chymico-Magico-Medicis Johannis Pharamundi Rhumelii: in Cura Magnetica Herniar. cap. 5. Cura Podagrica Magica cap. 6. in Medic. melit. cap. 4. item cap. 11. 12. 13. 15. 16. 18. 19. 20. 21. Vide etiam Phil. Theophr. Paracels. Oper. Germ. Part. 4. p. 227. & alibi. Item Thom. Bartholin. Hist. Anat. & Med. rar. Cent. 3. Obs. 66. & Cent. 6. Hist. 53. Hic mihi in memoriam venit vidua Novo Oppidana Thorunensis Benigna Reichis, quæ cum sæpissime, dum viveret, ab Ictero delectaretur, ex diuturno usu Medicamentorum eorundem pertæsa, tandem urinam propriam ipso die, quo emissæ est, acervo superfundendam curavit, & hoc modo, morbum transplantando,

do, ab eo liberata est: quod quidam remedium ei tantum dicis causa proposui, sed illa experientia propria veritatem ejus confirmare voluit. Qua ratione purgatio per transplantationem iustici debet, proponit ejus aliquot exempla Johannes Tilemanus in Appendice de materia Medica ad Aphor. Hippocr. Therapeut. p. m. 250. Addo hisce, quæ verissimè observavi in Moniali quadam, scilicet Constantia Sibylla à Ludingshausen wolffia, Monasterii Culmenis Ordinis S. Benedicti Priorissa, habente catellum nigrum, cum ipsa in eodem lecto cubantem, qui, quoties illa agrotat, tories ille male habet, nihil comedit neque bibit, sed vomitus patitur, tam diu donec illa se melius habere percipit. Quibus adnectenda sunt notatu digna verba Excellentissimi Bartholini loco ultimo citato sequentia: Ego duarum causarum hic concursum desidero. Attrahentis animalis calorem, & morbosi corporis effluvia, nisi tertiam addere placuerit, oculam animalium potentiam, quæ individuorum varietate est diversa, sæpius tamen illis animalibus inest, quæ quotidianâ consuetudine & ciborum similitudine hominibus sociantur. *D. Simonis Schultzeij.*

De singulari & rara Febris continua curatione.

Quidam Nobilis multorum adstantium titillanti admiratione, ipsius etiam Illustrissimi ac Excellentissimi Domini, recensuit, quod febre continua laborans, tribus diebus ita viribus exhaustus sit, ut vitæ simul cum anima exhalationem timeret, nesciebat ipse præfenti aliquo remedio comitantem inextinguibilem sitim compescere, ardoremque febris mitigare: Erat etenim in castris, ubi ordinaria quies & cura deficiebant: Sibi itaque procravie remedium. Jussi bonam quantitatem favi mellis virginici adferri, & sex stillos aquæ invicem mixta uno haustu (utor verbis propriis ipsius Generosi Domini) absque intermissione ebibi, dormivi, maxime sudavi & convalui. *Andrea Cnoffeli.*

Febris continua, qua solum latus sinistrum incallescibat, frigido dextro.

Mirari subit valorum *val'ior* consensum in variis morborum generibus illorumque curationibus conspicuum. Non ita pridem uxor Amici mei, Febre continuâ derenta, sinistro latere toto admodum incaluit ut manum tangentium fere combureret; frigido latere dextro, cui demum calor consuetus rediit exhibitio sudorifico. *Thom. Bartholini.*

Febris Acuta hæmoptysin sequuta.

Judex Provincialis Zelandæ, vir integerrimus, Casparus Severini Hiorn. tenero corporis habitu, præditus, hæmoptoisi frequenter infestatur quocunque acti fluxu, ære turbulento, venulas pulmonis vellicante & erodente. Mense Maio 1673. malum ingravescens plurima subsidia artis admisit, me & *D. Matthiæ Jacobæ* operas mutuos tradente, quibus etiam consilio suo *Cl. Borrichius* subvenit. Tandem post largissimos rivos cruoris profuantes, post frequentes venæsectiones, post varia Eclegmata, Tincturas varias, quibus cursus inhiberi solet, Emulsionem, juscula roborantia, & innumera alia, quibus anima purpurea sistitur, suppressum sanguinem qui adhuc in emaciato corpore superfuit, vidimus *Tom. II.*

& lætabamur. Sed cum bono successu valetudinis æger ipse ad spem novam excitatus de lecto linquendo cogitaret, dictum, factum, cum omnia salva viderentur, febris continua eum adorta est cum delirio, quæ, nihil proficientibus Alexipharmacis aut Opiatis, sensim optimum Virum consumit, ut tertio decimo die à febris invasione placide expiraret: nullo amplius cruoris vestigio comparente, sive quod sanguis esalidior universum corpus occupaverit, sive quod febrilis calor escharam induxerit vasis pulmonariis læsis & apertis, sive denique quod inflammatio pulmonum febrim accersiverit. Hippocratis Oraculum est *Coxæ. 427.* intensè febricitare in hæmoptoisi, minimè esse conducibile, idque, sicut interpretes commentantur, propter ulcus pulmonum, sanguis non fluxit, nec vehementer tussit, nec doluit; ut suspicio certa nobis nata sit febrim acutam & malignam, quæ ipsa hac tempestate passim in Provincia & Urbe grassabatur, corpus nimio sanguinis fluxu debile & prostratum invasisse per insidias, & vitæ pausam imperasse. Urina certè, malo omine, ut solet in malignis, sanorum similis apparuit. Et quamquam non paucos febres epidemicæ septimo die hoc anno jugulaverint, selectissimis tamen alexipharmacis ægrum nostrum *xiiii.* diem servatum credimus.

Tertent plerisque sanguinis sputa, sive ex liene per vomitum, sive ex pulmonibus per tussim rejecta. Neque ille metus vanus censendus, quippe morte purpurea plerumque terminandus, si sibi relicta extra mediocritatis terminos evagetur. Non is quidem per se lethalis; *Kaxov* enim dicit Hippocrates *iv. Aph. 25.* non *δυναστός*. Nam qui ex liene lienem expurgat, ægrumque splenicum sublevat, si modum fervet, & vires sint ferendo. Vidi ad mensuras plusculas evomuisse lienem per dilatata vasa cruorem obstruentem, salvo ægro & superstitite. Vidi etiam eodem affectu extrema passos. Quem pulmones per vices fundunt, onere ingenti vasa levat. *Coi* est Oraculum *iv. Aph. 47.* excreationes cruentas bonas esse, si commodè procedunt, in febrilibus nempe cum conferentia. Venæsectionis vicariæ sunt. Si menstrua vel suppressa vel imminuta suppleant. Invicem enim succedere, ex *v. Aph. 32.* dicimus Matronam optimam novi sanguinem floridum tussis rejicientem tempore menstrui fluxus, quamquam satis copiosi; quia sanguine corpus abundat. Tussi arida præfentit imminetem hæmoptoisi. Bona igitur est hæmoptoisi ad vasorum delectionem, quando vires integræ supersunt, etiamsi largior sit, *v. Aph. 3.* licet parca extra periculum magis nos ponat, si per vices effluat. Nam illustris quidam Vir senex malè habuit, quoties hæmoptoisi solennis suppressa fuit. Alius mihi notus jam per integrum annum sputa cruenta quotidie videt, à phlebotomia abhorrens. Malum, quod inde metuit, phthisis est, quam per plurimos annos vitam prorogasse observavi, magno senis solatio. In exulcerato enim pulmone sanguis effluens suppuratur. Hinc puris sputum à sanguinis sputo. Junioribus periculosior est propter sanguinis fervorem & acrimoniam, vasorumque tenacitatem: Neque enim ob motum Pulmonis citò consolidantur vasa quocunque modo patentia, & consolidata citò recrudescunt tussis, motu thoracis perpetuo & acrimonia cruoris: Hæ causæ infamem sputationem illam reddunt, & remedia in tempore postulant, ne malum per longas moras invalescat. *Thoma Bartholini.*

Febris ardens spiritu vini curata.

Quædam Virgo Buxtehudana in Ducatu Bremenſi, ardente febre laborans, petiit vinum aduſtum: accepit eo, largum fecit hauſtum; inebriata hinc in ſomnum & copioſum ſudorem lapſa, præter omnium ſpem, priſtinæ ſanitati fuit reſtituta. *Job. Ludov. Hannemanni.*

Febris continua lethalis cum variis excretionibus ſymptomaticis.

Puellus quinquennis Viri pl. Reverendi Johannis Gyzicki ad D. Mariæ Thorunii Concionatoris Polonici filiulus unicus ante ſeſquiannum febre continuâ correptus, primùm diarrhœa continua, dein vomitibus vexabatur, quibus utrinque ſubſiſtentibus, maculæ purpureæ hinc inde cum pruritu quodam erumpabant: ſed mox iis evaneſcentibus, ſudore copioſo reſolutivo moleſtabatur; quo etiam ceſſante, hæmorrhagiam narium per aliquot dies paſſus eſt: tum faucium & gingivarum putredine, cum fœtore & ulcere augebatur. Ita ſubſequebatur ex aure ſiniſtra ichor quidam ad mortem uſque fluens gravis fœtoris: tandem urina ſanguinolenta: quibus omnibus ultima rerum linea, mors, colophonem impoſuit. Cauſam tam febris continuæ, quàm concomitantium ſymptomatum magnam hæmorum putredinem non ſine ratione accuſavimus. *Simonis Schultzi.*

De Febre Pemphigode ſeu Bulloſa.

Minimè recte eos ſentire autumat Couſ, de ratione victus in acuris, qui morbos in minoribus differentes, uno eodemque nomine nuncupare, neſas eſſe ducunt. Licitum itaque erit ſequentem caſum ad febres bulloſas referre, quantumvis ampullæ non tantum fauces, ſed alias etiam corporis partes externas occuparint. Anno 1667, Auguſt. Fridericus Klimpel, quinquagenarius & in ſuburbio noſtro degens, vicino ſuo in tegenda nova domo ſupperias fert: in culmine autem conſtitutus, malignaque quadam aura percuſſus, inopinato dolorem capitis graviffimum cum calore præternaturali conjunctum perſentiſcit. Sequente mane accerſitus, audio patientem de intenſiſſimo calore capitisque dolore immaniſſimo, cum interiorum horripilatione quadam querelas agentem. Rebus ergo ſic ſtantiſus, pro more mihi conſueto ad nobiliora bezoſtica & alexipharmaca cum præcipitantibus commixta ſtatim confugiebam, & pro calore præternaturali & fermento febrili compeſcendo, Antimonium ad modum Popii, debito modo calcinatum, nec non cum ocul. cancr. præparatis commixtum, ſingulis quatuor horis in aqua ulmariz exhibebam; pro levando autem capitis dolore Oleum Sal. armoniac. Sulphureum per instrumentum Glauberi deſtillatum, cumque aqua roſarum atque verbena combinatum; ut vertici guttatim afficaretur, curabam. Circa Solis occaſum advolat Uxor ejuſdem madidis oculis, faciemque mariti mirum quantum intumuiſſe refert. Ego, cum vicium naturalium præſentiam acquiſiſſimam, eandem bono animo eſſe jubeo, & continuationem prædicti pulveris impero, addita inſimul potione pancreſta ſive Julapio ſambuci myrrhato cum ſpiritu ſal. armoniaci Sulphureo nonnihil acuto. Auguſti die 27. patientem ruruſus viſito, fauceſque ejuſdem & faciem bullis adeo deſcedatam deprehendo, ut vix cognoteſcibilis eſſet; imo ipſe etiam collum, manus, thoracem, tibiasque & alias corporis partes, quæ libero loyi fuerant expoſitæ,

bullis majusculis inſtar globulorum, quibus pueri ludunt, conteſtas monſtrabat, ut ne hilum ganuinæ & naturalis cutis dignoſcere poſſem. Calor vero p. n. nonnihil remiſerat, reliquaque Symptomata non adeo urgentia erant, ideoque à prædictis duobus medicaminibus non deſtiti, & ſic intra octiduum hiſce ſolis patientem, Deo benedicente, priſtino vigore reſtitui. *D. Chriſtophori Seligeri.*

De Febre Singultuoſa.

Febre ſingultuoſa continua ante plures annos robuſtum virum, ſere ſeptuagenarium, Johannem Krieger, ruſticum in Furchke, pago Thorunenſi, *Schleſiſchen Hantz* (quoniam à Sileſia oriundus erat) appellatum, affectum recorder: cui levis purgatio bis inſtituta, & poſtea tam Elix. Propr. Parac. cum eſſentia abſinthii, quàm inunctiones externæ circa ventriculi regionem cum oleo abſinthii & maſſichino multum profuerunt, tandem & vinum abſinthites; qui poſtea per aliquot annos vixit, & peſte interiit. Vide ſimiles caſus apud Hier. Cardanum in libello de Curat. & Prædiſtion. admirand. n. 21. & Læſ. à Fonte Conſil. 58. fol. 170. Item apud Greg. Horſtium *Obſerv. Medic. ſing.* lib. 4. prior. lib. 1. *Obſerv.* 22. p. m. 40. Præter hæc inveniet benevolus lector apud Joh. Petr. Lotichium ſingularem caſum lib. 1. *Obſ. Med. cap. 7. Obſ. 1.* de febre Lyria lethali maligna cum ſingultu. *D. Simonis Schultzi.*

Æſtus Febrilis inuſitata vis.

Fœmina quædam urbis Aurelienſis gravis, febris acuta & inflammatione circa umbilicum ſubitò correpta, opinione citius & *αλόγως* liberata fuit: æſtum vero febrilem in fœtum tranſiſſe eventus docuit, mortuus enim ex utero extractus, oſſa habuit in pulverem rubigundiſſimum redacta, tanta vis ignis febrilis fuit. *D. Matthie Jacobi.*

Hæctica in febrem ardentem ſalutariter terminata.

Studioſus quidam Juris, Dn. Ludovicus Hermannus Roder, Giella-Haſſus, Francofurti degens, febris tertiana corripitur, qua, neſcio quibus remediis, intempèſtively ſublata, ut ſæpe fieri ſolet, Hæctica ſuccedit cum appetitûs proſtratione, calore poſt paſſum, ſudoribus nocturnis & marcore inſigni, Conſulto E. Medico ordinario, varia tum ex officinis, tum domeſticis in uſum vocantur, ſed in vanum omnia. Quare deſperabundo ſere animo Patriam ſuam Giellam repetens, mihi altera ſtatim die omne negotium exponere. Periculofam hæcticam imminere dico, idque ex febris tertiana male curata. Idem & Francofurti ſibi à Medicis dictitatum eſſe regebat, deque eo, ſe peſſimè habere, ſed nullam ſanitatis ſpem mihi reliqua? inquit. Omnino reſpondebam, aſt cum periculum in mora, maturo conſilio opus eſſe, cum adhortatione, ut morigeratum ſe præberet, Deoque T. O. M. & medicinz ab ipſo de terra creatæ conſideret. Præmiſſo igitur obſequio, digeſtivi loco præmiſi Sal. Armoniac. hoc in caſu unanimi celebriorum Prædicorum conſeſſione commodiſſimum, aliis quibuſdam præcipitantibus junctum, idque ad imitationem Pulv. anti-hæctic. Febriciffimi D. D. Conerdingii, quem à Celerrimo D. D. Scheffero obrinnit olim Beatiſſimus D. D. Theckius, Magnus quondam Haſſiz Machaon, & cujus MSS. eundem curioſo Lectori lubentiſſime impero, cum omne bonum ſit communicativum ſui, eſt autem talis.

γ. Ocul.

4. Ocul. ceter. 3j. Salis Armoniaci, Nitri præpar. an. 3ß. Div. in 6. p. æ.

D. una dosis quotidie. Nitrum autem studio omisi, cum ob nimiam digestionis primæ depravationem diarrhœa quoque subinde laboraret æger, cui sal facile fomitem addidisse poterat: Remedio hoc per aliquot dies continuato, præter omnem expectationem, supervenit febris ardens continua, intensissimo calore, siti, vigiliis ac delirio, quæ omni pulveri illi mehercule infensissimo ascribentes consanguinei, mihi que paulatim diffidentes Dn. Physicum hujus loci Ordinarium accersere jubent, qui præcedentium forte nondum certior reditus, triste prorsus prognosticum tulit, non tantum coram adstantibus, sed & in officina Pharmaceutica, à pulsu sine dubio impulsus, qui prioribus morbis, jam nimium quantum debilitatus erat. Ego verò spem nequiquam abjiciendam esse duxi; sperabam enim fore, ut materia morbifica, facta è primis viis in vasa sanguifera metastasi, fermentatione ejusmodi febrili eò citius subjugetur, acque æger à molesta illa Hæctica fortè liberetur; nec decollavit spes primitivè concepta: Debellata enim febris illa audenti, omnia simul hæcticæ symptomata prorsus evanuerunt, convalescente sensim ægro, qui nunc athleticè vivit. *Michael, Bernardi Valensini.*

Hæctica cura.

Anno 1634. Patavii sub tempore verno, hæctica febre laborans, præmissa tantum potiuncula laxativa, singulis diebus jejunis mane haustum bonum lactis caprili recens emulsi, cum paucis saccharo sumsi, nec non pro potu ordinario aquam simplicem coctam & succo puro citri expresso permixtam, itemque in alimoniam jusculum caponum cum buccella panis similaginei, orizani, & hordeolum seu polentam, & præcipuè radas, limaces ac testudines, repudiata omni carne, in brevi sanitatem pristinam adeptus sum, citra aliorum medicamentorum usum. *Joh. Helwigii.*

Hæctica in lactante.

Lanionis M. uxor, quadraginta duos annos nata, cholericæ, lactans, die 17. Octobris, anni 1681. apud me conquesta est, se tota æstate viribus defecisse, inde verò à decem hebdomadibus tussim siccam pati, cum siti, citra cordis oppressionem, rursus jam à 14. diebus cibum ferè nullum appetere, passionibus hysteriis crebro affici, denique ab ostiduo ardore, rigores, desluxiones, sudores copiosos, capitis dolorem, cordis palpitationem, & maciem extremam sentire: suam infantem ab lactare, urereturque vino medicato, & balsamo, antiphthifis, præterea biberet serum lactis cum conserva rosarum, & subinde acciperet Diaphoreticum Joviale. His vices instauratæ sunt, & ægra convalescit.

Infantibus fortiter sugentibus, etiam si & mammae & lac sanum fuerit, matri optimum nutrimentum decedit, & corpus exsuccum redditur, ita ut tandem marcore tabescat, imprimis si biliosus simul adest temperies; Vires ægræ nostræ paulatim defecere, qui optimum, dulcissimum, & pinguisimum sanguinis ad alendum infantem matri detractum est, juxta annexum 8. Exercit. de Bile in Clav. Ded. pag. 105. item de Spiritib. pag. 557.

Postmodum tussis sicca invaluit, ob siccitatem pulmonum, & partium vicinarum, ardentes febres, & alias causas, videlicet optimi nutrimenti ablationem. Hæc tussis species curanda est medicamentis attemperatis, modicè refrigerantibus &

Tom. II.

humectantibus. In primis conducit hæc vaccinum & asinum, seu naturæ humanæ familiarissimum. Dein valde prodest vinum nostrum, aut serum lactis medicatum, cum balsamo antiphthifis.

Singularum ingrediencia præcipua huic proponere, & examinare lubet.

Hædera terrestris vulneraria est, siccatur, aperit, abstergit, & consolidat; asthmati medetur, & phthisi, item Coryzæ, & calculo. Odorem habet terreum, gravem, saporem subamaram, acrem, qui multum salivæ provocat, & linguam abstergit.

Hepatica nobilis saporem habet herbidum, & prope farinaceum, vix perceptibilem, odorem suavem, instar storacis. Modicè refrigerat, & adstringit, sanguinem emundat, hepatis & lienis obstructions referat, hernias curat, & phthisicis cum successu exhibetur.

Musculus pulmonarius saxatilis saporem habet aromaticum, odoriferum, gravem, glutinosum, amaricantem, pisces redolet, summum phthisicos remedium est, modicè refrigerat, siccatur, abstergit; hepatis valde prodest, & veli æ obstructionibus, item febris hæcticæ, ictero, febri, lichenibus, gonorrhœæ, febribus. Extrinsecus vulnerum hæmorrhagias sanat.

Pinguicula Gœneri saporem pinguem, butyrosam, excellentissimam est virium in phthisi, & acris humoribus demulcendis, pingues reddit homines, pectus amplificat: è plantæ hujus floribus albis & cœuleis paratur oleum per infusionem, quod balsamum nostrum antiphthifis constituit.

Tussilago saporem habet subamaram, balsamicum, costivum, æquum & aliquantulum acrum, hinc modicè refrigerat, pectori & inflammationibus prodest, tussim & phthisim curat; flores ejus mensè Martio collecti & cum passulis decocti tussim leniunt, alvum laxant, denique fluxiones falsas destillant ad pectus & asperam arteriam emendant, atque resolvunt.

Viola suaviter olat Martio collecta, tenues & acres destillationes ad pectus persuat, in phthisi sanguini bonam consistentiam largitur, & nervosum genus à convulsivis moribus tæret.

Rosæ rubræ adstringunt, modicè refrigerant, corroborant, hepaticæ sunt, & stomachicæ, præservant à phthisi.

Balsamum antiphthifis, præter pinguiolæ & violarum rosarumque oleum, recipit quoque pinguedinem caninam, & oleum hyperici.

Pinguedo hæc reliquis calidior est. Internè adhibetur vulneribus & exulcerationibus abstergendis, ac consolidandis, item in phthisi, & si cruor à casu dissolvendus est: spinæ dorsii inuncta spiritus animales ferocientes mirum in modum refrænat.

Oleum violatum usurparur ferè in Clysteribus & inflammationibus. Cæterum ardores incertos lenit, si eo spina dorsii ungetur, inordinatos motus spirituum animalium tollit, somnum concitat, tabem infantum curat, si addatur ei pinguedo canis & caponis.

Oleum rosatum nostræ compositionis, refrigerat, inflammationes tollit, tumores & œdemata penetrando solvit. Panacea est affectuum externorum, luxationem, & affluxum humorum impedit, acrimoniam mitigat, in phthisi curanda primas tenet.

Oleum Hyperici, vulnera curat, imprimis ligamentorum & nervorum, ad ambusta prodest, articulis refrigeratis succurrit, colicæ, dyentericæ, & phthisi inunctum solatio est.

At non tantum sicca tussis ægram nostram vexavit, sed etiam siccis humido exhausto à siccitate faucium, cui tamen pro lactis & rosarum rubrarum conserva subventum est.

Aaaa 2

Appa

Appetitus prostratus erat ob bilem in ventriculo collectam, quæ ibi etiam ardorem excitavit, ad quem curandum usi fuimus decocto herbarum refrigerantium & humectantium, item balneo aquæ dulcis tepido, emulsionibus, conserva violarum & rosarum.

Passiones hystericae adscribendæ sunt uteri imbecillitati, consensui matricis cum mammis. Manifestè hic observatur à Partu, cum lac ad mammas confluit, statim atque sugunt infantes: tormina exorta, quibus radice petroselinæ, cum semine anisi vel feniculi decocta succurritur. Oleum nucum vel florum cheiri in cochleari exhibitum similiter decantatum est. Ventri etiam imponuntur sacculi ex herbis uterinis. Aegræ nostræ multum profuit infantem lacte depulisse & usurpasse Diaphoreticum Joviale.

Primum enim cessavit uteri vellicatio à suctione mammarum orta; deinde alimentum matri non amplius subtractum fuit: quare ista sese reficere potuit, & recuperare vigorem pristinum.

Diaphoreticum autem Joviale, seu pulvis antiheticus Poterii, ad demulcendam acritudinem humorum, matricem & nervos irritantium, mirum quantum valet. Idem uterum corroborat, sæpe ex emaciatis quadratos & robustos homines efficit.

Calores & horrores ortum duxerunt ex intemperie calida sanguinis, febrem hecticam minante.

Defluxiones ortæ sunt à debilitate cerebri, acres eæ erant, ob falsedinem & acrimoniam sanguinis: hinc etiam capitis dolor ingravescebat, dum catarrhus tenuis & acris cerebri tunicas afflixit; cordis palpitatio iisdem humorum, anodini imputanda est. Macies in toto corpore adfuit, ob chyli & sanguinis consumptionem. *D. Joh. De Murato.*

De Febre Tertianâ, in senè, in ipsa herba suppressa.

Cum Illustrissimus & Reverendissimus Dn. Mattheus Bissram, Episcopus Argivensis, Suffraganeus Culmenis, & Parochus Thorunenlis atque p. 1. Episcopatus Culmenis Administrator, septuagenario paulo minor, anno 1672. 28. Aprilis Thorunium venisset, & de dolore ventriculi, post tempus quadragesimæ, conquereretur, usus est à consilio meo die 30. Aprilis medicamento laxativo, præmissa prius digestiva potione: à quo ille non solum per inferiora, verum etiam per superiora blandè, sed sufficienter purgatus, die 1. Maii in febrem incidit, quæ tertia die reversa est: cujus causa Reverendissimo ad ventriculum roborandum sequens remedium præscripsi.

℞. Elix. proprietatis Paracelsi ʒij. essent. absinth. ʒj. M. de qua mixtura singulis matutinis guttæ 11. 13. aut 15. cum jusculo sumantur. Sed ne paroxysmus febrilis tertia vice ipsum adoriretur, autor fui, ut hora una aut altera ante paroxysmum hoc antifebrili sæpius experto uteretur.

℞. Tartari alb. subtil. pulv. ʒi. salis absinth. lap. prunell. an. gr. 3. nuc. moich. gr. 1. M. F. Pulvis. Quo assumpto paroxysmus nunquam rediit. Verum ad obstructionem alvinam tollendam sequente enemate Illustrissimus postea usus est.

℞. Spec. decoct. emoll. carminat. an. Mij. caric. ping. num. 4. sem. lini leviter contusi ʒij. decoqu. l. s. in qu. aqu. font. colaturæ ʒix. adde elect. diacathol. ʒvi. sacch. thom. ʒx. ol. chamæm. malvæ an. ʒvi. salis gemmæ ʒb. M. F. Enema. Tandem ad reliquias per sudorem, (ad quem natura inclinabat) expellendas, pulverem hunc pro duabus vicibus ordinavi.

℞. Pulv. rub. Pann. alt. ʒij. salis cardui bon. lap. prunell. an. gr. 6. M. Et sic benedicente summo Archiatro, Illustriss. Dn. Episcopus in tum pro-vesta ætate è febris liber factus, huc usque sanus atque vegetus vivit. *D. Simonis Schulzii.*

De Febre tertiana in senè post primam & secundam recidivam profligata, post tertiam verò lethali.

Prudenter sanè Hollerius commentario super Aphor. 12. Hippoc. sect. 2. hæc verba annotavit: Post crisin, hoc est, excretionem criticam, relicta materia, tum dispositio morbosa recidivas facere consueverunt: nisi antevertamus purgatione vel alteratione. Accidit tamen aliquando, etiamsi nulla subit materia, nulla morbosa qualitas, ut fiat recidiva ob intemperantem victum ægri, quum scilicet plura sumpsit quàm conficere possit. Recidit etiam in morbum sæpe convalescens propter externas injurias. Patet hinc, Aphorismum duodecimum sectionis citatæ secundæ, qui ita sonat: quæ in morbis post crisin relinquuntur, recidivas facere consueverunt, non simpliciter, sed cum certo respectu intelligendum esse, id quod etiam præsens casus demonstrat. Cum anno Christi 1668. Illustrissimus & Reverendissimus D. Johannes Rezycki, Episcopus Chelmenis, Abbas Mogilnensis, & S. R. M. Poloniæ Thesaurarius, Ragnique Poloniæ Senator, septuagenario major, Thorunium, ut Commisarius Regius degens, 11. Augusti in febrem tertianam exquisitam incidisset, ab eaque adhuc in isto mense per medicamenta opportune eidem à nobis exhibita, fortunante Deo, scilicet purgationem lenem, venæ sectionem, & pulverem nostrum antifebrilem ab eadem liberatus esset; accidit, ut ex pravo victu, nempe fructuum horariorum, atque vini cerasitici nimio usu, die 2. Septembr. recidivam passus fuerit: qua iterum, benedicente summo Archiatro, beneficio pilularum nostrarum antifebrilium feliciter profligata, hinc sanus usque ad Abbatiam Mogilnensem, novem milliaribus Thorunio distantem, profectus sit, ibidemque usque ad anni 1669. ultimos dies mensis Aprilis satis vegetus; in ista præsertim ætate, permansit: ubi tum ex nimio usu lactis coagulati, & cremoris ejusdem, secunda vice in febrem tertianam recidit, ad quem ego die 2. Maii veniens, post secundum paroxysmum, lenè evacuant potrex, subsequuto autem tertio paroxysmo venam dextri brachii medianam incidere jussi, tum ventriculo corroborantibus prospiciens, febrem denuo, Deo propitio, abegi. Sed cum ille ex lacticiis, quibus admodum delectabatur, accedente ira, tertia vice in fine Junii, recidivam incurrisset, tertia Julii, viribus prostratis, vitam cum morte commutavit, ad quem ego 4. Julii ejusdem Mensis vocatus accedens, cadaver, cum permissione domesticorum aperire jussi, in quo omnia secundum naturam inventa fuere, præter peritonæum & mesenterium atque pancreas, quæ singula nonnihil corrupta & saniosa deprehendebantur; hepar etiam durius quàm secundum naturam esse consuevit, erat. Apparet inde, quàm vera fuerit hoc in casu Clarissimi Hollerii superius citata annotatio. De recidivæ febris cognitione videlicet Zaccurum Lusitanum de PP. M. lib. 4. hist. 21. *D. Simonis Schulzii.*

Febris tertiana pura intermittens, per emissionem vermis, supra juncturam scapulae & claviculae, remittens.

Vermes diversorum generum diversis in febribus evacuatos legimus. Horst. sect. 18. Epist. Med. pag. 498. Vermis in quartana, & alterius striati in febre tertiana nota meminit. Sic lumbricus latus in febre putrida evacuatus fuit, ut idem d. l. p. 500. notavit. Anno 1597. priusquam lues Servestam infellare inciperet, febres grassabantur malignae epidemicae, in adultis quidem plerumque cum petechiis; in junioribus autem cum vermibus, qui & ipso postmodum pestis tempore, à multis pueris per os & intestina rejiciebantur. Salmuth. Cent. 3. Obs. pag. 137. Vermes è capitibus febris Ungarica mortuis proruperunt. Conradin. c. 11. de febrib. malignis. Vobcher. Coiter in append. Obs. Chir. & Anatom. In Matrone cujusdam pestilenti hæmitritæo extinctæ capite aperto, vermiculi cum cinicum copia reperti sunt. Cornel. Gem. in append. Oper. Cosmoerit. Juvenis quidam in febre acuta duos tresve vermes ad formam granorum pini rejecit. Valesc. de Taranta lib. 4. cap. 30. in febre quadam maligna vermes excretos vidit Forest. lib. 6. Observat. Med. 4. & 5. Zacut. Lusitan. lib. 2. Prax. admir. Observat. 42. & lib. 4. Med. Princ. hist. 46. quæst. 42. in peste favissima, quæ totam Lusitaniam, & in ea Olyssiponem depopulata, principio morbi omnibus vermium rotundorum nigrorum copiam per nares emanasse observavit. Sic anno 1664. 5. die Mensis Junii St. N. Juvenis quidam Barbenni in valle Telina, 18. annorum, temperamenti sanguinei, quarto paroxysmo febris tertianæ exquisitæ sudoriferum aliquod fortes operationes edens à me accepit. Finito largiter effluente sudore, dolore aliquem in sinistro latere supra articulationem capitis, humeri & claviculae percepit, ab insulibus febrilibus liber evadens, hinc ad scapularum motus tumorem excitavit inflammatorium, qui in principio materiam subtilem transudare permittebat, postea de die in diem crescens, præterlapsis quindecim diebus ad magnitudinem nucis pistaciæ attollebatur. Rupto hoc tumore quidam vermis paulisper prominebat, qui ligatus subtili vinulo extractusque, nigrum depressumque caput habebat, valde in cute hærens, in utroque latere quatuor pedes nigros ventrem versus decrecentes, reliquum corporis figuram parvæ vesiculæ cineritii coloris repræsentabat, quæ leviter compressa exstillabat primo liquorem ichorosum, deinde subsequente sanguine nigro & impuro. Vermes pro vera februm causa, & præsertim malignarum agnoscit Athanasius Kircherus in Scrutinio pestis c. 8. sect. 1. ut & in arte magna lucis & umbræ lib. 10. part. 2. pragmat. 2. non solum in variis rebus, sed etiam in sanguine febrilium vermes per microscopium observavit. Eiusdem sententiæ sunt Christian. Langius in Præfat. Scrutin. pestis, & in disputat. de Morbillis; Augustus Hauptmannus, alique: Vermes in sanguine quoque observavit Boréll. Obs. Med. Phys. cap. 3. observ. 4. p. 198. ut & in venis Rhod. Observ. Cent. 3. p. 180. Sic Marchioni de Beveren, cum anno 1658. Lutetiæ, duobus diebus ante obitum vena secaretur, vermem ex illa spirantem longitudinis extraxerunt. *Frankfurtische Herbst-Relation selbigen Jahres p. 95.* Hinc vermium diversa genera generari posse, nemini impossibile videri debet, præsertim si

Tom. II.

consideret diversas plantas diversaque animalia, quibus ad sustentationem vitæ homo vescitur. Ex illis vero certos vermes generari quotidiana experientia, & Sennert. de Consens. & Diss. ut & in suis Hypomnematis Physicis hinc inde satis abunde monstrant. Semen igitur illorum si ve analogum quid feminis, si cum ante dictis in ventriculo fermentatione & concoctione, sequestretur, per venas lacteas asellii sanguini communicatur, & vel in ipsa sanguinis massa, vel etiam per circulationem ad alias partes detrusum, & sui juris factum, iterum sese exserit, suaque pro natura vermem iterum generat, qui varia vel in aliis partibus, quod pervenit, syptomata & affectus producere aptus natus est. An vero omnes febres à vermibus excitentur? & an in nostro hoc casu febris à verme isto ad scapulas detruso originem duxerit? Sive an propter evacuationem copiosi sudoris illa cessaverit, & semen illius vermis ipse minimus adhuc, cum materia sudoris per ascendens ad prædictum locum pervenerit, ibique hærens à copiosis humiditatibus separatus ob nutrimentum assumptum grandior factus, cutem eroserit? judicium meum suspendam, aliisque eruditis judicandum relinquam. *Gasp. Theophili Bieri ni.*

Febris Tertiana, cura neglecta, invexit symptomata.

Vir quadragenarius, habitus corporis strigiosior, laboribus duris assuetus, autumno anni 1679. Febre tertiana, hic tum endemia, quæ diu fuerat infestata, sine medicamentis tamen liberatus, appetitum accusabat prostratum, obstructions alvi diuturnas, continuos ructus; nauseam, & propensionem ad vomitum, sudorem copiosissimum lætidissimum, præterea in abdomine per vices dolorem sensit rodentem & maxime mordacem, qui quoties repetebat, toties simul stuporem brachii sinistri induxit; urinæ, cum emittebantur, erant profunda rubedine tinctæ, mox turbidæ, crassæ, cum sedimento copioso, limoso; Conjiiciens ergo ex symptomatum relatione, materiam febrilem in corpore detentam has dare turbas, & cruditates stomachi, hinc naturæ subvenire pulvere emetico purgante constitui. Nil hic per inferiora evacuebat, solus vomitus ter securus, duos in lucem protulit vermes, alterum longitudine manus integre, dimidiæ alterum. Propinatis hinc anthelminticis, infusioneque clysterum è lacte repetita, & purganti quodam alvo referata nihil amplius in putredinosa colluvie verminosum apparuit, æger autem perfecte convaleuit.

Fœmina rustica consistentis ætatis, prægnans, eodem tempore febre eadem epidemia corripiebatur, suavesque aliorum, ne fœtui scilicet noceret, usum medicamentorum negligebat, omnia naturæ, & proprii corporis robori committens, unde post in tumores pedum œdematosos incidit. Tribus ante partus legitimi terminum septimanis, cum maxime torqueretur circa præcordia, obstetricem quandam consulit urbanam, quæ ipsi pulverem polychrestum nostratæ ex præcipitantibus, bezoardicis, & diaphoreticis mixtum propinavit. Hinc post excitata per dimidiam horam symptomata, velut allumatæ fœtum enititur mortuum, cum profusione, loco lochiorum, aquositate copiosissima; non tamen omnis, abdomen enim statione exinde majori aliquo tumore aquoso intereunte obsidebatur, qualis à combustionem oriri solet, minoribus hinc inde illum cingentibus tumoribus serosis, quasi insulis, quorum pars, uti

Aaaa 3

&

& pedes tumidi, sponte sua erosi lympham effuderunt ærem. Sudore aliquoties usa myrrhatorum cum sal. volat. mixtorum concitato hæc symptomata omnia evanuerunt. *Job. Burgi.*

De singulari tertiana remedio.

Cum præterito Mense Martio anni hujus 1672. Tertiana infestaret Patrem Cantorem familiæ S. Dominici, virum obesum, qui diætæ leges tempore illo quadragesimali non ita strictè observarat, curæ illius me præfecit Adm. Rev. Pater Prior. Accessi, atque ubi eum nimio calore ac siti conflictari deprehendi, pro istius levamine julepum convenientem præscripsi, atque ut postredie pharmaco cacochymiam excubet suasi. Qua intentione cum postera die mane adessem, ille se medicamentum propter certissima quædam negotia assumere non posse retulit, atque usum ejus post sequentem demùm paroxysmum distulit. Interea verò dum istum instante nocte futurum coram Monasterii mercenario quodam conquereretur, hic paroxysmum omnino non rediturum sanctè asseveravit, modò ager cubitum iturus singulis digitorum utriusque pedis interstitiis lardi muriatici frustulum, digitorum longitudinem & latitudinem æquans, imponderet, & pedes linteos, ne lardum excidere possit, obvolveret, atque sic ad somnum se componeret. Monachus sanitatis avidus monita ista quàm diligentissime persequitur, & quidem non sine insigni eolumento, Morbus namque ira omnino est sublatus, ut ab eo tempore nec ulios febiles insulcus, nec horum reliquias vel minimas sentiat, jamque dum ista scribo, saluus vivat ac incolumis. Quæstio hic oritur physica, qua ratione medicamentum hoc à febre liberavit ægrum. Ego quidem, nisi id tribuatur nimis ægri confidentiæ, certam salutem ex applicatione hujus remedii sibi pollicentis, non tam lardo, quàm sali, vi penetrandi putredinique potenter resistendi prædico, hunc effectum adscriberem, sed ista jam oculatoribus expedienda committo.

Hactenus supra allegata, 26. April. præscripta Littera: At consequentia curam adeo præsentantem, ex alia ejusdem Excell. Medici Epistola die 28. Junii exarata, verba mox subjiciendis B. Lectori haud invidendum est.

Pater Cantor Ordinis S. Dominici, visus quidem est ab eo tempore sanus esse, atque ob omni morbo immunis; Ast die 10. Junii hujus anni 1672. circa meridiem, eum à civitate in Cœnobium redeuntem repente invasit Hemiplegia sinistri lateris. Et licet maximam adhibuerim curam, minime tamen prohibere potui, quominus septimo post die, eluso omni opere, ad plures abierit. Utrum Empiriæ illi curæ adscribendus sit repentinus hic casus, non auctim absolute affirmare &c. *D. Georgii Segeri.*

De singulari Tertiana remedio supra memorato.

De cura illa Tertianæ, beneficio Lardi muriatici, aliud referam exemplum. Alutarii nostratis uxor, annum ægens quadragesimum quintum, ex inordinata diætâ corripitur sub finem mensis Maii anni hujus 1672. Febre tertiana. Varia post venæsectionem adhibet medicamenta empirica, sed cuncta irritò successu. Accidit verò ut ille Pater Cantor Dominicanus, cujus mentionem feceram in nuperi observatione (vid. obs. 100.) die 2. Junii alutam empturus, illius intraverit ædes. Is è vultu eam ægrotare, consiciens, atque quòd tertiana laboret percipiens, ut ad exemplum suum lardum muriaticum

pedum digitis applicet, facile persusit. Sed tantum abest, ut febris remiserit, ut potius majori violentiâ invaserit ægram. Unde die quarto Junii maritus me accessit, atque ut uxori opem ferrem sedulo rogavit, simul tamen quid antea tum sit reticuit. Proposui pharmacum, à quo aliquoties atque cum *Loesia* dejecit; unde optima spe freti, valetudinem brevi pollicebamur. Sed ecce nil adversi nobis cogitantibus, quæ hætenus simplex erat, in duplicem mox mutata tertiana adeo acerbè imposterum affligit ægram, ut non obstante diligenti medicamentorum usu omnia in deterius ruerent, ipsamque mortem in propinquo esse indicarent. Mirabar hanc inopinatam mutationem atque maritum me inficio succum è gammaro vivo expressam in vino thenano uxori propinasse suspicabar. Hoc namque remedium sibi à Nobili commendatum fuisse, ante dictam mutationem retulerat ille, cujus tamen usum tum dissuavi. Maritus tandem in angustiis versans, se non quidem succum illum uxori propinasse, lardum verò muriaticum pedibus ad Monachi persuasionem applicasse falsus est. Ego his cognitis, relicta febre, ad acrioris salis in ægra redundantis ferociam coercendam me accinxi, nec sine successu, postquam enim salis C. C. volat. ʒβ. cum salis Card. bened. gr. 6. & salis Absinth. gr. ʒ. prius vice, idque hora una ante paroxysmum exhibui, iste non tantum ad bihorium tardius, sed & multo minus invasit ægram. Unde huic medicamento insistentes, atque ubi illud propter ingratum suam saporem nauseam excitare cœpit, cum paulillo medullæ panis in pilulas id transformantes, ægram benedicente Deo ab orti faucibus feliciter reduximus. *Ex eodem.*

De curatione Tertiana per lagenas.

Illustris apud nos femina, ab annis aliquot phrenetica, & jam ante meum ex Italia reditum, à peritissimis Medicis, post varia incassum tentata, relicta prognostico, corripitur superiori anno tertiana exquisita; advocor, præscribo, quæ in rem videntur, rogo assumat. Illa pertinaciter reluctari: nihil pharmacorum admittere, oblatum etiam eum fremitu respuere cœpit. Interea grassatur malum, & octavo jam paroxysmo invalescit, singulis accessibus ferocius. Assisto paulum ante paroxysmum novum; & cum ore refutaret ingesta omnia, jubeo lagenis aqua calente ferventibus ægram hinc inde circumdari, ut vel invita ad sudorem componatur. Illa contra, emoveri lagenas jubet, & nisi tollerentur, ad convicia se præparare. Nil ego clamore, nil indignatione ægræ commotus, jubeo ancillas peragere mandata, & vel invitam cogere ad sudandum, memor illius Hippocratis Epidem. 2. Curandum, ut in pallefcentibus Excandescencia oriatur. Quod si (inquebam mihi) excandescencia sive *Exodus* occuranda, ut sanguis diffundatur per habitum corporis, & pallorem exturbet; exturbabit etiam fortassis febrim, solvetque intestinas obstructions, mali præsentis fomenta. Nec fessellit rugurium, cessavit febris è vestigio, & illa licet magnopere ferociente, quievit, nec unquam postea reversa est. *D. Olai Borrichii.*

De Febris tertianæ admiranda, aquâ frigidâ curatione.

Balthasar Helwich, Civis Pofnaniensis, reliquorum civium ora eschinis medentum Observationes admiratione replevit, & certè febris ludibrium

dibitiam in scenam produxit. Hic tertiana intermittente laborans, post frigus sensit calorem præternaturalem ad usque delirium. Omnium adstantium amica seponens monita, suis demandavit, ut se ad transluentem ibidem fluvium deferant, in quem usque ad collum se demisit, & eò usque in aqua ista se continuavit, donec omnis calor præternaturalis desierit. Sæpius iteravit & pristinae sanitati restitutus est. Tota Civitas Polvaniensis moderni istius facti scientia abundat, sed non cuivis licet adire Corinthum. *D. Andrea Cæsse-lli.*

Cur Tertiane hoc anno frequentissime in Quartanas exeant.

Vix integro seculo tot in his Provinciis numeratae sunt quartanae, quot unico hoc autumno pulularunt. Nec initio vitæ sunt quartanae, sed tertianæ vagæ; quæ sensim in duplices, immò triplices quartanas degeneravere, nisi manus Medica initio admoventur. Nec difficulter pervenire pharmacis, sed sibi relictae, vel negligentius habitæ ferociter insultarunt. Parcius tamen incumbere Urbi nostræ, quam agris, insulisque, ob diætæ, ut opinor, vitia: cives enim quod familiarem tam dysenteriam malignam formidarent, abstinere a fructibus horariis, leguminibus, aliis, quæ vicinis suis morbum invexisse aedebant, cæterum agricolis, & minorum oppidorum incolæ, nullo metu, oblatis pascebantur. Hinc integræ familiae toti propemodum pagi, imò quandoque tertia pars oppidanorum, quasi fulmine icæ lectis affixa est. Nec omnium tamen febres in quartanas abiere, sed eorum, qui neglexere curam omnium corporum, similes Virgiliano illi Georg. III.

..... alitur vitium, vivitque regendo,

*Dum medicas adhibere manus ad vulnera pallor
Abnegat, & meliora Deos sedet omnia poscens,*
vel eandem initio perverfam insituerunt. Causam autem, cur ad tam frequenter ventum quartanas, hanc puto: extremum æstatis præter morem, modumque apud nos calorem, unde intestinus corporum calor ab externo evocatus est foras, quo facto reliqui humores tanquam in vappam subacidam desciverunt, promptam quartanæ genitricem. Explicatius loquar; videntur humores corporum id passi, quod cerevisia in cellis, tonante celo, accescit, paulo post, mucet, corrumpitur; quod vividiores ejus partes fulmineum illud sulphur, omnia pervadens secum in æra transtulerit, aut, si major, confuderit, & in aliud schema perverterit. *D. Olai Borrichii.*

De prole tertianaria pallidissima.

Cum alia de causa secundam Germanicarum Ephemeridum partem evolveremus, fortuitò incidimus in illos Batavæ puellæ peste infectæ amores; subitque tum memoriæ similis ferè, sed desponsatæ, nec infimæ sortis, tertianariæ superioribus annis curatio. Consummationem matrimonii, post anna penè sponsalia, sponsus æque ac illa, in omnem quoque eventum expetebant; & tradebatur tandem hæc, invitæ ferè eb morbum parentibus. Inter primos statim dies, & forte prima (utpote intercalari) nocte ingravidata evanescebat quasi sua sponte febris, peperitque puellam elegantis formæ, nunc (ni breve vivere desierit,) viripotentem, ædè tamen per totam ætatem, etiam inter corporis animique motus pallentem, ut fe-

bris idolum videri potuisset: sponso de cætero sua impune tunc peragente: cum tamen sæpius & hoc ipso anno observavimus tertianas, non domus tantum, sed integros quoque pagos pervagantes. Praxin adorientium causa hic addimus, frequentissime notatum; quod scilicet in remittentiorum, aut per recidivas quotidianasve variationes protractiorum declinatione, cum remissius ut ferè nullum frigus est, calore licet aliquandiu persistente, consultus tum sit ab antifebrilibus, præsertim falsis aut insipidis, (dum amaricantia aliud insuper eo tempore, macilentis tamen non æquè semper in stomacho agere poterunt,) abstinnisse, quàm sub negotiosiori (pro peremptoria mortificatione) talium continuatione, misera animam sensim agens agresse, vel ad novam conquirendam alimoniam pepulisse. Ut hic quoque non inconvenienter quandoque dicatur: *Ignem de gladio ne sodito.* *D. Danielis Ludovici.*

Quartana superventu pleuritis curata.

Nobilis quidam aliquot mensium quartana, propter diætæ vitia afflictus, cum ipso die paroxysmi, sed horis aliquot ante ejusdem accessionem pertinacius salasset, eoque, sudore manans, liberali cereviæ frigidæ haustu absterfisset sitim, pleuride corripitur adeo effreni, ut de vita ejus dubii amici me accerferent; qui expiato venæsectionibus atque expectorantibus humore imperioso, noravi illa via ita profligatam quartanam, ut nullo amplius paroxysmo molesta fuerit, lætissimo aegro, qui ex eo rarum quartanæ remedium invenisse se gloriabatur, ignarus quod uni fuit salutare, id aliis sæpe noxium deprehendi. *D. Olai Borrichii.*

De Quartana contumacia.

Mulier supra annum quartana vexata nullo remedium genere tam molestæ febris curam tentaverat; sed illa nihil tot medicamentorum etiam vehementium, imperum morata pertinaciter hærebat. Placuit semel intentatum sequi consilium, & vomitorii experiri vires. Vocatus Medicus, qui duriusculè suos tractare consueverat, & emeticis macerare: qui, cum gummi gotte ad gr. 16. in conserva rosarum præbere quotidie solebat, idem hoc in muliercula, sed tenera jam, multisque paroxysmis debilitata, explorandum ratus, dosim, quæ aliis robustissimum quemque ex vulgo invadere pulchrum ducebat, quatuor ante paroxysmum horis exhibuit. Quid sit, ad vomitum & alvum sollicitata, adeo sæpè fellas petere, sæpè ore rejicere coacta est, ut jam ante illud paroxysmi tempus vicies alvum exonerasset, viribusque confecta nec manus, nec pedes movere, ad extremum nec vocem mittere posset. In illo tamen corporis humorumque, & medicaminis turbulento motu sua exactè hora subiepit cum frigore paroxysmus, laboranti suprema minans, cum pulsu exilissimo, & tantum non insensibili. At neque sic cessabant vomitus & fellæ, verum, ut febris cedere vomitorio volebat, ita nec vomitorium febrî servare fidem voluit, sed jam pari vehementia utraque pugnant in unum, quod videbatur, laborantis interitum contententia. Vicit tandem natura, seque velut sequestriam litigantibus, hinc febrî, isthinc vomitorio, adjecit, donec post quadraginta fellas multaque animi deliquis spirituosis, emplastroque stomachali adjuncta, nonnihil solarii ægra persentiret, pleniusque ex illo paroxysmo

convalesceret: cum autem tam impetuosa, frequentique casechymis purgatione actum de febris existimaret, inconsultum hospitem destinatis diebus recepit, tandem consistata, dum sponte & sine medicaminum usu sola veris temperie post binos menses, miseram jam plus satis desereret. Quo discant velim isti severioris Medicinæ advocari, etsi vehementium impetu feliciter sæpe febres abigantur, in plurimis tamen etiam fraudi esse, molliculamque & lentam curationem duræ atque præcipiti anteponebam. *D. Joh. Nicolai Pechlini.*

De Quartana inversa.

Notum est illud Favorini apud Gellium, lib. 17. Noct. Att. c. 12. p. m. 428. Quartanæ elogium, quod biduo medio intervallata febris fortunata & laudanda sit, in qua sit *μία μνησσία, δύο μνηστίαι*, una noverca, duæ matres, ut vero in reliquis febribus variæ inordinationes occurrunt, non tam vulgatæ illæ duplicationes, quàm aliæ minus adhuc in scriptis obviæ, uti tertianam sine rigore, & similia suo loco notabimus, ita quoque quoad paroxysmos quartanæ ipsos, seu typum, id videre contigit ita pridem. Viri Clar. filia novem annorum, præterito autumno in Hungaria febriles insultus experta est tales, ut duobus ex ordine diebus paroxysmus redierit, tertio intermiserit, idque constanter hactenus post meridiano tempore accidit, quo, præeunte frigore, calore hinc, aliisque consuetis febrium intermittentiæ symptomatis correpta fuit. Si itaque intermittentes febres à recursus tempore potius quàm quietis denominantur, & hæc ad quartanam, sed inversam illam, referenda est. Profuit inter alia tinctura martialis ex arseno tartari liquido, menstruo aqueo soluto & filtrato, cum paucis guttulis liquoris martialis ex cap. mort. flor. salis ammoniac. martial. in momento tincto, & pulvis ex antim. diaphoretici, arcan. duplic. & conch. præp. an. ℞j. cum ol. antifebr. gut. 2. ante paroxysmum propinatus.

Dubium de quartana inversa dicta motum magni momenti est. Quod verò à communi appellatione abierim, & hoc nomen novum posuerim, iudicio vestro id committens, hæc fuerunt rationes: 1. Certum est, quartanam à circuitu nominari, ut quotidianam non minus & tertianam. 2. Non prævia quartana, propriè dicta, non posse, nisi impropiè, dici duplicem mihi videtur. 3. Neque enim duplex ille fons, focus seu nidus, quem Sennertus & alii offerunt, vel proponunt, æquè liquet. 4. Aurores, qui quartanam duplicem observationibus suis describunt, communiter non expriment, in quo consistat ejus notio, typus, idea, magis ferè ex iusculatione scribentes, quàm experimento; vel saltem hypothesebus suis innixi. Cum ergo Forestus, & pauci forsitan alii, quartanam duplicem describant & vocent, ex præeunte quartana simplici, seu primaria, talem redditam, quæ ita commodè appellatur, ista verò proposita ab initio statim hunc typum, observaverit, cum iisdem quoad rigorem & symptomata alia accidentibus, ac quartana ordinaria, putavi commodius illam ita nuncupari posse, & vel illo saltem nomine observabilem, quod non facile, si rectè meminim, notatum, genuinum hunc suum typum constanter à primo insultu observaverit. Uti enim quartanam triplicem vocari posse vix admiserim febrem quotidie revertentem, quales primariò tales aliquoties vidi; sed potius quotidianam; ex decidentia verò tertianæ vel quartanæ rectè ita vocatur: ita idem valere de quartana duplici videtur. *D. Georgii Wolffg. Wedelii.*

Quartana novo remedio sanata.

Quantum utilitatis ad curandum morbum fiducia in Medicum conferat, ego ipse non tantum aliquoties, sed & in primis præterito mense Septembri anni hujus 1671. singulari expertus sum exemplo. Accessit ad me Juvenis Germanus, 24. circiter annos natus, tam qua corpus, quàm qua fortunam planè extenuatus. Is ultra medium annum à febris tertiana (sic quartanam per ignorantiam vocavit) & imprimis ferventissimo ejus calore se omninò exuri conquestus est, atque ut sibi succurrerem per Deum petiit. Ego cognito morbo, facile assurrexi petito miseri istius, & in hypocaustum me confertens, præscripsi ei pulverem antifebrilem; scripturam verò recentem arena subrubea splendenti marina, quam Gedano ad nos deferre solent, conspersi, atque egrediens, schedulam complicatam agro tradidi: Hoc addito monito, ut à pharmacopola pulverem tempestivè perat, & hora unam aut alteram ante paroxysmum, quem sequenti die instare dixerat, assumat. Simul quoque in ægri solatium id addidi, fore, ut febris aut omninò, aut maxima ex parte ab eo sit discessura. Sic igitur magna inflatus spe in hospicium suum se confert æger: Cui interim è memoria excidit, quod pulvis ille antifebrilis è pharmacopœia sit petendus. Reversus domum, schedulam probè asservat, sequenti verò die præsepte hospite eam explicat, & primùm quidem de paucitate pulveris conqueritur, mox verò ne quid pereat, & sanitas, quam certo sibi pollicebatur, remoretur, totam schedulam unà cum insperfo pulvere in cerevisiam calidam immergit, hanc bene mistam ebibit, & optima spe fretus in stratum suum se confert, nec sefellit eum, spes concepta, vix enim quicquam de paroxysmo sensit. Unde sequenti die me accessit, quàm bellè morbus sit debellatus retulit, pro suppeditato medicamento gratias egit, & licet monuerim, ut, si forsitan postero die in febrem recideret, mihi id nunciaret, non tamen rediit amplius, quod pro certo fecisset, si recidisset, cum de sanitate sua maximè fuerit sollicitus. *D. Georgii Segeri.*

Terror tertianæ & quartanæ remedium.

Epilepsiam terrori aliquando cessisse Thom. Bartholin. Cent. 3. Hist. Anat. p. 83. annotavit, podagricis eundem aliquando profuisse alibi relatum, quod & febricitantibus non raro conducit, bigam exemplorum subjungam.

Nobilis quædam foemina tertiana correpta, & in ipso paroxysmo constituta, à bombardæ improvi- sa explosione ita terrebatur, ut animi deliquio correpta pro mortua haberetur. Vocatus pulsus explorans fortam eundem adhuc invenio. Adhibitis igitur reserativis ad se rediit, calore febrili oppido evanescente, nec postmodum redeunte. Altera Virgo Nobilis per aliquot menses quartanaria, cum ab aliis invitata cymbam intraret, morbi tædium excussura, cymba derepente mergebatur, ut omnes aqua & morte simul corripi viderentur. Periculo verò erepta, quartanaria nullo postmodum paroxysmo tentata convaleuit. *L. Christiani Friderici Garmanni.*

Quartana post diurnam violentiam sopita, tandem post usum Mercurii iterum exiguavit.

Homo militaris triginta annorum, ex doloribus vagis crura, dorsum, frontem, & præsertim nates infestantibus, incidit in suspensionem Venereæ Luis, & perfunctoriè à nescio quo Chirurgo tractatus, quartana

tana

tana tandem corripitur; speratque fore ut malum ultimum suspicionem prioris evertat, ex lege proverbii, Febrim id agere in corpore, quod incendium in camino, hoc est, faeces & fulgines ante natas in solidum secum auferre. Verum falsus augurii diu circumtulit invisam febrim, & licet institutis huc illuc peregrinationibus, sensit etiam post annum integrum ejusdem insultus; quibus demum circa æquinoctium autumnale quiescentibus, nondum quiescente pristina luis malignæ suspicionem, commisit se Chirurgus satis in hac palæstra gnaro, qui ad Mercurium more solenni provocans, pyralissimum ad tres hebdomadas excitavit, nullo interea quartanæ vestigio usquam in corpore deprehenso. Postquam ea salivæ lentæ viseducta esset, ut malignitatem superesse nullam arbitraretur; ventum est ad decocta vulgaria ex guajaco, sarfa, aliis; quorum usu ad dies 12. continuato, imperatis ex intervallo sudoribus, rediit ex inopinato quartana, & jam antiquum obtinens, ægrum oppido perplexum impulit, ut meum exquireret consilium. Ego memor insidiarum quartanæ, suadeo, ut decocto primo, ceu generosiori abstineat, contentus diluitori illo, quod secundum vocant Artis filii, donec aperta, fatigataque ex Mercurialibus fibræ corporis collegerint se in robor antiquum. Quo facto, ex intervallo uratur pilulis de sagapeno, aculeatis grano uno aut altero trochiscorum Alhandal; tribus autem proximis ante solstitium hybernium (quod jam imminet) paroxysmis componat se ad sudores, assumpto gentianæ extracto, vel sale aliquo volatili, vel denique cortice gannanaperide, cujus usum etiam in tertianis laudant hodie Britanni; nostri inter initia februm parcius usurpant, salibus lixivis in hoc malo plerumque contenti, ut quæ longo usu experti sunt salutaria, quamdiu malum quoddam septies admonuit. Non inviti tamen post septem paroxysmos ad gannanaperidem descenderem, nisi à corticum fraxini similitudine fucus saepe in Peruvianum hunc corticem emanaret. Aiunt quidem fraudem deprehendi frangendo, gannanaperidem in fractura nullas relinquere fibras, fraxini corticem relinquere, verum si cortex fraxini vetustior est, fortassis etiam fibras perdidit. Optimum hætenus ab eventu indicium: dosis enim fraxinei corticis non suspendit paroxysmum, Peruviani suspendit, sed, nisi purgativissimo agro, metuenda recidiva. Verum ad ægrum nostrum: cum de eventu consilii nihil hætenus possit constare, illud tantum hic non onere libuit ex allato hoc exemplo satis elucere, quàm improbum, & pene invictum sit in veris quartanis acidum (nam spuria nonnunquam facile percurantur) ut quod post annum insultum, exclusa tanta piruitæ morbosæ copia, Mercurio detrectavit parere. *D. Olai Borrichii.*

Febris ex imaginatione.

In febribus quantum valeat imaginatio, vulgò notum. Exemplo nupero illustrabo. Mulier quædam Hafniensis, cum diu febris quartanæ radio laborasset, consilium ingeniosum cepit, transferre febrim in saxum quoddam, quod medio inter Hafniam & Congium itinere eminet. Igitur scriptis literis officiosis, incluso vinculo coccineo, favoris indicio, mittit hominem, qui salute præmissa officiose rogaret, ut febrim ad se reciperet. Servus mandata exsequitur, vinculoque eleganti saxum exornat, & prælectis literis discedit. Hinc illa melius habere cepit, à febre immunis. Alia ancilla Nobilis Matronæ febricitantis cum vel joco vel serio officio offerret Dominæ duobus solidis se redempturam febrim, statim febricitare octcepit, salva Domina.

Parili frequentique satis superstitione mulierculæ nostræ infantes suæ curæ commissos instruere solent, ut ab aliis variolis infectis pro aliquot obolis variolas certo numero emant, exillimantes, certa imaginatione illos qui emerunt hæc ingratas merces, & proventu pauciore infestari, & citius & tutius liberari.

Quantum imaginatio valeat ad curandos morbos testatur historia Portæ, qui Neapoli sollicitatus ut remedium parturienti præscriberet, pulverem & quisquilias formulæ (in qua Aq. capillor. Vener. serperat) involvit, ne à vento deportaretur, quas ubi ægra assumpsit, forti imaginatione & opinione feliciter filium enixa est. *J. Jo. Faber in Not. ad Hist. Mexic. f. 497. Observavi, inquit Reiner. Solenander sect. 5. conf. 15. §. 17. quosdam chretulas in quibus medicamentorum formulæ (receptæ dictæ) conscriptæ erant, comedisse, & sanitati restitutos esse, tantum potest apud plebsque concepta in re aliqua opinio vel fiducia.* *Thom. Bartholini.*

De triplici quartana & sextuplici.

Uxor cerevisarii in foro veteri conquesta mihi est anno præterito, singulis diebus calore se corripere sine frigore, semper jam à longo tempore recurrente sine sudore. Hypochondriaca verò est. Credidi eam triplici quartana laborare. Hinc variis ex methodo præmissis, tandem chalybeato vino convalescere visa, mihi valedixit. De triplici quartana quædam olim addoximus *Centur. 1. histor. 95.* Hoc anno non absimiles febres mihi Hafniæ grassari observatae.

Sextuplicis quartanæ historiam & curationem olim à summi nominis Medico Patavino Hieronymo Capivaccio conscriptam seruo, quam apud me diutius latitare nolo. Forsan ex usu erit: est verò hæc.

Cum Perillustre Comitæ affectiones diligenter considerarem, in hanc tandem sententiam ivimus, eum sex quartanis correptum. Quod etsi dictum forsitan mirabile & inauditum videatur, tamen qui volet singula sedulâ meditatione persequi, ita rem sese habere comperiet. Affectu enim melancholico, & præsertim hypochondriaco virum nobilissimum laborare certum est. Vitium est status, namque percipit in hypochondriis rugitus, tormina, & in ventris regione frigiditatem, capitis etiam dolore premitur, quem ex vapore superiores partes petente provenire in confesso est, cum flatibus cessantibus eum etiam cessare fateatur. Sed quæ majorem fidem facit, est totius partis sinistrae corporis frigus, quod in sinistro etiam pede percipit. Accedit præterea, eum ex curis & vitæ sollicitudine habitum contraxisse melancholicum, ut ex his omnibus facile sit colligere, eum affectu melancholico esse correptum. Cum verò febris bis in die invadat, mane & vespere, nullo rigore aut sudore, quidnam aliud afferendum, quàm quartanæ idem obrinere? Eam autem sextuplicem esse, cum accessiones febriles in die bis invadentes, quartâ quaque die sibi mutuo respondeant?

Hæc igitur febris ex melancholico humore ortum ducit, cujus est multiplex vitium, copiosior enim est quàm par sit, crassior, viscidior in liene impæctus, quorum culpa factum est, ut viscus hoc humore obstruatur, copiosus enim à jecore generante transmittitur, nec commode à liene expurgatur ob facultatis expultricis imbecillitatem. Hinc etiam fit, ut cum totus à splene suscipi nequeat, in totius partis sinistrae frigidioris quàm par sit, ve-

fit venas transfundatur, & multiplices sibi in sex quartanarum exortum focos comparet. Somnus vero ipsi facile conciliatur, quia rationi est consonum melancholico humori punitam esse permixtam, ut ex spuriis frequentibus intelligitur. Absque rigore invadit febris, quoniam à coobili humore, qualis est tenuis, sic potissimum riger; at melancholicus hic humor est crassissimus, quandoquidem procedente febre, cum magis attenuetur; horror saltem aliquis potest oriri. Propter hanc etiam causam sudor non contingit, qui solet rigores consequi, cum humor terrestris difficulter attenuetur & liquecat.

His definitis, eliciendæ indicationes à contentis & continentibus. Contenta sunt humores illi punitosi & melancholici, qui cum propter tot vitia lienem obstruentes putrescant, ideo remediis hæc vitia respicientibus indigent: neque enim obstructio aliquid ex usu indicat, cum remotis humorum vitis ipsa quoque removeatur. Continentia sunt hepar & ventriculus: illud refrigerandum, hic moderatè calefaciendus & siccandus; nec minus proportio calidamque insitam horum viscerum, & præsertim lienis, propriis remediis tuenda. Quos scopos absolvere admodum fore arduum putamus; quoniam magnitudo essentiae in hoc melancholice vitis, & à naturali statu plus recedentibus conspiciatur, nec non & in intemperantibus prædictis, quæ & dignitatis magnitudinem sibi adiciunt, cum temperies, ex Galeno, dignitate sit major. Verum cum æger vires firmas habeat, & nullum generosum auxilium fuerit expectus, speramus eum convalituram.

Quod igitur spectat ad Chirurgiam: Sanguinis missionem probamus; cumque innatas hæmorrhoides non habeat, incidenda primò finistri cubiti vena; & eò usque sanguis fluere sinendus, donec pro livido & crasso rubicundus & tenuis apparuerit. Sed expedit etiam sanguinis missio iterum molenda, ut multiplices focos febris, quantum fieri poterit, debellemus.

Pharmacia lenienda est slyus, ut Melle ros. Sol. & Cassia. Tum optimè præparandi sunt humores syrupi melancholico succo ditatis, ut de fumaris, de panis, de epithymo, admixtis congruis decoctis, ex Cetrach, fumaris, borag, tamaric. Tum valenter expurgantis confect. hamech. Senna, Poly-podio, & aliis efficacioribus, si opportuna videbuntur. Peracta purgatione, decoctio Chinæ cum carne laudatur, quo per 60. dies utatur, & adjungantur herbe melancholiam respicientes, ut borago, tamarisc. agrimonia, cetrach, fumaris, ut & cichoreum & betonica pro ventris & jecoris intemperantiis; quo tempore sudor etiam conferrer. Ante Syrupos & cibos, pilulis utatur ex pulv. Chinæ agrimon. fumar. & cetrach. confectis. In summa, id observandum, ut (quemadmodum Aëtius præcipit) amaris adstringentia miscemus, ut humorum crassities tollatur, & lenis tonus servetur, ut cum sanguinem repurget, tum supervacua in ipso genita extra ad ventrem protrudere possit: hincque quanto crassiore utitur alimento, tanta valentioribus indiget. Magnæ antidoti & maximè Theriaci prodesse, sed quis adventant tempora calidiora, ab eorum usu erit abstinendum. Erit ergo satis conservas aliquas in usu habere familiari, ut confect. flor. borag. dianthos, ex flor. cichor.

Vitis ratio mediocri respondeat, strenuens sit, moderatè calefaciens & humectans. Vinum sibi parat vindemiæ tempore medicatum, is quæ affectus lienis juvant, cappar. corticibus, scolopendr. fumaris. China etiam, & tamarisco; nec à ratione alienum erit, si dolia & poculum, un-

de vinum hauriet, ex hoc ligno sibi confici jubeat, quod melancholicis affectibus adversari experientia constat. Reliqua suis Medicis relinquimus. D. Joh. Helwigii.

Febris quotidiana Uterino - Sputatoria.

Inter varias febrium hætenus mortales assigentium copias & sequentem, haud ita pridem annotare licuit febris quotidiana Uterino-sputatoria speciem, dum Juvenis 24. annorum, temperamenti calidi & humidi febre corripitur indies revertente, præcedente horrore & frigore quidem levi & brevi, calore verò eò intensiori, qui ad 6. horas durabat, subsequente. Hanc febrem per tres solidas fere permittit hebdomadas, nihilque ad illam profligandam petit remedii; Imò totum negotium (ut vulgi perversus mos est) naturæ commisit, nisi à nimia (durante paroxysmo) & continua tam urinam reddendi quam salivam expuendi irritatione, hincque subsequente summa virium dejectione, ad requirendum Medicum coactus fuisset. Quoties enim & quamprimum febrilis invadebat paroxysmus, toties salivam & urinam reprimere vix poterat æger, sed continuè jam salivam, jam urinam in maxima quantitate egerbat, ita ut ne momentum quidem ab hac urinam & salivam egerendi irritatione liber esse possit. Causam hujus mali partim in sale bilis volatiliori, mediante effervescencia febrili, ad glandulas salivales copiosius delato seroque admixto, & eidem materiam tam copiosiore, quam ratiorem & fluidiorem conciliante, partim verò in acrimonia succi pancreatici serum jussu acris reddente, & vesicam ad continuam urinæ expulsionem irritante, consistere putavi. Curam itaque hoc modo aggressus sum, & tale præscripsi purgans:

℞. Extract. Mechoacan. ʒss. enicopharmac. ʒj. Resin. Gialapp. ʒij. Dig. yd. sulphurat. gr. 15. Ol. anis. gutt. 3. M. F. Pilulæ jussæ quantitat. S. Purgir. Pillen auf zwol.

Diaphoreticum tale, acrimoniam seri temperans, sæpius reiterandam ordinavi:

℞. Spirit. theriac. camph. ʒss. CC. Sal. armon. an. ʒss. essent. anod. ʒj. M. D. S. *Sonderliche Schwitz Mistur.* Dosis guttæ 50. ad 60. in vino.

Hæc adhibitis, remisit quidem nimius urinæ & salivæ egerendæ conatus, nondum tamen planè evanuit, quapropter & sequens exhibui:

℞. Aqua plantag. endiv. portulac. an. ʒiv. Succ. eyden. rub. Id. an. ʒj. Tinct. corallor. ʒij. anod. ʒj. Pulv. absorbent. ʒss. M. D. S. *Anbaltener liquor, ess. 2. zwoll davon zunehmen.*

Quo usurpato, & ad dies 6. continuato, omnia, cum Deo, symptomata remisere. D. Benjamin Scherfi.

De febre quintana duplici.

Anno hoc 1678. d. 24. Jan. uxorem D. Andreae Mische, Præfetti Uslariensis, foeminam 24. annorum, trium foemellarum matrem, habitus serosioris, tertiana, prout sub initium putavi, simplici jam per octiduum laborantem inveni. Noli in principio febrifugis fortioribus dejicere ægram, saltem dedi lapid. cancr. corall. præp. nitr. antimon. cum tantillo opii, ut & potionem purgantem die intermissionis: nec venæsectio, neque vomitus indiesbantur. Cum autem paroxysmos tam vagos animadverterem, ut hodie hora prima pomeridiana, perendie hora septima vespertina redirent, nec tamen hoc temporis intervallo postponere continuarent, sed is, qui triduo post, iterum hora prima pomeridiana revertetur,

reverteret, cepi illos paulo exactius examinare, invenique rigorem illius paroxyfmi, qui hodie affligit circa meridiem, vix quadrantem horæ durare, caloris verd moram notavi diuturniorem, tamque vehementem, ut igni se injectam putaret ægra; istius è contra, qui perendie circa vesperam redit, schema immitti frigoris futuro, sed summa caloris clementia stiparum vid. Quoniam igitur quinto quoque die paroxyfmorum facies & tempore & modo invadendi æqualis erat, quintana duplici ægram meam laborare suspicabar. Obvia est Sylvii non inepta de febribus intermittentibus, illarumque variis speciebus hypothesis, cui hæc, qualiscunque demum sit, observatiuncula appropinquæ faver. Verùm ad nostram ægrotam, cui ante sextum, qui contingebat vesperi, paroxyfnum, propinavi dosin de Panacea D. Cranii, sed septimus circa meridiem insecutus nihil omnino remisit. Quatuordecim ita passa est paroxyfmos, frustra semper propinatis febrifugis, aliisque medicamentis, hinc tenuit horum usum. Quid sit? Decimus septimus sua sponte emanfit, quanquam decimum octavum non leviter iterum senserit, sed postea evanuit, quæquid artus servabat frigidus corpusque febrile. Horret adhuc medicamenta, quibus, nisi recrementa, passim latitantia evacuetur, recidivam metuo. *D. Henrici Christophori Ebellii.*

Febris erratica Magisterii Martis aperitivi Myrsichii usu curata.

Vir quidam primarius longo tempore febre erratica oppressus, multis tentatis, quæ humores crassos, & tartareos expurgant, viscera aperiunt, deobstruunt, nihil est levatus, & accedente edemate pedum, hydropis rudimento, solum Magisterii Martis aperitivi Myrsichii usu, à febre & tumore ipsam liberavi. *D. Matthia Tilingii.*

De Febrî octava die recurrente.

Abstrusa febrium natura ipsa paroxyfmorum varietate mirabilis plurima hucusque exercuit ingenia; quæ tamen latentem ejus indolem plene detegere nondum potuerunt. In earundem quoque numerum præfens paroxyfmorum distantia notabilis merito recensenda videtur. Spectabilis quidam Scabius veteris civitatis A. B. quinquagenario major, ad heftitam valde proclivis, die quadam Saturni Anni 1672. ad finem tendentis, post cenam sumptam cubitum iturus, percepit in lecto rigorem febrilem cum maximis dorfi doloribus, subsequente mox calore totius corporis urente, siti ingenti, anxietate cordis, & continuo urinae in magna quantitate effluentis stimulo: quæ omnia circa matutinum tempus post copiosum sudorem solvebantur, sed appetitus, qui ea die prostratus fuit, sequentibus rediit, hinc etiam mania domestica liberè expedit; verùm ob intensum sèris externi frigoris ædibus exire haut potuit. Liber hinc erat per totos septem dies à paroxyfmo, neque circa sex res non-naturales aliquam animadvertit mutationem, præterquam quod urina non parum tincta fuerat. Sed elapsis septem diebus, die Saturni, eadem hora paroxyfms cum iisdem symptomatibus reversus est; eodemque modo, quo primus, solutus. Fuit iterum per septem dies à febrî liber: et tertius paroxyfms solito tempore, die scilicet & hora ordinaria, rediit, sic consequenter semper quartus & quintus, circumstantiis omnibus in & extra paroxyfms in eodem statu permanentibus. Sextus autem paroxyfms die quinta tres horas anticipans venit, qui etiam ulti-

mus fuit, & sic natura ipsa medicatrice, vir ille feliciter à febrî prædicta liberatus est; Nullo interea medicamento usus, præterquam ad sudorem promovendum pulveris pretiosi sive cordialis simpl. & Marchion. epilept. an. ℞j. pro dosi, bis aut ter cum cerevisia calida. Verùm natura ipsa partim per sudorem, partim per copiosam mictionem febrim istam solvit. De similibus raris & insolitis febrium typis, scil. quintanis, sextanis, septimanis, octanis, nonanis &c. vide Hippoc. lib. 1. sect. 3. textu 2. de morb. vulg. item sect. 3. text. 7. ibid. & text. 9. ac 17. ibid. Galenum in comment. ad eisdem text. Schenkium l. 6. obs. de febribus. A. mat. Lusitan. cent. 5. cur. 67. & cent. 7. cur. 75. Zacutum Lusit. de P. P. Medi hist. 37. lib. 4. fol. 732. Eund. de decimana de P. P. Med. hist. lib. 1. obs. 24. fol. 57. Talspium obs. l. 3. c. 52. Causas febrium istarum longioris intercapedinis indagare difficile esse videtur: Sed quid verat secundum vulgatam humorum doctrinam statuere esse species simplicium typorum interpolata una accessione aut pluribus; ut sit quintana tertianæ species, in qua tertius dies sine accessione est, à pauca flava bile in naturam atræ bilis conversa, ob paucitatem materiz interpolatæ. Septimana quartanæ species, interpolata accessione diei quarti, ab humore melancholico non multum irritante ob pituitæ mictionem. Nonana, tertiana quædam intercepta, ab humore melancholico cum mictione pituitæ in parte biliosa, quæ ob frigiditatem minus stimulat, servatque typum tertianæ ob locum. Omnes autem diebus imparibus procedant, in quibus major est vis ad commotionem, ideo non interpolant duas accessiones, sed aut unam aut tres. Et sic de reliquis typis statendum: liberum tamen cuique iudicium in tam abstrusa doctrina libenter concedimus, præsertim Neotericis, quorum sententias hic recensere non est nostri propositi, Placit mentem de quintana & sextana febre lego *Prax. Med. tom. 2. cap. 24. de febr. generibus. D. Simonis Schultzeii.*

Febris Oscitans.

Honestissima Virgo febre vaga jam levius jact gravius affligebatur, nonnunquam & inducitur adederant, cum incumberet gravius & sociam sibi jungeret nauseam, perpetua fatigabatur oscitatione, quæ non nisi absoluto paroxyfmo solebat placari. Adhibita à me remedia varia, subcessu non satis optato, donec vesicatoris occipiti admotis, seroque acerrimo illa parte evacuato malum tandem desineret. Nihil tamen actum fuit vel vesicatoris, vel salibus volatilibus, vel castoreis, vel sectionibus venarum in lethargo alterius primariæ virginis, quæ narcosi sex dierum, oppressa, cum omnia, quæ posset ars, Medici quæcunque exprompsissent remedia, nunquam evigilavit. *D. Olai Borrichii.*

De Febrî ex umbra sambuci orta.

Quidam apud Quedlinburgenses Balneator, Hermannus Worbs dictus, cacochymico corporis habitu gaudens, ac serosis humoribus abundans, quoties sambuci fructici æstivali tempore approximât, ita ut umbra ejus tegatur, statim quandam in corpore alterationem, lassitudinem ac torporem, in primis verò glandulas inguinales ad ovi magnitudinem cum dolore intumescere sentit, una vel altera elapsa hora, rigore febrili non levi, ad horæ circiter spatium durante, hinc calore p. n. forti s

forti, dolore capitis &c. corripitur, uno verbo, febricitat: Assumpto vero rob sambuci, vel alio quodam ex eodem frutice parato remedio sudorifero, intra 24. horarum spatium plenarie convalescit, & ab illa febre umbratili liberatur penitus: Hac ipsam tali ritu sibi vel milites, quoties nimirum in umbra sambuci steterit, obvenisse jurato affirmat: Hanc p. n. ac febrilem sanguineae massae ac lymphae fermentationem effluvia à sambuco exentia inspirare non facile quis negaverit. *D. Jacob. Schmid.*

Febres malignae nuper Hafnia frequentes.

Hoc anno 1673. Febres malignae, & ut plurimum petechiales, cum insigni capitis dolore, & nonnunquam cum pleuritide spuria, delirio, saepe etiam phrenitide conjuncta, plurimos hic Hafniae invaserunt, quae prima invasione in multis admodum mites erant, sed latebat anguis in herba, nisi enim ante quintum diem, qui semi-criticus est, Medici auxilium, placato prius Numine, implorabant Aegri, plurimi, praesertim in quibus Cacoehymia aliqua scorbutica sedem habebat, illuc unde negant redire quemquam, abierunt. Venæsectio, quantum ego experiri potui, nocuit plurimis, nisi in ipso morbi principio, & quidem corpore plethorico, celebrata esset, idque parè, & quod major malignitas, ad minus conferebat sanguinis missio, id quod multi suo malo experti sunt, qui inconsulto Medico dogmatico venam petundi curarunt. Idem suo exemplo probatum fecit Civis quidam Zytropepta in Vico Boreali, qui eadem febre maligna petechiali cum insigni capitis dolore, delirio & pleuritide spuria conjuncta correptus lethaler decumbebat; ad hunc, cum nono die morbi, critico scilicet, vocatus essem (tum demum enim de salubri Dieta cogitat Philoxenus:

Cum Latas aut Renes Morbo tentantur acuto,) in aedibus illius aegri hominem medicastrum juxta fenestram hypocausti stantem reperio, qui manibus patellam cruore repletam hinc inde rotabat, & veluti ad Archimedem tabulam contenta examinabat, qui quamprimum ad aegrum ingressus eram, male, sibi conscius clanculum sese subduxit. Aegro & morbo secundum artis leges examinato, quæro ex matrefamilias an Vena secta fuisset, respondit illa, imò heri qui octavus morbi dies erat, celebrata fuit Venæ sectio, idque ex consilio illius hominis quem in hypocausto vidisti: & hoc malè, dixi ego, ut ipse in malam rem abeat pessimus consultor cum malo suo consilio, hoc ipsum est quod in exitium præcipitabit tuum maritum, major enim hic est malignitas quam febris, & apparent jam petechiae in pectore, in brachiis, plumbei & nigricantis coloris, pessimæ notæ, ubi & quidem octavo morbi die Venæsectio locum non habet, detracto enim sanguine, bilis freno, magis effervescent malignitas; nisi adsit plenitudo, idque in principio. Si summa & sola Veneni parnicies virum robur dissolvat, inquit Joan. Morellus de febre purpurata C. 10. tunc doctus prudensque Medicus aut penitus à phlebotomia abstinere; aut si febris urgeat, parca manu sanguinem detrahat: idque ante macularum eruptionem; & hoc in purpura scilicet, sive febre purpurata proprie sic dicta; ubi nonnullis in Gallia & Italia Medicis non est religio etiam post quintum diem Venam secare, quod tamen ego in Dania non suaserim, ubi major malignitas in ejusmodi febribus, ratione Scorbuti quam ibi locorum reperitur. Id quod etiam Magnus in Dania Medicus vixit & alysis D. Olaus Wormius, Vir omni laude major, semper suavit, minusque esse peccati

in malignis curandis, si phlebotomia emittatur, quam si incaute adhibeatur, teste Excellentissimo Beati Viri Filio D. Wilhelmo Wormio Professore & Bibliothetario Regio, Affine meo honoratissimo. Eandem opinionem de peste etiam sectantur ille trium Imperatorum Medicus Crato, Sennerius, Heurnius & alii plures, dissipato scilicet Cordis, seu fontis Vitæ robore, ab illa sanguinis educatione. Sed ut ad Aegrotum meum Zytropeptam revertar, conquerebatur ille præter alia Sympromata etiam de insigni lateris dolore, quod procul dubio seduxit illum Medicastrum ad symptoma respicientem, non ad morbum, pleuritidem esse ratus; sed malè hoc, ut plurimum enim illud Venenum in istis febribus malignis petechialibus consistit in Vitriolica aliqua qualitate, id est, acri & mordicante Sanguinis, quæ ad membranas delata illos vellicat, lancinat, & saepe etiam, ipsa pulmonum vasa arrodit, id quod mecum ante annum & quod excurrit expertus est Vir Doctissimus Dn. D. Olaus Borrichius Professor Regius, in exore Consulis, de qua Vir Laudatissimus mentioem fecit in Actis Medicis prioris anni sub Titulo *Judor Atramenti*; quæ superata maligna febre petechiali, exulcerationem pulmonum passa est, fortè non aliam ob causam, quam à Vitriolica illa qualitate sanguinis quam febris illa maligna induxit: quæ Vitriolica sanguinis qualitas, quantum ego divinare possum, & in praxi expertus sum, non tollitur sanguinis missione, sed medicamentis vim habentibus. Acidum illud præcipitandi, ut sunt oculi \mathcal{C} . erudi, margaritæ & ferè præparata omnia hujus fortis & farinæ: Videmus enim si oculis \mathcal{C} . crudis subtilissime pulverisatis supersfunditur succus Citri acidissimus, illum dulcescere, idem in corpore humano.

Hoc præterea in febribus istis malignis observavi, quod multa laudatissima medicamenta nobis alioquin in ejusmodi malignis usualia, parum aut nihil auxilii nobis præstarent. Tinctura enim illa Bezoartica Lipsiensium, quæ multis aliis alio tempore profuit, nihil hic potuit, Diacordium Fracastorii, Elixir pestilentielle Tichonis primum efficacie dederunt: Sola Radix Contrayervæ subtilissime pulv. & cum rasura Unicornu Groenlandici subtilissime trita, itemque aliquot grana Lap. bezoar orientis simul mixta, & in certo vehiculo octava quavis hora exhibita, Deo benedicente, palmam reliquis videbatur præripere: nec sine efficacia fuit Spiritus C. C. per intervalla in vehiculo convenienti datus: nec Syrupus ille ex Carduo benedicto compositus Cratonis, si decocto ex radicibus Scorzonerae, Bradanae & rasura C. C. admiscebatur, pro potu ordinario, ejus autem hæc est descriptio:

\mathcal{L} . Succus Cardui Benedicti depurati, & ad mellis consistentiam cocti \mathcal{Z} iv. Succus millefolii eodem modo parati \mathcal{Z} ij. Salis absinthii \mathcal{Z} ij. Sacch. fin. \mathcal{Z} iv. vel \mathcal{q} . s. F. l. a. Syrupus.

Millefolium enim nonnulli Practici etiam in ipsa peste commendunt, id quod nuper propria experientia mihi confirmavit Vir quidam Reverendus Pastor in Cymbria. Apud tenuioris fortis homines non sine laudabili efficacia operationem suam exercuit Theriaca de Tribus Kneufelii, cujus ingredientiæ desumpta sunt ex triplici illo regno, animali scilicet, vegetabili & minerali; quæ Theriaca forte illud est Theodoton Wolfgangi Gastoris, cujus Filius ipse Flaminius Gasto meminit Tract. de peste §. 58. quod idem ex triplici illo regno compositum est. Sic etiam vesicatoria brachiis & femoribus applicata, alio tempore in malignis saluberrima fuerunt, sed ut plurimum hic nihil effecerunt; quod cum observassem, loco Vesicatoriorum gallinam nigram

nigram vivam per medium dissecandam & ipso momento plantis pedum aegroti, praesertim delirantis, imponendam, & cum foret maxime, remouendum curavi; quod Deo aspirante maximum levamen sepe attulit. Sic variantibus morbis etiam variantia sunt remedia: sepe etiam Deus iusto suo iudicio suspendit Consilia Medicorum, ut verum sit illud:

*Non est in Medico semper relevatur ut ager.
Interdum doctus plus valet arte malum.*

Hinc felicissimus ille Medico-Chirurgus Fabr. Hildanus Obs. Chir. cent. 4. obs. 72. recte & pie dixerit, dum inquit: Evenit ut sepius remedia quae infinitis aliis profuerunt, in hoc vel illo ad vorum non succedant, ut inde agnoscant aegri, simul & Medici, non proprie esse remedia quae sanant Languires, sed totam misericordiam atque benedictionem Divinam, D. Caspari Kôlichen.

Febris maligna ab haustu Aqua Putealis infecta oriunda.

Anni proxime elapsi hyberna constitutio, ut maximam partem clemens erat & austrina, ita eandem excipiebat ejusdem fere moris ac tenoris ver, multumque solatii asserbat omnibus terra nascentibus, adblandiente quoque aestatis Genio nativo, id est, calido & sicco, qui frugibus quidem & fructibus prosperam spondebat maturitatem, sed is multis simul funestus accidit: Statim enim ab Sossitio hoc urbem nostram ejusque incolas, praesertim plebeos, & qui virium robore praeceteris pollere videbantur, Juvenes pariter & Juvenculas, invasit horrenda quaedam lues, sive ea ex aëris vitio (quod tamen ob contagii raritatem vix credibile,) sive infecta & corrupta aqua puteali profecta sit, nondum satis conitat; constat autem inter omnes, quotquot ex illo puteo primario quidem, sed de maleficio suspecto, aquas hauserant, primum omnium hoc malo laborasse; corripiebantur autem intensissimo capitis dolore cum siti inextinguibili, continuo aestu ac summa virium jactura, pectoris aderat angustia, dejectusque statim appetitus, quosdam enormis vomitus, nonnullos diuturna Diarrhoea, non paucos faucium aut gebat tumor & exulceratio, lingua quasi fumo indurata, acida & siccis, ita ut etiam liquida vix admitterent, hinc inedia & vigiliis quidam confecti ac enecti, mox in delirium abripiantur, gesticulabantur, blaterabant, floccos legebant, quosdam profundus obrebat somnus, ut fere impransii plures dies noctesque transmitterent, excitati vero & nonnihil refocillati itidem delirabant, & quasi comatosi in consuetum soporem iterum mergebantur, quibusdam pustulae aquosae circa pectus erumpebant, quae in squamulas desinebant, quibusdam perechiae faustae erant, & convulsiones Epilepticae omnibus, quos invadebant, mortem intentabant, à diuturna ventris constipatione & nocturnis horripilationibus crebro repetentibus malum semper gravius, levius autem à Diarrhoea larga, sudore profuso, & haemorrhagia narium; quidam parocidibus judicabantur, quibusdam sanies ex auribus, vermes ex faucibus, tumor colli, dolores & ulcera dorii crurumque, pedum vacillatio & tandem impotentia, praesertim iis qui ex morbo jam quodammodo eluctati videbantur, & se cibo potuque largius invitaverant, id quod fere omnibus convalescentibus familiare erat, insatiabile scilicet cibi potusque capessendi desiderium, ac denique capillorum desolvium.

Puerum tum notavi jam decennem, qui, postquam febrili hac maligna, qua per aliquot Septimanas graviter laboraverat, fere defunctus esse vide-

Tem. II.

retur, singulari tentabatur Bulimia, ut omnem cibum potumque, & quicquid in buccam tubercinando quasi ingesserat, cum continuo ejulatu, canora instar duriora ossa rodentium, manderet & devoraret, ac lacrimas istas suas cum Ischrymis afflueret, quo malo nonnihil sedato aliud supervenit non minus rarum ac stupendum, quod idem puer, qui in eodem cubiculo cum Sorore eodem morbo iam correpta, omnia delirantis sororis, & adstantium verba ac sermones repeteret: Ego enim harum rerum omnino hospes, cubiculum pro more ingressus, quarebam ex Sorore, *habt ihr diese Nacht voll geschlafen*, Ille, *habt ihr diese Nacht voll geschlafen*: Ego iterum, *ist der Durst noch droß*, ille, *ist der Durst doch groß*: Ego, *ihut auch der Kopf sehr wehe*, ille, *ihut auch der Kopf heur wehe*, tum ad illum non sine stomacho conversus, *du bist ein Schelek &c.* ille omnis cordate & articulate sermo ac sereve retorquebat, non aliter ac si Echo quaedam à convalle repercuteretur: & simile quid ab illa ipsa ejusdem Sorore, nondum ad rectae rationis usum penitus reversa, postea quoque expertus sum. D. Joh. Michl. Febr.

Extremus dies Divi Friderici III. Daniae Regis, quem morbus malignus extinxit.

Excessisse tantum Regem nunquam sine lacrymis recordor, qui magis in Patriam, in subditos, in Literatos meritis aeternitatem meruit, quam post facta possidet. Ut posteris constet, alioque sole calentibus, nihil à Medicis Regis omnium fuisse quod gravis morbus, qui optimum Regem è vivis sustulit, ex methodo indicavit, morbi historiam & adhibita remedia exponam, ea fide qua à Medicis Regis quinque, qui curationi praesuerunt, consignata accepi.

Sereniss. & August. Danicae ac Norwegiae Rex Fridericus Tertius, optima visus gaudere salute, Anno 1670. die 6. Febr. undecima noctis hora, sine ulla prava manifesta causa, horrorem passus est, cum Dorii, Lumborum ac Crurum dolore.

Ante primam noctis nausea supervenit cum vomitu, quem excepit praeternaturalis calor, aliqua sitis, respiratio crebra & celer, cum pulsu frequenti, celeri, languido. Inter haec mala inquiete transacta nox, cum quodam at non inconsueto pectoris infarctu. In diluculo reddita est urina parca, rubra, turbida. Inter septimam & octavam ante meridiem, à Jufculo alvi excrementa depositurus Sereniss. Rex in lipothymiam incidit brevi transeuntem nec amplius revertentem, in qua exhibitum est cochleare Aquae Apoplecticae, unde statim melius sibi esse retulit Sacra Regia Majestas. Plethora & morbi magnitudine generosum indicante praesidium, de sanguinis missione statim cogitatum est: hinc accitus Chirurgus Regius, venam, quam promptius in dextro quam in sinistro brachio invenerat, post decimam aperuit, ad extractionem unciam septem crassioris & paucissimo sero sententis floridi sanguinis. Post venae sectionem remanere sitis, Respiratio crebra, Pulsus frequentia, celeritas, languor, in somnum propensio, summa corporis gravitas, cum insigni omnium virium dejectione. Ad ta duodecima tres vel quatuor unciae jufculi assumptae, à quibus alius expertus potus, donec à morbo indicatum conficeretur. Julapium ho-

2℞. Rad. Scorzon. Hisp. ʒj. Carlinæ ʒʒ. Contrayerv. ʒij. Rasur. rec. Unicornu ʒʒ. C. C. ʒj. Caric. pingui. n. vij. Flor. Cordial. ana P. j. Coqu. in Dec. Hordei q. s. postea dissolve in Cola. Bbb̄ clarif.

clarif. ℞j. P. M. Syr. Rubi Idai. Violar. purpur. ana evj. Spir. Sulph. acid. per Campan. q. s. Misc. Julapio per vices addidimus pulverem hunc Cordiale.

℞. Lap. Bez. Orient. veri ℞ij. Pulv. Bez. compos. Senn. ℞j. misc. f. l. s. pulvis. Utrique Carpo Epithema applicuimus sequens.

℞. Aq. Carbunculi, Cordial. temper. Carduibened. Cinam. c. v. à ℞ij. Acet. Bezoart. ℞j. spec. Cordial. temperat. de Hyacintho, Pulv. bezoar. compos. Senn. an. ℞j. Spec. Confect. Alkermes ℞s. Misc.

Post levem cenam, hora octava Emplastrum ex Arthanitis & Ol. Diacolocynth. Querc. Umbilico impostum, à quo alvus commode mota, excrementa biliosa, valde foetentia ter excludit.

8 Et quamvis Cardiaci noctu non sint omnia, sinistra tamen signa sensim emerere, ut Linguae ariditas, sitis, dolor ad apicem Cordis, Pulsus languor & frequentia, Urina rubra, turbida, parca, Respiratio crebra, Expectatio difficilis, qualem quid, tenax ac viscidum post aliquot labores vix tussi è profundo pectoris ejectionem, cui & Linctus hic praescriptus est.

℞. Looch. san. & exp. ℞ij. Conf. Alkerm. c. M. & A. ℞s. Oxy. Squillit. ℞j. Spir. sulph. per Campan. gutt. 9. Misc.

Quia autem Sereniss. noster Rex jam sentiebat cordis anxietatem & dolorem ad inferiores costas sinistri lateris, pannum cocco tinctum aqua Carbunculi irroratum cordi, Epithemata carpi superposuimus, ipsique collis emplastrum, prius tamen praemisso pectorali linimento.

℞. Ol. expr. de Palma, Amygd. dulc. an. ℞s. destill. Roser. ℞ij. Li. Rhodii ℞j. Ungu. Pectoral. Senn. ℞s. Misc.

℞. Empl. de Melilot. ℞ij. Sperm. ceti opt. ℞s. ol. dest. Cervi ℞s. Misc. f. l. s. Emplastrum.

Calor p. n. ad tactum nullus apparuit, sed potius leve quoddam per vices extremorum frigus, ad cuius depulsionem & spirituum revocationem Manus Regiae tepido vino Rhenano immerse sunt. Alvus circa decimam liquidum, biliosum ac foetens excrementum sponte deiecit.

Post undecimam jusculum datum cum buccae panis & haustu cerevisiae. Post secundam à meridie usurpatis Alexipharmacis Expectatio aliquantulum liberior visa & Pulsus paulo plenior, tamen cum frequentia & celeritate, sed non diu stetit haec felicitas, nam sumpto ad sextam vespertinam jusculo vires omnes multo languidiores, auctior cordis dolor cum aliqua Extremorum refrigeratione, quae p. n. mala post duarum horarum somnum parum remisere, ita ut Pulsu jam pleniore liberius & respirare & in utrumque latus in lecto se commovere ac convertere potuerit Sereniss. Rex, urinamque reddere crassam, nec ita intense rubram aut turbidam ut antea. Cardiaci nocte per vices adhibuimus, & Umbilico Empl. de Arthanita, quod tamen alvum non movit.

Succesit nox caeteris mitior, at inter vigilandum sicciores fauces gargarismo, interdum Julapio admixto Cordiali pulvere demulsumus. Erat gargarismus ex Aq. Plantag. ℞xij. Syr. viol. purpur. ℞ss. Sal. Nitri preparati & crystallisati ℞j. Misc.

9. Sargente nono Februarii, & quidem prima noctis hora, urina frequentius & copiosius reddi incepit, colore ad aureum vergeute, pulsus subinde plenior, & qui ad cordis apicem fixus haeserat dolor, bis hac nocte omnino evanuit, certo flatulentiae, urinam non malignae, surae indicio. Tertia imprimis matutina evigilans Sereniss. noster

Rex laete fassus est se jam de cordis anxietate vel dolore non amplius conquesi posse, sed subitem se virium refectionem & integram à morbo restitutionem sperare, si dolor, qui jam penitus discesserat, non amplius rediret, qui tamen post quartam secundo reversus est.

Hora sexta matutina jusculum oblatum, à quo Cervinam assam desideravit, quam tamen non obtinens iterum dormivit ad nonam usque diei horam.

Ab hoc somno omnia in deterius palam rtere visa sunt cum extremorum refrigeratione, urgenti Cordis anxietate, Linguae ac faucium siccitate ac nigredine, difficiliore respiratione, ἀρρώστια, & summa omnium virium ac facultatum prostratione ac exsolatione.

Praeter enarrata Cardiaci, pectoralis haec aqua, quae & antea, jam quoque exhibita, item parum Aquae Apoplecticae.

R. Aq. Hyssopi ℞ij. Syr. Capillor. Vener. de Hyssopo an. ℞j. Oxy. Squillit. ℞s. Misc.

Emolliens quoque Clyster injectus, sed huic nihil proficenti suppositorium additum, utrumque frustra. Tandem Oleum Diacolocynth. Querc. Umbilico admodum, secundusque Clyster immixtus, & tertius acrior, & Extremitates calidis manibus Aqua Apoplectica & Carbunculi humidis diutius & pressius fricte, sed omnium pro dolor opem elusit occultum morbi venenum, quod vix biduo cum dimidio elapso circa duodecimam diei horam, Regiam Arcem & in vere Regium Corcum, summo omnium Bonorum lactu ac merore subdole expugnavit, ac penitus occupavit. Thom. Bartholini.

De Febri Maligna ex Merore

Humorem melancholicum coactum in corpore & putrescentem horrenda saepius inducere Symptomata, multorum confirmatur Observationibus, siquidem juxta Galenum non solum atrabilis sit venenum, sed qualibet species Melancholiae, imo cuius humor diu retentus, praecipue in cacochymicis corporibus, id quod vidi in primario quodam aula ministro. Is cum gratia Principis sui excidisset, elapsis aliquot mensibus, immani corripiebatur & maligna febre, calor equidem non videbatur usque adeo vehemens, sed anxietas cordis erat tanta, ut vix sese in lecto continere posset, quamvis ob summam virium prostrationem etiam primo statim die vacillantibus pedibus inniti non valeret, urina erat tenuis & clara cum copioso tartaro valde acuto, quinto, sexto & septimo die delirabat saepius cum siccitate & ariditate linguae, exhibebantur frequentissime alexipharmaca mixta cum deopulativis & acrimoniam arenosi illius humoris Melancholici temperantibus, nono praeter omnium expectationem judicabatur perfecte sudore copioso. Lubet hic Cl. Riverii, Medici Regii, verba allegare, quae casum hunc valde illustrent, dum de febre pestilenti p. m. 534. sic scribit. Animi pathemata corpus vehementer exagitare solent, humoresque conturbare, atque adeo ad hanc luem capessendam maxime disponunt, imprimis verò Timor & Tristitia, adeo ut nonnulli existimaverint, in obsidionibus & castris morbos pestilentes non tam ex prava victus ratione & cadaverum fetore, quam terrore, metu, anxietate & mortis formidine provenire, quae humores exagitet, eosque tumultuari ac fluctuare faciat. Haecenus ille. Novi ego civem, qui ante biennium febre maligna moriebatur, longo tempore summo affectus merore,

merore, quem postero die uxor eodem morbo extincta sequebatur, in tantum tristitia dominatur Archeo, hinc Bravo Medicus Hispanus in Resol. Medicin. p. m. 726. repentinæ mortis causam Viri Excellentissimi eleganter deducit ex humoris Melancholici secundum Galenicis corruptione, quod Illustrissimæ cujusdam Personæ exemplo confirmare possam, nisi casum illum ad alia mihi reservarem. *D. Joh. Jac. Waldschmidt.*

De Febri maligna singultuosa non lethali in famina quadam.

Typographi nostri Academici Uxor nuper in febrim malignam incidebat; cui statim ab initio aderant varia symptomata, ut membrorum omnium lassitudo, virium imbecillitas, inappetentia, singultus, ingens oris amaritudo, sitis inexhausta & linguae scabrities. Singultus autem erat perpetuus, & tantus, ut abortum quoque concitaret. Horum pathematum causa erat humor malignus, acris & erodens, qui tunicis ventriculi impatiens, singultum excitabat. Ego in auxilium vocatus, statim præscripsi Julapium malignum atque mordacem, istum humorem infranans. Eum ad partes ignobiles, crurum vinculis, frictionibus, cucurbitulis distrahere, atque porro decocto Scorzonerae, cum Syrupis de rib. scetofi citri, granator. papav. rh. præparato, contemperare tentavi: extra ventriculo etiam olea & emplastra corroborantia apposui. Ast hæc omnis opem nullam tulerunt. Ad narcotica etiam accedere coactus sum, quæque ac priora vehementem ejusmodi singultum tollere non valebant. Tandem malum hoc ferax, solum emulsione, ex semine melonum cum aquis convenientibus & Margaritis præparatis confecta, est edomatum; hæc enim narcotici medicamenti instar acerrimum humorem & cortexit & infranavit. *D. Matthia Tilingii.*

Urina nigra, à viro quodam Febri Maligna laborante emissa, non lethalis.

Juvenis quidam Steimbærgæ in nostra vicinia habitans; alias melancholicus & hypochondriacus, incidebat, elapsis duobus annis, in febrim malignam, quæ tunc temporis admodum grassabatur. Ille febrili aestu, siti, inquietudine, doloribus capitis, totius corporis lassitudine, nec non virium imbecillitate tentatus, per fratrem misit mihi urinam, maximopere contendens, ut ex ea morbi sui statum cognoscerem, & ipsi salutaria remedia præscriberem. Urinam videns, perterritus sum, cum plane nigra & instar aramenti scriptorii esset. Frater autem ejus dicebat, istam urinam esse verè nigram, fratremque suum hisce diebus semper talem urinam nigram reddidisse. Ego, signum hoc esse criticum considerans, auxilium meum ipsi non denegavi, & præscripsi statim sudorifera & alia convenientia remedia, quibus assumptis, etiam mox integram suam valetudinem recuperavit. *D. Matthia Tilingii.*

De Urina oleaginea in febribus malignis lethali signo.

Verissimum est axioma Excell. D. Wedelii, Introduct. in Medicin. part. 3. sect. 2. theorema. 23. Urina oleaginosa quoad substantiam rara est, colliquationem necat malignam. Ejusmodi urinam oleaginosa, simul tamen impense rossera ceu pessimum & funestum signum deprehendi in duobus fratri-

Tom. II.

bus; Coriarii Quedlinburgensis filii, quorum alter viginti, alter verò octodecim annorum, uterque febre somne maligna correptus, ille intra biduum, (erumpente simul circa pectus carbunculo pestilentiali livido ac funesto) hic verò intra sex horarum spatium ab invasionis tempore, (bezoartibus & expellentibus generosis & optimis frustra adhibitis) anno 1678. mense Martio, una eademque simul hebdomade extinguebatur. *D. Jacob. Schmid.*

De Floccorum collectione in malignis non lethali.

Illustrissima quædam Baronissa febre maligna Hungarica cum Perichili laborans, cum à medico quodam solis refrigerantibus curaretur, incidit in Dysuriam, deinde in Convulsiones, quas ultra quinque hebdomades passa fuit, eaque floccos moribundorum more colligebat, ad quam vocatus ego, Alexipharmacis & Cordialibus tum internis tum externis, pristinae Sanitati, cum Divina Numinis ope restitui. Ex hoc videre est, quòd desperatos floccos & Convulsiones, funeste secundum Hipp. febribus supervenientes flocci quandoque facere, & non proinus desperare debeat Medicus. *D. Pauli de Sorbait.*

Manuum tremor & Festucarum collectio in febribus acutis non semper lethalis.

In acutis febribus interdum affectus seu motus ex tremore & convulsione mixtus accidit, qui *war-motus* appellari potest, ac lethale signum esse censetur, hanc delirium & convulsio ipsam plurimum sequitur, unde aegri moriuntur; idque Hippocrates coac. prænot. aphor. 59. asserit: Et qui ad manum resiliunt, male habere judicantur. Verum curavi non ita pridem farorem meum fibre acuta laborantem, qui tertia die hoc affectu prehendebatur, & quod majus erat, festucas colligebat, de lecto floccos evellebat, quod ex sententia Hippocratis r. pregn. aphor. 23. lethale habetur, virum summa aderat prostratio, extrema frigeant, & in principio morbi die septimo sibi mortem prædicebat, quam quoque certo instare omnes adstantes putabant, ast tunc sudore critico accedente, aeger, præter omnium spem, convalescit. Idem olim civi Wetzoniensi adhuc viventi, de cujus vita quoque desperabam, & ante paucas septimanas Nobilissimæ cuidam mulieri contigisse, recordor. De nullius igitur salute, ex consilio Trincavellii, Consil. 62. p. 505. desperandum, quia, teste Avicennæ 7. colliget. c. 3. 1. p. m. 166. sæpe accidunt monstra in arte, quemadmodum in natura, & ut Celsus lib. 2. c. 6. ait, interdum deserti à Medicis convalescunt & plures sanantur, de quibus Medicus desperat, & contra moritur aliquis, de quo Medicus securus primò fuit: indè nonnullos cum signis costionis, mortuos esse, ex Schenckii Observationibus p. 840. patet. *D. Valentini Andrea Moellenbroccii.*

Urinarum insidum in morbis malignis judicium.

Quòd urine in febribus malignis primis diebus turbidiores, hoc melius de aegri rebus sperare solet, quòd videam magnam peccantis materie partem ita commode exsuarì, quæ retenta in corpore irruit sæpe in partes nebiles, & trægædiæ excitat. Non tamen perpetuum hoc esse experimenta loquuntur. Quandoque enim, licet rarius, urina in malignis sana, nihil mali portendit, quòd

Bbbb 2

peccans

peccans humor per metastasin aliò declinat. Id ut in aliis, ita nuper in locuplete 82. annorum collyista mihi spectatum. Postquam enim decrepitu ille senex febre continua mali moris correptus, celeberr. Archiatri Simonis Pauli, meamque operam sollicitasset, urinam in medio aestu febrili jam sanissimam similem deprehendimus, jam ab aqua fontana colore non distinguendam, evasit tamen Libitinam, translato in hæmorrhoidas exteriores humore noxio, qui per abscessum copiosè exclusus ægram à confinio mortis liberavit. *D. Olai Borrichii.*

Ex vena sanguis albus eductus in Febre maligna.

Fermentum subtile malignam miram habet vim destruendi succum nutritium totamque corrupendi massam sanguineam: Vocatus Segenstadium ad Canonicum quendam febri maligna correptum, inveni sanguinem ternis venæ sectionibus ante meum adventum extractum à Chirurgo, in quo ne vestigium quidem sanguinis apparebat, dixisses potius albumen ovi, seri gelatinam, vel ut Medice loquar, saniem: quod & in aliis observavi, quorum tamen nemo evasit, siquidem & hic Canonicus ea ipsa nocte ante meum abitum commissus Sacerdotibus placide obdormivit. *D. Joh. Jac. Waldschmidii.*

De Rebus insolitis, post febrem malignam, per naves & alvum excretis.

Civis apud nos uxor, cum febre maligna aliquandiu conflictata, tandem morbo ad declinationem vergente, è naribus tres capitis pediculos, eosque vivos, emunxit, & non longe post magnam equinorum pilorum compactorum congeriem per alvum excrevit, mox succedente integra valetudine. Et alia Civis filia innopta, itidem febre maligna ultra ordinarium aliàs tempus graviter & dubis spe detenta, frequentissimis vomitionibus & ventris torminibus ita excruciatæ est, ut de recuperanda valetudine plane desperans, ne tantillum medicamenti assumere cogi potuerit, sola aqua per 14. pene dies contenta, appetitu plane prostrato, denique per inferiorem gutturum, cum Plauto loquor, ultra mille lapillos nucleis mespilorum, vel mali aucæ non absimiles egessit, quæ tamen ante nil quicquam ejus fructus unquam comedit, & paulo post integre convaleuit. *D. Georgii Abrahami Mercklini.*

Rarus casus in Febre Maligna.

Invenis quidam Arti pyrotechnicæ addiscendæ operam navans, incidit hyberno tempore, frigore intensissimo, in febrem malignam, ubi septimo morbi die, critico scilicet, phreneticus è lecto nudus profiliit, & absentibus illis qui curam ejus habere debeant, per scalas quasi furis agitatus decurrit in hypocaustum inferius, ubi Materfamilias ipsum comprehendere volens, ad januam enim deproperabat, ipsius furorem experta est, instar enim canis rabidi brachium ipsius mordebat, unde bona mulier perterrita liquit ipsum; quo factò, per fores, quæ apertas vidit, in plateam nivibus & glacie undique tectam rapido pede procurrat usque ad forum Amagrisense, ubi in puteum facis profundum & aquis plenum sese præcipitem dedit, mox tamen ab adstantibus virgibus, qui ante fores diversorij illius publici *Keckerbischen* vulgò dicti, ex Urbe abiturientes præstolabantur, ex puteo illo ex-

tractus & in proximas ædes M. Nicolai Boye Chirurgi Regii, ex opposito sitas, deportatus, cur & bonitate domesticorum ad se rediit, debilis tamen & vix sui compos in hospitium cum reportatus esset, ego vocatus advolo, inveni hominem exanimem fere & Charonteis aquis proximum: tentavi ergo in tam præcipiti casu omnia quæ sana ratio dictabat, imprimis sudore alexipharmacis largiter provocato, maculis rubris undique pictus melius spirare cœpit, & sic porro adspirante divini Numinis gratia, medicamentis ex arte præscriptis, & ab ægro, quamvis adhuc per aliquot dies deliraret, rite assumptis, convaleuit.

Sic cum sola volunt, bina Venæna juvant: secundum illud Ausonii. D. Caspari Kolichen.

Mors horrida Febre maligna laborantis rustici.

Anno 1666. Mense Septembri grassabatur hinc inde in pagis Bohemicæ Febres malignæ. Contigit ut in pago quodam Illustriss. Dni Comitis de Millefimo, quidam robustus vir eadem corripere, qua incrementum fumente tantum delirium successit, ut 7. personæ fortes habuerint quod agerent cum ægro, ad eum continendum. Objectum autem delirii ejus erat, Ventrem suum scetere vermibus seu lumbricis, unde se torqueri ab iisdem affirmabat. Post aliquot dies videbatur delirium remittere, ad quietem sese componente ægroto, adstantes quoque quiescere cœperunt. Interea patiens, omnes alto somno stertentes conspiciens, seque liberum ad morum persentiens, novo cæstro delirii percitus, ventrem aggredi, & ut robustus erat, umbilico excerpto, intestina continuato ordine extrahere cœpit, in tantumque extraxit, ut jam medietas illorum educta fuerit. Interea nescio an casu aut studio unus ex adstantibus quid agat patiens aspiciens, eundem crudeli labore implicitum advertit, convocatis sociis, adque impediendum ægrum sese accingentibus, obstetatus eisdem est æger, ut se sinant & non turbent in extrahendis è corpore suo lumbricis. Non diu perstitit sic æger, sed sensim imminutis viribus, crudelis laboris pertæsus, obiit. *D. Jac. Joh. Wenceslai Dobrzeniky de Nigroponte.*

Malignitas febrium hyberno frigore non mitigatur.

Experti id sumus pluribus jam annis tum Hæmicæ, tum Helsingoræ. Enimverò febres malignæ hoc plerumque evadunt pertinaciores, quo savius urget gelu, imò & spargunt magis virus suum in domesticos, & nono plerumque die perimunt. Sed quamprimum circa veris initia remittit frigus, sensim remittit etiam violentia febrium, & regi se patitur malignitas, quæ ante ægerime frænum admittit. An clausum visceribus malum, cum obstructis poris exitum non nisi difficulter inveniat, per antiperistasin infestat severius. Quod si laxes meatus sudoriferis, & suos hic manes patiuntur ægri, antequam pleno sudore madesant, & sæpe, dictu factum, stragulis à manu tantillum remotis pori iterum claudantur, intusque cohibitus hostis novas resumit vires, priusquam ægri persuaderi queant, ut ad iteratos se sudores accommodent. Quid enim facient medentes, & agris ipsis & agrorum amicis sæpe non permittentibus repeti, quæ salutaria sunt, obtentu virium dejectarum? Quid quod aliquando nulla arte sudor exigi queat antequam victor morbus, supremum illum & lethiferum, licet diu satis calentem madorem protruseit. Quin & ejus quandoque

eiusmodi esse funestas è fest. 4. aph. 26. didici, præfertim ubi humor tam effusus & acris est, ut exiguo tali temporis intervallo intestina lancinando eorum pingue, epidermidam & tunicam interioram, uti has partes describit Hollerius in Schol. Tertia die manifestas adhuc inevitabilis mortis signum me perterrefaciebat, macula nempe nigra carbonis instar, mediocrius piâ magnitudine & rotunditate, apicem lingue in sinistra parte occupantis, qualem Salmuth. Obs. Medic. 31. Cent. 2. raram, nec à quoquam in lingua observatam, nisi in quadam matrona, Lipsiæ intra triduum extincta, noxavit. Ingenisco quod ego alteram conspicere, & historia veritatem in propriis mea morigeratissima filiola experiri habuissim necesse. Tum eruperunt etiam pustulæ in dictis supra partibus pusillæ, instar bullarum, quæ Hippoc. annotatione in Coac. Prænot. tex. 116. magis enucleato à Greg. Horst. in Progn. Febr. pag. 36. lethales censendæ in febribus continuis, nisi purulentus abscessus fiat; nec subsequeretur hic ulcus, quin potius facies crustis quasi artis undique obdita, ac ad formidinem usque descedata fuit, quæ antea nitida & delectabilis erat. Quinto morbi die urinam mingere cœpit truentam, continendo sic usque ad ultimum quasi vitæ halitum, quod Symptoma, in morbis acutis, mortis prænuntium didicimus, præter alios magnæ in Medicina auctoritatis viros, Hochstetterius, Celeberrimus olim Patris Medicus, Observ. Med. rariorum Decad. 1. Caf. 7. 8. & 9. Nigras quandoque externi innocie Velschius supra merito iura laudatus, Syll. Curat. & Observ. Medic. Cent. 4. in Not. ad Observ. 10. ex Hipp. affirmat, aliquot insuper exemplis hoc ipsum illustrat Rhodius (quem Patavi olim singulariter mihi faventem colebam) observ. 31. Cent. 3. Truculentis igitur istis insulibus, cum resistere imbecilles puellulæ vires nequirent, morti victas dare manus, eheu fuit coacta acerbam relinquens mihi, matri, atque toti familiæ memoriam sui. Simile luctuosum fatum subiit mei vicini filiulus quinquennis, sed dispari sorte; bestia enim mea filiola per octiduum miserè conflabat cum exicioso illo morbo, hic verò decem solummodo horarum, maxima ex parte convulsionibus gravissimis transactarum intervallo defatigatus, vitalem spiritum emisit. Sanus quippè manè surrexerat, & sic diem transegerat ad horam sextam vespertinam usque, ast subito de ingentibus capitis & ventris cruciatibus conqueri incipiens, post trihorium atrocibus Epilepticis moribus, cum sensuum externorum abolitione, correptus, hora duodecima nocturna, & subsequente matutina secunda pari ferocia iissem redeuntibus, ac vitale robur planè pessundantibus, tandem post bihorium, inter parentum suspicia naturæ debitum citò solvit. Dubio procul variolæ, cum Epidemicæ fuissent etiam subsecutæ in hoc puerulo, quia ingens aderat præcordiorum æstus, pulsus velocissimus, ebulliens in vasis majoribus sanguis, Epilepsia, exanthematum frequens prænuntia, ni atrox malum vehementiâ suâ naturam prius proftravisset, antequam noxiam malignitatem à Centro ad ambitum Corporis propellere conaretur. Cæterum funera, morbi que malignitatem eam, qua simul prehendebantur filius meus natu minimus, ut & ædibus meis propinqui istius filiola, natuque superstes unicus, superarunt; unde grates solvebamus Divinæ Misericordiæ immensas, quod hanc nobis servavit trigam, porro custodiendam.

Hippoc. summis Artis nostræ Dictatoris, Aph. 26. Sect. 4. Veritatem stabilivisse calamitosum domesticum meum exemplum, ante dixi. Ast felicior

rem expertæ fuerunt eventum ætatis consistentis duæ Virgines, quas per aliquot dies, diverso tempore, Dysenteria exercuerat dolorosa valde, propter exulcerata à bile flava, pituitæ salsæ permixta, intestina, materia primò abeunte copiosa, frequentis, liquida, varia, pinguedine postmodum quadam permixta, quam caruncula seu portiones quadam veluti carneæ, manifestè in excretis conspicuè insequerantur. Ambæ tamen liberæ evaserunt, ope mea Medica adjutæ. Inter alia salutaris admodum iis fuit Balsamus Peruvianus liquidus, ad intestina exulcerata à fecibus acris, putridisque vindicanda & consolidanda, Clysteribus permixtus. Singularem quoque nobilissimi exotici huius liquoris virtutem sui expertus, tum in immoderatis Diarrhois, tum dejectionibus cruentis, quando reliqua parùm proficerent. Et sanè admirandus fuit ejus effectus in adolescente quodam, qui atrocissimis ventris torminibus nimium sæviter torquebatur, prodeunte cum excrementis, valde fetentibus, saniosa materiâ, intestinorum ulcus certò indicante: Mitigari autem illa nullo pacto poterant, diversa licet sopiendis doloribus usurpata fuerint methodicè remedia, usquedum Clysterem sequentem infundi, atque insuper istius Balsami, cum nucl. Pineis dissoluti ðð. additis Syr. è Cort. Aurant. ʒij. & Sacch. clarific. ʒss. exhiberi ego, & necum Medici alii duo primatu curavimus. Clyster erat talis:

℞. Rad. Tormentill. Symplyri. āā ʒss. Herb. plantagin. Bursæ pastor. Equiseti. Mentæ rubr. āā mʒ. Flor. Rosar. rubr. Balaustror. Antos. āā. P. j. Sem. Samach. ʒij. Coqu. in aq. font. f. q. ad dimidias colatæ.

℞. ʒviii. In quibus dissolv. Sacch. Thom. ʒss. Bal. Peruviani c. vitello Ovi solut. ʒj. Succ. Plantag. rec. expressi ʒj. M. F. Clyster.

Cum patiens mox levamen exinde sentiret, post bihorium reiterari eundem iussimus, & sic Divina favente Gratia, ægrum jam conclamatum, pristinae sanitati restitimus. D. Lud. Sebrickij.

De morbo Hungarico severissimis symptomatibus stipato.

Cum anno 1656. Serenissimus Sveciæ Rex Carolus Gustavus in Polonia funestam cladem pertulisset, milesque ejus dispersus, & morbo Ungarico (quem Clarissimus Sennertus rectè Castrensem nuncupat, Germani & Poloni nomine Capitalis morbi, Hauptanstreit, exprimunt) infectus, Thorunium, quod tum numerofo Præsidio Suetico septum erat, fuga periisset, Urbs quoque colluvie tanta hominum oppleta morbum istum epidemicum hospicio excepit: quo plurimi Germani Comites, liberi Barones, Nobiles, strenui Milites, Cives & plebeji miserè perierunt, & qui mortem evaserunt, plerique recidivam diuturnam, nonnulli etiam bis, licet non lethalem, perpessi sunt. Inter plurimos autem Casus, qui in eiusmodi morbis non rari sunt, sequens commemoratione dignus nobis visus est. Henr. Doring. Uratisl. Silesius, sed Civis Dantiscanus, è mercatore miles & Centurio factus, mense Majo eodem morbo gravissimè corripiebatur, quem pessimi satellites, utpotè capitis & præcordiorum atrox dolor, anxietas cordis, intensissima febris, sitis immodica, ingens delirium, vomitus enormes, maculae purpureo-lividae, noctes insomnes, inquietudo & summa vitium prostratio assatim comitabantur, eisque tandem horrenda & septem dierum continua epilepsia se adjunxit, à qua ita debilitatus est æger, ut per duas septimanas sine intellectu, sensu, motu & loquela jacens, morti proximus esse videretur: nam neque de cibo,

cibo, neque de potu aliquid assumere poterat, nisi quod ex Medicamentis corroborantibus, & cordialibus, vinoque Rheno penina intincta labijs semi-apertis instillabatur, quem affantes, & præcipue ipsum sæpe visitans Olur. Revisendos M. Johannes *Bernschäber*. *Eccles. Thorun. Senior ad Div. Mariae Pastor, & Gymnasi Professor*, sine commiseratione inveni vix poterant. Vædum Divina Dei Omnipotentis opa, Excellentissimique beatæ memoriæ D. Meisneri & nostræ diligentia, per selectissimorum Medicamentorum & analepticorum sedulam adhibitionem quasi ex orci faucibus ereptus, & pristinae sanitati cum multorum admiratione, sed demum post plures septimanas, feliciter restitutus est. Hic nunc relicta militia mercimoniam exercet Waraviae, & pancreatice valet: utpote quocum ante aliquot septimanas Thorunii locuti sumus. Remediorum signationem ob nimiam prolixitatem Observationi huic adnectere supervacaneum esse duximus, cum plurimi Auctores curationem istius luis descriperint: præsertim autem Martinus Rulandus Libro proprio de Morbo Ungarico, cui cum reliquis adjuungi poterunt Crato in Consiliis Scholtzii; conf. 274. Sennertus lib. 4. de Febr. cap. 14. de Morbo Ungarico. Greg. Observ. Medic. lib. 4. prior. lib. 1. Obs. 29. Joan. Petr. Lotichius Obs. Med. Lib. 1. c. 7. Obs. 15. Baldass. Timæus Cas. Medic. Lib. 8. cap. 16. Johann. Hornungus in Cista Medica Epist. 110. Quibus adde, si lubet, Joan. Conradi Ramelii Historiam Morbi, qui ex castris ad rastro, à rastro ad rastro, &c. an. 1622. 1623. grassabatur. D. Sim. Schultz.

*De Morbo Hungarico
die decretorio per Temulentiam sublato.*

Lucas Fradel, Austriacus, Civis & Pandocheus Thorunensis extra portam habitans An. 1656. mense Aprili Ungarica febre correptus graviter decumbebat, sed cum à Nobis Natura ejus fortis medicamentis idoneis adjuvaretur, quotidie majora concoctionis signa circa urinam, & in indicante, præsertim decima quarta morbi die, sudore paulatim erumpente, animadvertimus: tum ille hora vespertina à me petiit, ut ipsi concederem haustum unum vel alterum vini Rhenoensis, cui cum, ut vini assueti, permiserim, ille non tantum haustibus, sed totis mensuris, illud bibebat, & ita per tres dies aliquot stoffos nostrates (quæ mensura continet quatuor libras civiles) exhauriebat, inde quasi è crapula, dies & noctes dormiendo, copiosissime sudabat, & vix non sudore disfluebat, expergestus interien vinum largiter sorbebat, iterumque somno se dabat, donec tandem die morbi decima septima, ad se rediit, mihi que pro licentia (quanquam ille mensuræ concessæ modum valde excessisset) gratias egit. Suffragatur nobis hæc in parte Excellentissimus D. Sachsius à Lewenhamb (præpropera, etenim morte non sine ingenti literarii orbis detrimento è vivis nuper sublatus) qui *Αμπελογρ. sua Sect. 6. membr. 2. c. 6.* ita statuit. Non semper ægris denegandum esse vinum, modò absque insigni noxa fieri possit, si avide expectetur, cum & in hoc gratia Medici consistat, censente Rod. à Castro in Medico Polirico lib. 3. c. 8. Imo copiosius sumtum in quibusdam morbis à malo liberat, secundum Primrosium lib. 3. de Vulg. Error. Medic. c. 18. Et paulo post: Proprietas hominis in omnibus morbis curandis magnam habet potestatem, & sunt nonnulli usque aded comparati ad vinum, ut etiam in extremis morbis eo non possint abstinere; quod nos quoque in isto ægro considerantes, apparentibus

signis concoctionis, & circa diem decretorium naturali appetitu accedente, non sine ratione fecisse existimamus, utpote qui ibi natus & educatus est ubi cerevisia nullum locum habet. Conjunge cum his Canonherium de admirandis vini virtutibus, qui lib. 1. cap. 3. §. 18. ita scribit: Vino in febribus & ut alimento uti possumus, & §. 5. vinum sudores provocat, eoque serosa materia non parum per lorium elicitur. Item §. 16. vinum ex quocumque morbo revalescentibus prodest: ut ibidem plura prolixitatis vitandæ causa reciteam. Poterit cum his curiosus Lector conferre Cosicium in Traët. de Potu in Morbis lib. 2. ut & Hippolyt. Obicium, atque Hippolyt. Antonellum in Apparatu Animadvers. in Eundem. D. Simonis Schultzeij.

Vesicatoria quid possint in febribus malignis.

Quid præstent in declinandis curandisque malignis morbis, imò verò peste ipsa fonticuli, ulcera vesicatoria, jam inde ab ævo Galeni cognitum fuit aliquatenus dignum sane, quod exactius adhuc inquiratur. Sub climate nostro, ubi humores plerumque crassi & pituita segnis, aliquando præsens è vesicatoriis solatium notamus, præsertim si ante septimum morbi diem applicentur internæ brachiorum, crurumque faciei, secundum procursum venarum ampliorum, est tamen, cum totis mensibus frustra admoventur, imò toto quandoque anno nullum ab iis evidens auxilium. Ratio à diversitate *μίσμα* petenda videtur: quoties particulae illæ malignæ non admodum firmiter cohererent, & tenacem non amplectuntur humorem corporis, excluduntur facilius vesicatorio, & virtus fugax cum sero prorumpente secedit: quando autem in viscida nidulantur materia, aut ipsæ mutuo facierum labore sibi arctius junguntur, eludunt ferè vesicæ conatum. Sed qui internoscendum, in quales se malignitas armarit particulas? temperamenti ratio inspecta non sufficit, enim verò adverti vesicatoria nonnunquam segnissime pituitosis oppido fuisse salutaria, contra, bile tumentibus nil attulisse levaminis. Ut proinde hoc unum restet ex Ovidiano penu:

Semper tibi pendeat hamus.

Admovenda scilicet opportunè, præsertim ubi exemplis conspicerit, aliis eodem modo, & prope tempore laborantibus fuisse utilia; quòd si frustrantur expectationem, persistendum in alexipharmacis quæ nihilo secius adhiberi solent. D. Olai Borrichii

Vesicatorii usus in Malignis Febribus.

Nunquam me fessit Vesicatoriorum usus in morbis malignis. Nuper sevientie febre maligna in pago Blozemberg, applicare jufferam duo vesicatoria carpis manuum vixi 30. annorum graviter decumbentis. Paulo post intumere manus cum inflammatione & livore, sed evidenti cum levamine & symptomatum febris malignæ remissione. Intra paucos dies cessavit tumor, livor, inflammatio sponte, aegerque convalevit. D. Joh. Jac. Waldsmidii.

Curatio Febris Malignæ, Viperarum vivarum deglutitione.

Mirabilem viperarum esse naturam, & maximam adhuc partem nobis incognitam, non ita pridem Nobilissimus Franciscus Redi ex Observationibus singularibus Oibi erudito notum fecit. Addam

Bbbb 4 hifce

hise morbi historiam non omnino incongruam, ab Illustr. & Nobiliss. Dn. Haub. à M. Saren. Saxon. Elect. à Consiliis intimioribus, mihi ante aliquot menses communicatum. Apud Salmurios in Gallie Ducatu Andegavino Anno 1670. corripiebarur Nobiliss. Dn. Crast B. à B. febre quadam maligna, quæ omnium fere Medicorum ibi celeberrimorum operæ illudit, adeo ut ipse Patiens prognostico relinqueretur. Alius Medicus ex vicinia fuit advocatus, Empiricus vel Methodicus an fuerit, accuratè non scio, is quoque conclamarum, & de vita Nobiliss. ægrotantis jam actum esse conspicebat: nihilominus in morbo extremo ad extremum remedium confugiendum esse ipsi veniebat in mentem, propterea adstantibus ab eo suasum, ut si vellet adhuc experiri medicamentum aliquod, deberent procurare tres viperas easque vivas, quas Dn. Patiens vivas quoque degluriret, experientia namque constare, viperas veneno resistere. Obstupescunt! sed obtemperant, atque summa cum molestia agonizanti fere, tres viperas vivas deglutiendas præbenti, quæ intra trihorium integram assuxerunt veneni vel malignitatis labem, adeo ut postea per fecesum excretæ præ insigni Tumore, quasi rupi viderentur, quo factò sensim convaluit Nobiliss. C. B. à B. & per Dei gratiam peregrinationis metam profecutus est. Si dubitare quis vellet de historię veritate, ei autentica testimonia, si fuerit opus, dehinc exhibebo. D. Pauli Ammanni.

De medicamento Febrifugo ex lapide Scissili.

Civis quidam facetiosus, videns Medicum vicinam suam sæpius visitare; quæsit ex famula causam, respondentem heram suam febricitare alternis diebus, ultro obtulit Medicinam, sequenti die ante paroxysmum exhibendam. Quid sit? Hera, incio Medico, assumit pulverem ab ancilla allatum, & statim liberatur. Unde factum est, ut omnes fere febricitantes ab inopinato hoc Medico efflagarent auxilium, & cum in promptu non haberet suum specificum, ipsos sæpius iussit parumper commorari in ædibus, interea quæsit in aula lapidem scissilem & culcello tantum abrasit, quantum pro dosi sufficere autumabat, sicque solo hoc pulvere multos curavit. Quis hic cum Ecclesiaste non quæret: Quid mihi prodest, quod majorem sapientiæ dedi operam? Cæterum, cum hic de febribus incidat sermo, recordor pulveris antifebrilis Clarissimi Kergeri, quo plurimos se curasse asseverat, omittis longis illis veterum præparationibus & decoctis: Innotuit quoque toti Medicorum Orbi compendiosa februm Barbertana, Salviana & aliorum Virorum curatio, imbibendo vel temperando acidum, seu juxta Excellentissimum Willisium & Kergerum, præcipitando, vel secundum Helmontium, Philosophum per ignem saturando. Mihi in frequenti usu est specificum febrile, cujus basis est antimonium nitratum, quo multos curavi, subsequente leni vomitu & copioso sudore. Sic memini, ante aliquot annos periculose ægrotasse suavissimam conjugem Viri Amplissimi & Consultissimi Domini D. Schmidii U. J. D. & Consiliarii Hsnoviensis eminentissimi, & solo hoc pulvere, incassum adhibitis aliis, per Dei gratiam à febre liberatam fuisse, quod innumeris aliis Exemplis confirmare possem. D. Job. Jac. Waldschmidii.

Arsenicum Antipyretum.

Haut ita pridem fuit nonnemo, qui asserere fuit

ausus, cuilibet corpori naturali, quin, cuilibet animali, atque adeo homini, inesse suum venenum specificum, calidi innati & humidis radicalis intergerinum amicissimumque hospitem, naturæ quasi balsamum; hujusque conservativum: Hoc veneno, quovis modo excentrico factò, aut ab indole sua declinante, oriri morbos varii generis, hos autem indicare veneni conservativi restitutionem in integrum, & inde pendere sanitatis cardinem. Paradoxa est sane hæc opinio, & naturæ veneni quam minimè competens, imò contradictorium, esse venenum, & esse naturæ conservativum. Quæ enim estachresi venenum vocatur, sanitatis architectus, cum omnium effato venenum tota sua essentia dicitur corpori, naturæ, vitæ insectum: Sicine cadet ab omni seculo irroboreta inter alimenta, medicamenta & venena, specifica differentia? Certe tale venenum est *ειδωγρον*. Nil probat, animalia venenata nutriru suo veneno; morsus hominis irati esse venenatos, & quæ sunt alia: Nam uti illud est in controversia; ita hoc non est perpetuum; potest tamen ira effervescente degenerare in venenum, qui ante non fuit humor; adjuvant in moribus continui solutio, ipsius vulnerati ira, affluxus humorum, inflammatio; nec enim solo contactu ad instar torpedinis, vel halitu irati veniant: Est sanè opus vulnere. Alium virum celeberrimum olim statuisse, aut omnia esse venena, aut nullum esse venenum, cum omnia etiam saluberrima, vinum putà, excessu adhibita, possint esse veneni loco; jubet itaque venenorum dosim vestigare, & tunc futura innocua. Scilicet, arduum Vir eruditus censet statueri, quod quidquam Deus creavit, hominis, propter quem omnia creata censentur (quanquam & hic aliqui controversiam faciunt) tota sua natura & essentia destructivum. Sed quis exactam venenorum dosim mensurabitur? Quid ni detur substantia, cujus sit talis à primordio elementorum textura, quæ intro sumta turbet, fermentet, congelet, convellat, enecet? nec enim inde sapientissimo Creatori dica scribitur? Namque, utut propter hominem esse omnia creata forte censeamus, non sunt tamen in eum omnia finem creata, ut iis vescamur, sunt aliis destinata usibus (sic neque ligno, neque lapide, neque ferro ordinariè vescimur. Occasionem ista proferendi sequens historia suppeditavit: Cum nuper Goppingæ morarer, narravit Affinis meus Maskoskius Med. Lic. se miram oppido febrium intermittentium, at infallibilem in pluribus curam vidisse sequenti medicamine perfectam.

℞. Arsenici albi crystallini gr. iij. vel vi. pro ratione subjecti, injice pulverisatum in vitrum parvum lati orificii (*Zuchergl.*) adfunde fluviæ frigidæ s. q. apertum vas colloca super prunas; agitando, dum cesset strepitus, hæc mixtura probe confusa febrienti, per 12. plus minus horas ante jejunio, una vice propinatur; Ubi per horæ quadrantem, aut paulo amplius hanc stomachus retinuit, capiatur aquæ calidæ simplicis præterpropter quartanarius, in hac solvatur butyri notabile pondus cum ovi luteo, duabusque vicibus calide sorbeat, imperata rursus aliquot horarum abstinencia. Insequitur anxietas magna largo sudore profluente: Tollit omnes intermittentes ipsamque adeo quartanam: Auctor perhibetur Monspelienis Medicus Anonymus, cujus filius Raugravie Palatinæ è pedibus in Wurtembergico Ducatu plures hoc medicamine persanavit. Dicitus Dn. Maskoskius periculum se facturum pollicitus est, effectum ubi edoctus fuero, nil restabit quam ut ocyus transcribam.

Paradoxa meherculè cura, arsenicum tantum non crudum intra corpus, idque jejunum sumere! quis

quis enim hanc præparationem sufficientem facile credat? Quantum conjicio, partes arsenici delerentiæ volatiliiores, per effervescentiam cum aqua fluviâli, calcis vivæ æmulam, in auras avolant, relictis fixioribus, eoque magis fatuis: Effervescentiam autem & solutionem calor promovet: Ipsum verò arsenicum potestate Salina lactearum obstructions, quæ sunt perpetuæ sere intermittentium productrices, (quod in mea Inaugural. de febr. tert. interm. epidem. latius probavi) hand dubie promptius atque alia quævis, expedire notum est. Mixtura pinguis butyracea videtur hoc sine exhiberi, ut veneni spicula, si quæ ab operatione forte supersunt in visceribus, obrundat; velut aliis iis, qui venena somnere, pingua imperare solemus. Haustus autem pinguis non statim propinatur, ne vomitu reddatur sine fructu, quod modo fuit absorptum. Ego alia methodo intermittentes feliciter abigere didici, tardiori licet, atqui tutiori: nolim imitari: ausim profecto asseverare, quantumlibet hæc febris tollatur, remanere tamen in corpore veneni characterem; nec ægros hæc via curatos adeo prospera valetudine per vitæ reliqua gaviforos. Alioqui novi Ambergæ in Palatinatu superiore adolescentem Iorariam à Magistro quotidie vapulantem, vitæ tædio, araneum prægrandem contritum cum calcis vivæ notabili quantitate deglutisse citra noxam. An hæc duo salia, aranei puta & calcis vivæ se mutuo destruxerunt; an araneus, quorum aliqui dantur, fuit *avivandus*? D. Rosini Lentilii.

Ex fagino fructu liberaliter comeso febris lityria.

Virgo nobilis annorum sedecim, & corpore, animoque valens, dum mense Septembri & Octobri in prædio paterno animi gratia rusticatur, & ut erat delicatula, gustus oblectamenta variè quaerit, tandem instigantibus paganis quibusdam mulieribus, faginos etiam fructus maturos crudosque ore attingit, dumque in iis nescio quid suave, & linguæ blandiens offendit, largius se suillo hoc pabulo per aliquot dies invitat, applaudentibus consiliariis muliercolis, invenisse se tam gratum herili filiae nutrimentum, & non parca manu delicias illas quotidie in cubiculum virginis, matre inscia, inferentibus. Paulo post reversa cum matre in urbem, sensim fastidit cibos, & pallidior solito de gravitate capitis, angustius pectoris, & ventris inexplicabilibus doloribus conqueritur. Accedunt, corporis totius imbecillitas, pulsus vix sensum ullo observabilis, sitis, inquietudo, partium externarum frigus, illa interea non frigens, sed summum calorem in visceribus hærentem incusante. Advocatus, initio jocari credebam virgunculam, ut quæ de ardore corporis quæsta, tota rigeat exteris. Sed tentato carpo, notatisque symptomatis comitantibus, agrè tandem causam mali exscalpo, febrimque lityriam (qualis jam ante ab aliis, sed nuper erudite descripta est à Raymundo Forti Medico Patavino l. de febris) sed nimia glandium harum faginarum voracitate, proinde malum aggressus, diaphoreticis & alexipharmacis feliciter tandem, Deo fortunante, expugno. Vivit illa valetque, fagam jam prædentior averfata. Maseat ergo glans fagina suum, sciurorum, glirumque pabulum, humani palati formido, quod de copiose tubercinaribus intelligendam. Mereturque hic adjici illud Bauhini in Histor. Plant. l. VII. Nobis sane observatum, fagineam glandem, potissimum virentem, & nondum exsiccatam, si paulo copiosius comedatur, Jolii instar caput turbare, ac ipsos etiam

sues ejus esu turbulentos reddi, & tandem ebdomisere: id quod etiam Schwenkfeldius testatur: qui sic caput tentare, & ipebriare eos, qui nimium comederint. Sed febrim lityriam ejus esu excitaram nemo fortassis antea observavit. D. Olai Berrichii.

Tertiana halecis esu curata.

Soror quædam mea ex esu halecum tempore æstivo febrim sibi causavit tertianam, sed cum per dies aliquot febricitans, aliquando me halecem efficacem vidisset, appetitu insigni infestabatur, cui me adversantem simulante, sed clandestine famulis concessi, particulas quasdam halecis, esui ei porrigere. Quo facto, febris omnino decessit, & sanitatem ægra pristinam recepit: Idem mihi contigit in alio febricitante ex concessio potu aquæ frigida. D. Jac. Waldschmid.

De Curatione Febris tertiana per terrorem.

Beatus Rollincius scripsit Ordin. & Method. med. spec. comm. pag. 1024. Non rarò medici vice fingitur terror, & quod illius superat captum, hujus sequitur raptum. Finem imposuisse quartanæ refractariæ experientia docuit de improvilo subortum. Febris tertiana immersione aquæ fluentis curata notatur anno 3. Ephem. Germ. obs. 211. Retulit mihi nuper quidam Magister Equitum, se tertianam servum in paroxysmo perterritum, exploso in ipsum inopinatum telopeto, pulvere pyrio & papyro referto, à febre contumacissima liberavisse.

Scholium. Terrorem non solum in febris curandis, sed aliis etiam in morbis magnam habere efficaciam, scimus. Sic tertianam ex bombardæ improvila explosione Ephem. nostr. Dec. I. Ann. 11. Obs. 150. ex immersione in aquam Anno 111. Obs. 211. quartanam ex cybæ in aqua submersione cit. Obs. 150. ablata recenset; quare per terrorem sanata quartanæ exemplum etiam in Ambros. Paræo libr. 1. cap. 23. Anno 2. Zod. Med. Gall. mens. Jan. & decad. 4. observat. 1. Schardeana refertur. Paralytin inveteratam & singultum gravissimum eodem remedio ablata describit Franc. Valleriola libr. 2. observ. 4. Paralytin & contracturam Dom. Beckerus de culriv. Borull. quest. 9. Epilepsiam Dom. Casp. Theoph. Bieringus advers. curios. 13. Dom. Thom. Bartholinus centur. 3. histor. anat. 41. Arthritidem Phil. Sal-muth. centur. 1. observat. 48. Sanguinis ex utero fluxum & oris inflammationem Gæm. Rollincius ord. & meth. med. spec. comm. lib. 14. sect. 3. Scilicet cum spiritibus ab improvilo aliquo casu magnus terror incutitur, violenta eorundem commotio contingit, ut ita, qui antea sanguinem aliove humoris, crassitie, quiete aut tempore peccantes sufficienter agitare atque attenuare hand valebant, nunc potentiori nisi subigendæ & alterandæ eidem partes evadant; quin & iidem v. scolis præter naturam genicis particulis incarcerationi quasi, sopiti aut etiam ab aliis hostili acredine inf. suis lacerati, jam veluti recollectis copiis ab eorum imperio sese evolvant, easque dissciant; aut regressi ad centrum suum, sanguine in motu aberrantem, in ordinem sic redire cogant. Sed hæc sunt fortuita, nec facile à Medico imitanda, curam utpote satis incertam, & periculosa involvens; cum nec sepe ea sit causa morificæ conditio, quæ illi extraordinario spirituum eadit insultui, aut eum patientes perferat, vel etiam spirituum non idem vigor, qui perturbationi illi sustinendæ sufficit;

sufficiat; quin potius hos dissipari, omnino suffocari, morbumque augeri, aut navum induci, contingere queat, unde non pauciores, sed facile plura exempla recensere liceret, quibus terror incensus varios morbos aut ipsam etiam mortem inferendo, perniciosus exitiosusve existit. *D. Jac. Augustini Hunerwolffij*

Febris octava ad Luna periodos recurrens.
Ex clariss. *Gothofredo Davide Mayero* Ephemerid. Germanic. Centuriâ 5. & 6.

Vir juvenis Religiosus & D. Francisci Fratrum confortio junctus, ætatis XXVIII. annorum, plethoricus, ex Bohemia Uratislaviam ablegatus, eam mihi percurandam committebat: Febrim speciem, cum qua ultra annum se graviter constatum asserbat, cujus indoles & progressus sequens à me observabatur: nimirum octavo quoque die, quo Lunæ vicissitudines sibi obire solenne est, certissima periodo ægrotantem immanis Cephalalgia adoriebatur, in qua dolores lancinantes, & pundorii interni accuratè cum pulsu conveniebant: hi nunc sincipitis regionem occupabant, concurrente graviore aurium tinnitû & sursû. Vasa temporum infarcta quasi & inflata, è longinquo pulsationis sensum determinabant: totum corpus horrore concutebatur, alvo tum temporis semper clausa remanente. Vertex sensu frigoris perterritabatur, ac si glaciem impositam haberet. Detestabatur tunc quemcumque strepitum & motum, levem licet & sanis vix observandum, cum primis remotiones scabellorum, apertiones januæ, interlocutiones & colloquia: quin imò lumini infestus, tranquillitatem sitiabat & quietem, citra ullum ad cibos aut potum, nisi tenuissimum appetitum. Interdum obvenit vertigo tenebrosa, procul dabit partim ex oppletione cerebri, & meningum sanguine expanso, partim ex consensu partium nervosarum ventriculi, sinistri ejusdem maximè orificii à contentis flatibus. Ad hæc dolor aderat obtusus hypochondrii dexteri, & post antea distam horripilationem, æstus corporis continuus & intensissimus dolor artuum osteocopus, difficilis respiratio, pulsus magnus, celer & frequens, quandoque inæqualis: Urina primò rubra & diaphana: tandem cum sedimento incarnati coloris & turbida. Sic octavo quoque die à febre, Lunæ phasiam præcurfore inseparabili, per tempus sex hebdomadam hic Uratislavie pium hunc & diætæ legibus apprime obedientem Religiosum miserè oppressum ipsemet observavi; exacerbatione quovis paroxismo ad XIII. horas non interrupto ordine violentiam suam exercente, cum reliquis diebus, consuetis muniis præesse, ac sano similis officii rationibus defangi optimus patiens potuerit. Tandem continuatis congruis remediis, & largissima sanguinis per nares eruptione eveniente, felix contumacis hujus febris solutio obtenta fuit.

ANATOMICÆ INSPECTIONES.

Febris Hæctica & lenta.

Filius Dom. Pouart Regii in camera computorum Auditoris, cum bimestri Tertiana laborasset, nec ad medicamentum adduci potuisset, cum coelum incanduisset paulum, datur medicamentum cui indormiendum imprudens Pharmacopœus censuit: medicamentum inane fuit, movit, nihil exclusit: Ab eo tempore vix febris expers: De Dolore capitis, de quo prius non conquerebatur, dum paroxysmus reperit, repente æstus fit, elatis in cerebrum vaporibus, imò & febre ipsa jam cerebrum

occupante (unde calor accerrimi sensus apparebat) ac si febris esset Capitalis, ut sic loquar: per xxiv. horas æstus fuit & hæctæcum prehenderat: virtus erat debilis, nil natura præstitit quamvis irritata. Convulsus interiit.

In cerebro nihil deprehensum, venæ intumuerant parum: vi febris interiit, oblesso cerebro quoque, ut interea non esset flabellatio cordis ob respirationem non liberam. *Jac. Thevart. Annot. 3. in cons. 58. Ballonii lib. 1.*

§. 4. Audimus D. Cardinalis Lotareni, qui febre velut capitali interiit, aperto capite repertis venas omnes adusto plenas sanguine, & meningis veluti tactas de celo & sideratas. *Ballonius Epidem. & ephemer. lib. 2. pag. 129.*

Illustr. Baronissa de Coudrée, ætatis ann. 65. sterilis, post casum ex rheda in partem capitis lævam, defluxum perensit in maxillam diurnum & dolorificum, unde Febris, sudores nocturni, melancholica phantasmata; vario successu dimicatum est, tandem febris invaluit, & mortalitatem exiit.

In aperto cadavere Pulmo repertus est inflammatus & lividus, cum maculis nigris: Ventriculus amplus, cor flaccidum; hepar extremo loco leni adhærens, Uterus immense tumens & plane scirrhusus, Prostratæ ovi magnitudine refertæ pure: Cystis fellea referta lapillis & scirrhusa. *Ex schedis Clar. D. D. Alexandri Diodati Medici Genev. & De ani.*

Duo sunt quæ inter accidentia symptomataque in febres, quæ hæc tempestate grassantur, incidentia numerantur, quibus plurimum ægri torquuntur, Singultus ac Tussis: Nec ita quidem molesta esse ceperunt, vel quod totum febris tempe occuparent, vel quod brevissimo tempore divexarent: Vidimus enim ineunte statim accessione ita suffocationis periculum oboriri & tussis molestias, ac si nulla vitæ spes relinqueretur, desinente accessione placide ac sedate habebant: Singultus autem in nonnullis ita molestus fuit, qui febre nocturna, mox diurna, cum destillatione in pulmones laborarent, ut omnia præter Singultum molestè ferrent. In his fuit Dominus de Bures, cui antequam cessaret singultus, totum corpus intumuit: Detumescente corpore reperit singultus, afferens ei aliquid permolestius quam ante: nam & ulcusculum excitavit in partibus ad orificium ventriculi atinentibus, nam cum quid deglutiebatur aut calidiusculum, aut manifesta qualitate præditum, percipiebatur in inno oesophagi dolor: Illi autem à Singultu, cum abdomen inflatum fuisset, alvus biliosa reddidit, post excretionem biliosorum sequuta sunt purulenta, quod mirum est. Nec credimus hæc à pulmonibus emanasse quamvis hos laborare suspicaremur: cum enim à partibus superis tale quid contingit, id simul & semel fieri solet: at hic æger sæpe eam excrevit materiam.

Hic æger singultiens, tussiens, sibiens, ad tabem vergens, interiit: Aperto cadavere inventus est hydrops ascites in abdomine: Inventi sunt pulmones purulenti, corrupti. Intestina livescebant, quasi siderata superna parte: unde credibile tum singultus magnam occasionem illinc natam, tum syncopes qua prehensus est, Lien plane putris: Denique nulla in toto corpore pars inventa est integritatem suam servans: Dejectiones purulentæ, nobis admirationi fuerunt, à puri mesaræo manabant. Dejectiones antequam diem suum obiret, præcesserunt nigrae, pici liquidæ similes. *Ballonius consil. 25. lib. 1.*

Rarissimus affectus est quo obiit Sereniss. Venerorum Dux, Franc. Contarenius; cujus ægritudinis causa ter Venetiis vocatus fuit Joh. Prævotius,

Prevotius, variisque nominibus cum aliis Medicis dissentientibus discoravit. Die ipso Solstitii æstivi incidit in acutissimos dolores colicos, quibus erat obnoxius, iisque vix altero die liberatus ope remedium præcalidiorum, incidit in Febrim quæ typum duplicis tertianæ servabat, redibatque modo anticipando per aliquot dies, modo per toridam & plures postponendo proportionaliter: Vigilia & fies molesta fuit usque ad septimam, quo tempore, occasione levis medicamenti oborta est diarrhoea biliosa, quæ ad 40. usque diem perseveravit: Urina ab xi. die semper apparatus e mediocri consistentiæ, ut plurimum rufæ, copiosæ, modo cum sedimento albo & levi, modo cum suspensio boni coloris, levi & satis coherente, aderat quoque levis tussicula quæ è faucibus videbatur aliquid pituitæ crassæ reddi, respiciendo satis erat libera, difficilis tamen ad latera decubitus: ad oblata semper bene se habuit: Pulsus erant magni & fortiores quàm ætati convenirent. Ad 40. diem febris visa fuit remittere, neque ulla manifesta aderat exacerbatio: Alvi recitamenta coeperunt consistentia fieri & fœces bene coloratas præ se ferre: pulsus perseveravit robusti, retinebant aliquam non naturalem celeritatem, neque unquam recuperavit appetitum: Singulis autem 8. vel 10. diebus revertebatur manifesta febris, quæ duabus aut tribus accessionibus manifeste fiebat post levem alvi evacuationem, vel spontaneam, vel clystere aut levissimo pharmaco procuratam, perseverabat tussicula & difficilis decubitus: Sub æquinodium increvit tussis & catarhus ipsius alia familiaris; cæteræ perseveravit in statu proprio usque ad Octobris initium, valde emaciatus: Eo tempore rediit febris bis, æternis scilicet diebus, sed cum spirandi difficultate & anxietate tam insigni in principio accessionis, ut vix duos illos insultus superaret, reddita autem copiosa bile per alvum beneficio clysteris, febris illa manifestè cessavit. Inde traduxit ferè mensem integrum quiete, & si tussiculam exciperes, difficilem ad latera decubitus & inappetentiam, quæ nunquam cessavit, videbatur Sereniss. ad convalescentiam pervenisse: dormiebat enim, comedebat sine nausea, aliquando surgebat è lecto, solus etiam absque inixu parum perambulabat, pulsus servans constantem, & robustum, qualem ab initio morbi habuerat: Ecce autem circa Decembr. initium spirandi repentinam difficultatem, cum anxietate & febricula, cujus obscura erat accessio æternis diebus, pulsuum mira inæqualitate & parvitate: decumbere cogebatur pene rectus, neque poterat ad latera: Sentiebantur ingentia murmura ventris, & ob flatûs copiam subinde cibi & potus deglutitio impediebantur, spuebat difficulter crassa, cinerea, subflava, corruptam quid redolentia: urinæ erant crassæ cum sedimento copioso & crasso. Die 6. Decembr. in principio recessionis, disicorum symptomatum vehementia obiit, cum ex pulso ante explorato in sequentem diem vivere posse crederetur. Medici Veneti malum semper reculerunt in insignem jecoris æstum & siccitatem pulmonis, quem consumptum & arefactum credebant: ideo mellita, saccharata, aliisque aperientia, detergentia, & mediocriter cathartum abtumentia, ne non ventriculam, & pulmones roborantia nunquam usurpare voluerunt.

Die 7. apertum fuit cadaver: Intestina omnia crassa & tenuia, flatibus distenta, erant: Jecur tumidum & spongiæ instar plenum materia alba, quæ omnem partem rubedinem abstulerat, adeo ut parenchyma variè dissectum, ubique album appareret. Cor prægravidè, nulla tamen materia intus aut extra contaminatum. Cavitas pectoris lib.

circiter squosæ materiæ continebat: dextra pulmonis pars flaccida videbatur, crasso & muco humore oppleta: sinistra præsertim resoluta erat in saniam albicentem, quæ tunica pulmonis ut in sacco continebatur: Ea dissecta effluxit in cavitatem thoracis ferè ad 3xvj. circiter: Plane nullam pulmonis vestigium sinistro latere, præter membranam, quæ costis adharebat, indicium reliquit erat. G. Hieronymus Vellebius ex J. Prevotii obser-

vat. Piscator in cætevisaria taberna cum sociis potans, poculo lapideo in capite feritur: Solutio continui nulla, tumor cutis exiguus, quo litu oleorum à Chirurgo brevi dissecto. Piscator ad scapham suam, & post ad comperationem rediens, non multò post Febre correptus satis concessit: Qui percussor cordis male infirmatus, capitur, carceri mandatur, supra extindti sarcophagum ex more patriæ decollandus.

Venitur ad apertionem cadaveris: In capite cis & circa calvariam omnia sanissima, nec ullam læsionis vestigium: Aperto thorace, Pulmonis lobum dextrum pure referissimum, quantum erat, deprehendimus: In sinistro quindecim abscessus, unguem pollicis æquantés observamus. Cum ab illis abscessibus, quos à capitis contusione processisse, si quæ fuisset, impossibile erat, enecatam Piscatorem iure jurando affirmavimus, comperit carnicis manibus ereptum libertati restitimus. H. ab Heers observat. Spadan. cap. 2.

Mulieri post xv. annos à connubio parere contigit, laboravit multum à partu: Secundinæ substituerunt, avulsæ frustillatim: Obstetrix assererat superesse aliquid: Febris nata, hinc nigra lingua, Dentium intervalla scabritie nigricantia, facies rufè, septimo die mortua.

Febris Hæctica Phlegmonarum internarum ferè comes est.

Vidi inflammationi laxioris Intestini diutinæ succedere marcorem, ac stomachi, ac vesicæ, ac renum: Fuerunt autem nonnulli qui affecti erant difficultate intestinalium. Et ut in summa dicatur, quoties præ exlicatum cordis ipsius corpus fibrilem calorem susceperit, soluta difficilem. Haller Gibaltus comm. ad cap. xii. lib. 1. de different. febrium Gal.

D. Sigitarii (Serenissimi Ducis Baviaræ Consiliiarii) cor tabidum ex toto apparuit, ita quidem exsiccum & parvum, ut quod Thonerus de ejus cerebro ab aliis illusos recenset, id nigredinem ex usu Tabaci frequenti contraxisse, hoc ego de corde verissimè affirmare possim: Sanè aliquot septimanas antequam occumberet: Vir clariss. consumptis magna ex parte spiritibus vitalibus & animalibus in utroque oculo visum perdidit: Mortuus tandem est anno hujus sæculi 47. non præciè ex vomitu, ut Hoferus narrat, ex tabe & febre Hæctica consumptus interiit: febris inquam Hæctica quantum magnitudinis gradum adeptæ. Franc. Ignatius Thiermaier. conf. 5. lib. 1. p. 75.

Puerum novem annos natum xix. Martii 1669 feci: laboraverat is febre hæctica per quinque ferè annos; cor autem nobis mortuus ostendit durum, longe infra suæ ætatis magnitudinem, varum tamen prædium tam amplis, ut viri perfectæ ætatis capacitatem æquarent. Pericardium laxè illi circumdatum, fælo liquore repletum. Pulmones indurati costis adhaeserant, omni sui parte purulenta materia expleti. Folliculus fellis

fellis tunica virilis magnitudinis, nigricantem quandam substantiam imbiberat.

Probabiliter magis quam verè scribit Vesalius in Viris minus aquæ, in foemellis plus inveniri: Seduxit etiam plures, ut Bauhinum, Jul. Caserium, Claudinum, & alios, qui eodem tenui conjectura mori, tradunt in hecticorum, Phthisicorumque & marasmo laborantium Pericardiis, nihil aut minus aquæ reperiri: Ego autem in iis semper plus humoris quam in aliis offendi: Rem eam pluribus experimentis veram hucusque cognovi, & mecum alii Excell. Chr. Majus, & D. Hørsius Anatom. Observ. 7.

Ego ubi hoc loco (pericardio) nonnunquam tres, quatuor, quinque aut sex uncias, aliquando libram illius humoris inveni, tandem eorum cerebro, opera administri inspicere non superfedi: profectò in ventriculis hanc aquam quoque multò cumulationem sæpius deprehendi: in iis pedes aqua erant tumidi, in abdomine minus, plus aquæ in thoracis cavitate erat, ac in cerebri ventriculis aqua erat sane quam notabilis. Horum quidam ante mortem amiserat memoriam, quidam mente non satis constabat: Quidam, inquit Dn. D. Wepferus phthisi obiit, ac remoto cranio, plurimum feri sub pallii in omnibus ventriculis & spatio inter meningas reperit. C. V. Schneiderus l. 2. de Catarrhis c. 9.

Inter febres symptomaticas refertur quæ vulgò Lenta appellatur: qui hac laborant, plus debitò incalescunt, præsertim à pastu, motu quovis aut exercitio: urina plerumque rubicunda est, spiritus sunt debiles, & vires dejectæ, circa appetitum & somnum se mediocriter habent, Tussi aut spatio copioso carent, verùm in dies (tabidorum instar) & sine causa manifesta marcescunt.

Quendam tali morbo defunctum aperui, in quo viscera costioni dicata satis rectè se habuerunt, Pulmones verò erant exsiccæ & aridi, necnon materia sabulosa instar cretæ per totum obstiti: Non in hoc affectu mesenterium glandulis tali materia argillacea repletis obstruitur. Fernelius.

Filiolæ Dom. de la Vau mirum quid contigit, febris continua, dolor lateris sinistri, is fugax fuit nec perseveravit: inde dilata est phlebotomia, bene habere visa est, febris recruduit, difficultas spirandi, mors.

Aperto corpore, Epiploon pure persersum erat, à thorace fluxerat, nam torus sinister pulmo, & thoracis pars sinistra pure plena erat, Catarrhosa erat nec expectoraverat quicquam unquam. Gul. Ballonius Epid. lib. 2. pag. 262.

Pulmonis vitium ex tenui, acri, multaue distillatione capite in hunc ipsum illapsa, cum Lenta febre notavit Jodocus Lommius Observat. med. lib. 2. Tale quid anno 1624. in Oslo Slangeldorpio observare licuit Patavii, qui à febre continua in itinere Neapolitano contracta, Romæ vix sanatus, extenuato corpore quum superatis Hetruriz montibus Patavium rediisset, intra paucos dies vitam cum morte commutavit: Viri eximii Guernerii Rolincii opera thorace aperto causa mali patuit. Job. Rhodius cent. 1. observat. 4.

I. Hæc ex gravi percussione lateris dextri versus dorsum in tribus primis costis spuris, à qua statuentis œdematosus tumor procreatus, per gangrenam & cariem 1628. extinctus est: in cadavere aperto pleraque sana, nisi quod in mediastini intercapedine vomica existeret crasso pure repleta: similisque sterno sub pleura incidere, eo loco ubi mediastinum connexum erat, vomica affectum, ita ut inter sese duæ hæc vomicæ communi aditu

patèrent: In abdomine magna puris copia innatabat, præcipue ad aqualiculum collecta, quæ ex pinguedine omenti & intestinis adnata, per Tabificam febrem eliquata fuerat; Quam suspicionem O. Heurnio auxit residua omenti & intestinorum pinguedo, quæ diffuens similem idæam purulentæ materiæ repræsentabat. Bartholinus cent. 2. Observ. 59.

Cadaver aperui cojusdam qui lateris apertionem admittere noluerat: in latere materia purulenta nidum habuerat, unde in thoracis cavitate decidens, ibidemque in copia ingenti aggesta, & pulmones continue immerfos polluens, febrem lentam, & quasi Hecticam, à qua æger valde senex interit, excitabat. Willis Pharmac. rat. p. 2. sect. 1. cap. 9.

Multoties deprehendi integris pulmonibus, vel utramque pectoris cavitationem, vel alteram aqua plenam: Interim pulmones corruptos in aqua nantes vidi: unde cum Hippocr. asserere licet in Pectore hydropem fieri: hujus rei insignia duo asseram exempla: anno 1666. in schola Boniensi, Medicinæ Theoricæ Professor J. Peregrinus quinquagensarius, corporis constitutione ad phthisin proclivis, hydropè correptus fuit, à qua multo ac diuturno piperis usu seipsum liberavit, tandem in hecticam marasmodem incidit & animam dedit.

Aperto cadavere, inveni dextram thoracis capacitatem aqua plenissimam ac turgidam, Pulmonem illæsum, &c. In Virgine quadam, præter alia animadversione dignissima & rarissima, deprehendi thoracis partem dextram aqua subnigra & putrida plenam, continebatque ejus aquæ cantharum & dimidium: Pulmonis etiam dextram partem, quæ in ea cavitate collocata erat, cum pleura corruptam & nigram. Coiter in Observation. Chirurg. & Anatom.

Illustr. Comites Itali, Alexander & Octavius Blandiadi, alter xij. circiter, alter x. annorum, cum ultra annum Monachii satis commoda usi essent valetudine, alacres & prompti corpore animoque, nisi quod Octavius semestri ante mortem ex febre continua, sed lenta, aliquot dies decubuit, & ea tamen belle restitutus, mense Junio 1588. Octavius puer, qui prior rursus incidit in febrem continuam, lentam tamen & mitem, cum calore & dolore prope nullo, neque aliis malis accidentibus, pro ratione tanti affectus tunc adhuc latentis, stipatam, junctus tantum erat febris difficilis spiritus, sublimior quam pro febris ratione, citra rufum, cum lateris dolore ad tactum, quem ferè non poterat, aliàs ferè nullo: ventris quoque aderat aliqua inflatio cum torminibus, urina turbida; Cum quotidie in pejus omnia laborentur, decimo die obiit.

Dillecto cadavere, vitium incurabile, & forte à primordiis generationis illi, ut fratri, congenitum apparuit; cum enim abdominis viscera sana inventa essent, referato thorace, reperta vomica in dextro pulmone, universam simul dextræ partis thoracis pleuram occupans; erat enim sub tunica pulmonis dextri, & pleura ejusdem lateris costas integre plurimum ac crassum pus: In cavitate verò thoracis dextri plurima aqua citrina, alterò pulmone illæso existente.

Alter verò frater, Alexander, paucis post diebus eodem propè morbo decumbere cepit, ex febre miti, continua, nullis comitata symptomatis pravis, præterquam vigiliis, sibi aliquali, rufiebat interdum, dolorem nullum quam sub axilla

pe in pravâ dietâ cum haberetur, & pessimè tractaretur ab iis apud quos victum laborando conquirebat, nullo commodo nutrimento partes sustentatæ, & ad incrementum naturale acquirendum fulcra fuere: Unde enata Diarrhœa, ex humorum corruptelâ & intemperie, viscerum naturalium & vitalium omnes vires devastaverat, cujus manifesta spectabantur indicia in visceribus omnibus valdè flaccidis, præcipuè autem Corde & Pulmone: Vomica etiam in dextro pulmonis lobo aderat: & supra pericardium, ubi membrana mediastini ei connectuntur: ad cordis apicem glandula nucis juglandis solida, valdèque densa existerat: Thymus etiam glandula in jugulo eandem constitutionem obinebat, sicuti etiam in Mesocolo eaque majores, & in mesenterio, sed minores, inter quas erant variae atheromatosis materiam obtinentes: Plurima aqua pericardio inerat, cordi autem sanguis paucus: Sed Pancreas à magnitudine & consistentiâ naturali non variabat, sicuti nec Lien: Renes flaccidi erant & luci, præcipuè in parte imâ, sed ureteris utriusque extra renem in exordio progressus valdè amplius: nihil tamen calculosi aut sabulosi in renibus aut vesica deprehendebatur: Omentum omni pinguedine expoliatum erat: Hepar flaccidius & colore fusco ad luridum vergente, cæterum naturaliter comparatum: Uterus minimus erat & durissimus: Testis uterque gracilis & longior naturali figurâ: Testis non apparebat, sed vas deferens à teste ad uterum aliquatenus conspicuum erat: Vasa ad fundum & collum uteri protensa tenuia erant, quoniam nondum menstrualis fuerat: Totius corporis habitus gracilis & exsuccus erat. *Ortho Heurnus Hist. xv.*

Febre heclicâ Luteriæ quidam cum perisset, in corpore nihil observatum, quam quod glandulae, illæ duæ, quæ Pyloro à naturâ appositæ, (vel potius circulus qui est in pyloro) duritiem & scirrhum contraxerant, ratione cujus proculdubio alimentis non.

Glandulae lumbares conspicuæ magnitudinis erant in corpore heclico, quarum cum lymphaticis commercium manifestè videbatur: Heclici hujus Mesenterium computruerat, Omento penitus absumpto, Ingentisque aquæ ad viridem vergentis quantitate in abdomine collecta. *Thomas Bartholinus Epist. 70. cent. 2.*

Cadaver D. Miron Regii Consiliiarii, febre lentâ mortui, & adeo exsucco, ut nec carnem nec pinguedinem habuerit, sed loco musculorum fibræ rubentes remanserint, & ossa cute sicca & arida fuerint vestita, Parisiis 18. Junii 1639. apertum fuit plurimis præsentibus, imprimis Guidone Patino; visu digna hæc notabat vir doctissimus, 1. Omentum corruptam, gangrenatum & totum ferè consumptum. 2. Ren dexter gangræna correptus, putridus & nigro colore tinctus, cui impactus calculus in medio, crassus & longus minimi digiti magnitudine, cujus apex ureteres ingrediebatur, quos ramo bifurcato obstruxerat: hic ren adeo correptus fuit, ut nisi aliudè mors obvenisset, mortis potuerit sola esse causa, ex suppressione urinæ brevi sine dubio sequutura: Alter Ren neque putridus erat, neque ulcerosus, sed lividus totus propter sympathiam cum dextro, qui præter figuram nihil reni habebat simile. 3. Hepar grande sed durum multis in locis, plenum pu-

tridis tuberculis de foris, & parvis abscessibus interius, ex quibus prodiit materia alba & crassa smegmatis instar: sed magis putrida inferior pars quæ renem tangit, superior costis adnata, color lividus, Sanguis contentus crassus, lividus & putridus: 4. Lien non valdè vitiosus, solo colore livebat, quod forsitan vitium ab hepate illuc amplitudine suâ protenso contraxit: 5. Intestina decolorata, imprimis jejunum nigrescens, & nonnihil siccum durumque: 6. Mesenterium consumptum nihil spectatoribus reliquerat præter glandulas nonnullas virides & pure foetido rectas: substantia ipsa mesenterii videbatur in pus resoluta, quod tribus ultimis morbi mensibus per ventris fluxum evacuaverat: distincta tamen erant vasa, venæ & arteriæ, ob copiam sanguinis stagnantis: 7. Pancreas durum, scirrhosum & exile: 8. Ventriculo naturalis erat constitutio, & vesica lotio plena: 9. Pulmones duo planè purulenti, pleni tuberculis nigris & cæruleis, quibus apertis, effluxit pus album & spumosum cum sanguine livido & nigricante, præter partem inferiorem sinistri, quæ tota rubebat, dura & sicca, cum aquæ rubræ claræ pmtâ unicâ in cavitate: 10. Cot exile & aridum, quale illorum esse solet qui febre lentâ moriuntur. *Thomas Bartholinus cent. ij. observ. xix.*

Nob. mulier adolescens nupta viro Illust. provecæ jam ætatis filium illi peperit: Marito è vivis sublato, viduæ in mammillâ sinistra tumor prodiit durus, &c. mox postquam sanata fuit in gravissimos dolores incidit, circa cillum nudam, præcipuèque articularum regionem, cum capitis intolerabilibus cruciatibus erumpentes. Medici suspicati à lûe venereâ eos procedere, curationem eo dirigebant, atque sufficitibus ex cinnabari medebantur: Accersitus ego, eam sub strato decumbentem suffumigiisque ob lectum carbonibus accensis calefactum, calentem sudantemque deprehendi, & de doloribus circa ossa atque calvariam conquerentem, febreque simul laborantem, quæ suas habebat certo tempore exacerbationes, easque præsertim post cibum sumptum: Cum & Medici & Chirurgi eam lûe infectam mihi narrarent, ego singulis exactè perpensis, ostendi arthritidem esse hunc affectum, neque dolorem illum, circa ossa se offerentem, quæ quartam lûis speciem constituit, multis rationibus probavi: Quare à sufficitibus illis, quibus jam diu usa fuerat, & qui Febrem Heclicam in ea pepererant, abstinere iussimus, & pro doloribus arthriticis remedia convenientia adhibuimus, verum cum præter hunc affectum, circa coxas, humeros caputque eum assilentem, febreque Heclicam eam consumentem, febris Putrida simul accessisset, undè cardialgia; vomitio post cibum sumptum ferè continua, ac menses aliquot supervixerit, tamen sensim tot morbis labefactata, tandem è vivis excessit.

Corpus demortuæ à Medicis sectione divisum, atque undique diligenter inspectum, hoc pacto constructum deprehensum fuit: Caput cranium crassum atque integrum sine suturis, Ventriculi in cerebro aqua limpida pleni: Mamma sinistra, qua dum viveret scirrhus laboraret, circa radicem scirrhosa, ut & circa papillæ radicem scirrhus erat candidus, glandulam representans. In costis vena lota nigricans, latebat: Hepar sanum nec vitium:

tum: Vesicula felis exterius nigra, intrinsecus ulcerata, & bile atra, quæ picis instar splendebat, repleta: Lien totus putris sanguine nigerrimo oblitus: Venæ mesaraicæ tumentes & sanguine atro turgentes, eoque crasso & veluti concreto, qui è majoribus venis, coralli instar nigri, invicem coherens extrahabatur, venæque ex illis ventriculorum implicantes late & varicosæ erant; In rene dextero calculus triangularis, albus, mucro obvolutus inventus fuit, in sinistro tantum arenulæ: In reliquo corpore sanguis, in venâ cavâ paucus, uti & cor, quod parvum erat, exanguie carnebatur: Ex quibus præcipuè his vitiiis satis conicere potuimus in venis causas & putridæ & hæticæ febris, atrophicæ, aliorumque partium naturalium symptomatum fuisse, quæ mortem illi potius quam arthritis, quippe quæ curari potuisset, pepererunt. *Platerus Observat. lib. 2. p. 504.*

Anno 1595. puellam annorum xii. aperui, incantata quæ credebatur, adeo mitis symptomatibus per octennium correpta fuerat: Huic cor intra pericardium aquæ virulentæ innatabat, cui color viridis ac si marinam vidisses aquam: Causa mortis Pancreas erat, quod mirum in modum intumuerat, Jecoris cavæ parti ætissimè adnatum, ita scirrhosum ut lapidem tangere te existimares. Dissectum candido planè intus conspiciabatur colore, haud aliter ac si albam pituitam admodum induratum tractasses. Extenuata omnino erat, extincta Febre Hæticâ. *P. Pawlus Observat. 14.*

Formula quædam cum longo tempore non sine febre decubisset, per me tandem utcumque restituta fuit sanitati, ita ut aliquot mensibus foras prodiret. Verum postea facta recidiva, rursus aliquot mensibus decubuit, neque tunc ulla medicamenta adhibuit, nisi cum jam macie exhausta jaceret, cum Febre lentâ, Sinitique continuâ & fluxu colliquante: Atque cum tunc ad illam accitus essem, tumor circa stomachum apparuit rotundus, ita ut nunc apostema esse videretur, atque instante jam quasi morte, & remediis aptis adhibitis nihil juvantibus, & cum ex tactu pus sentiretur, constabat intus liere abscessum jam maturum. Chirurgus accitus incisionem in moribundâ tentare non fuit ausus, nam die uno vel altero sequente obiit.

Facta post mortem incisione, inventus est lobus hepatis supra stomachum ascendisse, totius hepatis membrana illæsa quæ hepar continebat; sed ea incisa, tota hepatis substantia corrupta & purulenta, vomice instar undique effluxit in capacitatem ventris cum putore intolerabili. *Forsstus lib. 19. Observat. 10.*

Vidi cui Hepatis parenchyma, illæsa sola superficie, in pus versum fuerat sub languidâ Febre ac frequenti leipthymia. *Heurnius aph. 41. 6.*

Vir Nobil. Jacobus Myro, Senator Parisiensis, cum esset roræ texturæ & infirmæ valetudinis, circa initium Februarii 1640. incidit in Febrim continuam, quæ ex prægrandi abscessu rupto in Mesenterio, cum pravis aliquot symptomatibus, præsertim verò diarrhœa biliosa & serosa, jugibus vigiliis, hæmorrhoidibus, & universi corporis colliquatione, versa est in lentam symptomaticam, qualem graphice descripsit Scholæ nostræ lumen Fernellius 4. path. cap. 16. Ex hoc affectu postquam decubisset Nob. Senator, per quinque fere

Tom. II.

mensibus, quibus in dies pugnatum est arte mædendi, tandem exitium superavit opem quæ victa jacebat, fatisque cessit morte lenissimâ, sine ullâ vi, ullique torsione, quæque placidiorum nullam potuisset unquam sperare aut optare Augustus ipse, sine ullo cruciata & tormento, quam *suadavitæ* nomine indigitare solebat. Transactis ab excessu horis xii. dissectam fuit cadaver.

Inter cætera observatu dignissima quæ consulto annotavi, & hoc unum fuit, Ren dexter, ex cujus vitio supra annos x. sævissimis doloribus nephriticis multoties fuerat divexatus, totus putris & in tabum redactus deprehensus: In cujus mediâ substantiâ & cavitate oblongum & obliquum calculum comperi, angulosum, & ut ita dicam, cornicularem. Jam multum temporis erat ex quo haud dubie Ren ille non solum putris & saniosus, verum etiam totus gangrenosus affectus & corruptissimus, sui muneris nihil quicquam edebat, & propria secretandi sanguinis & feri excernendi facultate destitutus erat. Qui enim potuisset obstructo meatu à grandiore calculo, & corrupta ad eum purædinis gradum propria substantia, ut ipsius renis nihil aliud quicquam haberet præter figuram & tunicam, quæ pro renis substantia merum tabum, idque nigerrimum continebat. Et tamen nulla unquam laboravit per totum morbum urinæ suppressione: Quod sane sæpius quoque à xv. annis in hæc populosissima urbe, calculosorum feracissima, observavi. Ergo non est semper verum uno Rene obstructo alterum statim cessare ab officio, cum ægrotum plerumque urinam profundunt alterius Renis beneficio ad ultimum usque vitæ momentum. *Ex Observationibus Excell. Gualtheri Patini Doct. Med. Parisiensis & Facult. Decani.*

Laborabat vir Nobiliss. D. Gul. Poole, ultra sexagesimum aliquot annos progressus, habitu pleno, febre quadam lenta, ut plerumque solent senes, cum apestiâ, virium languore, aliisque symptomatibus, qui tandem jugulatus mortalitatem exiit.

Aperto post mortem corpore, inventus in vesicâ urinariâ calculus, durissimus pyriformis, in medio secundum longitudinem pervius; urina ex eo tanquam canali quodam sine omni impedimento profuente xiv. unciarum pondere constans; In hoc Nob. Viri nulla apparebant calculi signa, quæ quidem fuerint observata; nullus ponderis sensus, nulla unquam calculi in vesicâ coagulati suspicio: ut miretur quis non sine causâ, quomodo fieri potuerit, ut tantæ molis & ponderis lapis ab retro non discerneretur. *Fridericum Lessius observ. 53. lib. 3.*

Hæc nostra memoria à corruptione uteri observatum est primates mulieres interisse, febre latente & blande ægras tractante, quod expectationem spemque Medicorum non sine infamie nota & ignorationis suspitione decepit. *Ballonius Histor. 1. lib. 2. consil.*

Febres Intermittentes.

Aliquoties publicè quibusvis presentibus, in Nosocomio Academico ægrotum præter alios graves affectus, Intermittentibus quoque Febribus, & quidem non rarò multifariis diutine laborantium, & tandem mortuorum cadavera dissecantium, &

tes, per ſyringam huic rei aptam, infodimus ſalem volatilem liquidum, & tinctura cœrulea reſectum in ductum Pancreaticum, ubi in tenue hiat inteſtinum, qui ſal quoniam nunc in plures, nunc in pauciores glandulas non penetrabat, dum in cæteras tum viciniores tum remotiores, & quidem non coloratas, tam ulteriores quàm ceteriores admitteretur, ipſaque colore ſuo inſiceret, obſtaculum aliquod hinc inde latitaſſe, propter quod ne per laterales Pancreatis ductus omnes in connexas ipſis glandulas mearet, Liquor infuſus impediretur, Spectatorum nemo non videbat, & procul omni dubitatione agnoſcebat. *Fr. Sylvius Praxeor. l. 1. c. 30.*

Obſtructionem in Pancreatis ductibus obſervavimus in ſœmina febrem Intermitentem paſſi: In cujus diſſectione per ſyringam infudimus liquorem volatilem ac cœruleum in ductum Pancreatis majorem, ex quo in pleroſque ductus laterales penetrabat, dum in paucis propter obſtructionem ſiſtebatur, unde diſto colore inſiciebatur ipſa Pancreatis ſubſtantia in uno loco & non in alio. *Regnerus de Graaf Tractatu de ſucco Pancreatico cap. 2. Theſi 175.*

Recordor egregiam & Nob. Domicellam Annam de Gatinois, uxorem N. xx. antè annos Tertiana autumnali laboraſſe, quæ in continuam & modicam tamen mutata, totam hyemem vixit, ſed insignita ſeviſſimis ſtomachi doloribus, duas treve horas ſtatim ab aſſumpto cibo juvenulam graviter exercentibus: Verosimile ſanè fuit focum Febriſ cauſamque doloris ad eò ſcerbi in Pancreate latuiſſe. Nam huiusmodi dolores deinceps obſervavi à Scirrhoſo Pancreate, graviter premente ventriculam, cibo diſtentum exorari, aut potiùs recrudescere & exacerbari à compreſſu ventriculi cibo pleni: Et nominatim in Reverendo Canonico, qui quatuor ante mortem annis de his doloribus fuit apud me ſemper conquieſtus, id enim conſtitit ſatis ex diſſectione corporis: *Car. Piſo ſelt. 6. de morbu ab Illuvie ſeroſa pag. 594.*

Vir quidam Nobilis Campanus Sanguineo & melancholico temperamento, incidit in Febrem cum quòdam dolore ad Dorſum Lumbos, & totius corporis tremore inſolito, qui poſt paucos dies feliciter deſiit fluxu hæmorrhoidali, lenio quidem & paucò, ſed dolorifico, poſt aliquot dies utroque ſymptomate adauſto. Is auxilium Medici recuſat, nullam à Medicorum præceptis opem ſperans, incurabili quòdam, ut aiebat, aſſectu laborans: Morbum enim magicum eſſe; Ingraveſcente aſſectu & Febre incandefcente, accitus D. Guido Patinus Medicinam illi fecit, venæ ſectione iteratâ & purgatione blandâ ex caſſiæ medullâ, foliis ſennæ & ſyrupo diatriodon ægri ſtatum perduxit ut in convaleſcentiæ ſpem lubens deveniret: Tandem quum vino multo, eoque meraciore uſus eſſet, inſcio Medico, invaluit Febriſ, proſtrata vires, factor corporis nulli ferendus: tandem cum *dyſuria* & ſagaci delirio extinctus eſt.

In diſſecto cadavere apparuerunt omnia viſcera nuſſa ſuprà modum pallida, à veteri intemperie bilioſa, quæ toto vitæ decurſu dominatum obſtinerat, ſed abſque ullo eorum ſubſtantie vitio: Ex utroque Pulmone leviter compreſſo ſerum patet & ſœtidum deſluſebat; Subſtantie cerebri ſerum multum inſtar ſeri lactis ſubvireſcens innatabat, cujus portio in ſpinam dorſi deciderat, Tremorem illum initio morbi concitaverat. Mortis autem cauſa fuit ingens abſceſſus in toto Pancreate lati-

tans, cum multo pure & ſortere intolerabili; pure inquam valdè putrido & ſubviridi, cujus acrimonia glanduloſum corpus penè univerſum excederat atque diſcerperat. *Thomas Bartholinus cent. ij. hiſtor. xxxix. & Epift. 23. cent. ij.*

Febriſ Tertiana in ſene lethalis ab vitium peritonai, meſenterii & pancreatis.

Cum anno C. 1668. Illuſtr. & Rever. Dn. Joh. Pezycki Episcopus Chelmenſis &c. ſeptuagenario major Thorunii ut Commiſſarius Regis Poloniæ degens, 11. Aug. in Febriſ Tertianam exquiritam incidit, ab eaque adhuc in iſto menſe per medicamenta opportunè eidem à nobis exhibitâ, fortunante Deo, ſcil. purgationem leviem, venæ ſectionem, & pulverem noſtrum antiſebilem ab eadem liberatus eſſet: accidit ut ex pravo victu, nempe fruſuum herarum atque vini cœraſtus nimio uſu, die 2. Septemb. recidivam paſſus ſit: qua iterum, benedicente ſenno Archiatro, beneficio pilularum noſtrarum antiſebilium feliciter proſtigata, hinc ſanus uſque ad Abbatiam Megilnensem novem miliaribus Thorunio diſtanti profectus ſit, ibidemque uſque ad annum 1669. ultimos dies menſis April. ſatis vegetus, in iſtâ præſertim ætate permenſis: ubi tunc ex nimio eſu lactis coagulati & cremoris ejuſdem, ſecundâ vice in Febriſ Tertianam recidit, ad quem ego 2. Maii veniens, poſt ſecundum peroxiſmum lenè evacuantem porrexi: ſubſequuto autem 3. peroxiſmo venam dextri brachii medianam incidere juſſi, tum veniculo corroborantibus proſpiciens, febrem deinde, Deo propitio, abegi: Sed cum ille ex laſciviis, quibus admodum delectabatur, accedente itâ, tertâ vice in fine Junii recidivam incurriſſet, tertii Julii viribus proſtratus vitam cum morte commutavit: ad quem 4. Julii ejuſdem menſis vocatus accedens, cadaver cum permiſſione domeſticorum aperire juſſi.

In quo omnia ſecundum naturam, inventa fuere, præter peritonæum & meſenterium atque pancreas, quæ ſingula nonnihil corrupta & ſaniſa deprehendebantur: Hepar etiam durius, quàm ſecundum naturam eſſe conſuevit erat.

Apparet inde quàm vera fuerit in hoc caſu Clar. Hollerii annotatio, comm. in aph. 12. l. 2. Poſt criſin tum relicta materia, tum diſpoſitio morboſa recidivas facere conſueverunt, niſi antevertamus purgatione vel alteratione: Accidit tamen aliquando citrà hæc ut fiat recidiva ob intemperantem vidum ægri, ſi plura ſempiternum conſicere poſſit: Recidit etiam in morbum ſæpè convaleſcens propter externas injurias, id quod præſens caſus conſtat: Huc referet ſphor. titatum. *Simon Sauterius in miſcell. cur. anno 1674. 75. & 76. pag. 226.*

Mamini febrem Tertianam, quæ tenuit Ampl. Præſidem, antè quinque annos focum habuiſſe in Hepate cujus indicium Tumor inflammatorius viſceris ei ſuperſtes, qui in ſuppuratam abiit, ut conſtitit ex ſero purulento, commixto ſanguinis maſſa, venâ ſecta conſpicuo, & lingua ſemper albeſcente, vapore ſcil. purulento tincta, quique accellu febriſ quartanæ exacto tandem anno mortem intulit.

Ejus in cadavere Hepar inſigniter tumefactum & quæſi rotorridum, ſed adhuc aſperum pura fuit repertum: Lien totus anhiſtus & carnis inſtar niger. *Car. Piſo de morbis à ſeroſâ colluvie ſelt. 6.*

Recordor etiam Nob. adoleſcentem, Joh. de Pouilly,

Pouilly, Tertianâ laborasse gravi admodum & producta, cujus proxymâ circa meridiem à mediocti Rigore cum inciperent, sudore largo sequenti soluebantur, Febre autem ingravescente, derepente & in continuam mutata, subito me absente suffocatus interiit.

Dissecto cadavere Hepar immâni tumore, & jam scirrhoso distentum inventum, & vomica pure prægnans in pulmone, nam biduo ante peripneumonia oppressus fuerat. *Idem ibidem.*

Non ita pridem excessit è vivis Rever. N. à Tertianâ febre comitata magno admodum tumore Hepatis, eoque duro, nec non abdominis dextri, & eo etiam infra umbilicum porrecto confectus.

In hujus cadavere, præter Hepar scirrhosum & oppido grande, observatæ glandulæ omnes dextri lateris, unâ cum pancreatâ, tumore supra admirationem magno & duro distentæ retorridæque, ut verè lapideas diceret: Hic autem, ut accepi, ante Tertianam Lenta febre hybernaque detentus extabuerat. *Idem ibidem.*

Affligebat Nob. Scotum, & quidem juvenem Tertianâ duplex, jamque xxij. diem persequēbatur, comitante usque & usque diarrhoea biliosa: Utrique malo obviam ibat Medicus peregrinus venæsectione decies repetita, Prisana, confectioe diachyinthi, aliis: Quibus minimè respondentibus expectationi, æger allatum Londino spiritum Tartari, nescio quo popularium foedente, per intervalia ad guttas plures hauriebat, undè viribus quidem sibi auctior videbatur, febre tamen nequaquam immutata. Successere tandem fæces alvi nigricantes, quas post aliquot dies mors sequuta.

Aperto cadavere hæc patere, 1. Pulmo exterius atris sparsus maculis, interius purè hinc indè restagnans. 2. Pars Hepatis gibba, sanæ simillima, sed coloris obsoleto & in album tendentis: Sima, quæ fellæ vesicæ propior, cærulea planè: neque lambebat duntaxat superficiem invisus ille color, sed in ipsam jecoris substantiam altè penetraverat: Ut conjicere hinc liceat bilem initio morbi hujus fuisse valdè æruginosam, adeoque vicina omnia foedo colore tinxisse: qua per continuam diarrhoeam tandem deficiente, non idè à morte vacuâ fuit vesicula fellis, sed alia sanè bile, & quidem subflava, eaque dilutissima jam distendebatur, quæ perpetuè in intestina, ut erat textura nimis fluidæ excurrens, non poterat non alvum identidem ad excretionem frequentes sollicitare: Sed cur æruginosa ante bilis? laboraverat ante annum quartana in qua cum præcipuè triumphet succus acidus, credibile aliquid ejus in vesiculam quoque fellis sese insinuasit, & colorem naturâ flavum convertisse sensim in viridiusculum. 3. Lien triplo major naturali, & intus nigra quadam amurca hinc indè squalens. 4. Renes magni sed flaccidi. 5. In dextro cordis ventriculo dimidium cochleare sanguinis, sed lenti & pituitosi: In sinistro ne gutta quidem sanguinis reperta, adeò frequentes v. s. omnia exhaurerant: Quod in simili posthac casu sanguis mittatur parcius, & usurpentur liberalius, non ea quibus attenuetur bilis, sed quibus nonnihil crassecat, rectius haud dubie ægro consulatur. *Olaus Borrichius Observ. 91. In altis Th. Bartholini ann. 1671. & 1672.*

Vir ætate flore, epulans liberaliter, quotidianæ vomitioni biliosæ jamdudum fuerat obnoxius, hæc repente suppressa, ventriculi vehementis dolor prehendit, cum nausæ & tussi inani: Huic mox cœpit corpus citrà febrem ullam vehementi rigore tanquam invadente exquisita Tertia-

Tom. II.

na, ex intervallis quotidie supra vicies concuti: Exactis diebus circiter xv. putrescente jam bile, Tertianâ febre corripitur, qua multis post diebus soluta, resolutio insequitur omnium corporis partium quæ sunt sub capite, nec multo Corpore dissecto, tam multorum affectuum causam deprehendimus bilem sinceram, eamque prassinam, circum jecoris cava libræ pondo membranâ coercitam, & cujus jam portio in spinæ nervos obrepserat, *Fervilius Pathol. lib. 4. de febr. cap. 10.*

Anno 1580. obiit Sereniss. Princeps, Magnus Dux Etruriæ, inexpectato casu, ex febre Tertianâ, quom Medici ipsi simplicem fatebantur: Quæ causa erat de indè vulgi & eruditorum judicis hinc indè audirentur, præsertim cum primo pharmaco assumpto statim melius habere incipiens, ex voto, quod fecerat, supplicium meritis è carcere liberari jussit: Erant qui fongorum esui repentinam mortem adscriberent, quo cibo ipsum maxime delectatum certum est, cum sanus viveret; Alii medicamenta non rectè exhibita incusabant, quæ sanè omnia nive & glacie refrigerata gelidissime assumpserat.

In cadavere ejus Jecur durum & exsangue repertum, ut cui 5xxj. sanguinis paucis interpositis diebus extractæ erant, subsequente siti intolerabili: Ventriculi interiorem tunicam marcor quidam sanosus arroserat, reliquis visceribus benè constitutis & integris omnino. *1. Udalricum Rumlertum observ. 94.*

§. 7. Bilem ejusque acrimoniam incusandam, ex anatome famuli Helvetici, duplici Tertianâ & simplici Patavii defuncti videor mihi divinare: Vesica enim fellis, quia ubi que obstructa observabatur, imprimis obstructis meatibus, qui per substantiam jecoris dispersi bilem ad vesicam deducunt, bilem calidum succum in corpore resistentem, & febris & rigoris causam fuisse verè sic simile: videatur Spigelius lib. 1. de Semitertianâ cap. 15. qui venas portæ pro fomite hic agnoscit. *Th. Bartholini cent. 4. Epist. 47.*

Febres tertiana naturam referentes à serositate biliosa in carnibus putrente orta.

Anno 1648. mense Augusto in Nob. urbe Lucensî, ipsiusque agro, morbi grassantes inter Epidemios sunt reponendi, non ratione essentiae, cum plures efficiant sub diversâ formâ, synochi scil. hemitritici, ardentis, tertianæ, ephemeræ: sed ratione causæ, utpote qui à causâ communi ortum duxerunt, ære scil. valdè humido & in ætibus inæquali, modò calido modò frigido: Et quia hic affectus magis viguit in planitie quàm in montibus, ubi magis ventilatur ær, hinc factum est quod in montibus degentes non ægrotaverunt, ægritudinesque variaz extiterunt pro diversâ patientum temperaturâ & variâ victus ratione: Sicut enim excedens æris humiditas corpora efficiens, ea disposuit ad putredinem, cum humiditas sit putredinis substratum, putredoque hæc sese insinavit in humores in corporibus prædominantes, eosque vel sanguineos, hinc synochi putridæ: vel biliosos, hinc ardentis & tritæophies: vel cum pituitosis putrescens, hinc hemitritici: Nec solum variaz fuerunt febres pro diversitate humorum, sed etiam pro diversitate loci in quo putrescunt: Hanc ob causam bile prædominante, modò fuit ardens, cum putruit in venis: modò Tertianæ naturam referens, dum putruit in parte determinatâ: Vel in carnibus ipsis, circa quas serositas biliosa inventa fuit in copiâ dum facta fuit cadaverum dissectio. *Ben. Silvaticum cons. 15. cent. 1.*

Cccc 3

III

In Tertianæ Febris principio morbifica causa cor petens, circa Cor & Pulmones, quando immoratur, anhelosus, suspiciosus & ignavus facit, quia principium aggravatur vitale, & sanguis in Pulmones impingitur, incrassatur, non transit: Hoc ego ex dissectione illorum qui in principio accessionis mortui sunt, expertus loquor. *Harvæum de motu cordis c. 16.*

Lienis viscus, est focus frequentissimus plerarumque febrium sive continuarum sive intermittentium, quæ ex inflammatione maximè fervidi, tenuis & atrabilis succenduntur: quæ febres adustionem sanguinis, partim linguæ nigrore, partim urina fulgorum quadam emicantem præ se ferente demonstrant, ut ex dissectione cadaverum eorum, qui ab ejusmodi febrium violentiâ perierunt, nec non ex excrementis, atque etiam ex solutione ejusmodi febriem deprehendere est: In dissectis namque cadaveribus, aut Lien totus sanguine atrorem fulgentem præ adustione retinente carbonis instar turgere conspicitur (ut sæpè aliàs & nuper à me animadvertum in Ampl. Præfide Michale Bouveto exuncto à quartanâ continuâ): Aut verò ejusdem Lienis parenchyma in succum quendam piccum ac fulgentem dissolutum cernitur: cujus particule quandoque per alvum rejici solent, piccum fuscâ substantia sua & nigrore fulgente referentes, ut animadverti quoque in mulieribus præsertim melancholicis à natura, post diurnas febres: *C. Piso de morbis à sero sectione, 1. Theorem. 3. p. m. 40.*

Joh. Formageus dum juvenis esset valdè famelicus erat & ciborum appetens: vix famem satiebat: Observarunt primarii Medici eos, quibus aut imbecillis est Lien, utpote non satis officiose expurgans Hepar, aut putris, voraces esse, ac velut vullimo quodam generaliter dicto occupari: Ac reverà hic de quo nunc agimus, Splenicus erat, corpore & habitu melancholicus per adustionem, sed tamen moribus & animo satis festivus & hilaris: Sed literæ illæ interiores, quibus vitiosissima etiam natura potest emendari (exemplo Socratis) illum ad istam æquitatem & hilaritatem traducere potuerant: At febre Quartanâ longâ, qua derentus fuerat, & dolor fixus ad hypochondrium sinistrum, & apertio cadaveris satis testantur quale vitium in Liene fuerit: Et cum cibum ingesserat, conquiescebat dolor. Præter autem naturale & insitum ipsi Lieni vitium, quod corpusculum istud in tantam corruptionem adducere non poterat, sed juvare tantum, causa erat *νεφελιπικία*, quæ noxam magnam intulerat ipsi Lieni: Nam cum forte in equum conscendisset, artis equestris parùm peritus, tanta vi ab equo depresso ac decussus est in solum, ut mirum fuerit cur repente oppressus non fuerit: incidit in latus sinistrum, & Pulmo & Lien vitium ceperant: Ad medium mensis Martii dolore cepit pedem dextrum, reverà arthritis erat, eaque residua ex febre illa quartana, de qua dictum, nam narrabat se diurnitatis tædio affectum omnia remedia undique quæsisse quibus posset citò febre istâ defungi: Consultum est ut hauriret cyathum aceti destillati aqua diluti: Reverà febris visa est extingui: Sed vice illius totum corpus scabie est infectum, nec non ab eo tempore in magnis temporum mutationibus articulis doloribus est impeditus: Cum ergò duos integros dies magno pedis articulo laborasset, & ad anodyna more solito confugisset, dum cessat dolor iste, paulò post doloribus hypochondriorum, & præsertim sinistri conqueritur, in neutrum decumbere poterat: Erectâ cervicè, spirare cogebatur: Murmur erat magnum & flatuum ilias, dolores istos à flatibus esse putabamus: alii verò ab illius refluxu materiæ, & orgasmo materiæ ante-

cedentis, quæ ejusdem erat naturæ cum ea quæ dolores articulares committebat; Mois, quæ repente ingruit, non fuit (ut putabamus) recursus illius materiæ quæ in pede dolorem excitaverat, aut suppressæ materiæ virulentæ & antecedentis commotio, sed rupta velut vomica interiit. Etenim in hypochondrio sinistro adeò potens erat pullatio, ut quæcunque ei hypochondrio superessent ea subsultarent, & pullatio talis percipiebatur, qualis in abscessibus ad suppuratum tendentibus: Nunquam memoria nostra tam altè palpitans pulsantque hypochondrium contigeramus, ut mirum non fuerit si ei post hæc doluerit semper, & si ita repentinæ cladis interitusque causam intus foverit: Ac initio quidem tanti momenti rem esse non putabamus: ac nos fateri oportet mali essentiam ignorasse deceptosque similitudine tantum: Nec illud evenisset, magna artis nostræ, quæ multis est auxilio, calumnia, quod contingit: Nam tribus à venæ sectione horis, derepente arteriâ valisque aliis, ut credibile est, in Lienis regione ruptis interiit: Sed mirum quòd contigit, natura conabatur per vas venosum in capacitatem rejectare eum sanguinem, qui suâ copiâ & quantitate molestus erat, unde intumuit induruitque ventriculus, ut saxeus lapideusque esse videretur: Sed credo libera non erat via qua id præstaretur.

Aperto autem cadavere, putris & semilacer inventus lien, & in magnam molem excreverat, sed corruptione propriæ substantiæ in partes veluti minimas concisus & semitrosus videbatur, Lobi pulmonis sinistri adhæserant costis, & in Liene sanguis concretus erat, qui è propriis vasis effusus, tandem rupis tunicis, quibus concludebatur, inopinatam mortem intulit. *Ballonius cons. 107. libro 1.*

Michael Tedler ann. 25. anno 1640. cum per 16. circiter menses Quartana laborasset, non obstantè eo quòd diversis accommodatis remediis usus esset, ad superandam, quam ex victu pravo contraxerat, cacochymiam, tandem merbo medelam superante noctu inter 23. & 24. Martii decessit: fuitque hic ejus vitæ exitus: aliquot diebus ante mortem à rupto viscerum tono pedes & crura tumescere ceperunt, Viresque & appetitus paulatim dejiciebantur, manebat tamen idem febris circuitus, cujus paroxysmum etiam nocte, quæ ipsi penultima fuerat, passus est, sed & die subsequente antè vesperam, novo eoque vehementiori paroxysmo correptus fuit, qui ipsum manè antè tertiam abstulit.

Aperto in defuncto abdomine, hæc præcipuè p. n. deprehensa fuerunt: Lien præter solitum, triplo major erat, flaccidus tamen & sanguine nigro ultra quàm decet infuscatus: circa autem ejus arterias, earumque ramos, ad ventriculum & ad Portæ venam tendentes, glandulæ erant multæ, quæ comprimendo ductus angustabant, & visceris hujus (ut facillè colligere est) obstructionem faciebant, simulque febre huic dum viveret occasionem præbebant, & omnium medicaminum vires eludebant: Sed & hujusmodi aliquot glandulæ erant circa vesicæ fellæ ductum ad intestina tendentem, eumque ita comprimebant, ut vix aliquo conatu instrumentis tenuissimis esset transitus: Et harum glandularum omnium maxima firmiter etiam Portæ trunco ad finem Pancreatis necebat: adeò ut mirum non fuerit nutritionem ipsi defecisse, & Ictericæ paulò ante mortem signa se in mutato corporis habitu obtulisse, & alvum (de qua tandem etiam querulus fuerat,) signiorem redditam: In Thoracis dextrâ parte etiam modica aquæ quantitas colligi ceperat, pulmo tamen mediocriter habitus & liber; sinister autem pulmo passim partibus continentibus

tibus erat adnatus, non corruptus quidem, sed flaccidior tamen & aquea spuma impletus: Reliqua à naturali constitutione non multùm aliena erant. *O. Heurnium observ. 22.*

Helidæus secuit aliquando in Hospitali Bononiensi virum quendam, qui febre quartana, qua diu detentus fuerat, tandem mortuus est: Posteaquàm autem cadaver istud aperuit, reperit in corde, venis, & quasi omnibus membris, frusta magna, longa, alba, pituitosa: Hoc est proculdubio id quod in venis cruditatem appellere solemus: *Ex observationibus Laurentii Scholæi.*

Juvenem, cui perperam fuerat exsecutus testis, febris quartana prehendit, ac in eas rededit angustias, ut nequiverit unquam in cubili quiescere; nedùm urgente etiam vel maximà dormiendi necessitate, si ve nocte si ve die, somnum capere, nisi vel pronus consideret in sedili, vel caput in lecto haberet sublime, interdicità ipsi quasi omni decumbendi copia: corpore enim vel minimum, si ve retrorsum, si ve in alterutrum latus inclinato, dici vix potest quam acerbos illico perferret dolores cum in lumbis tum in ventre, quorum cruciatibus, qualibet febris accessione tam miserandum in modum excarnificatus fuit, ut oppressus miseris, non invitus è vità discesserit.

Invenit autem Anatome Jecur inflammatum, intestina vitellina, ventriculorum verò atra bile perfusum, eandemque in turgidis omenti, ac multijugis lienis venis (quarum congeriem perperam vas breve vocant) admodò copiosam ut coram omnibus digito indè exprimeretur: In varicosis vasorum spermaticorum anfractibus, vesiculisque sub vesicà positis, ob erectum alterutrum testem, plurimùm stabulabatur feminis; Sed admirationem movit pancreas, supra infràque ut turgidum & extuberans, sic intus sordido pure, ac viscido pituita impendio nimis infarctum: cujus pondere depressis oculisvisque venæ cava, ac arteriæ magnæ tunicis, visceri huic suppositis, ut juvenile hoc corpus emarcuit, genio suo defraudatum, sic excitavit contumax ipsius obstructio summas illas præcordiorum angustias, quæ comitabantur quascunque febris accessiones: incalescente proculdubio putrida hujus visceris proluvie, si ve ab incendio febrili, si ve à pulvinorum calore: cujus vapores deinde in ventrem spinalem, medullam cerebrumque delatos, æquis non videt excitasse dira illa symptomata quibus corpus hoc quotidie fuit exagitatum, *Tulpius observat. med. lib. 4. cap. 32.*

Quinquagenarius, aut circiter, è febre tertianâ æstivâ autumno in quartanam simplicem, hinc in triplicem degeneravit, atque Novembrem in hydrophem: Desperatus est à Medicis quia Practici confirmatum hydropem dicunt post secundum mensem: Relata causa ad hepar refrigeratum, partim morbo, partim usu aqua destillatarum, acetosæ & cichorii, quibus plurimùm usus fuerat.

Mortuo Febr. initio inventa sunt syderata intestina, similia squatilibus colubris: Omentum corruptum: Hepar multis occupatum scirrhis. *Hollerius observ. 20.*

Dom. Magnus ait in vulgari Quartanarum februra, observasse se plerosque toto autumno & hyeme quartanarios decubuisse, ac tandem interiisse, in quorum mortuorum cysti lapis loco fellis concreverat; His Quartanis Jecur auctor fuit. *Ballonius Parad. 135.*

Febris Semitertiana.

Quidam ex gravi dysenteria in Semitertianam spuriam incidit, quæ postea febris intermittens facta fuit. Egro 40. die mortuo, & corpore aperto, inventa est interna ventriculi tunica levi erysipelate inflammatorio affecta: Venæ n. esaricæ, & quæ ad ventriculum tendebant, atque omentum, crasso nigroque sanguine refertæ erant, imò omentum semiputrefactum ab inflammatione erysipelatoide, quæ in omnibus venæ portæ ramis minoribus inerat. *Adrianus Spigelius lib. 1. de Semitertiana cap. 15.*

Ego plures qui febre quotidie sese exacerbante, præcipuè circa vesperam, aut statim post meridiem, in modum duplicis tertianæ continuæ, vel Semitertianæ, perierunt, secui, & in his putredinem non in vena cava, sed inflammato alicujus primæ regionis viscere, vel aliâ aliquâ reconditâ parte, inflammationem paulò minorem quàm ut dolore ab ægro, vel tactu hypochondriorum à Medico & ægroto cognosceretur, deprehendi: *Idem ibidem cap. 16.*

In dissectis Semitertiana mortuorum cadaveribus, reperi inflammationes ex sanguine bilioso & pituitoso factas circa jecoris cavam partem, in ventriculo, intestinis tam crassis quàm tenuibus, mesenterio, omento, liene, & sæpius in unâ spartium commemoratarum, aut pluribus; aliquando etiam in omnibus, quæ celeris mortis causa erant, superveniente gangræna vel sphacelo: Præterea in plurimis dolores in ventre immanes vel continuos, qui certis horis plerumque exacerbabantur, vel intermittentes eos affligebant, orti fuerunt, ex facto abscessu, sanis ac pure, aut bile saniosa & concoctâ per secessum vel vomitum redditis. *Idem cap. 14.*

Rarissimè Semitertiana laborant, qui firmis sunt visceribus, sed ii qui distillationibus laborant, jecur habent obstructum, aut lienem, aut mesenterium, pulmones malè affectos, per longa intervalla colicis doloribus infestantur: Nullius eorum, qui à semitertiana perierant, cadaver inspexi, in quo pulmones & jecur non malè haberent: vel unâ cum his caput, lien, renes, mesenterium, intestina magna ex parte inflammata, & in aliquâ parte gangræna correpta erant, præsertim quo loco ileon colo jungitur. *Idem l. 2. c. 11.* In quodam juvene Belgæ, qui post dysenteriam in semitertianam incidit, & die 20. mortuus est, reperi intestina tenuia inflammata: Ileum, quâ parte colo & cæco adhaerebat, sphacelatum. *Idem ibid. c. 16.* Adolescens quidam Gallus semitertiana correptus 27. die mortuus est: in cujus cadavere dissecto tenuia intestina inflammata fuerunt deprehensa, & ilei portio magna versus colon sphacelata: jecoris etiam cavæ partis portio inflammata fuit. *Idem ibidem.*

Novi mulierem (eo morbo detentam) cui cum urinâ fluebant, primò surfares quædam, indè & pelliculæ magnæ, & postremò pus manifestum villis, festucis & tunicis variis intertextum: Profectò ea membranarum defluxio, pro quantitate sui, certum morituris prænantium misit, nam ex hepatis, aut pulmonis, aut cordis fideratione contigerant, ut etiam per anatomen deprehensum est: Plerisque dissecto corpore universa hæc viscera, aut major illorum portio, nunc nigra ut carbo quispiam visa est, nunc suppuratis pustulis plena: si enim facillimè ut per consensus tunicarum pituita concreta jugiter adhærescat e demque, filior aut virulentior, subjectam œsophagi linguæque substantiam depascatur. Possent plurimos recensere, ut

mulierem Æthiopsis symbolo, & sub insigni Hierosol. &c. *Corn. Gemma* de febre pestilenti Hemitritæo.

In Ill. Domino à Calmontio febris erat assidua, alias interdium, alias noctu exacerbationes habens: una dies levior, altera acerbior, in morem *στασιον* aut *ημιπεταλον*. Si fortè remissio aliqua erat, minima occasione prehendebat Horror, cum perfectione quâdam, ita ut ad hemitritæon accedere videretur: Anxietas erat summa, quæ à calore acri omnia confundente & os superius ventriculi molestante contingebat: Implacabiles erant dolores renum, urinæ ferè crudæ: conjiciebamus circum ventriculam collectam esse humorum copiam, undè defectiones animi excitato vapore sequerentur: Sed mirum quod apparuit, nam cum habitum corporis haberet tumidiusculum, pituitosum, minime dissilabilem, corpus internum æstuebat, omnia quæ excernebantur erant biliosa, tota massa sanguinis erat corrupta. Et quod mirum, pulsus erat vibrans, qualis in ingentibus inflammationibus apparere solet: Cumque esset anosa, mirabantur Medici, quomodo in febris assiduitate ista Pulsus vibratio, elatio, magnitudoque tamdiu perstisset: at animosa erat mulier nullis aut corporis aut animi laboribus defatigari solita, nulli penè celeritate cedens, irasci celeris, ad omnes actiones expedita: cor compactum habebat, & facultatem vitalem omnium validissimam (nec enim tamdiu, tam violentæ diræque febris molestias tulisset.) Itaque pulsus erat validus cum facultas vitalis esset valida, auctus erat usus, instrumentum cedebat, ut mirum non fuerit, si talis pulsus existeret: Sed quod magis mirum fuit, est quòd uno die quinquies aut sexies rigeret, ac si nova accessio foret: Statim ab isto horrore, calor adurens surgebat, manum tangentis feriens, adeoque vola manus & planta pedum incaluerat ut nullus ferè eum calorem ferret, obiit die 17. totius morbi.

Aperto cadavere: sinistra pars Pulmonis erat purulenta. Et cum iræ esset præcipitis, in cysti cholidocho novem lapilli, ciceribus rubris duplo majore inventi sunt: Hepar incendio incanduerat, totus sanguis putris erat & lacteus. *Ballonius lib. 1. consil. 77.*

Febris acuta ab intestinorum inflammatione, subsequente vicinarum partium putredine &c.

Febre acutâ correptus Fridericus filius Celsiff, Principis Norwegiæ &c. 1657. sexto die Parisiis extinguitur: Aperto defuncti corpore, visa est cerebri partium integritas summa, cor ipsum quale in sanis: Pulmones per febrile incendium à constitutione naturali aliquantum degeneres; Hepar parte sui cavâ & majore lobo, à calore febrili exsiccum & subnigricans: Lienis color immutatus, vergens in coeruleum, Omentum exaruerat: Renum parenchyma parte sui interiore subangustum & subdum: Mesenterium magnâ sui parte putrilagine & sanie velut quadam conspersum: Intestina subtrumida & subnigricans, Intestinum Ileum duobus in locis exesum & perforatum. In vesicæ cavo glandulosa quædam substantia ad nucis avellanæ magnitudinem non adhærescens, sed mobilis: Denique per totas alvinas regiones prorupta & effusa tam ingens vitiosorum & serosorum humorum saburra, ut æquare videretur pondus librarum duarum & trium. *Thom. Bartholin. Cent. 5. Hist. 4.*

Febris ardens

Paravii puer quidam frequenti sicuum cibo scirrhum contraxit Jecoris, nec longè post in Febrem incidens Ardentissimam, die periit critico.

Ejus dissecandi cadaveris factâ copiâ, aperto abdomine, exta in foetida natate aqua, ficcus thorax, pericardium expers aquæ, maximo & continuo cordis æstu depastæ, corrugatum conspiciebatur. Observatio Jesseni à Jessen.

Juvenis quidam intrâ triduum Febre Ardentissimâ, maximisque symptomatibus correptus, mortuus est: Secto corpore Cor torrefactum, pyri tossi imaginem representans, absque ullâ pericardii aqua inventum fuit. Dominicus Panarolus Pentec. 1. observat. 31.

Ardente Sirio juvenis in Causum incurrit, cum linguâ nigra, Siti clamosa, viscerum ardore & nimio viscerum caumate pressus, applicitis remediis convaluit: Post duos menses debilis factus iterum incidit in Ignem; curatio non potuit fieri quin macie tabefactus è vitâ migraret.

In ejus sectione inventum est cordis involucrium rugosum, & cordis ipsa substantia narsida; Nec mirum, quom omnis ferè humor qui in pericardio naturâ suâ continetur, ab aliânta colore fuerit exhaustus. *Zacutus Pr. Adm. lib. 1. Observat. 142.*

Sanguinem grumofum in sinistro & dextro ventriculo cordis internè affixum semel tantum observavimus, in tot quos secavimus. In quodam juvene febre ardentissimâ mortuo, non concretum, nigricantem & stagnantem, ut in aliis, sed maxime rubrum, aliquantum flavescens, in cordis ventriculis maxime adhærentem, ut secari non posset citrà lacerationem. *Panarolus Pentec. 2. observat. 29.*

Lictori cuidam Febre Acutâ prehenso statim livere cepit supercilium sinistrum, & antequam viginti duæ elapsæ essent horæ, totum corpus Sphacelo fuit tentatum, ipseque exspiravit.

Ego gravem subesse aliquam cordis affectionem suspicatus, curavi ut dissecaretur cadaver: Quo factò cor invenimus duplo majus quàm in sanis esse solet, cum venis tumens & inflatis ad digiti crassiciem. *Hercules Saxonia Praelectio. Practic. Parte 1. cap. 1. §. 5.*

Quadragenarius febre ardentissimâ correptus doluit etiam à latere: detractus mediocriter sanguis ad vascula duo: perseverant omnia, neque cedit dolor remediis: Sexto die detractus iterum sanguis ad duo vascula putris & corruptus: Sudor 7. levis, tenuis & tantum in capite & thorace: nihilo melius habet: deliria nocturna, æstus & inquietudo magna, urinæ turbidæ, sudavit: 9. & 11. nihilo levatâ febre, 10. levius habere visus, nocte eadem paritur: 11. urinæ subsident, sed divulso & nigro sedimento, sedat ut prius: pulsus perpetuò frequens & magnus cum paucâ inæqualitate: Jam tendines manuum sine manifesto membri motu revelli sentiuntur: urinæ bene coloratæ & corporatæ cum sedimento nigro: 13. Hæccos colligit, manibus revelluntur digiti, delirium ferè perpetuum: 14. mediâ nocte mortuus est. Pulmonibus corruptis nigricantibus inventus est. *Hollerius libello observat. §. 93.*

Intimus Sac. Cæs. Majestatis Consiliarius, à parente podagrico ortus, circâ annum 35. doloribus arthriticis infestari cœpit, à quibus ut liberaretur, emplastris quibusdam à Chirurgo oblati est abu-

abusus : Sed incidit in Scyllam volens vitare Charybdis, nam post unum vel alterum annum correptus Ardente febre, cum erysipelate Pulmonum suffocatus interit.

Cum autem mors semper ferè imputaretur Medicis, quasi terminum accidentalem potis essent devincere, idèd hanc ut calumniam fugerent, ad corporis dissectionem confugiunt, in qua Pulmo, post remotum sternum, niger adèdque tumidus sese obtulit, ut naturali suo reddi non potuerit hospicio : Epar magnam plurimo nigroque sanguine conspersum, cum cysti fellea omni bile destituta examinanda se obtulerunt. Cum autem sufficiens mortis causa in Pulmone inventa fuisset, dubii futurus an alia investigandæ forent particulae : Ultra eisdèd progressi, in utroque rene duo magni calculi inventi fuerunt ponderis ʒvj. nullo signo præcedente, sive pedum torporem, sive lumborum gravitatem, sive urinae indigentiam consideres : Nam copiosiores jussu fundebat urinas, sed aquæ simillimas, Sicutque idèd inolerabilem patiebatur, ut nullo potu ea sedari potuerit. *Antonius de Pozzis Observ. 32. Miscell. curios. ann. 17.*

Gener. Viri D. Thomæ Trenchard, Equitis aurati, famulus à pedibus, annos circiter xxv. numerans, proceræ staturæ, temperamento biliolo, cum ex officio multum incaluit, hausto cerevisiæ, forsan frigidioris poculo, incidit in tussim, cum pectoris angustia & spirandi summâ difficultate, accedente febre Acuta, cum intensâ siti, & malorum rubore, pulmonibus laborantibus & inflammationis familiari : Hic ut erat robustus, initio hanc affectionem parùm curans, de vocando Medico parùm erat sollicitus : Eo verò in dies ingravescente, Herus, servi amantissimus, me accessit curavit. Ad quem ingressus, pulsus inveni tangendo magnum, undosum quodammodo & languidum, consideratisque symptomatis, hominem peripneumonia laborare affirmavi, dato simul Hippocr. oraculo, Quòd pauci eam evadant : Ego tamen sine cunctatione, cum tertius esset à primâ invasione dies, basilicæ dextræ incisionem institui, & detraxi circiter septem sanguinis uncias, cum virum imbecillitas largiorem profusionem non admitteret, cessi sanguinis plenitudo adesse videretur : Sequenti die ad materiam impetum à pectore evertendum, & humores vitiosos evacuandos, exhibui mannam, decocto pectorali diluam, adjecto syr. ros. sol. cum agarico : Leniter indèd purgatus fuit, sed symptomata omnia ingravescebant, ut de salute ejus omninò desperarem, maximè cum scutum non procederet, & febris excandesceret : His ut subvenirem, præscripti Eclegma.

℞. Conserv. viol. & borrag. mucil. sem. psyll. & tydon. cum aquâ decoct. malv. violar. & lactucæ extr. ana ʒj. tab. di. lch ʒβ. emuls. iv. frig. semin. & papav. alb. ʒij. syr. violar. & jujub. ana. q. s. m. f. Eclegma. Pectus unguento pectorali & resumptivo mixturâ inungi curavi, &c. Cum verò in lypothymiam casbarimè pronus esset, & resicere cesse haberet, usus sum, ex imitatione V. Herioliæ, succo ex vervecum cordibus expresso, addito tantillo confectionis Allermes : Sed sicuti exitiale signum est, ubi nunquam ullis auxiliis, ratio e rectâ administratis recreatur natura, ita & in hoc agro contigit frustra adhibitis præsidis, 7. tandem die, morbi magnitudine superatus, naturæ cessit.

Hujus corpore, Nobil. Heri jussu à me dissecto, omnes in infimo ventre contentæ partes apparebant benè constitutæ : Pulmones veò membrane costas succingenti in utroque latere per plures fibras erant connexæ, undè difficultas spirandi ex parte procul-

d ubio processit, forsan etiam inflammationi ansam præbuit, Substantia eorum erat nigricans & sphacello correpta. Et hic fuit morbi exitus, ut verum sit quod Celsus ait, Peripneumoniam scil. esse vehementis & acutum malum, quod plus periculi quam doloris habeat, paucique ea correpti evadant. *Fredericum Lessum observ. iv. libr. 2.*

Febris Epidemia.

Illustr. ejusdam Comitæ Filiolus trimus, vigoris supra ætatem solidi 1. Dec. anno 1653. tumorem pone aurem sinistram, ad juncturam maxillæ inferioris radicatum, sed tamen usque in collum protusum, cum dolore ardente monstrabat : qui indolem suam provido Medico mox sequenti die cum febre scuta epidemica, gravi anhelitu & tussi sicca, constanter in mortem usque tenentibus hunc pulsonem, loquebatur : d. 5. hujus virulentæ epidemiæ sobole, successit alvi profluvium atro carbone nigrius & intensissimum cum dyphoria potius quam allevatione patientis, persistente tussi illâ sicca & præcordiorum quasi præfocata spirandi difficultate, nuncio hujus veneni in spir. vitali & liquorib. naturalibus jam habituati & tyrannidem suam exercentis : emmeris plusquam ignorantie tenebris octæsti duorum medicamentum oculi, hanc catastropham è summâ virulentia non advertentes, cacarhi figmento, quo totus orbis eluduit, assiduis parentib. & adstantib. singulis imposuerunt : Post 4. septimanam per alvi recrementa rejecto vermiculo, totus in eorum expulsiōnem incubuit Medicus : etiam mercurium vomitivum exhibere paratus : Interea cum indies magis ardetet pro suo mercurio. Tumor oedematofus alb. s. nitens, circa Puelli hujus medicamentis inundati malleolos, in utroque pede exortus, supra furas, subito perrepta abdomen, & primâ vice manum & faciem dextram occupat, ultima, & mortis, sinistram quoque, cum summâ palpitatione illius lateris dexteri : Die 12. Januarii exhibuit mercurius dulcis ad tria grana in pulve : Ex hoc deiecit hic æger octo sedes terribas mucosæ (verum verò nullum) liquidas, colore ferè gryseo, cum allevatione respirii & tussi illius continuæ, remissiore etiam palpitatione dextri lateris, adèd ut cum hætenus ne manum quidem ferre posset, hic dextro lateri (quod pluribus septimanis non factum) incumberet, & indormiret satis placide, Die 12. insequente proplnate quinque guttæ tincturæ martis in cerevisiâ : hoc à octavâ insequente ægum sat benè comedentem & avidè, & solito pauciores urinas vidimus : Die 13. alternatâ vice usu tincturæ Martis sposito, surrogatus est mercurius dulcis, dosi trium granorum, vermium & incipientis hydropis causa : qua totâ die nisi duas ante mediam noctem dejectiones cæcæ, naturales compactas habuit, & melius illâ nocte quievit : mirabantur nobiscum adstantes effectum & notabilem meliorationem, sed tamen persistam ex hujus medicamenti usu bis repetito : nam continua tussis & pleuram dextram circumsilens palpitation, remissior in tantum ebërata, ut pluribus, se nunquam hætenus, horis æger huic lateri incubuerit, hodie de nullo querul : Secundò tumor, tempore vespertino, in pedibus & furis prominentior, semper, solita mensura circa furam utramque, ad duos transversos digitos monstratus, spem Illustr. parentibus faciebat meliorem, quam tamen minus tutam satis semper prædixi : Die 14. eadem euphoria perseveranti ægro, post somnum præteritâ nocte satis commodum, denuò manè exper-

expergefacto exhibitæ sunt guttæ 4. vel 5. die de tincturâ Martis: facis totâ die commodè valuit; Die xv. spes hæc meliorationis, prout prædixeram, concepta frustrari cœpit penitus, etsi domellici læcius sperarent: mihi unico nomine suspectus fieri cœpit, quod cùm febris reita immunius recidivante, præteritam noctem duxerit totam infomnem, mox omnem cibam tam sabirò respuebat, vix respirium ducens & quasi suffocandus: Die xvi. ubi ex enemate ægri euphoria sperabatur, præcedens nox infomnis & inquieta hujus injectioni successit: manus faciesque sinistra, itemque latus ad oculum intumescere: Abdomen mensuram solitam, qua in dies tumor explorabatur vel diminutus, in sex transversorum digitorum incrementum per horas notabile elongavit: pedum icidem tumor albus, oedematofus, nitens, circa suram ad duos transversos digitos adauctus, & ad genua extensus cum respirio anxio & agonisante: Idem seposito usu tincturæ Martis, de spiritalis alis cerevisiæ usuali commixto, propinarum est ægro, ut urinæ, quæ deficere sensim cœpere, liberius succederent: Die xvij. incrementum fumentum tumore & dyspnœa, æger sumpsit medullæ feminis ebulli curiosè excorticati grana vii. cum gr. iij. Mercurii dulcis in pulve e contusis amygdalis facta: interdium bis deiecit liquamina mucosa recrementis alvi commixta, circa vesperam satis vegetus: Ex quo post mediam noctem præfocationis sibi imminenti quasi præfagio excitus puerulus, hora secunda antelucana cum morbo vitam quasi præfocatus & anxius finivit.

Die sequente apertum & exenteratum est corpusculum puelli: Antequàm Chirurgus novaculam admoveret, invitavi Medicum Corrade & D. Davisonium, curationis comites, velint dispicere an putacilli & toties incusati vermes tantorum facinorum & mortis reatus postulandi fuerint? An potius, quod fieri amat in febrium harum Epidemiarum, maximè castrensiū procrastinatâ curatione, viscus aliquod naturale, etiam Hepar ipsum eschar. vel lethali characterisatum: vel hospite malignitate habituatâ exsolutum occasionalis causa fuerit illius hydrophis, ad prædictas mensuras, duabus ante mortem hebdomadibus subito tumescientis, sub cuius adauctu præfocatus videbatur hic puerulus: Aperto tamen abdomine, vermis nullus inventus: Sed ecce post hanc exenterationem, quod prognosi Medica nullus nostrarium augurari potuit, in sinistra parte obviabat magna diaphragmatis propendentia instar sacci, purulentia ex albo vicescente, è totali suppuratione sinistri lobi Pulmonis, salvis corde & pericardio, adeo infarcta ut liquamen illud purulentum, postquam scalpellum à Chirurgo per musculos intercostales in cavum thoracis penitus intruderetur, instar fontis profunderet, & è cavo thoracis, postmodum aperti, supra mensuram dimidiæ ollæ effunderetur, de parenchymate verò pulmonis ne vestigium quidem compareret reliquum: In abdominis cavo verò aqua inventa nulla. *Andreas Cnoselius in methodo med. feb. Epidemias.*

Filius Dom. N. novem annorum, bonæ complexionis, agrotavit diebus xxxij. febre Ardentissima quæ spatio paucorum dierum consumpsit puerum. Mortui inveniebatur Hepar immensæ magnitudinis prorsus sanum, nisi quod in extremis partibus esset rotum nigrum & durum. *Bartholinus cent. 3. hist. 34.*

Aurifaber habebat ministrum macilentum & longæ staturæ, qui incidit in febrem satis acutam: Monitus à sodalibus, accepit vinum malvaticum cum zinzibere & aliis aromatibus ad provocan-

dum sudorem: sed cùm ex hoc levi sudore parùm uraretur, monitus accepit ab eisdem Theriacam & intravit balneum, ut magis pestem provocaret sudorem, quod & secundo fecit, sed res semper cessit in deterius: Vocatus, adhibui refrigerantia & omnia quæ possunt moderare illum æstum, sed frustra, & intra paucos dies exhalavit animam.

Secui corpus, Hepar ex nimia illa caliditate combustum ferè inventum, ita ut haberet quatuor rimas in gibbo. Ex observation. *D. Joh. Helli Med. Norici.*

Scotus febreprehenditur Assidua, &c. Aperto mortui abdomine primò se obtulit Hepatis lobus orificio ventriculi posteriori affixus diaphragmati notisque collis, ut non nisi frustillatim avelli potuerit. Portio hæc illius nigricans ex inflammatione quæ præcesserat, reliquum hepatis rectè se habebat. *Platerus observ. p. 471.*

Anno 1670. Auriga ex febre continuâ ardente quasi furibundus, in viâ Regiâ demortuus, jussu Sereniss. Electoris Saxonie secabatur: In exenterato cadavere inter cætera observavi viscera omnia benè constituta, excepto quod in ventriculo neque cibus neque chymus sese offerret: Erat autem repletus materia viscosa fluidiore, ex viridi nigricante, gelatinæ spissiori, adhuc tamen fluida similis, mensuram cantharum misicum semè excedente: E cystide fellea adhuc integra & illæsa, ovo columbino majore, exsudasse vidi tenuiorem bilis portunculam, duorum vel trium digitorum transversorum spatio, circum circa superas lateralesque & adjacentes partes undiquaque creceo colore tingentem, irrigantem, itaque corrodentem ut partes ea illinitas & attractas putredinem acquisivisse manifestè non solum apparuerit, verum & præter hepatis substantiam, magnam partem hypochondrii dextri tingendo rodendoque putridam reddiderit, illa sa planè vesicula biliaria: Undè facillè colligendum, erodentem vim bilis simul genus nervosum tetigisse & agrotum furiosum reddidisse: Venulæ insuper & arteriæ in cerebro turgebant sanguine nigricante, è quo corde dissecto sanguis nigerrimus, picis ad instar liquidæ dimanabat. *Melebius. Erbe in miscell. curiosis anni 1673. observ. 100.*

V. Veinmanni filius, cùm Patavii diù miserè affligeretur, tandem in febrem incidit vehementissimam, cum urinæ suppressione, cui postea stillicidium advenit: cum sæcum retentione & maximâ hypochondriorum tensione, ita ut summè imbecillis evaderet: vermes quidam subesse suspicabantur, cum nares semper vellicaret, atque idem miserum clysteribus perpetuò sollicitabant: Ego inflammationem & sæcum retentionem solam causam divinabam, quare adhibito fomento ex absinthio, agrim. cicutæ & carduo melius habere cœpit, expulso etiam sudore, urina reddita & sæcibus excretis: cùm verò naturæ debilitas nullis medicamentis tolli posset, obiit.

Secundo cadavere, vesicam invenimus maximæ molis musculus adnatam, urinâ aliisque excrementis plenam unâ cum ureteribus: Renes in puero tantæ magnitudinis quanta vix esse poterat in adulto: Splenis quoque & dextri hepatis lobi inflammatio aderat, vermes nulli. *J. Udalr. Rumlertus observ. 40.*

Observavi Lienem rubentem & acidum in quodam Duce militum: hic quamvis esset hepate benè se habente, nihilo tamen minus & siti immoderata angebatur, & ardente febre cruciabat, fuitque hoc visum anno 1593. *Hippol. Bosius de Facultate Anat. Lect. 2. p. 14.*

Febris ardens, cum lumborum dolore ab inflammatione renis sinistri in corruptionem abeuntis.

Sereniss. & Potentissimus quidam Princeps, annos 53. natus, naturâ plethoricus & corpulentus, cum quodam tempore aestuante Sole inter venatorum turmas summo mane campos ingressus esset, non prius venari desistit quam sol ad occasum inclinans eundem abstinere cogeret: ibi vehemens ac violenta corporis, sub pondere gravis, & nedum optime post tot morbos compositi, agitatio, occasione & causam fatalis morbi certo provocabat: ibatur enim venatico curru per invia tanto animi aestu, ut eum auriga non satis adaucter pro reverentiâ Majestatis, Regem saxis, sulcis stipitibusque superveheret, Dux ipse, excusso à curru homine, habenas raperet, & animo alacriter indulgens, cursumque nullâ lege temperans, nec curru parceret, nec ipse sibi: altera post mediam noctem hora tristem effectum exercere coepit violenta voluptas, ac primum quidem nephriticis correptus cruciatibus præter morem doluit: repetitum eâ die bis terve balneum, neque calculum, neque dolorem loco movit: altera tamen dies benignior visa est, jamque cum venatoribus nova expeditio designabatur, quamvis interim sitis faucium molesta & quædam inappetentiæ fastidia non desisterent: quartâ morbi die vehementius exarsit renum viscerumque vicinorum dolor, quem excepit ingens ventriculi & præcordiorum, atque totius corporis convulsio, cum vehementissimo ad vomitum conatu, & omnium, ut videbatur, vitalium immitti conflictatione: apparebat ex illâ naturæ violentiâ, omnes, quicumque in tantâ corporis mole delitescerent humores ad tumultum excitos turbare, & omnia misere, præcipuamque rebellionis sedem jam tunc in stomacho resigere: febris certe manifestis sese prodidit argumentis, dolore capitis, aestu, siti, tædiis & aliis ejus generis: quare quæcunque contra nephriticos dolores sunt adhibita remedia, ita temperabantur, ut simul calorem expugnarent: Quintâ morbi die cum malum cresceret, aperta venâ emissus copiosè est sanguis, usque aded floridus ut nunquam hætenus ab annis plurimis observare licuerit meliorem, nam etsi primo vasculo nonnihil putridioris admixtum innataret, tribus tamen aliis aded purus exceptus fuit, ut vel inde perquam facile fuerit Medicis concludere febrem illam non ipsa in sanguinis massâ exarsisse intrâ venas, sed extrâ vasa ab aestuante alicubi pravo quopiam, aut etiam maligno humore, & præcipue ab illâ intrâ ventriculum stabulante flamma conceptisse: Firmabatur hæc opinio ab incrementis deteriorum symptomatum: nam quamvis sanguinis illa missio in corpore plethorico opportuna fuerit & laudabilis, post illam tamen non imminuta sunt mala, sed advecta aliandè, inter quæ primas vindicare visos est gravis, & in omni febre periculosus singultus: hic cum in horas cresceret, nihil quod ad eundem compescendum conducibile videbatur, intermissum est, continuo enim biduo aprissima & præstantissima medicamenta propinata sunt, nihilominus febris restincta non est: Singultus autem vehementia augebatur in momenta: hinc demum Medici cum ex aliis signis, tum præsertim ex illis atrocibus singultuum incrementis, præsentissimum & planè extremum periculum adesse præfagebant, credebantque fieri vix posse

ut Rex quantumcumque viribus polleat, diem unam aut alteram inter singultus illos supervivat: quare in eam partem omnes converterunt curas, ut stomachum ab illâ labe, seu aestuante bile, fundo ventriculi innatante, partimque ejus lateribus impaciâ liberum facerent: evidenter enim inde apparuit ab illâ solâ assurgere habitum venenatum, qui superius orificium ventriculi suffumigans, acrimonia sua singultus illos excitet totumque corpus concuteret: quia verò præviis purgantium curis nihil fuit effectum, conclusum est communi consilio, vomitorium porrigendum esse: adhibitus in eam crocus metallorum, sed beneficio naturæ factum ut medicamentum aliam aperiret viam, omnis enim illæ pravæ bilis apparatus, qui sanè magnus fuit, non vomitu, sed faciliore per alvum dejectione copiosè, ad admirationem usque, & quandam formidinem deturbatus est, nec sine manifesto emolumento, mox enim post unam aut alteram horam omnis illa Singultuum tempestas ad malaciam composita est, & tandem desit, cunctoque in spem erexit integræ ac perfectæ sanitatis: sed quamvis tanta adultæ bilis copia intrâ paucas horas educta sit, & major deinceps continuatis purgationibus copiosius educeretur, cessantibus tamen singultibus adhuc ardor febrilis ab incendio stomachi prorumpens, cor ipsum vehementer affligere, patientem ad extremas adigere angustias non desit: demum integro post sacram synaxin triduo, alternis eventibus cum morbo & doloribus luctabatur, victor interdum, & quasi periculum prætergressus morbo superior, interdum usque ad desperationem adstantium morbo succumbens, postquam ex diuturniore lucta insignis tum corporis, tum animi mutatio, vix aliquid bene promitteret: alternabant tamen spes & metus, donec ex multâ conflictatione vires collapsæ penitènter resoluere, nihil medicis in naturæ vel artis tubidus bonæ spei relinquerent: tandem peracta extrema unctione, circa horam undecimam nocturnam manifesta deficientis vitæ signa se prodiderunt, ita ut ante secundam, post mediam noctem horam, illis verbis prolatis, Domine Jesu in manus tuas commendo spiritum meum, expiravit suavissimè.

Post meridiem sectione corporis factâ, videre licuit manifestam morbi mortisque causam, partim in rene sinistro, qui quantus fuit, fœde computruerat, nihilque aliud fuit quam merissimus mucos & putrilago, partim in ventriculo, cujus fundo & inferiori orificio innatabat pars non minima bilis adultæ: cætera quoque viscera haud leviter inflammata conspiciebantur. Cujus morbi historiam tibi B. L. candidè exhibeo, cæc eandem oculatus & verissimus quidam testis propriâ manu conscripsit: eamque mihi fideliter communicavit: sed D. Andreas Cnoselius Archiater olim Regius, in exercit. epid. febr. contra D. Augustinum Corrade exercit. 4. tragici hujus casus causam in crocum metallorum, quem unus Medicus, insciis reliquis à balneatore quodam mutatum, temerè ad 13. grana in substantiâ propinavit, loco citato planè rejicit. De abscessu renum vide *Ballonium cons. 41. lib. 1. Simon Schulzium in Miscellan. Cur. anni 4. observ. 114.*

Nob. Venetus ardentissimâ febre correptus fuit ex pituitâ salsa, cum maximâ albedine & lentore lingue, cum siti inextinguibili, vigiliis & extenuatione corporis: obiit tabefactus.

Dissecto cadavere, invenimus in rene sinistro abscessum jam suppuratum, jecur, vesicam, intestina,

erysi-

erysipelate detenta, ex qua inflammatione erysipelacea obiit. *Bened. Silvaticus epist. ad Deverovicium, in hujus exercit. de calculo.*

Vidi qui in acuta febre, utroque contento hypochondrio plurima per alvum deieceret, nigra porracea, cruenta, flava, graveolentia: ei brevis interdum cataphora, levis surditas: temporarium delirium, à quibus parotides expectabantur ad 27. dolor sub auribus, undè magis illæ sperabantur: verum præ imbecillitate naturæ, recurrente materia, orta gravi dyspnœa, mortuus est 30.

In altero quoque eadem omnia & graviora quoque, singultus, animi deliquium, frequens mutitas, pulsus deficiens, sub 30. levi parotidum significatione edita & orta dyspnœa, alteri similiter obiit.

Utroque dissecto omnia viscera marcore confecta & abscessu putrida inventa sunt. *Hollerius comm. in aphor. 17. sect. 2. Coacar. Hippocr.*

In vesicâ felleâ eorum quos febris ardens aut diuturna rapuit, sæpè lapides deprehensi.

Arenulæ febricitantibus non paucis (maximè morbo jam defunctis) copiosè cum urina minguntur, nulla vel præfente vel præterita etiam nephritide, sero à venis omnibus aut certè majoribus (ubi exustio humorum viguit) sabulum hoc rapiente: quod minùs mirum videbitur iis, qui bilem totam intrâ propriam vesiculam in lapides, aliàs numero paucos, aliàs numerosissimos induratum aliquando viderint, apertis eorum corporibus, quos febris ardens aut etiam diuturna rapuerat. *C. V. Schneiderus lib. de catharris specialiss. cap. de Arthritide.*

Febris acuta ab inflammatione juxta musculos lumbares internos, in abscessum desinente.

Dom. N. sacculum habebat, qui ex contusione lumborum in eorundem internam inflammationem vehementem, febrem acutam excitantem inciderat: quo vita defuncto, cum venter aperiretur, ac intestina removerentur, animadverti in integris musculis abscessum à renum regione ad fundum vesicæ exportectum delitescere, ex quo aperto magna puris copia exiit. *Observ. Jac. Osthæi Præsulis Aichstetensis Medici.*

Gravida acute febrilis infantem enititur, cujus ossa vi ætus febrilis friabilia reddita sunt.

Gravida febre acuta & inflammatione circa umbilicum subito correpta, opinione citius & ædè liberata fuit, æstum verò febrilem in foetum transisse eventus docuit, nam mortuus ex utero extractus ossa habuit in pulverem rubicundissimum redacta, tanta vis ignis febrilis fuit. *Matthias Jacobus observat. 126. in Actis Bartholini.*

Illustr. virum temperamento cal. & humidum, annum supra 63. agentem circa solstitium hybernum anni 1606. Borea repente sevientem, de mane horripilatio cum ingenti lassitudine invadit, unaque siti vehementi & oculorum caligine: facies insolito rubore saturato ac livori propiore suffunditur: urina copiosæ, tenues & aquæ, instar pellucidæ: hisce symptomatis totum diem urgentibus appetente nocte somnolentia gravisque torpor ac stupor & in motu atonia: taciturnitas denique, oblivio & desipientia quædam obrepunt: atqui cum non sine stupore omnium insolentem animi

stuporem ac desipientiam in hæcè mirantium, quid rerum egeret prorsus inscius, & insultum ab illo hectore mutatus transegit duas horas, ecce repente evigilat atque ad se redit, sed attonitus & immemor eorum quæ sibi evenissent: tum verò primùm è pulsu majore ac velociore, nec non crebro & inæquali, simulque igneo in toto habitu calore Febris emicat, eaque acri comitata fiti, & quæ plurimam noctis partem inquietam traducere cogeret: Sequenti die æstiva quidem & vehemens sternuatio, unâ cum tussi & raucedine exereuit, indeque febris deseruit paulatim, sed ea sequenti luce denudè ingravescere cepit: Atque hunc cursum tenuit febris in xv. usque diem, nisi quòd à secundo paroxysmo in dies lentescens magis magisque tandem prioris elanguit: Secundus morbi recursus à priore nihil omnino discrepavit, nisi quòd nulla sternuatio excretione subsequuta, sed alterius brachii, in quod caput rependum inclinabat, torpor & tanta imbecillitas ut illud attollere per aliquos menses ei non fuerit integram. Tertio febris repetit sub novilunio in Februario incidente, stante defubito Borea, sed & 4. 5. 6. & 7. imò quoties constitutio seris mutaretur usque ad annum 1698. recurrit, inquam, febris, sed longè levioribus symptomatis: Circa deliquium Luræ quintæ anni 1608, prægressis per unum & alterum diem coryzâ multaque spuitione, & insigni colli gravitate febris, recruduit terrificis magis quam unquam comitata symptomatis, 2. scilicet deliquit die Borea sevientem, cum ab hac causâ ferossâ colluvie introrsum vi frigoris impulsâ, plurimâ missione urgente & sopore jam sensim præterente sese eger comminisset, ecce subito horrore insolitæque rigescit gravitate & paniculatione, oscitationeque & sepore opprimitur, atque mentis quædam hallucinatio: Ea porro gravitas brevi aded concrevit, ut sponte conciderit genibus labantibus; reducto autem in lectum sopore sensim, unaque oblivio ac veluti desipientia obrepunt, quorum ille quidem circa primam noctis vigiliam solutus est, hæc contra evidentiùs auxere, ita ut quanquam ad interrogata non absurdè responderet, tamen garriret & nugaretur præter consuetudinem: Ab eo tempore utens calor per universum corpus paulatim se prodere, hisque evigilantem gravitas statim opprimit pariter cum oblivione & desipientia, ut vel lectum coningeret, moxque sopor horroreque, & tanta in motu atonia, ut statuum vel catalepticum in lecto diceret: sub vesperam tamen primùm evigilare, nugari, æstus, sitis: reliquam noctem sopor, sed turbidus interruptusque tenuit, febris ardor inde remissior: Quinto morbi die, ecce paroxysmus hora consueta, sed longè gravissimus repetit, cum ingenti extremorum refrigeratione, oblivione, desipientia, commissione lecti, comate vigili, aponia, senta sepulto, motuque abolito, & tantâ corporis gravitate ut plumbeum crederetur: neque verò quicquam deglutire, vel ad oblecta generosa, quæ somnum excuterent, sensus aliquis superficis signum ullum dare, respiratio crebra difficilisque admodum & parva: pulsus è magno & remittente, parvus, creber & mitè inæqualis, vultus magis quam ante flammans, sed oculi lacrymas prægnantes: à meridie ad nonam largus sudor sese adjunxit, tandem circa x. noctis aeger sensim sciam excutere,

ad

ad se redire; sed inde æstus vehementior, qui tamen lentescere cepit declinante die: Hoc die manè de natium dolore querelæ, nam cum corpus illi à natura vastioris molis à sopore illo gravissimum redditum, durante per 15. horas veterano, totum in nates procumberet, gangræna successit, cujus cacoethia adjuncta vehementiæ paroxyfmi quarti anticipantis, sive rigori, qui ex Hippocr. in continua febre, corpore jam debili lethalis est, oppressus naturæ cessit.

Aperto cadavere, Aqueam in capite impuritatem confirmavit reperta aqua plurima in toto capite stagnans, & adhuc in cadavere reses, nec ab ardore febrili rescicata: Febrem autem in sanguine inflammato hæsisse argumentum est, quod sanguinis massa ardore febris penè exsiccata exhaustaque est, ut dissectio docuit, cum in vasis vix libra sanguinis restisset in demortuo. *C. Piso de morbu à sero sect. 2. p. 2. cap. 4.*

Huic febrî comatosæ similem & germanam omninò vidimus in Nob. matrona 63. annorum, habitus eufarci: Similis inquam fuit in omnibus, sive idæam febris, sive syndromen symptomatum spectes: in his tamen duobus discrepans, quod & epifemias tempus, ac initium exacerbationum non adeò pertinax, cum horas duntaxat novem desipientiaque premeret, & calor citius emicaret, Et verò non fuit producta, aut recursibus distincta; sed in quinti paroxyfmi initio fatalis extitit.

Vasa similiter sanguine exhausta in cadavere reperta, & caput plurimâ scatens aquâ: sed speciatim vesica cholidochos distenta prægnansque pluribus calculis fibæ molem excedentibus, usque viridantibus. *Idem ibidem.*

Mulier Tineâ tentata, c. ebris lotionibus sanata, in capitis dolorem ac febrem continuam lethalem incidit: Media pars totius cerebri, cum membranis (erat dextra) purda inventa est, ichore citrino referta. *Saxonis Prælect. Pract. p. 1. cap. 1.*

Ventriculo nimis incalescente Pulmonis inflammatio perniciofa, decreto Hippocr. de morbis lib. 2. Quali Oventus Lunge suæ familiæ postremus, Cimbricæ nobilitatis decus, Patavii anno 1617. abripitur; qui juvenis sanguineus vehementi in gymnasticis exercitio febrem continuam sibi attraxit, inflammatis Pulmonibus; quos corpori exemptos, ita deprehendimus affectos, antequam ad suos in patriam transportaretur. *Job. Rhodius cent. ij. Observat. 1.*

A 1601. in Ducatu Urbini, totaque Piceni regione hyems frigidior, ætas humidior fuit; autumnus frigidus & humidus; hyems denuo borealis, deinde placidior circa solstitia atque vernalis, etenim Austri Favonii, boreales alternatim viguere, bis terve tantum pluvix: quare Martio & Aprili, tota in regione Pisauri, atque Urbini, grassabantur tumores circa fauces, frequentes pleuritides, tusses, difficultates anhelitus, Thoracis dolores, frequenter lethales Peripneumonix excruciant, aliæ primo insultu fatigabant, plurimæ ab angina & pleuritide ortum ducebant, & in septima sæpè, rarò 21. interficiebant, neque hominum majorem partem occupabant, sed senes destillationi obnoxios, immoderationi victus deditos atque exercitiis violentis: plures ruris incolas quàm urbanos, eosque calidos atque

Tom. II.

crassos: febre prima die cum rigore, deinde continuâ corripiebantur, cum siti magna & lingua excrementosa humida, modò aspera & rubra, gravitate thoracis premebantur, levi dolore ad claviculam, costas, spinam, humeros vagante; densa & calida respiratione, tussitum sicca tum humida, cum sputo viscido, spumoso, crasso, raro, subflavo, subcruento, subnigro, rarissima purulento: ægro sputa deiciebantur, aut nihil; floccos aut paleas à parietibus carpentes, 4. & 5. delirii peribant: Hanc febrem non admodum magnus calor, nec tactu insigniter mordax concomitabatur: urinx crassæ & confusæ inter initia apparebant, quæ si statim attenuarentur, moriebantur. Si verò paulatim clarescebant, sanabantur: eorum color est subrufus, pulsus magnus & mollis, aliquando intercurrentis erat, in salvandis validus, in morituris languidus, frequentissimus: Efflorescebat malarum rubor & oculorum: facilius supini & in latus decumbebant; alii recta cer vice spirare cogebantur.

Quamvis auxilia necessaria adhibita fuerint, maxima ex parte tamen plurima pars ægrorum interibat: Sectis cadaveribus, reperti sunt pulmonum abscessus, ex quibus multa materia foetens prodibat. *Lalium à Fonte consult. ult.*

Melchior de Fresnoy annos 4. natus febre corripitur continua, sed quæ exasperationes haberet: catarrhus erat, tussis sicca, nec prætenella ætate quicquam excernere poterat: tamen inanis semper erat tussis, & tenuis humor eludebat sputum: Vomitiones frequentes, alvus albicantia dejecit, deinde substuit: urinæ tenues crudæ, decolores pro febris vehementia: medicamentoso alvus sollicitata reddidit multa biliosa: tussis perseverabat: dolores ad sinistram hypochondrium, sed vagi nec eodem modo perseverantes, deinde sinistram lateris partem occupabant: alvus soluta est, viridia excreta, chylosa, sius quæ expleri non poterat: magnus in pulmonibus conceptum incendium conjectum est: hinc dolores ad sternum & latus sinistram, sed qui ad latus sinistram non perseverabant: Medici putabant vomitiones ab imbecillitate ventriculi oriri: Quod in eam suspicionem eos adduxit, est frequens dejectio, multaque rerum variarum, putidarum, viridantium: aliquando animus paulum desinebat: & nos animi deflectiones & frequentes vomitiones in alio observavimus, cui inflammatio pulmonis à pleuritide aut fugaci dolore lateris oborta fuerat. Febris non erat admodum vehemens, destillatio erat magna, eludabat spiritum: sensim conficiebatur; & incautis nobis cum cibum appeteret, biberet avidissime, 20. die, item cum de purgando eo cogitarent Medici, subatus est: debuerat mitti sanguis.

Aperto cadavere nihil p. n. in pulmone contentum inventum est: una pars pulmonis veluti stipula ardente desagraverat, lobus unius pulmonis livebat, Hepar quoque veluti desagraverat. *Ballonius consil. lib. 1. conf. 27.*

Multi incauti eripiuntur ob inflammationem Pulmonis, quorum in Pulmonibus nihil reperitur aperto cadavere, nisi quod vestigium aliquid flammæ apparet; Et hoc idiotæ non animadvertunt. Quod accidere verissimile est cum Erysipelas Pulmones obsedit. *Ballonius Epid. & Ephem. lib. 1. p. 23.*

Dddd

Vig

Vir Rever. biliosus & melancholicus, post multos animi corporisve labores multam sanguinis rubicundi cum tussi copiam rejecit, qui auxiliorum ope visus est melius se habere, quamvis febris Assidua reliqua fuerit, quæ bis septem diebus transactis aucta est, post cibum & nocturnis horis magis increfcens: conquestus per biduum de sinistri lateris dolore, eoque non admodum intenso, cui per hoc tempus aliqua tussis, somnis breves, difficilis spiratio conjunguntur, nihilominus desistente dolore febris in dies magis augetur, & præter somni breviam, in hoc tempore adest siccitas & ariditas linguæ sine siti, dolor universi corporis, dorsi præsertim, mingen- di difficultas, lotia clara & faeces duriores. Ego supposito sanguinis profusionem præcedentem à Pulmone fuisse, & cum non præcesserit dolor, potius per anastomosis factam esse quam per diarrheam, existimo in substantia Pulmonis laxiori relicto, illius partis inflammationem concitavisse, deinde corruptionem & gangrænam; & ob id non esse mirum si in primis diebus adfuerit tussis & dolor, deinde parte affecta cancrofa red- dita, omnia delituerint. Febris assidua à cibo & horis nocturnis ingravescens ex affectione pro- posita proficiscitur: An verò etiam febris fixa conjungatur? in dubio relinquo. Mingen- di actio fere ablata, & siccitas linguæ sine siti, prove- niunt ex facultatibus harum partium deficientibus; cum non reperiantur aliæ causæ in quas possint referri, quia ratione siccitatis cum non percipiatur sitis ob delirium, sequitur ex defectu facultatis sicciteræ symptoma procedat; Idem dico de mictio- ne fere ablata.

Alii Medici putabant morbum futurum diutur- num, cum symptomatibus augetur spatio duorum dierum suffocatus obierit. Antequam se- caretur cadaver, sciscitatus quæ mea esset opi- nio? respondi corruptionem Pulmonis in parte sinistra versus dorsum vergente, quemadmo- dum in consultatione dixeram: Et secto cada- vere, ita inventum est. *Lalium à Fonte consult. xlix.*

Rev. Pater post multos labores & in aëre per- nitioso moram, ut & sub radiis solaribus febre Assidua cum destillatione ad partes spirales, tertianæ duplicis formam referente fuit consi- stens, à qua transacta xi. die visus est evasis- se: Deinceps dum in novis erroribus versatur, in febrem Assiduam delapsus est, quæ à longo rigore exordium sumens, cum dolore sinistri late- ris, cujusdam gravitatis thoraci incumbentis, cum tussi initio sicca, deinde progressionem humi- da, in qua pituitosa flavitie & cruore perfusa apparent; spirandi difficultate vehementi, cum pulsibus mollioribus, languidis & inæqualibus, malis rubentibus. Hic 14. die recidivæ suffoca- tus obiit.

Visum est secare cadaver, cum omnino ego præfagirem in pulmonibus offensionem esse: Se- cto cadavere, inventa est altera pulmonum pars aucta in magnitudine, ut quadruplo major esset quam altera, & durior: qua secta multa aqua foecida fuit expurgata, & caro inventa densa, dura & rubra, quemadmodum esse solet hepa- tis caro, & ab eodem latere etiam muscoli inter- costales non sine læsione inveniuntur. *Lalium à Fonte consult. 300.*

Nob. N. annor. 40. constitutionis sanguinæ, pleniorisque habitus, circa 4. Febr. 1617. cum febrilibus accidentibus incidit in pectoris angus-

tiam, respirationis difficultatem, subsequens puro cruento & concurrente urinæ suppressione: pro- ut autem erat vir magnanimus, ita parum vel nihil hunc affectum curans, Heidelbergam pro- ficiscitur, ibique deterius habens, venæ sectio- nem instituit, & post biduum Darmstadtium re- petens, omnia symptomata magis ingravescere sentit, unde Francofurtum sequenti die sese con- fert, ibique Medicorum opem frustra implorat, viribus naturæ, ob gravia symptomata succum- bentibus. Adfuit autem præter signa peripneu- moniam comitantia, difficultas urinæ, qua mi- rum in modum affligebatur, cui fortassis ansam præbuit denegata seri copiosioris dissipatio per habitum corporis, ob aëris hyberni frigidioris inclementiam, in quo prædictum iter initio mor- bi suscipiebatur, imprimis cum aliis etiam ne- phriticis obstructionibus æger interdum labora- ret. Desiit ea difficultas urinæ remedium usum, sed adhuc sputum cruentum, dyspnœa, nullus dolor in pectore, calor p. n. summaque virium imbecillitas aderat, ex quibus signis, facillime pulmonum inflammatio lethalis colligebatur. In- gravescente ergo virium imbecillitate 25. Feb. tumor pedum succedit symptomaticus. Ac 26. viribus pedetentim oppressis, & uno atque al- tero pedum digito livescente atque emoriente, circa vesperam, præcedentibus diebus præeun- tibus levibus delirio, sæpius cum sopore quodam obortis, animam reddidit.

Aperto cadavere, in pectoris cavitate serum sanguinolentum copiosum aderat, pulmones, quorum substantia aliis spongiosa undique san- guine crassiore, qualis venosus est, scatebant, extremis eorundem partibus induratis & nigrican- tibus: cor flaccidum & intus penitus exangue, conspiciatur, à intestina sanguine putrido fluitibus permixto replebantur, unde paulò ante mortem copiosus sanguis odoris teterrimi, ob imbecillitatem retentivæ summæ, etiam ex- cernebatur. *Horslium observ. 9. lib. 3.*

Circa novilunium mensis Nov. anni 1607. cum Virum Illustriss. jam quindecim dies febris, arthritidis, sopor aliisque symptomata crudeliter exercuissent, ecce derepente insolita accessit respirandi difficultas, ad sublimem accedens & recti spiræ, eaque dolore universi thoracis su- perioris comitata, atque gravi illo quidem ma- gis quam puregente, & una tussicula, sed ra- ra. Eo dolore quarto die evanescente, super- venere sopor generumque rubor, febre interea spirandique difficultate in crebescens. Quem morbi progressum tametsi ipse non viderim, sed ex relata tantum ægri & domesticorum, atque triduo duntaxat ante obitum vocatus fuerim, illico peripneumoniam urgere & jam ad suppu- ratum & brevi ad mortem tendere significavi, cum tamen pro febre simplici catarrho conjun- cta duntaxat ab omnibus haberetur: nam & pathognomonica signa eam affectum evidentem arguebant, & præter sputa toto morbi tem- pore alba, viscida, spumosa prorsus, rotun- daque æstus, suffocatio & velut leipothymia, necnon ephidrosis superiorum partium cætera- que aciditæ confirmarunt satis, quibus non multo post difficultas inspirando gravis, sudor toto corpore diaphoreticus successit, à quo sensim labefactari functiones omnes stertor sub- sequi cœpit. Tum præter dejectiones alias, semper abominabiles, tunc factoris expertes, hoc quoque memorabile fuit, quod in illo ipso agone, antequam exspiraret, à naribus per

per 4. horas destillavit humor albidus, tenaxque & foetidus omnino, ac verè purulentus, sed excoctus, qui in pulmonibus ebulliens sua sponte in nares despumaverat: cujus etiam reliquias repertum iri in dissecto pulmone denuntiavi, & revera observavi, quanquam longè major portio ante mortem distillasset.

Postremò cum viscera & hypochondria, intestinaque cum ventriculo & mesenterio, integra ac inculcata omnino fuissent reperta, præter renes calculis prægnantes & cæteroqui sanos; solus pulmo insigniter tumidus & quodammodo exesus repertus, in iisque unus humor albus & tenax ac purulentus delitescens. *Car. Piso de morbis à sero sect. 5. cap. 1.*

Vir Illustris sanguineæ & biliosæ temperationis, in primo senio constitutus, qui multis ab hinc annis ruborem non naturalem in genis ferre cum pustulis extuberantibus consuevit, cum Venetias appelleret, ex nimis laboribus, & vigiliis in febrem assiduam delapsus est, cujus cum diuturno rigore cœpit initium, cum tussi, dolore pungente & respirandi difficultate ac pulsu duro, aspero instar ferræ, quæ auxiliis adhibitis septima die visa est mitior reddita, ut sputa non amplius cruenta, sed alba conspicerentur. Transacta septima die, rursus febris cum rigore invadit, cum tussi & maxima respirandi difficultate, dolore non ita intenso, ad mediam thoracis partem potiùs vergente, cum pulsu magno, undoso, & sputione cruenta nigricante uberrima, ut mirum videretur undè tam copiosa exsputio proficisceretur, ut aliqui ex Medicis ex capite proficisci opinarentur: lotia sanorum similia conspiciantur, fæces verò biliöse apparere incipiebant; adest ingens faciei rubor.

Plurimis auxiliis adhibitis, non cessantibus vigiliis & respirandi difficultate, decima die accessit pseudo-delirium, & pulsus redditi sunt parviores, tandem 14. die vitam cum morte commutavit: secto cadavere, pars dextra pulmonum fuit inventa corrupta, nigricans, tanquam sanguis concretus, & ejusdem lateris etiam pleura malè affecta; hæc omnia prædicente, cum alterius Medici opinionem non amplecterer, quòd materia noxia à capite prelaboretur.

Mea sententia fuit Virum Illustr. in primis diebus proculdubio ex morbo laterali laborasse; adfuerunt enim 4. signa pleuritidis proposita ab Hipp. & quantum à Gal. febris scilicet acuta, dolor lateris assiduus, difficultas spirandi, tussis, pulsus durus, celer, inæqualis febris hunc affectum comitatur ob inflammationem & situm partis laborantis, quæ cordi proxima est: dolor pungens sequitur, quia membrana, pars nervosa, inflammatione tentatur, & continuum solvitur. Difficultas respirationis accidit, quam Gal. 3. de loc. 3. debere esse frequentem & assiduam affirmat, quoniam pars respiracionis instrumenti laborat & dolet: prohibet enim dolor quoniam instrumenta respiracionis plurimum attollantur, undè respiratio fiat parva & crebra necesse est. Tussis verò succedit, quia ex pleura laborante inflammatione, sive pars est tenuis & rara, ob id necessario aliquid humiditatis refudat, quæ pulmone communicatur: pulsus verò ob febrem necessario est celer: propter verò nervosam partem malè affectam insigniter durus, sed minor

quàm febrim conveniat: postmodum verò ex pulmonis inflammatione conflictari, pleuritide in peripneumoniam commutata, imò sputiones copiosæ & nigricantes ipsorum pulmonum caloris naturalis corruptionem conferunt factam, non mediocriter indicium præ se tulerunt: Cujus affectionis causa proxima est sanguinis bilioli ad pulmones defluxio, prava qualitate affecti: remotiores verò jecoris intemperatio fervidior, mala dispositio pulmonum & errores exteriores. *L. à Fonte Consultatione 91.*

Adolescens 18. ann. optimæ cæteroquin constitutionis ex victu inordinato incidit in continuam cum respiracionis difficultate: cumque aliquandiu, nihil proficientibus remediis laborasset, diarrhœa superveniente obiit.

Secto cadavere præter pulmones etiam hepar erat inflammatum, *Jo. Udalr. Rumlerus observat. 21.*

Illustr. & Rever. Matthæus Zante Patriarcha Venetiarum, sanguineæ & biliosæ temperationis, qui aliquibus abhinc annis difficultate excretionis fœcum laborabat, quæ duriores & ictericorum similes dejectiebantur, vigiliis obnoxius, mense Julii, post multos animi corporisque labores, præcipuè ad iram concitationem, in febrem assiduam delapsus est, quæ in principio accessionalis videbatur, cum longo rigore invadens: secunda autem major accessio primæ correspondens per decem horas anticipavit, in cujus remissione sudor copiosus insequutus est; deinde febris continua fuit animadversa, aliquot horis nocturnis augmentum capiens. Lotia erat sanorum similia & fæces, aderat maxima spirandi difficultas cum tussi, & albæ pituitæ exsputio, interdum etiam puridæ: rubor maximus in genis, non poterat in sinistram latum nisi cum difficultate decumbere: aderant vigiliæ & somni breves, cum sudationibus circa pectus & collum, siccitas linguæ & labiorum albedo: pulsus magni, interdum molles, qui in sexta die in quarta pulsatione facti sunt intercepti, quo tempore etiam biliosa dejectio successit. Adhibitis remediis res tamen semper in pejus delapsa est, ex quo factum est ut alter ex medicis pronuntiaret febrem esse redditam malignam, de inflammatione pulmonis ne verbum quidem, 14. die vitam cum morte commutavit.

Secto cadavere, fuit inventus tumor in parte sinistra pulmonis, ex cujus sectione materia fecunda fuit educta: quæ mea duntaxat fuit sententia, atque lupis in vesica fellea ingens, totam vesicam replens. *Laliv à Fonte Conf. 32.*

Illustr. & Rever. Offredus de Offredis, sanguineæ & biliosæ temperaturæ, in ætate initio, post usum glaciæ luculentum, ac labores corporis vehementes, in febrem assiduam est delapsus, quæ cum ventriculi offensione & alvo liquidiorè, in principio per circuitus succendi visa est, cum immensa respirandi difficultate; ut decumbere non posset & suffocari videretur, cum rubore genarum ac linguæ & labiorum siccitate & albedine, cum tussi & pectoris gravitate quadam, cui in fine tertiæ diei sudor copiosus successit: in toto tempore vigiliæ, circa frontem & collum sudatione, lotia alba crassiora, fæces verò sanitatis similes: pulsus magni, molles urinæ quales sexta die (dum per tres horas somnum capit) præter sudorem universalem dejectiunt, biliosa, lotia turbulenta prodeunt, maculæ magnæ; cineritiæ per cutim erumpunt, pulsus magni, molles, sed in quinta pulsatione intercurrentes percipiunt.

percipiuntur: in fine sextæ diei succrevit delirium, pulsus redditi sunt in horas languidiores, in fine septimæ ad meliorem vitam fuit perductus.

Secundo cadavere, pulmones fuerunt inventi tumentes & pravi coloris, sed non fuerunt secti, cum operatio fuerit facta ab ignaro barbitonfore. *Lalium à Fonte consult. 122.*

Febris lethargica à pulmonibus putredine affectis.

Vidua Dom. Garnier ann. 45. nata in morbum incidit: habitu erat satis succulento, alba, genis rubentibus: ægritudine aliqua animi detinebatur, qua sese eximere non poterat facile: circa æquinoctium autumnale, cum præcessisset temporis constitutio inæqualis (qualem pauci admodum animadverterant) putredinis parens, in morbum incidit. Primum totum corpus maculis rubris, ac si morbillis laboraret, aut si ingens æstus foret, erat defœdatum, nonnullus corporis torpor, appetentia dejecta, ignavia, rerum omnium contemptus, cum aliqui prudenter rerum omnium satageret & ad omnia munera obeunda esset alacris, quod magnam morum dissimilitudinem significabat, & adjudicandum de dubio ancipitique exitu occasionem porrigebat, febris continua fuit, de nocte maxime exacerbabatur, nec exacerbationis ullum erat signum quod anteiret, sed confusa erant omnia: magna non ita febris apparebat ut ea nos moveret: febres eo tempore grassabantur mali ingenii, urinae fallaces erant, nam nec incendii indices erant magni, & sedimentum laudabile satis, & encephala continebant: comatosa erat, nec nisi interrogata respondebat, alieni tamen iudicii nullum erat signum: capiebat satis belle cibum oblatum: diebus iudicibus nihil natura movit, nihilque excrevit nisi arte sollicitata: dejectiones variae, putres admodum, sanguis bis missus plane putris: vires plurimum dejectæ apparebant, præsertim animales, quarum etsi non magna necessitas est in morbis, tamen ad iudicandum nobis magnam præbent occasionem: primis decem diebus exactis omnia satis moderata pacataque fuerunt, sed ab 11. aut 12. die magnum apparuit incendium; ex intervallis graveolentissimæ dejectiones, levia deliria, oculorum lacrymæ involuntariæ, genarum, ac præsertim sinistrarum, rubor satur admodum. Tandem cum urinam redderet involuntariam, aut retineret ac si suppressa esset, involuntarie quoque alvus descenderet, 14. morbi die ab illa exacerbatione manifesta, 20. autem totius historiarum morbi, cum sudore magno (nullus autem toto tempore febris apparuerat) deliria, risus, taciturnitas magna, tremores & quasi subsultationes manuum aderant: potus omnes sine discrimine admittebat, non sivebat, graviter febriens; potus veluti in profundum descendere videbatur: cum colluere os aqua juberetur, non poterat ore rejicere, bene ratiocinabatur, interit.

Aperto cadavere reperti sunt pulmones veluti putres, costis adherentes, intestina plena fugaci terroque flatu, cum serosi humoribus in spatii & inanibus foraminibus abdominis, qui meteorismum inferebant. *Ballonius cons. 45. lib. 1.*

Quatuor annorum puella febre continua extincta erat: hæc curiositati nostræ anatomicæ

immolata post mortem, pulmones exhibuit costis & sterno firmissime adherentes, multis locis duros, multo pure fluentes, & utraque parte, quod rarius occurrit, pure repletos: pericardium, panni lanei crassitie nigricantem cordis circumdabat substantiam: interim neque dyspnœa, neque tussicula ulla, neque phthiseos specie laboraverat: reliquo enim corporis habitu bene constituta, carne solida & pingui erat. Adde verò plurimos me in hacce nostrâ Hollandia secuisse qui pulmones altera parte habebant exulceratos: raros qui utraque, qui tussi aut dyspnœa laborabant non aded multos. *Theod. Kerkringius Observ. Anat. 72.*

Anna Burgunda, 33. annorum nata, sanguinea, portatrix meri nulli secunda, ingluviæ dedita febrem incurrerat stipitam siti, cibi fallidio, vigiliis, orthopnœa, corporis jactatione, aliisque symptomatis: inter quæ non obscurum locum habebat pulsatio vehemens supra ventriculum: quem pulsus ergo arteriæ cœliacæ multis animo meo versatis, conjeceram, quibus elevandis malis nulla præsidia profuere: verum in dies angefcente pulsatione, diutinos labores & extremæ virium detrimenta jam passam mors occupavit.

Cadaver dissectando, compertum est mesenterii membranam, quæ à peritonæo deducitur, multo circum cruore suffusam atque intentam, nihil interim mali mensuræ vasibus expertis: quoniam autem nobis opinio fuerat male patientis arteriæ cœliacæ, ad hanc nos perlustrandam nostrum studium appulimus, eandem ab omni proximo corporum objectu expedientes. Exorti igitur ab inferioribus, postquam ad arterias emulgentes pervenimus, superata jam parte quæ magnæ arteriæ primos divaricatus sentit, corpuscula offendimus ita ex punita concreta (hujus est uber modus arteriæ longeque amplior quàm venæ) vi caloris opinor sibi met incumbentia, quæ obturabili cujusdam modo arteriæ ductui sic ossarda transversim erant, ut spiritui se transfundenti præcluderent viam: continuo autem ad superiora facto transfressu, tandem cœliaca sese obtulit, ita dilatata ut compressum pusillum admitteret, quæ naturæ suæ modo vix annularis digiti crassitudinem æquat, in quo sinu sanguis abundè stagnabat ater, grumolus, in putredinem abeuntis imaginem præ se ferens: à quo uno arteriæ sic depravato statu profectam interitus causam nemo est qui dubitet. *Ex observ. Nicol. Larchei Medici Rom. apud Severinum lib. de abscessibus p. m. 280.*

Cum Myrtilleti studio Medico vacarem, & inopinatò quidam à Seren. Elect. Satrapis otiduo spatio à febre quadam symptomatice jugularetur, exenteratio demandata est Archiatro, & sequentia notatu digna memoriæ infixi.

Abdomine secto, omnia salva & justo loco posita invenimus: ubi verò sternum à costis separatam, & pleura dissecta, statim animadvertere licuit utrumque lobum Pulmonum valdè flaccidum dorso cum pleura firmiter adnatum. Lobis in superiore parte dissectis & manibus compressis, nihil erat conspicuum nisi spuma; sed circa medium alia sectione per transversum administrata, iterum lobis compressis, subito mulæ parvæ vomicæ, instar apicum digitorum eruperunt, quibus uterque lobus ad infimam usque partem, qua diaphragma appropinquat, resertissimus erat. Corde aperto, in sinistro ejus ventriculo invenimus massam quandam fibrosam, pinguedinem

dinem referentem, nulla parte adnatam, sed liberam, ovi columbini magnitudine.

Hujus materię faciē mentionem Cl. D. D. Wepferus Dissert. de apoplexia. p. 124. Sed nullus dubito quin eandem materiam in arteriis invenissemus si modò inquisitio debita facta fuisset: interim hoc miratu dignum, Nobil. illum nunquam de ulla pectoris angustia conquestum, sive tussi, sed exercitio equestri & chorearum quotidie vacabat, cum tamen pulmonum minimi saltem pars in superiore parte sana esset. D. Gorbos. Christianus Winclerus in *Miscell. cur. anni 1671. obs. 133.*

Vidi ego in dextro cordis ventriculo mulieris, quam peripneumonia sustulerat, radicem enatam, carnosam, albidam, flaccidam, quæ prodiens ex corde, & cavam venam subiens, propagabatur usque ad caput & os sacrum: eadem carnea substantia ex sinistro ventriculo prodibat: quod in quatuor cadaveribus peripneumoniciis subinde observavimus. *Obs. Nereti Nereti Med. Florent.*

Anno 1596. Virum quinquagenarium dissequi: hic inflammatione Jecoris laborabat, quod vultu torrido ac adusto conspicietur colore: portula autem ejus membranula, parenchyma unversum in putrilagine abierat, maximamque puris copiam effundebat, postillam ea sui parte græva quæ diaphragmati adheret: adfuerat continua febris, quæ cordis iuculentiam naturam ita consumpserat pyri in motum uti contactum conspiceretur, flaccidum plane, haud aliter ac si pulmonem teigisses: huc pulmo variis locis collis adnatus conspicietur. *Pet. Pavius obs. 19.*

Expendenti mihi sphonisticam div. Hipp. sentent. quod sit. ex bubone fibres omnes malæ præter diarias, cum inviserem præcl. Vir. Ad ianum Spigelium, Coluber. Anatomic. è vivis sublatum, cum bubone sub axilla sinistra ann. 1625. ann. 47. non levis mihi scrupulus occurrit, nunquid ex bubonib. fiant solæ ephemeræ, vel putridæ etiam: ex Hipp. enim sententia in aph. proposita, expressa luce clarius statui videtur, ex bubone febris putridas quin etiam fieri posse: non enim dixisset, ex bubone febres omnes malæ præter ephemeræ, si ex bubone fierent solæ febres ephemeræ: cui subscribentes omnes fere medicinæ scriptores asserunt, fieri posse ex bubonibus, non solum febres ephemeræ, sed etiam putridas. Atque de putridis id prælam sit ex præsentis Spigelii morbo, à quo extinctus est, quem fere continuè observavi 63. dierum spatio quibus decubuit. Hic etenim Vir Præclar. ex indicis digni punctura, dolorem & tumorem insignem in sinistro brachio passus est, cui successit abscessus seu bubo sub axilla, cum dolore adeò gravi, ut non solum brachium, sed & totum corpus immobile factum sit, cum febre acuta sine annotationibus manifestis, inappetentia, vigiliis & gravi virium angore: vigesima sponte erupit abscessus & multam saniei copiam terduo effudit, suberuentam, foetidam, liquidam, à qua remisit dolor, adeò ut in latera aff. dum decumbere potuerit, quod antea fieri non poterat: persistit tamen febris vehementia, cum tensione & dolore dextri hypochondrii ad claviculari usque: cui successit diarrhœa, primò biliosa, mox & saniosa, non dissimilis materię ex abscessu emanantis, quod ansam præbuit dubitandi nunquid esset dysenteria vel abscessus jecoris: cum verò nulla præcessissent tormina, non ta-

menta, aut intestinorum erosiones, in jecoris abscessum conspirarunt sententiæ, cum præsertim præteritis annis abscessus ventriculi per vomitum expurgatus fuerit: interim plurima interna & externa fere præscripta, cum durante febricula, cum dejectione materię saniosæ 63. die extinctus est.

Dissecto cadavere, occurrit abscessus in concava jecoris, juxta prognosticum. *Ben. Silvaticus cent. 3. consil. 18.*

Vir Illustr. Dominus Thomas Trenchard, ætatis consistens, temperamenti melancholici, habitus gracilis & rari, spleneticus, hæreditario quodam jure à parentibus derivato, acutissimis ventris doloribus, colicæ æmulis crebro molestatus hic Nobil. affinem in Comitatu Hamptoniensi invisurus, eò loci profectus incidit in febrim continuam, satis acutam, cum vigiliis, & sinistri hypochondrii dolore, ad humerum usque tendente, ia quo acerbos admodum dolores passus est, ut de nullis aliis esset querulus: adhibito in consilium Medico, Venæ sectio instituta basilicæ dextræ, neglecta reditudine, quam observare solent practici, præmissa tamen pro more clystere: julapia quoque & alia exhibita; quibus nihil proficientibus, sed malo in pejus ruente me quoque Dorchestria accessit curat: conscenso equo, quinque miliaria progressus, ab alio servo in via obviam facto, iter differre iussus, quòd herus melius haberet, domum revertor, hyeme validissima solstitio proxima, nive omnibus candescens: Quid sit? elapso solum die iterum vocor, quòd essem ei ordinarius; sed antequam ad eum pervenire poteram, morbo superatus natura satisfecit.

Dissecto à morte corpore, omentum in se circumvolutum, & umbilicum versus ad formam orbiculi conglobatum invenimus: lienem verò totum putrefactum, & parte interna penè absumptum, mali adeò materia, picis instar liquida, nigra, foetente, ut minimè essemus ferendo; hep. etiam infima sui parte, in corpusculum malignum raptum erat, ubi putredine corripit incidebat; reliqua salva conspiciantur. *Friedericus Loffius, observ. 45. l. 1.*

Joh. Fernelius uxoris morte ita repente percussus ac prostratus est, ut ante xii. ab ejus funere diem, ex summo animi mœrore ac angustia in febrim incidit continuam: ad septimum hujus morbi diem cum urinae inclarescerent, & febris symptomata omnia multò leviora facta essent, qui illi opem ferebant Medici felicem exitum unà cum ægro expectabant: verum ad xi. mirum in modum exasperata sunt omnia, ideoque æger urinarum cruditate, atque aliorum symptomatum ævicia permotus, ac mortis metu percussus doctissimos Regis & urbis Medicos aliquot in consilium adhibuit. Hic febre quartana aliquando consistatus fuerat, & toto vitæ curriculo non solum vino oligophoro aqua abundè diluto usus est, sed etiam extra passus ætate frigida potu suum expiere solitus erat, undè lien non parùm læsus videbatur: indè enim acoris cujusdam sensus ori ac faucibus integrum jam biennium inerat, qui nullis remediis discuti poterat: quum ergò causæ quædam externæ, hæque graves admodum, acerbissimum mœrorem auulissent, superveniente uxoris obitu, quo omnia exasperata sunt, humor in liene collectus tandem incallescens atque putrescens, inflammationem ejus visceris peperit, undè & febris accensa

est continua, quæ sensim increfcens, ita naturæ vires omnes attrivit, ut cum xviii. die nobis mors immatura eripuerit, anno ætatis 72. Christi 1557.

Causam interiitûs ex anatomo peruestigantes, è lienis inflammatione perniciem manasse iudicavimus; quæ & valdè tumidum & prorsus lividum ac virefcens id viscus esset; & scalpello dissectum magnam saniei instar picis nigerrimæ copiam profuderit. *Gul. Plantius in ejus vitâ.*

Amplissimus Præses M. Bouvetus extinctus à quartana continua, eaque conjuncta cum phlegmone hepatis, ex parte suppurata, & ex parte in scirrhum degenerante; cujus phlegmones hepatis initium quartanam præcesserat vel annum integrum ante. *Car. Piso de morbu sero. sect. 1. p. m. 40.*

Sæpè jecur animadvertimus tuberculis & abscessibus instar furunculorum obsideri, nullo hypochondrii dolore, nullo tumore, nullo decubitu difficili: febris solùm inerat non admodum ardens, cum siti, cum cibi fastidio, cumque alvi profluvio interdum in menses multos perseverante: ut idcirco difficile malum quemadmodum & substantiæ corruptela, ab intemperie calida, aut ab obstructione internoscitur. *Fernelius, Pathol. lib. 6. cap. 6.*

Febris continua à corruptione gangrenosa in parte renis interna. Ab abscessu in sinistri renis parte exteriori, ab inflammatione testicularum & meatus urinarii.

Juvenis post diurnam gonorrhæam, cibi potionisque immoderationem febre assidua afflicta, quæ horis vespertinis magis augetur & amplificatur cum lotiis crassioribus & pituitosis: 11. die diarrhœa varia sublequuta est, quæ usque ad 19. permanens, vires maximè dejecit, undè siccitas linguæ, faciei rubor, inquietudo & totius macrorum successit, 20. lotia uberiora prodeunt & turbulenta, quæ tamen clarescunt: quamvis varia adhibita sint, semper adaucta est febris & symptomata succreverunt, adeò ut 30. accesserit rigor, cui successit febris vehementissima cum rubore genarum, & pulsuum maxima frequentia & celeritate, quare die 34. in plenilunio interiit.

Secundo cadavere, inventa est corruptio gangrenosa in parte interna renis dextri, ut lotia turbata gradum coctionis, quemadmodum erat opinio alterius Medici, non significarent, sed ex mea sententia alterius renis corruptionem: adeò ut etsi Galenus non comminiscatur nisi de lotiis turbidis quæ ex gradu coctionis suboriuntur, Medicus si sit Philosophus, debeat etiam alias causas indagare. *Lalim à Fonte, Consultat. 133.*

Illustr. Abbas à 14. diebus temperaturæ sanguinæ, post cibi potionisque immoderationem, duobus affectibus potissimum detinetur, scilicet distillatione à capite in subditas partes, alter est febris assidua sine certo ordine tenens, post cibum & horis vespertinis more duarum tertiarum increfcens: in quibus ita se habet, ut se vix morbum persentire asseveret, cum dormiat plus consuetò, nulla caloris mordacitas persentitur, urinae tamen copiosæ prodeunt albo sedimento refertæ, hæque multò uberiores quam

ingestis respondeant optimè: optimè se habet ad ea quæ offeruntur: horis vespertinis facies rubicundior inspicitur, præsertim circa genas, nares & aures, quàm aliis temporibus: adest tussis sicca, assidua; pulsus humiliores & frequentiores percipiuntur: ea quæ excernuntur sunt similia sanorum: In regione renum non mediocrem fervorem experitur, neque sine adminiculo incedere potest: 20. die facta minoratione ex flore cassiæ, præter excrementa fecalia multus sanguis corruptus foetens fuit excretus, tandem die 40. interiit.

Secundo cadavere, inventa est corruptio & abscessus in sinistri renis exteriori carne, me ita prædicente antequam cadaver secaretur. *Lalim à Fonte, Consult. 68.*

In quodam à febre duplici tertiana continua extincto vermium in ventriculo & intestinis quantitas ingens deprehensa.

Febre duplici in tertiana continua correptum mortuum sequi, in quo quanta esset vermium copia, dictu incredibile est; ipsi enim in ventriculo & intestinis conglomerati atque coarctati per œsophagum ad os usque ascenderant, absque eo quod alexiteriis remediis copiosè ægro administratis enecati fuissent, vermes porro ex materia heterogenea genitos, aliquos albos, aliquos rubros & alios nigricantes asperimus. *Dom. Panatolus, Pentec. 1. Observat. 41.*

Febris continua. 1. A mesenterio pure referto. 2. Ab eisdem abscessu.

Virgo in dolores colicis similes incidit; contra quos cum nullum remediis genus valeret, missella febre quotidie cum rigore insigni repente, doloribus jam dictis associata post paucos menses marasmo consumpta est.

Dissecto ventre, ingens copia puris, quatum mesenterium refertum, ac quasi turgidum erat, erupit. *Ex observation. Th. Mermanni Archiatri Bavarici.*

Illustr. N. Febre valida correptus cum vomitu, 14. transacta, in alvi cruentam dejectionem devenit, ita ut sanguinem nigerrimum, corruptum, pessime olentem, ad 15. lb. pondus excreverit, undè animi deliquio correptus, omnes eum proximè morituros credidimus: nihilominus cibi per intervalla optimis refectus, vires resumpsit, ita ut, etsi febre continua, licet non ita intensa & uniformi continuo vexaretur, nihilominus salutis spem præberet: sed tamen cum quotidie feces conspersas sanguinolenta saniosaque materia excerneret, in diesque magis, ac magis emaciaretur, infinitis prope remediis adhibitis, 63. à decubitu die occubuit, cum tamen postremis diebus ingens urinae profluvium supervenisset, ita ut quinque libras & amplius quotidie per plures dies emitteret.

Cadaver dissectum fuit, atque in mesenterio ea in parte superiori, qua intestino recto annectitur, ulcus fordidum, ad spithamæ longitudinem adinventum: undè ea in parte collectum abscessum coniecimus, illoque disrupto, putridum sanguinem ea in copia profluxisse non dubitavimus: Sed quod mirum est, nunquam

ac substantiam intestini cujuscumque omnino pervaserat, quod quale fuerit designare non potuit, quia in abdomen confusa conjecta essent: cujus capacitate serositas biliosa exundabat, abominando & horribili fetore prædita, cujus libræ circiter sex eductæ fuerant ab eo qui dissectionem susceperat: Neque cor neque pulmones vidi, graveolentiam veritus, quæ referente Dom. Garnier, in statu erant naturali, si Pulmones aridiores non fuissent. Dabam Villettæ Antonis anno 1662. Octobris 2. Julien.

Nos infra signati, examinatis interioribus partibus cadaveris Dom. A Contant: intestinis pluribus in locis exulceratis, è quibus unum perforatum: Hepate & Liene corruptis intra bidui spatium, per quod doluerunt, Aquis & serositatibus intra abdominis capacitatem, extraordinarie fetidis collectam, aliisque symptomatis funestis, concludimus dictum Dominam morte violenta occubuisse, inductâ à causa maligna & veneno lente actionem exerente, quod substantiâ se non prodidit, sed tantum effectibus: Quod asserimus 2. Octobris 1662. Mouton D. M. Garnier, Julien.

Dominus Corbet, Procurator Regius Viennæ Delphinatus, relationem præcedentem, quia res est momenti, communicatam mihi voluit. Ea præsertim de causa quia rumor erat defunctum à veneno exhibitio interiisse, quare sententiam meam quoque ut proferrem voluit.

Egò D. Medicus Facultatis Montpelienensis, Lugdunensi Aggregatus, infra signatus, certum facio me legisse, & ad amissim examinasse relationes factas à Dom. Mouton Doctore Medico, ac magistris Garnier & Julien Chirurgis Delphinatibus, morbi & eorum quæ adnotata sunt in cadavere adaperto Domini A Contant: Qui de causa censeo morbi & mortis causam adscribendam esse insigni cacochymis & corruptelæ humorum, cujus malignitas proles est & alumna: necnon vermium copis, febris comitum, quandoquidem æger morbi initio famelicus fuit: Intestinatorum unum pertusum fuit, è quo materia exiens, universum abdomen implens, putrida, abominando fetore donata fuit (proculdubio ob lumbricorum ingentem copiam mortuorum & in intestinis corruptorum: quos proculdubio videre licuisset iis apertis) & intestinatorum exteriorem tunicam exulceravit, mesenterium & epiploon corruptit, necnon hepar & lienam, intemperie affecta & impuritatibus infarsa: quandoquidem ab initio morbi observata fuerat insignis in utroque hypochondrio tensio, iis familiaris qui prava utuntur diæta; Neque enim locus est constituendæ legitimæ exhibitii veneni, cujus nullum signum univocum extat, cum ventriculus (qui primam veneni impressionem, ore dati, semper excipit) integer & sine labe repertus sit: Adde his memorata symptomata febrilis à vermium inductis ferè familiaria esse, quod hoc tempore præsertim innotescit, quæ Delphinatum finitimasque regiones peragravit, (Gratianopolim præsertim anno 1650.) plurimis funestæ: Atque hæc est mea sententia quam propria manu firmavi: Lugduni x. Octobris 1662, Gras.

Febres continua lethales, exustis visceribus ob denegatum potum.

Sunt quidam qui eandem ferè legem in omnibus febricitantibus servant, nimirum ut caveant maximopere à frigido potu: quam ob causam anno 1649. infinitus propemodum ægrorum numerus è vivis sublatus est, cum tamen febres essent continuæ, cum mixtione diversorum humorum & præcipuè biliosa, non tamen solæ, qui cum Siti maxima torquerentur exusti obibant.

Sectis cadaveribus ventriculus, cor, pulmones & reliqua viscera tanquam exusta apparebant. *Domin. Panatolus Pentec. iv. Observ. 8.*

Febre continua extincti vasa omnia sanguine depleta reperta sunt.

Anno 1641. Novemb. v. dissectum fuit corpus Principis Ferdinandi, Hispaniarum Regis Fratris, qui lxxxix. diebus Febri continua, ætatis 32. ann. sublatis, corde, hepate, pulmonibus, adeoque dissectis venis & arteriis, vix cochlear cruoris in cavum thoracis conflavit. Planè nimirum ostendit hepar exangue, cor verò instar crumenæ flaccidum: Biduum antè mortem plus edisset si ipsi concessum fuisset; Fuit nempe per venæ sectiones, purgationes, hirudines ita exhaustus, non desinebat tamen Terriana typum servare. *Helmontius Tract. de febribus cap. 4. §. 16.*

In cadavere febre extincti in vasis vix libra sanguinis superstes fuit. *Car. Piso lib. de morbu à sero sect. 2. p. 2. cap. 4.*

Anno 1663. obiit in Gallia Serenissimus Princeps H. ab A. D. L. annos 63. natus, pusillæ staturæ, sed vividæ & robustæ constitutionis: Huic febre continua prehenso tam stricta diæta imperatur, quanquam largiori alimento, si concessum fuisset, libenter inculisset, tamque frequentibus venarum sectionibus eæ depletur, ut aperto post obitum corpore, vasa omnino exhausta reperta sint, viscera autem omnia integra, nullatenus, ut in sene, flaccida & marcida. Adèd ut facilè constiterit magis illi funestam fuisse medicorum industriam & sedulitatem, quam ipsam vim morbi.

Febres ardentes alimentarios humores corporisque substantiam calore suo absumunt: scribit Hippocr. 1. de morbis: Qui ex febre ardente moriuntur, omnes ex siccitate moriuntur. Et referunt authores quidam sanguinem totum fuisse absumptum, ut scribit Argenterius ad cap. 2. lib. 2. ad Glauconem de Mutio Medices, Arcis Pisanæ Præfecto, in cujus cadavere ne gutta quidem sanguinis reperta est. *Primerosius de vulgi erroribus lib. 2. cap. 6.*

Illustriss. Marchesia Rangona tribus abhinc diebus sollicitatur febre continua, è genere ardentium, imò etiam Leipyria: pulsus enim magnus est, celerrimus, frequentissimus atque etiam durus nonnihil, languidus tamen, qui Galeno teste, biliosas febres non omnes consequitur, sed lethales tantum.

Sitis licet non sit insignis, ob humorem à cerebro in os assidue labentem, insignem tamen calorem febrilem intus urentem indicat, aliàs enim ægra non siquæret, nec aquæ potum usque adèd

erat, modò admodùm liquida & plurima biliosa liquationis instar egerebat: postea iterùm fuit arida & sicca: Præterea aderat & cibi fastidium sitisque inexhausta, ita ut in aquam frigidam ac gelidam magna in copia hauserit, ad hunc postquam ultra annum laborasset, ingressus, cum ab initio hæc sanguinis detractio esset prætermissa, idque malè in hepatis inflammatione & apostemate, nunc id nullo modo licuit, in homine jam tabe & hectica febre consumpto, ipsoque humido radicali etiam absumpto: Ego verò apostema in hepate confirmatum atque incurabile pronuntiavi, & non diu post meam opinionem confirmavit cadaveris sectio: nam tumor admodum durus paucis diebus è regione hepatis ita in immensum excrevit, ut omnibus appareret, non sine dolore: quod signum erat abscessus futuri, nam si simplex scirrhus fuisset, minus doluisset: quare prædicto prognostico eum pro deplorato habuimus, cum apostema hepatis confirmatum non curetur, at postea cum idem tumor laxior fieri inciperet, febre magis invalescente, suppurationem expectavimus: hunc cum apostema maturum appareret, & materia satis esset deducta ad saniem, remittebantur quidem prædicta accidentia, gravitas tamen major remanebat, cum materia in uno loco magis congregata videretur, & tactu lenitas & mollities sentiretur, duritie, quæ priùs sentiebatur, in totum ablata: statim autem cognovimus ex dolore redeunte, ruptionem appropinquante, punctione & febre rursus crescente & gravitate majore: cum tamen per se non rumperetur abscessus, ut Chirurgus ruptionem juvaret imperavimus: verùm cum ejusmodi ingens apostema non rumperetur, Chirurgum incitavimus ut ad incisionem procederet, sed in corpore debili & exhausto id tentare noluit, vel non audebat; existimabat enim quod tandem per medicamenta apposita rumperetur: verùm cum illud non succederet, & escharam quasi induisset, denuò me in consilium adhibuit: ego autem cum ex signis præsentibus animadverterem quod pus totam ventris cavitatem occuparet, potissimum à regione hepatis, ubi tumor ingens laxior apparebat (nam motio puris & fluctuatio quadam exaudiebatur) ulcus jam factum in hepate, malignum, putridum & corrosivum judicabam, quod hominem subitò è vita tolleret, nisi ultio (ut veteres Medici facere solebant) vel inciso aut apertio statim fieret scalpello vel phlebotomo aliquo, quæ licet etiam in homine deplorato & virib. exhausto periculosa haberetur, tamen tentandum fore, ne æger statim ex putredine puris intus collecti exspiraret, idè & secundus Chirurgus advocatur qui incisionem statim agendam censuit, præhabito tamen prognostico, quod cura coacta periculosa foret, tamen tentanda ne ulcus in pejus procederet: interim si fieret, atque æger animo dilynqueret, sicque vitam finiret, id in manu nostra non esse, cum vires exhaustæ essent, interea potius anceps quam nullum remedium adhibendum: Cæterùm ægro ipso, tum amicis astantibus consentientibus, Chirurgus dextrè suo officio functus est; prima vice post adhibitam incisionem sanie virulenta & sanguinolenta absque pure exeunte, at cum vulnere impositum esset linimentum, quod secunda visitatione amovebatur, materia viscosa, purulenta, foetida, copiosa emanavit, cum tan-

to foetore ut totam domum eo implevit, ita ut vix quisquam nostrum in cubiculo apud ægrum persistere possit: Cum verò materia foret vitiosa, ut eò minus exire posset, denuò coactus est incisionem ampliorem facere, quod etiam dexterrime peregit, neque interiora læsit: exivit tunc materia admodum foetida & purulenta amurcæ similis: undè conjecimus omnia interiora corrupta, & hepar similiter, & ægrum non evasurum amicis prædiximus, juxta aphor. xlvij. 7. Tertio autem die ab incisione caro exterius facta est livida ac in gangrænam mortificata: nec tantum caro externa, sed & interior, quod cognovimus ex ingenti putredine & foetore qui ex loco inciso exhalabat dum vulnus resciretur, non aliter quàm ex homine cadaveroso & demortuo: præterea dum Chirurgus paulatim pus propelleret, & ad exteriora labia vulneris deduceret, tanta cavitas apparebat, ut & interna tandem etiam corrupta spectarentur: Paucis, septimo die ab incisione peracta, mortuus est.

Eo demortuo cadaver incisum: Et in tota ventris capacitate copia puris valde foetentis, ut præfentes in cubiculo perdurare vix potuerint. Occupabat autem pus tam partem sinistram quàm dextram sub toto abdomine, usque ad imum ventrem, & repertum est omentum à pure virulento consumptum, peritonæum quoque disruptum & putridum conspiciebatur, similiter & intestina nigredine & plumbeo colore infecta spectabantur: Hepar autem durum videbatur, ingentis magnitudinis, albicans autem circa stomachum, sed in gibba sui parte, prope costas, nigrum, exustum ac plumbeum, in eschiomenon transmutatum: erat enim hepar circa illam partem potius eschiomenatum, ut ita dicam, quàm ulceratum: & in parte gibbosa, paululum descedente à costis, gangræna infectum: Et vix pus in hepate conspiciebatur, potius verò in concavitate ventris, quod ab hepate disrupta membrana eo defluerat: præcipua autem Hepatis corruptio erat in parte dextra, versus costas spuria, & circa musculos: intercostales quinque similiter nigredinem contraxerant: Costæ quoque spuria tanquam igne combustæ ex eschiomeno, nigritiem & exsiccationem contraxerant, ita ut carbonis instar nigræ adustæ frangerentur: Ulceratio verò ad musculos abdominis processerat, magis in parte dextra, qui musculi similiter tandem nigredine & gangræna affecti erant. In parte verò hepatis eschiomenata potius virus & sanies spectabantur quàm verum pus: mirum fuit quòd hic tamdiu vixerit.

Domina de Bobigni, cum per annos aliquot sensim atque paulatim emacruisset, omne alimentorum genus fastidivisset, & ut loquitur Hippocr. *ἰσχυρὸν ἔχει τὴν πρὸς τὴν πρὸς τὴν*, tandem repente ac inopinato est extincta, ac cum cibum nec caperet nec appeteret (apud Hipp. autem *λαμβάνει* significat cum aliqua appetentia accipere) quotidie vivendo moriebat & moriendo vivebat, prehensa est paroxysmo febris tertianæ typum referentis: tertio post die idem paroxysmus, à quo revaluit & fuit *ἀπὸ τῆς*, & habebat more solito, locum & deambulationem cogitans: At accessit rigor *πρὸς τὸν* tertiani & tertii paroxysmi: fuit rigor ingens & tantus ut ab eo non potuerit, ut loquitur Hipp. *ἀναθερμαίνεσθαι*. Totum erat sanè *λιποθυτικόν*, interna confusa.

conflagrabant incendio: sequenti die rato concessit: conquerebatur maximè de dolore ad hypogastrium.

Invenitur aperto cadavere pulmo aliqua ex parte inflammatus, epar exsuccum & mali coloris: Sed uterus erat corruptus & quasi gangræna affectus, plenus tabo & sanie, quæ erat *υρῶδες*. Maritus per tres annos ferè abstinerat à congressu: forte si æger fundusque cultus fuisset melius cum ea actum foret: laborarat olim *ὑγναικία*, qui erat tetri odoris, aliqua ex parte & ferè omninò suppressus erat: interit ferè à venena interno & genitivo: Hæc cum aliàs foecunda esset, (quod mirum) cum foemellam conceperat, stuebat ista materia, etiam copiosa: cum marem, aut minor erat aut sistebatur. *Jac. Thevart nota 2. in conf. 96. lib. 3. Conf. Balloni.*

Filiolus septennis Ill. Baronis de Himton, ob varios in victu errores, doloribus intestinorum jam pridem obnoxius, Novembri elapso vomitionibus porraceis, alvi fluxu putrido, æruginoso interdum & variegato tentabatur; febre infulso exacerbationibus sub noctem cum anxietate, morfu venris, nausea, stridore dentium, frigore extremorum, & sui inexplebili stipata: Per totum morbi cursum intractabilis pessimè se habuit ad oblata in dicamenta pariter & alimenta, solis gelatinis ex C. C. & rasura eboris in cerevisia tenui solutis refocillatus, quas etiam sæpissime, præmissis tactibus aliquot acidioribus, anxius extomachavit: Fauces interim aphthis & albicante mucilagine usque ad linguæ radicem conspurcabantur. D. D. Meara memorata symptomata & unà cum materia membranosa rejecta de phlegmone & sphacelo ventriculi hæsitantem tenuerunt, eam tamen non esse ex nobilitate partitis affectæ, morbum tam lethalem in tot dies productum ferendo imparis, ex partium necessariò consentientium incolumitate, ex euphoria denique ad ejectionem consequente, passus est sibi persuaderi: Ob similitudinem potius substantiæ, materiam jam propè lumbricorum formæ dispositam, vel forsitan particulas esse lumbricorum putredine fractas coniecimus. Circa 8. morbi diem accersitus sum, consentiente autem D. D. Meara ad expurgandam morbi mineram in primis viis malignitate vermiformi putrescentem, infusum rhei mane exhibetur, coctione quadam in urinis apparente; 9. quo septies ferebatur alvus, excretionibus summum incendium redolentibus, sub nocte tamen ingravescebat febris, consuetis stipata symptomatis. 10. Summo mane substantiam quandam nigricantem, viscidam & quasi cutiformem summa cum inquietudine evomuit, ex quo sedatior aliquantulum ad somnum se composuit: nox eadem: 11. Delirus in lecto contineri noluit, laudano verò opiato sub nocte consopitus, sibi restitutus est: 12. Consimilis materiæ semel ac iterum cum priori molestia portio ejiciebatur. 13. 14. Nausea, vomitus & diarrhoea aliquantulum sedabantur, ita ut appetitu quodam ad juscula incitari videbatur: Exacerbationes nocturnæ omninò cessabant, nisi quòd pro stridore dentium narium pruritus continuo scalpenti impetu urgebat. 15. Sedatis igitur symptomatis, discessimus, Pharmacopæo interim junctis consiliis infusum rhei repetendum cardiaca, aquam deindè cæponis cum scolebotricis destillandam ad fercula ordinaria curavimus: 20. Alvus decies dato pharmaco ferebatur, nocte sequenti refocillatus, mulier-

cularum curæ à Pharmacopæo tradebatur: Atque, quòd per diem unam vel alteram delituit venenum, jam tandem majori cum ferocia excaudit, ita ut perseverante fluxu, rebelli & colliquativo, emaciatus ad marasum ducebatur: 28. Denuò vocatus, in tam stupenda macie, qua potui diligentia viribus incumbendo, cæterum de felici eventu omninò despondens, in morbo pariter ac ægro intractabili, modis tamen quibus licuit omnibus contendimus: cataplasmatibus præsertim, anodynis & roborantibus *πρὸ τῶν ἐμφάλων* & τὸ ἥτρον munimus: analepticis exanguem relucimus, præcipue laudano opiato, tanquam sacra anchora hæremus, sine quo continuo egerendi conatu fatigato, vel minimas parare inducias impossibile duximus: Hisce tentatis, alvus supra quàm sperari potuit, denudè sistitur, regio abdominis mollior & plenior assurgit, excrementa, quæ bis tantum vel ter in die dejecit, coqui parumper & ad mediocritatem quandam reduci videbantur, perseverante tamen nausea & rerum omnium fastidio, seseque per intervalla prodit pestis cum fluxu bilioso, sincero, pingui, spumoso foecido conspicua, & ipsissimis visceribus radicitus impacta: 36. Materiam jam quarto vermiformem rejectit, undè continuò in pestum eunibus, nox vo opus esse consilio, si quicquam adhuc superesse remediū speraverint, propono: 38. Clar. D. Dikes accersitus, vix dum audita historia conceptæ opinioni de morbi causa calculum suum adjecit, de prognosi autem paulò confidentior, fluxum istum perniciosum nec frangi posse nec deberi pronuntiavit, nec exangue sceleton renutriti, nisi veneno in ipsa culina & organis nutritivi inservientibus hærente per cathartica profligato: Vicit viri sententia, feliciori forsitan omne obeunda in principio morbi & constantibus viribus, ubi nec macies, nec facultatis lapsus cæteris omnibus intentionibus ingentibus præpolluere: Eadem nocte Marc. dulcis cum resina gialap. in syrupo garyo, hyll. propinabatur: frequenter dejecit foecida & pingua sine evidenti virum ruina, de vermibus autem sollicitus, eosque medicamento parere nullos dobitans, repetitionem hortatur pulveris & infusionem hydrarg. vice julapii. 41. Summo mane sub priori regimine administratur purgans ut ante, sed in minori, ut par fuit, quantitate & minori molestia: sub nocte levi deliquio, tremore manuum & motus impotentia affligebatur: hinc vino albo Valleriol. concesso, & laud. mop. gr. 1. ad ulteriorem spirituum dissipationem præcavendam, somno se commisit: xiv. sub mane, sudor diaphoreticus tempora & frontem occupavit, qui post horam unam vel alteram laxatis spiraculis per totum corpus calidiusculus erupit, sub vesperam, recreato parum & ad motum habiliori, carnes vitulinæ (poscenti sane) offerebantur, quas tandem succo spoliatas expuit, noctemque sentit insperato progressu auspiciorem, cessante forsitan natura & indomitæ pesti succumbente: xv. Hæc interim tanquam læta auguria D. Dikes unà cum Illust. Fratre in ulteriora erigunt tentamina: Sub nocte repetitur pulveris compari regimine, minori tamen evacuatione, ita ut natura penitus deficiente nihil ultra periclitari placuerit, præsertim De flore se subducente: xix. Mane sanguis tertius & ichorosus, tanquam ex hquamne Pulmonis, reciprocaione spiritus per asperam arteriam

in os ferebatur, linteis intromissis emulgendus; hora 3. pomeridiana frigidum & exangue simulacrum, tanquam exuvias deposuit Nobilis infans.

In aperto cadavere, rudi & inexercitata manu aperto, quæ observari potuerunt hæc sunt. 1. Ecchymomata circa musculos transversos, 2. Peritonæum nigricans & putridum 3. Omentum sicut & mesenterium extenuatum & omni pinguedine spoliatum. 4. Ventriculus laxus & inanis. 5. Intestina flutibus distenta, pellucida, excrementis vacua, internis quin etiam tunicis & fibrarum omni genere exuta. 6. Ileum colore flavo variegatum. 7. Hepar in parte concava lividum: Vesicula fellis quintuplo quam par est tumidior. 8. Pulmones exusti, aridi & mucagine alba obducti. 9. Cordis ventriculus sinister sanguine grumoso repletus. 10. Venæ majores vice sanguinis sero repletæ. *D. Bidgood in histor. rarioribus Edmundi de Meera, p. 161.*

In sede febrium facio cum Sylvio esse intestina tenuia: id sensus docet, exempla obvia sunt, unum communicabo ex schedis paternis, Mulier germana Patavii, robusta & corpulenta, nonnihil pinguis, sexagenaria, nihil excrevit per alvum spatio novem dierum, nec clysterem admittere voluit: Incidit in febrem Malignam cum vomitu biliosa, moritur post biduum.

Aperto cadavere, pulmones ferè putridi, Hepar parum scirrhosum & inflammatum, Ventriculi tunica interior inflammata, Intestinum Ileum in medio gangrænosum & putridum (ut ruptum sit inopinato ex contactu) tota pars, supra gangrænam ilei, inflammata intus in tunica interiore, ut supra modum venæ mesaraicæ magnæ & turgidæ fuerint: Pars Ileii inferior tota coaluit, ut nihil pertransire potuerit: A quo succo illa inflammatio sit, sensu dijudicare non possumus, nisi faciem experientia sua præferat Magnus Sylvius. *Thomas Bartholinus centur. iij. Epist. 86.*

Credo Helmontio sedem malignarum febrium esse in ventriculo: Id testatur Anatomæ illorum qui eo morbo extincti fuerunt. Observatus enim est ventriculus cum Intestinis inflammatus: Undè ingens illa sitis, vomitus, faucium ardor & alia apparentia oriuntur: Ex huiusmodi profecto sectionibus & oculari demonstratione certius de sede affecta indicamus quam rationibus & conjecturis: Firmat historia mox citata &c. Non absimilia vidit in dissectis febricitantibus. *Spigelius lib. 1. de semitertiana cap. 16.*

Romæ infanti ægroti anno 1649. febre continua occubere, in quorum sectis cadaveribus ventriculus & reliqua viscera tanquam exusta apparebant, teste Panarolo Pentecoste 4. obs. 8. Quare refrigeratio & humectatione postea multos sanatos scribit *Th. Bartholinus cent. 3. Ep. 4.*

Nob. adolescens relicta Germania, Brixie ad diem 27. Junii anni 1572. in itinere alvus ei primum fluere cœpit, idque durans per dies forte xv. debilem valdè reddidit: Quo fluxu tandem cessante, iterum convaleuit, nisi quod faciei color usque cineritius remansit. Potrò circa Januar. medium alvus ei strictior reddita, remansitque deinceps semper ita, ut nisi suppositorium adhiberetur rarius sedes haberet forte tertio vel 5. nonnunquam etiam sexto die laxari prunorum atque passularum, uvarum coctarum non potuit: nihilominus tamen comedit mul-

tum & hilariter nullos sentiens dolores, aut capitis gravedinem ullam, victus ipsi cum cæteris nobis communis; Ei vinum sine aqua, & extra prandium vel cœnam nunquam bibenti, nec excessum ullum facienti, semper fuit gratissimum: Ingruente æstate, ei in facie pustulæ obortæ sunt rubicundæ; atque ad diem Aprilis 29. Febri tertiana duplici laborare cœpit, à quo Doctorum auxilio mox liberatus, nunquam satis feliciter valuit: Cœnans nihilominus ac prandens more solito, usus subindè lactis sero usque ad decimum septimum Junij, quo denud per integros decem dies incoepit vi febris putridæ & hecticæ decumbere, ac Medicorum præscriptionibus parere, quoad 26. præscripti mensis, statim post solis occasum vitæ diem ultimum clausit.

Hujus igitur cadaver, cum post horas x. vehementer intumesceret, nigerque sanguis à naribus erumperet, diversa suspicatus ut aperiretur omnino volui: Quocirca in aperto corpore primum Pulmones pustulis affecti, omnino putridi sunt reperti: Lien nigrior & grandior, Jecur ponderosum adeò & planè exsiccatum; Stomachus cum reliquis partibus purus & integer, continens adhuc aliquantulum brodii hordeacæ, 4. horis ante mortem sumpti, apertum corpus foetidissimum edidit odorem.

Cum igitur prædictus Nobilis ad minus mensibus novem semper maximè sobriè, imò sine maximo etiam excessu quam temperatissime vixerit, ab excell. Medicis causas scire desidero. 1. Unde alvus adeò stricta permanerit; Deindè undè Jecur, undè Lien usque adeò affecti, atque pulmones tam valdè putridi redditi sint, & undè mors ipsa provenerit, cum tam in ægrotudine quam extra nollum committerit errorem: ejusque optima habita sit ratio, victum quoque semper habuerit optimum: Nam aër hic Italicus morbi hujus causa exiit, & an diutius forsan in Germania vivere potuisset: Postremò quoque undè cadaver post mortis horam x. prius incoepit intumescere, & tantum cum maximo fœtore nigri sanguinis copiam per nares egerit; &c.

De affectibus quos passus est Nob. Juvenis, de illius morte, necnon de iis quæ post mortem sunt subsequuta, ut ex arte loquamur, hoc unum imprimis statuendum est tanquam manifestum & confessum, juvenem hunc à primordio generationis suæ Jecur calidissimum habuisse, caput verò humidius, & pulmones satis imbecilles, matrem non usque adeò sanam: quo factum est ut Jecoris caliditate humor melancholicus in dies magis magisque augetur, indè obstructions, & propterea etiam caloris incrementum, ex quo Jecinoris incendio omnia mala tandem sunt subsequuta, etenim Gal. 6. de diebus crit. 3. & 1. de loc. c. 7. dicebat Affecto jecinore, sensum animal, motaque temporis læsionem in alimento percipere & calorem contrahere: quare mirum non est si ex generatione humoris melancholici, & propterea frigidi alimenti, color ille lividus & cineritius exortus est: Sique ex multis obstructionibus Jecur exarsit & Lien tumidior factus est. Etenim cum plurimum sanguinis melancholici generaretur, atque ad lienem transmittetur, neque virtus lienis tanta esset ut humorem illum distribuere aut absorbere posset. hinc lienis tumor subsequutus est: Et hanc esse causam putamus cur Jecur siccius, ac veluti aridum in cadaveris sectione obser-

ficcus, ac veluti atidum in cadaveris sectione observatum sit, & lien tumidior apparuerit, quod 2. loco quærebatur: Hinc etiam apparet causa cur post alvi profluvium alvus adstricta permaneret: Etenim sicuti alvus sic humidior quando cibus in chylum conversus parcius distribuitur in Epar, sic rursus ficcior & adstrictior redditur cum omnis humor in ea contentus ad Epar fertur: & sicuti parcius distribuitur, vel quia plus assumitur quam Epar indiget: vel quia citius trajicitur quam Epar attrahit, idque vel ob multitudinem bilis, expultricem debilitat: sic omnis humor ad Hepar fertur, vel quia minus sumitur quam Epar indiget: vel quia Epar sui caliditate citius attrahit quam par sit, & omnem chyli humiditatem absorbit, imo propter obstructions venarum Eparis ad intestina bilis transmittitur, cujus causa facultas expultrix proritatur, atque propter caliditatem & siccitatem Jecoris, intestina quoque sunt calidiora & ficciora, & ob id ad retinendum robustiora, ut mirum non sit si in hoc Nob. Adolescente, præcedente alvi profluvio, subsequuta sit alvi adstrictio, non quod cibus plus justo fuerit subtractus, sed propter jecoris caliditatem & siccitatem, quæ omnem fere humiditatem absorpsit, adauctam fortasse propter obstructions, quarum causa bilis quoque transitus ad intestina fuerit impeditus, & vis retentiva intestinorum facta fuerit robustior, & faeces ficciores, & hæc, uti arbitramur, est causa illius quod primò quærebatur: Quod verò & humorum exultio, cum quadam pravitate in corpore conjuncta, fuerit in causa ut pulmones putrescerent, ex hoc facile conjectari licet, quoniam fieri potuit, ut vapores & pravi succi in caput delati, cum in optimum nutrimentum commutati non potuerint, qui ad pulmones transmissi pustulas in pulmonibus excitarent, aut cum pulmones supra naturam imbecilliores extiterint, ob pravam alimentum pustulæ istæ fuerint excitatæ, aut utroque modo percelli fuerint: quibus pustulis excitatis, uti par est, febris maligna & fixa fuerit excitata, uti voluit Gal. 2. in Epid. 1. Hoc autem persuadere quoque videtur raucedo & catharrus insignis qui apparuit, ut mirum non sit si ob pustulas illas veneficæ & malignas, quæ virus & materiam veneficam generant, calor natus pulmonum fuerit extinctus, unde putredo illa pulmonum insignis, & tandem mors per suffocationem est sequuta, quod 3. & 4. loco quærebatur: Quod cum ita sit, cur mirari debemus si post mortem intumuit, cum hoc sit opus materiæ veneficæ, in iis præsertim qui per suffocationem pereunt? Quoniam humores & spiritus à proprio principio in materiam deleteriam revocati, liberi & soluti, quinimo ab eadem refugientes, quodammodo ad partes optimas delabuntur, & sic universum corpus atollunt, & ora venarum aperiantur, unde sanguis effluere solet, quemadmodum in hoc præfenti cadavere contigit, è cujus naribus sanguis niger & melancholicus, & ob insignem putredinem valde foetidus effluxit. Et hoc est quod postremo loco in dubium revocabatur: Ut concludendum sit materiam hanc, quæ febrem excitavit, & tandem mortem induxit, veneficam quidem fuisse, sed in corpore genitam, quod aliquando in corporibus male affectis contingere potest: Quare non æri Italico, non pravæ victus rationi, non ineptis & importunis medicamentis, non alicui causæ externæ, sed pravæ illius corporis constitutioni malum hoc est adscribendum. *Consil. Scholtzii 199.*

Parentes Illustriss. Ernesti Nallovici Comitis fi-
Tom. II.

liæ, annum vix egressæ, 23. Junii 1655. per literas conquerebantur: quod filia eulsa, florida & bene habens, enormi diarrhoea correpta fuerit, altero die aliqua ex parte sopita, sequenti verò cum vomitibus recurrente largius: Adveñus 24. Junii deprehendi duritiem in dextro hypochondrio, calorem totius p. n. sitim, pervigilias, capitis dolores, alvi excrementa alba, virum prostrationem, quibus 26. Junii superveniens epilepsia finem vitæ imposuit. Post obitum tota dorsi regio fuit nigra à nuca ad finem spinæ dorsi, ventriculus verò in sinistra parte nigricans & quasi putrefactus, viridi humore refertus. Hepar scirrhotum decem unciarum, vesicula bilis grandior & nigra bile inflata: Intestinum rectum quoque nigricans: Renes unciarum quatuor, bene dispositi & sani, ut & lien, vesica, ipsumque Cor unciæ unius & dimidiæ: Cerebrum verò librarum quinque copiosa aqua circumfusum erat, aderant ipsi pustulæ aqua plenæ: *Thomas Bartholinus, ex Comm. J. Dan. Horstii. Cent. 3. Observ. 80.*

Virgo 31. annorum integro biennio ante mortem laboravit copiosissima narium hæmorrhagia quæ non nisi venæ sectione sisti potuit: paulo post incidit in cachexiam & hydropis initium tumescentibus pedibus & ventre inferiore, remanente cachexia: Menses fuere inordinati, aliquando non fluebant penitus, aliquando nimis erant copiosi: perduravit tamen hæmorrhagia, quæ alternis diebus crescebat, xiv. vel xv. die ante interitum corripiebatur tussi molestissima & sicca, nonnunquam quid foetidi expuebat; sentit punctiones & dolores in regione hepatis, evomebat bilem corruptam, prasinam ac cum ea vermem oblongum aliosque simul vermiculos: Ego ad eam vocatus deprehendi febrem malignam, quam comitabantur subsequenter symptomata, delirium, vigilia, inquietudo, sitis inextinguibilis, vomitus materiæ corruptæ, dextræ partis faciei resolutio levis, hypochondrii sinistri ac lateris pectoris sinistri maximus dolor ac æstus: Nulli lateri incumbere potuit, color faciei flavus ac subniger: urinae erant subnigrae, ex dextra nare frequenter per intervalla aliquot sanguinis guttula promanabant: Post multos perperos cruciatus morte occubuit.

Mortuam secui, atque primò occurrit vena umbilicalis (quæ in omnibus adultis unus ligamenti obtinet) sanguinis copia turgida atque extensa; in quibusdam locis, ubi hæc vena contorquebatur, instar varicum tuberosa: Hepar justam habuit magnitudinem, sed erat album, tuberosum, inæquale, durum & exangue, ut vix sanguinis guttula ex dissecto hepate exierit, ex gibbo nihil, ex ima parte parum. Thoracis capacitas dextra erat, aqua subnigra & putrida plena, continebaturque ejusdem aquæ cantharum & dimidium: Pulmonis dextra pars in ea cavitate collocata cum pleure corrupta ac nigra fuit: Ventriculus mirum in modum copiosè tum factum tum flatum inflatus ac tumidus reveriebatur: inventi & duas vesicas urinarias, alteram naturalem & in sua sede collocatam, alteram ex matricis collo dextro latere prognatam, naturali vesica duplo quasi majorem, loto plenissimam & duabus tunicis, ut naturalis vesica, præditam: Hic nullus meatus aquam vel immitrens, vel emittens conspiciebatur: Uteri corpus erat scirrhotum: reliquæ partes satis integræ apparuerunt. Caput non aperui. *Volcherus Coiter libello observat. Anat. & Chirurgic.*

D. de Malortie, Vir magni in militia rominis, ætatis annorum circiter 43. continuis vomitibus per aliquot retro menses vexatus, qui
Ecce nec

nec bolis ventriculum detergentibus & aliis catharticis, nec corroborantibus internis aut externis fisci poterant, cum siti intensa, bilis copiam maximam ventriculum confluentem indicantibus, sub finem Maii incidit in febrem quae duplicis tertianae, vel quotidianae continuae typum praese ferebat, à multa biliosorum & pituitosorum humorum simul copulata putredine: ex duplici tertiana post octo dies facta est continua simplex: Vomitus non desinebat; capitis dolor comitabatur & ardorem in lombis percipiebat: Post injecta enemata emollientia & refrigerantia spatium dierum bis missus est sanguis ex cubito, qui pituitosus & crassus erat: postea hirudines venis fedalibus appositae sunt, quae capitis dolorem & renum aestum placarent, sed inflabatur ventriculus dolorificè & hypochondrium dextrum, unde compatiante Hepate, & ad inflammationem tendente, sexta die auriginosus evasit, sed tamen absque febris remissione, quod juxta Hippoc. Aph. 61. Sect. 4. perominosum est. Die 8. (cum septima sine evacuatione ulia critica effluxisset) purgatus est leni infusione rhei & apatici in aq. endiviae, cum addita Elect. Cathol. 3b. & Syrup. Conf. laxat. 3vj. & conf. hyacinth. Di. ad vires respiciendo, quia pulsus erat contractus, propter oppressam naturam à vaporibus malignis, unde sese expedire non poterat nec explicare: Vires deinde cadentes fulcire studuimus aquis & pulvenibus cardiaceis, & praecipue lapide Bezoarico orientali, varie & extra possum, & in ipsis ferculis administrato. Non dabat magna virium prostratio insignibus sanguinis evacuationibus locum, pugnativimus tamen cucurbitulis, venae sectionis vicariis, ad partes infimas cum leni scarificatione, & citra illam, ad revulsionem vaporum malignorum à corde: Enemata frequentia in eundem finem, vel quotidie, vel altero quoque die injiciebantur.

Die nona obiit. Introspectum cadaver exhibuit nobis epiploon corruptum cum fibris non coherentibus: Mesaraeum feirrhosum in sua origine & corruptum, putrem lienem, Cavam hepatis partem feirrhosam & inflammata, Pulmonem, quae costas attingit, inflammatione tentatum, Pancreas putrefactum, ventriculum pure repletum & in fundo pituita crassa ac viscida, unde vomitus illi pertinaces, infarctum: internam ejus tunicam aliquantum exulceratam. Nihil in renibus & ductibus urinariis, omnia inibi aliis integra, sed absque sero ullo: Intestinorum internam tunicam eidem, ut ventriculi, nonnihil ulterius justo abrasam & ad exulcerationem pronam. Sic in misero illo corpore *videtur vixisse* fere repertum. *Rivierius.*

Dux Candaleus obiit Lugduni xxvij. Januarii anni 1658. circa sextam vespertinam, extinctus à febre continua maligna: Postridie eadem hora dissectus est à Magistris Regnaut & Charavet, Chirurgis, coram DD. Rhodio, Grassio, Guillemino, Garnerio & Falconeto Medicis Urbis Aggregatis, atque haec in cadavere adnotata. 1. Totius dorsus epidermis inflammata & ex dimidio divulsa, ad partem lumborum infimam gangraena duobus in locis, unaquaeque latitudinis semicoronati argentei quam plurimae minores circumcirca ambiebant. 2. Aperto capite, non solum cerebri meningis phlegmone tentatae fuerant, & vasa plurimum distenta ac repleta sanguine adusto nigroque, sed & tota cerebri substantia, praesertim cerebelli, reliquis partibus magis inflammata cum fiderationis initiis. 3. Pectore explorato, musculi omnes phlegmone occupati & exsiccati comperti

sunt, mediastinum, pleuram, septum transversum inflammatio quoque invaserat necnon universos pulmonum lobos, parte postica fideratione omnino correptos; pericardium paucissimam aquam continebat: cor inflammatum, admodum flaccidum, quod immersum vini spiritui, in quo plurima aromata infusa fuerunt, cardiaca & putredini reluctancia, conditurae gratia, inde summe foetens exemptum est: 6. In imo ventre Epiploon corruptum apparuit, cum maximae intestinorum partis mesenterii & pancreatis inflammatione, 7. ventriculi internam tunicam phlegmone etiam invaserat, in qua alicubi conspicuae maculae lividae, praesertim quae Jecur speccat, 8. ejus tota substantia inflammatione correpta erat & sphacelo tacta, pene in tota parte cava: 9. Splen. incendium conceperat, in colore immutatus. 10. Renes quoque aliis notas praese ferebant, & maridi erant, vena omnes, cava & azygos sanguine destituta, 11. Exempta viscera & peivi cuprae imposita, horaque spatio tantum in ea detenta, eam decolorem & nigram reliquerunt.

Ego subsignatus certum facio me Romaniolam venisse 26. Septembris anno 1662. accessitum à D. Antonio Galiani morbo detento, febre scilicet continua molestis symptomatis stipata, nempe dolore continuo totius ventris, acerbiori tamen ad hypochondrium dextrum: siti inextinguibili, sudore frigido capitis & pectoris, vigiliis perpetuis, & caloris naturalis extinctione. A quorum symptomatum violentia postidie circa vespertam exinctus est.

Die sequenti urgente Nob. Matrona Maria Chol, uxore defuncti Dom. Claudii Galiani, Romaniolae Domini, cadaver à Magistro Claudio Garnerio Chirurgo, Cremi incolae lectum, in quo partium nobilium insignes laesiones à nobis deprehensae, sunt & vicerum imi ventris, scilicet hepatis, lienis, intestinorum, mesenterii & omenti: Hepatis enim & Lienis substantiam putredo invaserat, extraordinario foetore se prodens: Exulceratio adebat in intestinis, praesertim tenuibus, quorum unum exiguo foramine rotundo terebratum erat, exitum materiae purulentae, pulsi simili, bili commixtae, admodum foetidae concedente: Omentum & mesenterium ardore testa & pene putrefacta: E quibus enumeratis partibus compressione facta exfudarat biliosus humor, à quo abdominis capacitas replebatur, necnon à statu odoris terentissimi: Insignis illa dictarum partium intemperies, atque maligna corruptio, suspicionem suam exerente, cujus natura ab aspectu demum intelligi potest, alienis omnino à morbis vulgaribus: Supra dicta vera esse assero, in quorum fidem nomen mecum apposui. *Mouton D. M. Obobru 2. 1662.*

Ill. Comes annum agens 52. corripitur febre lenta assidua, horis vespertinis magis excandescente, ante 7. exhibetur leniens à Medico: loco venae sectionis, admoventur sanguisugae venis quae in extremo ano sunt positae, quae interdum purgare consueverant, fistitur sanguis à Barbicorsore, caligine pulverisata aceto permixta, febris adaugetur, superveniunt maculae in toto corpore latiores, violacei coloris, sensum & motum utriusque cruris amittit, lotium supprimitur: 14. die obiit.

Dissecto cadavere intelligo renem sinistram compertum esse nigrum, & ab eodem latere etiam spinalem medullam affectam. *L. à Fonte consult.* 59.

Grassio

certe longo tempore materia à phlegmone fuit congesta, & à calore cordis assiduo exsiccata & indurata, quin mortis attulerit homini necessitatem, vix dubito: Febre maligna intra triduum extinctus fuerat, quod aucta per calorem malignum materia, meatum sanguini liberum interceperit. *Bartholinus cent. 2. histor. 46.*

Pictoris depingo originale, per orbem notissimum, ignota Febre delectum; incidit in febrem praesenti anno & mense, quam tertianam intermittentem credidit simplicem simplex Medicus, qua de re alterius veterani consilium dum explorat, missionem sanguinis fore necessariam pro exigentia morbi, & temperamenti sanguinei, percipit, & exequitur: mox ratione delicatae complexionis blandam solito more praescribit solutivam prisanam, ne activiori medicamento quateretur nimis abdominosa moles: quo peracto per quinque continuos dies visibili febre immunis statuitur, unde praeparatam materiam quinque syrupis expurgandam pharmacum construunt, propinant; & hoc mixtas in humoribus evacuat vires, moxque leve sequitur subdelirium, brevique quasi positus in Apoplexia obit, cedens tamen naturae, quam toties vicerat pictoris. Inexpectatae mortis attoniti Domestici cadaveris imperant dissectionem, cui praesens quaesitus ego, lividi primò corporis intense rubentes observo genas, mox pectus fecari fatago, in quo sani cordis incredibilem vidi magnitudinem, talem pulmonis corruptelam, ut illic substantia dissoluta simplici tantum membrana, tanquam in sacculo contineretur, quo reciso, copiosa effluxit, nigerrimi & fetidissimi sanguinis, ac corrupti Pulmonis quantitas: Similimum pulmonis vidimus Lienis statum, cujus integra tantum membrana fluidam pariter, ac corruptam illius substantiam, praeter nonnullas Malpighii glandulas continebat: Ulterius, metastasim in capite conjiciebant aliqui, quorum gratia cerebri tentavimus dissectionem, ideoque secato cranio crassissimo, futurisque adeo compactis ut deesse viderentur; Ablata dura meninge, tenuis occurrit admodum crassa, ut attoniti suspicaremur an tenuior aliqua inferius lateret, triplicique cerebrum illud involveretur meninge, quod non successit, sed hoc unum observabile, Piam matrem crassius & densitate duram aequare: Ablatis itaque duris hisce meningibus, corticales cerebri anfractus ita pulchre distinctos detegimus, hoc est, inter se adeo separabiles, ut notabilia vacua remanent, cum in aliis capitibus arcta contiguitate anfractuose copulenter: Anfractuus ergo hac conformatio verò industria, dum aequè benè ac intestinorum gyri semetipsis distinguerentur, & ideo si pia mater per corticales cerebri ambages undequaque se insinuat, cum illa crassa adeo extiterit, per consequens illa ablata notabile remaneret spatium inter anfractus, tanto magis considerabile quanto copiosiores gyri: substantia verò cerebri universa naturalis omnino & sana, praeter solitam serositatem in minima quantitate, & corporis colorem nonnihil flavescens.

Symptomata totius morbi progressu inobservata non sermior, incredibile nullatenus nullam exitisse diagnosis tantum morbi, ut assistens fateretur Medicus: equidem febris lateat maligna, de qua loquitur Fernelius lib. de Febr. cap. 17. foris mitis ut interius verò conturbans: ex oculis autem emerit excitata pharmaco, dum duplex inflammatio purgantium non resistit viribus, febri-

leque fermentum mutuans à pharmaco vires, effrenatas concitat sanguini effervescentias, inflammationeque parti flammam adauget; quamobrem non immerito cum antiquis recentiorum consensus, nonquam satis purgantium reprobatae damna in inflammationibus, cum autem praecipuus in febricitanti sit scopus statum noscendi sanguinis, utrum nempe in compage sua nimis sit stricta, quapropter excrementa intricata sanguini adeo complicentur, ut fecerit ab ipso nequeant, quod sanguinis coagulationem nonnulli vocant, an diverso modo subvertatur cruor, quando scilicet ab heterogeneis particulis fermentativis secedit in partes, adeoque dissolvitur, ut corruptus usque ad fibras communiter nuncupatas, & tunc per parenchymatum poros se insinuans alicubi stagnat, putrefit, partesque ipsas corrumpit, ac universo sanguini maligna communicans vitia, unde spiritus non elaborat sanguis, quinimo veneni assumens naturam hos incit, vitamque maligne perimit: ita affectus sanguis in hoc casu in partes spongiosas irruens intime filtratur, inde corruptivam inducens fermentationem, illas adeo alterat, ut nec propriam retineant substantiam, sed in foetidissimos degenerent chores, propria parenchymatis membrana simpliciter inclusos.

Quid autem sentiendum de rara pie matris crassitie & diducta anfractuuum cerebri contiguitate? Verè suspicor multum contulisse suae perfectioni in pingendo, cum in hac arte excellens fuerit si quis alter, Equidem hoc unum est quod cogitatio ut ab anima, non ab organis, ideoque cum bruta non cogitent, illa probabiliter caere statuunt Cartesiani; cogitationis autem scrutari vires, animae ut essentiam indagare, idque exigere videatur aliquid supra animam, quia in tantum materialia, & omnia mortalia, cognoscit anima, quae ut aliquid supra illa, cum sit immaterialis & immortalis, nullatenus in operando dependet anima ab organis, ita in fatuis, in quibus principes animae facultates non exercentur uti debent, aliquid in cerebro insoliti apparet, ergo scrutari animae operationes à corpore dependentes, nil aliud est quam organorum vires contemplari, quid scilicet, & quomodo concurrant in operationibus, & ad id non requiritur aliquid supra animam, cum haec sit supra sui corporis organa: posita ergo tantae cognitionis possibilitate, quaerendum esset utrum à particulari cerebri conformatione dependeat ingeniorum diversitas profecto cerebri anatomie suam detegit in omnibus structuram fere consimilem, quamvis probabili conjectura suspicari possemus an cerebri fibrae Willisianae in omnibus ejusdem sint modificationis, quod non ita facile oculis observabile: Interes ingenii vires in particulari animati cerebri conformatione dependere firmiter credo, verum non tantum in hoc, sed à diversa sanguinis constitutione, ex qua major vel minor spirituum perfectio & copia consistit: ita accidit maniacis, in quibus non pervertitur cerebri structura, sed spiritus animalis ab indolentia & benigna in acerrimam degenerant: ita hypochondriacis: in quibus sanguis ater, spiritus gignuntur nebulosi, ex quibus tot phantasmata.

Cum ergo ingenii vires consistant in particulari sanguinis, & animali cerebri configuratione, possumus industriam eruere tanti pictoris: & primò cordis insolita adeo magnitudo aequit copiam notabilem rarefacti sanguinis, qualibet systole expulsum, quae dum in anfractus cerebri per-

perveniebat, et spaciores exigebat, ut facilius & celerius filtraretur, ne sanguis subsequenter irruens ita copiose sua mora noceret: ex copioso autem sanguine rarefacto naturaliter, copiosi & spiritus, ex quibus ingenii robur: verum quamvis spiritus sub tenuissimo liquore concipitur, summe sunt tamen exhalabilitatis, quapropter piam meningem crassiorem efficit natura, ut illos retineret facillime dissipabiles, a nimis laxa cerebri structura, tum etiam ut cerebri anfractus sua interpositione dilataret ad faciliorem sanguinis instillationem: copiosi ergo spiritus, cum liberè per ductos cerebri anfractus permearent, libera etiam fluiditate per corpus exspatiari poterant. Unde ita ingeniosè imaginabatur, ut pura tantum originalia per Italiam celeberrima imaginationis suæ viribus abstracta depinxerat, nullis unquam deditus exemplaribus. *Ex Communicatione Clariss. Dom. D. Joh. Baptistæ Fantoni, Medici & Professoris Turinensis. Theoph. Bonetii in Sepulchro.*

Serenissimus Christianus Dux Brunsvicensis & Lunenburgensis, cum multis annis inordinatè vixisset, cruda multa assatim ingestisset, acetariis, oleis, fructibus hortensibus crudis, & ejus generis difficilis concoctionis cibus corpus onerasset, incidit in febrem quartanam, qua curata aliquandiu bene habuit: Notandum tamen quòd in ipsa febre quartana cum usus esset vomitorio ex rad. azari, & multas cruditates magna cum perturbatione & molestia rejecisset, (nam oleribus & difficilis concoctionis cibus se ingurgitaverat) juravit se nunquam vomitorium deinceps assumpturum: Quòd cum ego animadverterem, & tamen Princeps ipse unà mecum quamprimum restitui vellent, neque id absque vomitoriis commode fieri posse perspicere, pilulis meis febrilibus, quibus ante singulos paroxysmos usus est, admiscui aliquantum pulveris rad. azari, quòd tamen in parva quantitate fuerit, sæpius tamen usurpatum multa per vomitum eo ipso die, quo assumptum erat, rejecit, & q. excrementa viridia, tenacissime coherentia, quòd omnibus adstantibus admirationem movit, convaluit post id & rectius habuit: Postea tamen cum iisdem crudis & difficilis concoctionis cibus iterum usus esset, incidit in gravem morbum, quem quidam, cum aliqualem calorem naturalem & præternaturalem perciperent, febrem malignam judicaverunt, quòd ego postmodum adveniens falsum inveni: Nam cum nellen Principis, qui aliquot temperantissime vixit, in rebus crudis & cibus herbaceis intemperantiam, statim prospexi ex cruditate ortum quicquid mali erat, neque in eo deceptus sum, nam post aliquot dies propinato aceto bezoartico, & aliis medicamentis ad rem pertinentibus, ejecit Taniam, sive vermem latum, raptum & per paries emissum; ita tamen ut tota longitudo ulnas circiter novem completeret: id factum est die 22. Maii 1626. Antequam is excerneretur, & aliquot diebus post, quiescere non potuit, sed corpus hinc inde iactavit, donec exhibitis medicamentis expulsiis alexipharmacis (propter suspicionem veneni, vel ex mortuis vermibus intrinsicè nati, vel extrinsecus dati) cordialibus & confortantibus paulum tranquillior fuit: Interim die 1. Junii advertimus infra sinistram mamillam novem pustulas lividas, sive tubercula sicca, instar fragi per medium dissecti & oppositi, ejusdem cum fragis, sed obscurioris aliquanto coloris & asperitatis, sine pure protuberante, unde veneni suspicio aucta est: Vires inde fractæ & men-

Tom. II.

tis hallucinatio nonnulla sequens est; locutio etiam ita precipitata fuit, si quid diceret rari intelligere potuerint, nisi quid esset sæpius rogari: Initio Princeps multum vomuit, præsertim assumpto cibo & potu: cerevisiam, qua alias delectatus fuit, vinum fastidians, semper rejectit, vinum retinuit, neque quicquam incommodi inde sensit, aut caloris præter naturam concepit: Pulsus initio propemodum naturalis, urinae quales jumentorum, postea prope ad statum naturalem in colore, substantia & sedimento pervenit, pulsus verò magis magisque languidior factus: In medicamentis assuetis difficilior fuit, nam vetita assatim appetivit, concessa respuit, & cum corpus maxime calidum servare debuisset, omnia tegumenta rejecit, & præsertim aqua rosarum, & aliis refrigerantibus caput mundavit; cum tamen neque in pulsu, neque in urina, neque in tactu totius corporis ullam caliditatis signum appareret: Medicamenta, tum quæ ad exonerandam saburram, tum quæ ad excludendos vermes, extinguendum venenum, conservandum cor & reficiendas vires singulari virtute facere videbantur, diligenter administrata sunt, omnia tamen in pejus ruere, pulsus se subducere & vires in horas labasci, appetitus prolesni, donec tandem foretis omnibus humanis placide obdormierit d. 6. Junii 1626.

Aperto ad condituram cadavere, propemodum omnia viscera sana inventa sunt, solas ventriculus & intestina vitium contraxerant: Ventriculus enim muscolo phlegmate redundabat, & tunica ejus interior obscuriore, quam pro natura, colore imbuta fuit: Intestina etiam plurimum pituitæ crassæ & mucosæ continebant, & interior tunica, intestinis tenuioribus fere nigricans, rugas instar plicarum orbiculatim in intestina intrinsicè continuè serie ambientes formaverat. In Colo verò de lato verme, sive tænis, particula ad longitudinem prope quinque ulnarum reperta fuit: Pulmones plane integri fuerunt: Cor nihil vitii habuit, nisi quòd dexter ventriculus solito flaccidior visus sit, & in eodem vesicula albicans ad longitudinem & crassitudinem digiti, utrinque acuminata, pisciculum dixisset, qua discissa & rupta, cum aquam contineri putassemus, materiam pinguem, crassam instar axungie reperimus: Hepar magnum fuit & omni labe caruit, nisi quòd quatuor quinqueve locis ad magnitudinem folii menthæ, maculæ lutei coloris apparuerint, carne subjecta similiter ad corruptionem vergente, reliquis partibus tum quoad colorem, tum quoad substantiam omnibus integris: Lien, quemadmodum & Renes omnis labe fuerunt exemptes. Membrium virile supra modum flaccidum una cum seroto nigrorem contraxerat. *Ex observationibus Adami Luchtenii Regis Danie Medici in Anno medicæ Bartholini anni 1672. p. 25.*

Febri Epidemica Nervoso generi & Thoracis partibus infesta. Febri Epidemica ab inflammatione Pulmonum. Epidemica vermiculosa.

Circa æquinoctium vernale anni 1661. puella novem circiter annorum ægrotare cepit, imprimis absque calore & siti intensis, appetitus dejectio & virium languor accesserant: insuper vertigo febre continua molestabat, cum crebro leipothymia metu,

Eccc 3

metu,

metu, ut sæpius animi deliquium instare putaverit; cujus ægrotudo quoniam Tossi crebra & humida stipata fuerat, primò tantum frigoris susceptio putabatur, verùm intra paucos dies ista Tussis plane convulsiva: adeo ut inter tussendam, diaphragmate sursum elato, & cum systole repetita, ita aliquandiu retento stridor ingens & velut suffocativus ederetur: dein apertius Febricitans, ac de siti & calore conquesta, noctes insomnes cum insigni corporis agitatione ducebat, atque prope diem delire loquuta, de veste sua in aquas delapsa querebatur: cùmque omnia in pejus ruerent, moribus convulsivis primò in artubus, mox in facie & subinde toto corpore tentari cœpit, paroxysmi crebra vice, nempe bis aut ter intra horam repente, gravissime urgebant, adeo ut misella hæc intra nycthemeri spatium, à quo affectiones spasmodicæ graviores exortæ fuerint, spirituum animalium tenore labefactato penitus fatum obierit: Dum paroxysmi convulsivi urgerent, pulsus erat plurimum inordinatus, ac sæpe intermittens, etiam vomitione crebra afficiebatur.

Cadavere dissecto, symptomatum in hac febre præcipue urgentium rationes & vestigia clarius patebant: Nam calvaria: olla amota, statim vasa meninges perreptantia, sanguine plurimum turgescere conspiciebantur, quasi fere tota cruoris massa in capite aggereretur: Venis enim circa viscera imi ac medi ventris sectis aut disruptis parum sanguinis effluxit: Porro membranae istæ, ubi cerebellum investiant, atque altius instatæ ipsum à cerebro derimunt, sanguine pluribus in locis extravasato suffusæ, colore atro purpureo insigniebantur, ut minime dubiandum esset, quin phlogosis sive inflammatio, illic circum circa excitata, convulsionum adeo atrociter instantium causa fuerit: Integumentis hisce ablatis, cerebri substantia protus madida, & humore aquoso supra modum irrigata videbatur: quinimo ejus cortice exempto, ventriculi omnes aqua limpida erant impleri, cujusmodi pellucidi liquoris plusquam libræ semissem eximere licuit, ventre inferiore aperto, viscera omnia in eo contenta satis facta & tecta inveni: ventriculus, licet inani vomitione crebro lacefficus, nihil præter liquorem nuper ore ingestum continebat: etenim neque in ipso, nec in appendice ipsius lumbrici, aut acres humores (qui sæpe ejusmodi convulsionum causa perhiberi solent) reperiebantur: Intestina tenuia pluribus in locis mutuo involvebantur, à viscerum istorum motibus convulsivis; Thorace aperto, pulmonum cava valde rubicunda, & velut suffusa, igo in quibusdam locis quasi livida & fere nigra apparebat; ex eadem ubivis discissa ichor tenuis & spumofus exudabat: *Tb. Willu pathol. Cerebri cap. 8.*

Temporibus inconstantibus morbi equidem sunt inconstantes, dummodo illorum perduravit inconstans: sed quando ipsorum inæqualitas uniformis aliquandiu persistit, prout factum est per duos annos fere continuos, ut plurimum fuerunt austrini, ventosi, frigidi, pluvii, & cum maxima aquarum illuvie, morbi supervenientes constantes apparent & fere uniformes: Cujusmodi sunt febres hoc tempore grassantes, non Bergomi tantum, sed Bononiæ, Venetiis, in Foro Juliensi, agro Patavii, Vicentiæ & fere ubique locorum; In his enim omnibus locis populariter sævierunt febres, non quidem vere Pestilentes, quia licet multos interfecerint, ut plurimum tamen fuerunt salutare, nec alicui communicatum fuit contagium, sed sunt Ardentes spuria, ad conti-

nentium naturam accedentes invadentes, cum dolore capitis, colli, lumborum & totius corporis perseverantes, cum siti, vigili, paraphrenitide, & aliquando cum phrenitide, vermibus & cum peti- culis erumpentibus, plerumque rubris, aliquando violaceis, nigris, diversis temporibus, ut plurimum circa septimam, & in puerulis cum morbillis & variolis, & urinis tenuibus, aliquando crassis & turbidis, & aliis accidentibus malum morem harum febrium commonstrantibus: hæcque febres viros magis quam mulieres affligunt, eosque ut plurimum infra secundum senium constitutos, si præsertim plethorici, biliosi, aut melancholici fuerint, si locorum humidorum fuerint incolæ, si incompositè vixerint, immodice incaluerint, veneri indulserint, viciosive succis redundaverint, raro Claustrales, tanquam minus incompositè viventes.

Originem autem habuerunt hæc febres ut plurimum à putredine circa viscera naturalia, ideoque & vermes fuerunt excreti, diarrhœæ non raro subsequutæ, cùm criticæ tum symptomatice: Fere tamen semper sese insinuavit putredo in totum venosum genus, non sine aliqua Pulmonum inflammatione, ut apparuit ex dissectione Cadaverum: Hincque factum fuit ut fere in omnibus apparuerint peticulæ, pluribus super- venerint sudores aliquando diaphoretici, non raro salutare, & fere omnes judicati sint per urinas copiosas. *Ben. Sitavicum consil. xiv. cent. 1.*

Sæpe decipiuntur Medici, Peripneumonice speciem pro febre mali moris & maligna judicantes, ac pro tali curantes: Et dum febres hujusmodi epidemiales vagantur, si corpora eorum qui perierunt secta sint, maxima ex parte inveni labem, vel in extremis lobis, vel in parte postica pulmonum, quæ ad gangrænam perexiguam tendebat: Id ipsum etiam accepi à Doctore celeberrimo, qui se eadem experimenta multoties observasse testatus fuit: Ideo caute in his procedendum est ut cognoscatur pars affecta.

Scholium.

In Pulmonum affectibus non plerumque respiratio læditur, quod provenit, partim ex natura affectuum, partim ex situ. Nam Tabes, vel ulcus Pulmonum, ex se respirationem non lædit nisi per accidens, cùm scilicet pus vel pituita in arteriis eorum recipitur: Similiter pituita, quæ in pulmonum substantia recipitur, respirationem parum aut nihil lædit, nisi cum vasa obstruit, & æris ad cor ingressum vel egressum cohibet: sur pulmones magnificando, inanitatem pectoris, quæ ad liberè respirandum requiritur, repleri facit: Imo neque ex inflammatione particulari pulmonis, quæ scilicet extrema loborum ejus, vel partem aliquam externam, & maxime posticam obfideat, nisi maxima sit: ex illa enim cor potius prætocationem patitur quam magnam æstuationem; neque ob id arteriæ occluduntur, vel comprimuntur. Et ideo non sequitur neque ratione organi, neque ratione aucti caloris necessitas magna respirationis, neque impedimentum illius, nisi leve: Inde sæpe decipiuntur Medici, quia hæc est peripneumonice species, &c. Ideo caute in his procedendum est, ut cognoscatur pars affecta: Quæ ex levi, sed angustiosa respiratione, & subdifficili in aliquo latere decubitu, sicuti ex pulsuum mollitie, ex sudore circa pectus & cervicem, cùm adsunt malignitatis notæ, colligi debet: Et maxime cùm alvus bene ab excrementis abstergitur, & videntur hujus-

hujusmodi ex sanguinis evacuatione sublevari, licet parum habita ratione languoris vicium & febriculae convenire videatur: Cognoscitur etiam ex pulsuum inæqualitate, nam ex parte affecta celeriores & majores, vel crebriores & oppressiores erunt. *Sebastianus Nefius meth. med. Parte 2. p. 298. Vide Lal. à Fonte.*

Initio hyemis 1693, districta domini Veneti universo, morbus quidam malignus & epidemicus grassabatur, quo plusquam lx. millia hominum, ut ferebatur, cum horrore & febris corripiebantur: Horum nonnulli citò interibant, cæteri brevi evadebant.

Sectione cadaverum instituta, mira & vix credibilis vermiculorum minorum copia apparuit, causamque, quæ vel experientissimis nondum in mentem venerat, manifestavit. N. S. Gemmarius, ex illis locis redux, quamprimum ad nos appulit male habere cœpit, sibi que propterea metuens ne simili morbo decumbere cogereetur, consilium nostrum expetiit: purgandam consuimus spec. diatribith. cum Rhabarb. ꝑ. pulv. sem. fantonic. Jalap. ana ʒss. m. duas doies sumpsit, juravitque se copiose purgatum plusquam bis mille vermiculos vivos excrevisse. *G. H. Velschius obs. Medico-Physic. hecatostea 2. §. 59.*

In capitibus eorum qui Febre Hungarica mortui sunt, cum sævissimis capitis doloribus, deprehensos vermes testatur Conradinus cap. 10, de Febre Hungarica.

FEBRIS ALBA,

Vid.

CHLOROSIS.

FICUS,

Vid. in *Biblioth. Chirurg.*

FISTULA,

Vid. in *Bibliothecâ Chirurgicâ.*

FLATUS.

DE iis forsan jam satis in morbis quibus familiariter adjunguntur, ac præcipue in *Affectione Hypochondriaca* ab iis *Flatulenta* denominata, item sub titulo *Chylificationis vitia*: verum hic rursus pauca.

Flatus, qui intra ventriculum, & intestinorum cavitates plusquam in alia aliqua corporis parte aggeri solent, ad hunc modum produci videntur: dum alimenta in visceribus sobacta, & digesta, à fermentis & calore ipsorum dissolvuntur effluvia quamplurima decedunt, quæ si spatium liberum & apertum obtinerent, in auras migratura evanescerent; verum eâ membrana conclusa, & simul sgegesta vaporum congeriem quasi ventum constituunt; qui intestina sæpe inflat, ac distendit, & qua data via ruens, secum excretionem promover; conclusus verò tormina, & non raro ventris, inflationem creat. Flatus in visceribus ab alimentorum dissolutione emergentes, simili ritu gignuntur, ac cum Margaritæ, Corallia, aut alia concreta matraccio imposita à menstruis suis dissolvuntur: à solutionibus enim factis vapores quamplurimi dimanant, qui si strictius cœreantur, vas continens diffundi, aut dissilire cogunt: pariter ab alimenti intra primas vias, si-

ve dissolutione, sive coctione, aut fermentatione, effluvia copiosa decedunt, quæ simul aggesta, ac intra membranas conclusa flatum efficiunt, cuius insuper proventui uberiori causæ quædam aliæ contribuunt. Hoc etenim insigniter præstat, succorum non ritè miscibilium collectatio, & effervescencia. Quippe dum humores adventitii, aut ingesta heterogenea ac imprimis medicamenta cum aliis intestinorum contentis fermentescunt, à mutua particulam refractione, corpuscula quamplurima decedentia in vaporem aggeruntur. Porro ab ipso sanguine ebulliente cum halitus copiosi ubique decedunt, eorum pars quædam ex arteriis in viscerum cavitates erumpens, flatuum aggeriem ibi productam auget. Cæterum ad uberiore flatuum proventus amplius adhuc faciunt, viscerum extensiones, & intumescencia convulsivæ. Quippe dum membranæ, ob majores spirituum explosiones, & excursus inordinatos plurimum distenduntur, cavitas interna sicut vesica inflata multum ampliatur, proinde ut humoris inclusi portio, intra vacuum istud spatium, velut cucurbitam, post flammam extinctam, in flatum resiat; qui postea, quando membranæ teranus remittit, cum impetu erumpit, aut proximos subinde intestinorum anfractus tumultuose pervadit. Propter hanc rationem, quando intestini pars aliqua ex phlogosi, aut humorum acrimia decobitu, extensionibus convulsivis fuerit obnoxia, etiam flatus continuo producti molesti admodum evadunt. Complurimum à Coli inflammatione defunctorum cadavera aperui; reperi in omnibus cuncta intestina ad summum distenta, & quasi à vento inflata; quod proculdubio accidit, non quia flatus primò genitus viscera ista distendat, sed cum membranæ à spiritibus valde irritatis, ac intra fibras ipsorum explosis plurimum distenderentur; idcirco ad vacuum implendum Flatus isti secundariò, & per consequens progignebantur. Propter hanc causam, Tympanitum oriri supra innuimus, & alibi forsan aliquando fusius declarabimus. Quod itaque in Nephritide, passionibus Colica, Hypochondriaca, & Hyllericæ flatuum proventus uberrimus esse solet, hi non, uti vulgo fertur, morborum istorum cause, sed tantum effectus sunt: nempe dum istorum paroxysmis membranarum affectiones *necesse* superveniunt, atque viscera cava à spiritibus violenter explosis intumescunt, hinc ut spatium inane occupetur, humiditas quædam inclusa in vapores, à quibus flatus emergunt, resolvitur. Quamobrem cum partis affectæ distentio relaxatur, flatus ita ex tempore productus à membranæ coincidentibus aliò propellitur. *Thom. Willis Pharmac. ratson. parte 1. sect. 3.*

Flatuum mirifici usus.

Nullus fere est morbus, quem non faciat aut augeat concursu suo flatus; imo, ut semper in humoribus vitium sit, rarissimum tamen est ubi non & flatuum aliquæ sint partes, sed tam obscure, & ita; ut nescias an ipsis humoribus imputanda sit tantorum tumultuum causa. Manifestius autem in prima regione, velut proprio diversorio, imperium suum exercent; est enim ibi ille intestinorum angulus, in quem Bilis succosque Pancreaticus, & quidquid desuper ex poris Oesophagi & Ventriculi destillat, perpetuo conflant. Hic statim, ubi male convenit humoribus, & læsa hinc inde qualitatum temperies acrius invicem effervescit, parata flatuum materia. Nempe alcalina Bilis, unde novis acrimoniæ stimulis

Ecce 4

8

& furore animata, illam intestinorum hospitam, Pituitam, in bullas extollit, quæ ipsæ ut superficiem orbemque naturæ sunt viscosiorem, hoc magis ab intestina illa vi elastica ampliantur, difficiliusque ob resistantiam viscerum majorem, discutiantur. Jam verò etiam succedens alia post aliam Bilis, usdem armata spiculis fluoreque volatili oleoso, novæ usque flatuum mole, crescentibusque indies symptomatis scenam intruit, doloribus jam fixis, jam vagis, jam acutis, jam crassis & obtusis & ferè indeprehensis; tumori jam anodyno, jam sonoro murmureque se & borborygmis prodenti, nunc etiam subito, nunc lento & paulatim eunti, omnia pro ingenio bilis & pituitæ. Quæ tamen ipsa tam dubiis sæpè indicibus se ostendunt, ut aliud pro alio existimes, & de flatu, non temere nisi ex flatu constare possit. Sunt lumborum Chronici dolores duntaxat à flatibus, ea parte, qua intestinales in duodenam conflantur succi & vehementius mutuo insurgunt, hinc enim spumæ bullæque viscidiores coartæ intestinum magis expandunt fibrasque lacerant seniores. Alligata est hæc *ex parte* validis firmissimisque membranis, quæ & ipsæ, ut sunt expansum plantum nerveum, & hinc mirificus invicem cum spiritibus consensus, vicinos nervorum plexus facillè sollicitant sensumque sui impediunt. Aque ex hoc fonte illi tam sævi ad febrilium insultum initia, & grassantis ad ileum organum lumborum cruciatus; hinc etiam dubii illi anticipatusque in colicâ nephriticâ dolores, tam immanes sæpè, ut veru se transfodi ægri existiment. Jam verò etiam fixus magisque immobilis efficitur dolor, si in tunicarum intestinalium spatiis unde illapsus hæserit flatu, quod in colicâ Piclavientium accidere aliqui voluere, & cujus ego instar in viro quadragenario ex contumaci tandem & immedicabili octo mensium ophthalmia mortuo vidisse me planè sum persuasus. Sinistri hypochondrii dolores etiam flatu, non tam à lienis solido, quàm flatuum in angulum istum intestini conjectorum obstinatione mora originem trahere videntur. Nempe obliquius assurgens tenuium illa pars lienem versus, acutiusque inde reflexa vel litus ingenio efficit, ut diutius ibi hæreat, quidquid justo viscosus allabatur, sive pituita sit, seu lymphæ pancreatica, seu bilis, seu denique Flatus. Periclitatur autem quàm maximè hic locus in faminis, ut quæ asotia horæorumque fructuum ingluvie crudicibus fermentationibusque flatulentis copiosam ministrant materiam, in illa imprimis corporum per balnearios, imò & ferreos thoraces strictura. Equidem, cum succi importunius effervescentes spatium requirant solito majus, in quo liberè se expandere possint, accidit, ut compresso illo hypochondriorum angulo, quem dilatari oportebat, & succi & flatus ibi hæreant, & fixa sede novis corruptelis fermentationibusque viam aperiant. Quod si tamen inde dilabantur, insolito se murmure & borborygmis per ventris angustias propulsant. Sane quotidiano didici exemplo Virgines, quæ corporis integritate Viris se commendare debebant, gulæ intemperie & corporis nimia curatura hoc effecisse, ut, negato in illa ventris compressi angustia comæatu, continuo horrendoque murmure & velut arietantium in se spirituum rugitibus, etiam variato subinde per gradus musicos sono vicinorum aures offendisse, non sine suspitione depravatæ valetudinis. Jam qui in reliquis inde intestinis ipsoque colo oriuntur dolores à flatibus, vehementes sæpè sunt & funesti. Ubi id quoque notavi, omnes promiscuè abdominis dolores, si acuti sunt cumque tensione conjuncti,

pro colicis vulgè haberi, qui tamen Ilici non rarè sunt, & nunc in hypogastrio, nunc sub umbilico, dirissime ægrum excruciant; deinde vix quinquam ex ejusmodi dolore occubuisse, cui non simul inflammatio Intestinalium, stagnante nimirum ob tensionem in capillaribus sanguine, contigerit. Adeo putandum non est, ita uni Colo inhærescere flatu, ut non in cætera quoque Intestina exspatiatur; imò verò, cum effervescenti occasio duntaxat in tenuibus sit, necesse est ex illis lente in coli spatia prorepant, & ob valvulosos cellulatosque tunicarum processus, tum etiam segniores motum peristalticum, diutius ibi hæreant, tandem quoque ab acefcente cum tempore lymphæ fermento ad novam & tumultuariam flatulentiam disponantur, id quod in exquisita colica evenire auguror. Spurii coli dolores quotidiani sunt & causariis quibusque, tum maximè *æstivè* laborantibus, familiares. Quin etiam hypochondriorum illi dolores, qua colum participant, eò pertinere videntur, ut quos à peculiari illius intestini fermento excitari maximam partem credibile est. Monstrata mihi est virgo annosa variisque exercita morborum tædiis, huic quibus plerumque horis post cibos intestina crassa, tam lateralia quàm illa hypochondrii, subiecta, à flatulento spiritu adeo tumescere solent, ut imposita manus illam intestini à cæteris partem, convexasque & interstitiis ligamentosis divisas cellulas luculentè distinguere possit, subsidente rursus post trium horarum intervallum illo tumore, & complanato ventre. Alius autem erat & planè mirabilis Nobilis Matronæ casus, cui semel iterumque de die, sive jejuna seu saturæ, in tantam subito molem effertur venter solebat, idque ferè sine dolore, ut veluti adflata ex æolio antro vaticinari velle videretur; hæc indicibus monita, in sellam se recipiebat, paroxysmumque unius ferè horæ generosè sustinebat. At nunc quoque qui ventriculi orificio incumbunt flatu, ob nervei ibi plexus subtiliorem sensum, cardialgiam sæpè excitant non ante destitutam, quàm in ructum eruperint; adeo etiam, quod in suffocatione hypochondriaca conjunctum, est animi deliquium, non ante securitatem præstat, quàm exortu identidem flatus ore rejecti fuerint. Nonnunquam verò etiam in ipso ventriculo focus & locus esse flatuum solet, effervescente ibi acri materia, atque tum augeri ventriculum in majus, & extra propelli necesse est; emphysema vocant hunc affectum practici nonnulli, cujus tantam vehementiam in puella quadrienni vidi, ut cartilagineam scutiformem articulo suo, cui tum adhuc dum molliter hæret, excussam in alterum latum inclinasset. Ut verò hic quotidie flatus sese exferat, non tamen ita his carceribus contineri possunt, ut non etiam in sanguinem se proripiant, nam & in ipso sanguine concipi eos posse facillè inducor ut credam. Vidi ante annos viginti quinque, teste & arbitro Celeb. Sylvio, cadaver aperiri hominis à multis ventris doloribus pectorisque angustis tandem oppressi, quem etsi iam ante ex flatibus laborasse conjiceremus, sectio tamen rem omnem manifestè docuit. Primum ergo, ut abdomen aperiebatur, erumpentes ingenti copia flatus cameram fædo atque impudico odore replere. Intestina deinde omnia hinc inde, ut fieri solet, turgidula deprehensa, ventriculus quin etiam totus inflatum utrem referebat, adeo ille erat extensus. Et verò perambulasse jam ventrorum regionem videbamur, cum ad novum spectaculum magnitudo cordis, vel duabus partibus naturali major curiosos avocaret; itaque, qui poly-

lypum

lypum hic aut copiosos sanguinis grumos adfuros credebamus, ventriculum utrumque omni cruore vacuum, sed à copioso flatu in immensum adactum,prehendimus, imprimis verò dextrum illum, utpote cuius cavitas mollisque paries viscosi flatus lufum facilius admitterent; eisdem ventriculi auricula, & ipsa multo flatu tumefacta sociam venam continuata flatuum serie insolitaque tensione luculente prodebat: quid quod toto corpore venae, etiam coronaria illa, passim flatibus distinctae mirificam succi purpurei fluidique aërei alternationem oculis ostenderent. Virginem etiam vidi, quae, postquam in frigore tertianae cum ventris doloribus, usque à flatu, colluctata erat, invalescente deinde calore, universi habitus tumore laborare cepit: & verò repentinum insolitumque symptoma plurimis veneni suspicionem iniecerat, cum subsidens identidem cum calore tumor à flatu id fuisse luculente indicaret; nam & post quies cum paroxysmo idem recurrit tumor, totiesque remisit; inde etiam quae primae regionis vitium corrigerent flatuque discuterent, morbum penitus delere. De causis verò flatuum toto corpore bacchantium, ut plurimae eae sint ac diversae practicaeque satis ventilatae, mirum est saepe eas quoque tam leves esse. Novi & ostendi jam ante, quibus animi passiones fecundam praebent flatuum materiam in universum corpus diffunderent; Verum id quidem rarum, quod solus decubitus in unum alterumve latus in Titio tantam generaverit flatuum & horborygum copiam, comitantibus gravissimis symptomatis, cardialgia, frequentia Pulsus, & sudore frigido, ut nisi erecto in angulum corpore, & mutato viscerum situ à praesenti periculo liberari non posse videretur; & verò tum *ἀσθμη καὶ κούρη* missi ructus crepitusque in speciem cholerae ventriculum & intestina omnino exoneravere. Jam à voluntate etiam nostra flatus & excitari & regi ferè prodigiosum est; vidi tamen, qui quoties vellent, in os alvumque protrudere flatum poterant. Utrum consuetudo in libidinem versa, an obstinatio voluntas, specie animi affectus, bilem illam, flatuum dominam, provocaverit, alii exponant. Mihi satis est exploratum habere, nullos esse tam peregrinos mirificoque morbos, qui non & ipsi flatibus hisce vel toto se aut partem sui debeant. *Joh. Nicol. Pechlinus in Observ. Physico-Medic.*

De Flatu Furioso.

Fœmina quaedam annorum 50, temperamenti phlegmatico melancholici, mensium inexperta, & mater octo liberorum, fieri circa vesperam, conquerebatur de anxietate, palpitatione cordis, vertigine, eamque paulò post excipiente inflatione, cum aliquali dolore in tibia dextra per dimidiam horam oberrante, hodie manè inflatio illa cum dolore ad sensum prorepebat instar serpentis per dorsum ad brachium sinistrum, & hora post ad brachium dextrum, mox ad pedem sinistrum, & ita hinc inde è loco ad locum instar mercurii discurrens, totam tandem corporis peripheriam vexat, adeit sitis, appetitus depravatus, alvus tarda, urina est quodammodo turbida, pulsus inaequalis, somnus perturbatus, vires absumentur; pejora metuens quatit consilium.

Omnibus in casu proposito enarratis signis probè consideratis, subjectum hoc affectu Arabibus *Nakir* dicto laborare patet; Latinis appellatur flatulentus ambulo, Flatus Furiosus, ambulo furiosus, & veneni, rominibus scilicet ab insepara-

bili affectus proprietate desumtis: Germanis *die Natten*, *die Faren*, *die gute Kinder*, *die gute Holden*. Cum verò definitionis nominum magna sit utilitas, quòd ea mediante quaestionis statum distinctè intelligamus, ne frustra disputeretur de vocibus, affectum nostrum desinimus, quòd sit inflatio cum dolore variè periodica, à vaporibus subtilissimis vehementissime in variis corporis partibus oberrantibus orta: pro genere proximo igitur ponimus inflationem cum dolore, & eatenus pertinet ad morbos solutae unitatis. Ratione solius inflationis, ad morbos magnitudinis auctae: differentia specifica reliquis definitionis verbis comprehensa, subjecti & causae proximae denominatione constituitur.

Subjectum affectus nostri duplex facimus, aëtherum inhaesionis, alterum generationis: subjectum inhaesionis dum in definitione varias totius corporis partes constituimus, non tam viscera, quam musculos & vasa intelligimus; generationis subjectum in hoc casu primum est 1. ventriculus cum intestinis 2. vasa sanguifera. Ventriculum dico, propter vitiosum ejus fermentum, quòd vitiosum efficit fermentationem seu concoctionem; cum concoctio proprie nihil aliud sit, quam per fermentationem minimarum scilicet particulatum, ex quibus alimenta constant, solutio. Intestina, imprimis duodenum, propter ductum biliarium & pancreaticum humores suos in id exonerantes, quibus commixtae cruditates in ventriculo generatae itidem peregrinam pariunt fermentationem & chylum vitiosum. Secundò vasa sanguifera, quia in iisdem vaporum subtilissimorum elaboratio perficitur.

His missis, ad Causas accedimus, à quarum cognitione cum teste Divino nostro *Coo* lib. 1. de morb. mul. tota curationis pendeat felicitas, eaque sola sit, quae verè Medicos à medicastis distinguat, in eas paulò accuratius inquiremus. Dividuntur autem in immediatam seu proximam, & mediatas, haecque rursus in propinquiores & remotiores. Quoad immediatam, de ea *Doctiss. Sennert* qu. 6. de arthrit. p. m. 82. ita sentit: Nostri homines aerumque ad incantationem referunt, & nescio quid nati à succubis dolores illos parere putant, cum tamen dolores tales vagi etiam causas naturales habere possint, & à flatu quodam acri seu sero acri ex humore ferè scorbutico genito per partes membranosas & musculos vagante, ortum habeant. Ex qua sententia eam eligimus, qua ferè ad motum talem celestem excitandum nimis sit pigrum, adeoque pro causa immediata vapores subtilissimos & acres statuimus; hi quomodo generentur, partim capite praecedente audivimus, partim inferius, ubi de symptomatibus agemus, uberius explicabimus. Causae mediatas propinquiores sunt, quaecumque propinqui vis ad vaporum concurrentem generationem, uti sunt obstructions variae, imprimis hypochondriorum, particulae heterogeneae cum Chylo sanguini immixtae, quae in eo vitiosè fermentescentes ejusmodi vapores producant, qui per arterias ad quasvis partes deferuntur.

Causae mediatas remotiores ex rerum naturalium, non-naturalium, praeternaturalium, ac supernaturalium classe desumuntur. In naturalium serie primus ex casu observandus venit Sexus, ratio est in promptu, quia uterque sexus peculiates habet affectus, & ita alter praeter altero magis in hunc vel illud morbum inclinat. Sicutor autem sexus foemininus; qui ut plurimum vitae sedentariae deditus, quae mater est variorum humorum vitiosorum, quae mater non debite ventilatur, concoctio minus

nus rite perficitur, unde variae cruditates, hinc flatus, vapores, fuligines. Secundo Aetas, de qua Divinus noster Couis, & multum facit ad faciliorem difficilioremve curationem nosse aetatem, an juvenis vel senex, an juvenula, vetula, ut scilicet sciamus, an sit morbo conveniens, qui plerumque non tantum in recessu habet periculi & non tam graviter affligit, ac extra eam contingens, & ut vires inde, ceteris paribus, colligamus. Est verò agra nostra 50. annorum, qua aetate sanguis jam incepit vigorem pristinum deponere, variis particulis heterogeneis inquinari, spiritibusque minui, hinc variae oriuntur peregrinae fermentationes, unde exhalationes huic affectui generando aptae. Tertio Temperamentum phlegmatico-melancholicum, quod cum humores viscosi & bilis adusta seu saburra bilis constituat, cooperantibus reliquis, ad hunc morbum producendum maxime est idoneum. Ex Nonnaturalium classe primò examinari meretur Aer, qui variis hoc tempore miasmatis ob putredinem, matrem nisi omnium, tamen plerorumque morborum autumnalium, vitiatus; dum per inspirationem sanguini in pulmonibus ventilando communicatur, varias ceteris concurrentibus peregrinas excitat effervescentias, hinc exhalationes & noster affectus. Hic obiter notandus magnus ille error circa influxum astralem, vel aspectus, uti vocant, quibusdam nimis superstitiose creditos, quippe quae, astra puro, quicquid etiam virtutis in affectibus flatulentis generandis argentum vivum tanquam venarum & flatum patri, Lunae, ortu Herculis & reliquis ejusdem farinae signis Astronomi quandoque nimis creduli attribuunt, excepto unico sole, nobiscum neque prospera neque adversa valetudine fruentibus, plane nullum habent commercium. 2. Cibus & Potus, qui hac quoque non parum forsitan contulerunt, uti sunt varia fructuum genera & novum vinum, ventriculum propter difficilem eorum concoctionem debilitantes cruditatesque, ac obstructions augentes, 3. Quies, cui dum agra nostra ob temperamentum & consuetudinem nimium induit, malum fovit, 4. Animi Pathemata, tristitia, curae, moeror, quae cum figant quasi ac supprimant spiritus animales, coctionis viscera munia sua perperam obeunt. 5. Excreta & Retenta, quae alias vel peccant in excessu vel defectu, hic in defectu peccasse videntur, dum in casu narratur agram nunquam menses fuisse expertam, & nihilominus esse matrem octo liberorum, hoc verò naturaliter fieri posse & quotidie fieri, plurima probant exempla: rationem addimus, quòd in his sanguis non abundet, sed tantum ejus sit, quantum in aliis post purgationem relinquunt: credimus igitur sanguinem menstruum neque ad conceptionem, multo minus ad formationem vel conservationem esse necessarium, adeoque parum huic nostro affectui contribuisse, vel adhuc contribuere. 6. Somnus & Vigiliae, quae cum Motu & Quietate convenire censemus, somnus sc. peccans cum quiete peccante, & vigiliae peccantes cum motu peccante, quoad efficiendi modum conspirant. Causae Praeternaturales sunt obstructions variae, peregrinae fermentationes & intemperies massae sanguineae. Quoad causas Supernaturales, & diabolum rerum naturalium consultissimum, hoc uti & alia omnis generis mala, permittente tamen Numine Divino, in corporibus humanis excitare posse, varia apud varios testantur exempla, & quotidiana, proh dolor! fatis evincunt experientia.

Differentiae sunt variae: Alius est hereditarius,

alius adscitius; alius sympatheticus seu per consensum, ex. gr. ex obstructione mensium, suffocatione hypochondriaca &c. oriendus, alius idiopatheticus seu per essentiam, ex fermentatione peregrina massae sanguineae proveniens; alius mitior seu benignior, alius gravior & quandoque malignus, pro humorum videlicet in corpore peccantium vicio. Hic monendum, Clarissimum Blancardum in Lexico suo Medico, caetera doctissimo, arthritidem vagam confundere cum nostro affectu; hos autem affectus valde inter se differre probo primò, quia in illa, teste Nobiliss. Willis tom. I. tract. de feb. c. 5. p. m. 563. plures salis fixi quasi congeries & massa sanguinea huc illuc circa membra aut articulos, velut toridem nidus, deponuntur, & eatenus est morbus articularis. 2. quia arthritidis vaga motu est pigrior, quam Nakir, qui vapores pro causa habet subtilissimos & vehementissimos. 3. symptomatibus, de quibus cap. seq. Denique probo autoritate viri Doctiss. Sennerti, qui quaest. 6. de arthrit. p. m. 82. his verbis distinguit: verum morbus hic arthritidis non est, neque enim est saltem circa articulos, sed oritur à flatu seu spiritu furioso & vasis effuso, & per ambitum corporis discurrente. Varenos verò & Nakir esse unum eundemque affectum, cum Arabe Albucas. cap. 95. l. 2. Sennerto l. all. aliisque firmiter statuimus. Haec de differentia.

Sequuntur Signs, quae vel sunt diagnostica, vel prognostica. Diagnostica ex casu desumpta sunt sequentia: 1. Anxietas, à sanguine ad accensionem minus apto, qualis phlegmatico-melancholicorum est, ideoque nimiam moram in corde trahente, vel à fermento peregrino subtili & acro cum sanguine ad cor delato, ipsiusque fibras & nervos l. xxi. parvis leviter afficiente. 2. Palpitatio cordis, à sanguine viscido & terrestri, ope fermenti ante dicti rarefacto, adeoque majus spatium occupante, inde cordis ventriculi valde dilatantur, & spiritus copiosus impetuosisque influunt. Vel etiam oriri potuit à particulis dicti fermenti, jam post circulationes quasdam peractas magis explicatis seu solutis; adeoque cordis fibras magis vellicantibus & spasmodice contrahentibus. De caetero ad mentem veterum de palpitacione cordis egit Sebast. Piffinius fusc. lib. peculiar. Francof. 1609. in 8. 3. Vertigo, à particulis quibusdam essentibus ac indomitibus sanguinis commestis cerebro illatis, quae spiritibus animalibus, siquidem incongruae sunt ac improprietate, occurrentes, eos huc illuc à solitis itum ac retituum tractibus abigunt, adeoque in vortices ac gyros agunt. 4. Inflatio cum dolore in tibia dextri pedis per dimidiam horam oberrans: ab exhalationibus subtilissimis & acerbis per arterias ad ejus musculos sufficienti copia delatis, in iisque tam diu, propter poros corporis praesertim tibiae, arctiores, quam ut continuo tantum per eos transpirare possit, quantum continuo per arterias advehitur, oberrantibus. Haec verò oriuntur à particulis heterogeneis seu fermento peregrino, teste Helmont. tit. de flat. §. 71. p. m. 424 peregrinam sanguinis fermentationem instituentem, quae dum ope articularum quasvis partes in nimia copia deferuntur, inflationes progenerant; & cum sint admodum subtiles, hinc inde in partibus eò celerius, quòd minorem inveniunt resistentiam, seu quòd majores sunt partium, ad quas deferuntur, pori, oberrant, donec peracta fermentatione nullae novae succedant, unde sensim & sensim transpirando in auras abeunt, adeoque inflatio remittit. 5. Invalio periodica, dum sc. novae vel in ventriculo,

vel

vel hypochondriis, vel alibi generate cruditates de novo massæ sanguineæ infusæ novam excitant fermentationem. Eadem hinc ratio reliquatam corporis partium inflatione cum dolore magis minutive affectarum est petenda. 6. Sitis, propter Lympham qualitate & quantitate peccantem. 7. Appetitus depravatus, ob fermentum ventriculi depravatum. 8. Alvus tarda, à materia viscida & glutinosa intestinorum parietibus adhærente & glandulas ipsorum obstruente, orta à cibis in ventriculo male concoctis & vitiosa bilis cum succo pancreatico fermentatione. 9. Urina quodammodo turbida, à sanguine mixtione turbato. 10. Pulsus inæqualis, ob inæqualem sanguinis motum & flatum in arteriis & quandoque in venis, unde *Αἰσθησιμὸς*, vagantes, oriundus. 11. Somnus perurbatus, à spiritibus animalibus impuris & ipsorum motu perturbato. 12. Vires sibiuntur, quia sanguis ad nutriendum (quod scilicet particulas ejus chylosas, quas solum nutrire credimus) ac generandos puros & incontaminatos spiritus magis magisque redditur ineptus. Quoad signa prognostica, affectus hic Narkic curatu difficilis huic esse videatur ac periculosus, primò, propter senectutem; secundò, quia jam aliores egit radices & totum corpus invasit; tertio, propter vitium imminutionem; verùm cum ægra adhuc sit senectutis crudæ, vires nondum planè sine abolitæ, sed quadantenus imminutæ, malumque nondum ad summum pervenerit, spes adhuc aliqua restitutionis in integrum affulgere videtur, sic scilicet nature illico remediis succurramus, cum aliis, teste Celeberrimo Rolf. meth. med. spec. comm. libro 3. sect. 2. cap. 27. p. m. 234. lethalitate terribilis esse possit.

Persecta itaque morbi natura cum causis ejus, differentiis & signis, restat ut ex methodi medendi legibus in omnibus affectibus & acutissimis observandis, Curationem maturemus; hæc ab indicatione dependet, quæ in genere præcipit conservationem illorum, quæ s. n. & ablationem eorum, quæ p. ne. se habent, estque triplex præservatoria, quæ causas, curatoria, quæ affectum cum symptomatibus; vitalis, quæ vires respicit. Præsentia his indicationibus satis facientia ex triplici auxiliorum penu depromuntur; Chirurgico sc. Pharmaceutico & Dietetico. Chirurgicæ jure merito primum locum vendicamus, licet ab ipsa non semper prima petantur auxilia, inter quæ primò consideranda occurrunt V. S. cujus indicantia reliquis observatis circumstantiis, ætate sc. viribus & tempore, sunt plethora ac nimis sine malignitate calor, quorum neutrum cum hic appareat, non video, quid nos ad illam suadendam moveat. 1. Curcubitæ magnæ, quas aliqui cum multa flamma sine scarificatione tanquam excellens remedium loco affecto applicari volunt. 3. Follis fabiiis, & tandem punctio cutis ejusque cauterizatio, quæ omnia tanquam remedia in hoc casu non admodum efficacia, suis auctoribus relinquimus.

Fons Pharmaceuticus præcipua nobis remedia, causam morbi sc. debellantia suppeditat, qualia sunt, 1. Humores vitiosos cum euphoria evacuantia. 2. Obstructiones referantia seu aperientia. 3. Vapores discurrentia, ac 4. Vires restaurantia seu confortantia. Cum euphoria evacuantia suademus, cum fortiora massam sanguineam jam alias turbatam insigniter fermentando malum magis juvent, quam debellant. Cum verò ventriculus jam cibis non sit vacuus,

purgans *alio* alias exhibendum jam non proponemus, sed in crastinum differimus, ac interim & quidem statim post proximum sequentem clysterem carminativum & leniter alvum subducentem hic magni quoque faciendum injici curamus:

℞. Decoct. emoll. ℥ix. carminat. ℥ij. Elect. d. bacc. Laur. ℥ss. Extract. cathol. ℥ij. Unguent. clyster. ℥v. i. vini ℥i. vitell. ov. num. j. nit. ℥ij. F. l. Clyster. D. c. sph.

Dein, hora post assumat medicamenta in hoc affectu auctoribus omnibus, qui ejus saltem mentionem fecerunt specifica, ex lumbricis terrestribus parata, eaque vel sola, vel cum aliis convenientibus composita, formula sit sequens:

℞. Aqua hirund. c. castor. ℥ss. carminat. ℥j. Eff. pini lumbric. terr. ana ℥ij. spi. sal. amm. gr. 10. sal. volat. Serpent. gr. viij. laud. opiat. gran. 2. M. D. S. *wind- und Schmerzstillende Essenz.*

De qua potiuncula subinde sumat cochlear unum, & stragulis bene cooperta, si fieri potest, levem expectet sudorem. Post, si cras alvus nondum bene respondere videtur & appetitus adhuc sit depravatus, ad depravatum ventriculi fermentum & humores vitiosos tanquam causas, placidè educendos ac corrigendos manè sequentes exhibeantur pilulæ:

℞. Magist. jalap. Extract. helleb. n. à gr. v. MP. tart. Shrod. de ammon. Q à gr. vii. M. F. Pil. num. xv. deaur. D. S. *Corier Billen.* pro vehiculo.

℞. Aq. petrosf. Card. B. scorzon. à ℥ss. D. S. *Basser ut den Billen.* Tum ad confortantia progredendum, quorum formula sit talis:

℞. Aquam cinam. ℥ss. sp. lumbr. terr. ℥iii. Tinct. bezoard. ℥ii. pareg. Excell. Dom. Præl. ℥ss. Syrup. cinnam. ℥ss. confect. alkerin. incompl. ℥ii. M. D. S. *Präparierung, tinctilen, davon ein Loth voll ut nehmen.*

Tandem externa quoque spiritiosa, discurrentia parti affectæ applicari possunt; uti sunt sp. lumbric. terrestr. sp. formic. pinguedo castor. oleum still. anethi, carv. cumin. fœnic. &c. quæ vel sola, vel variè composita pro ratione status adhiberi possunt, hic formulam sequentem præscribere laber:

℞. Bals. Peruv. sp. lumbric. formic. essent. pini aa ℥ii. olei circulari ℥ss. still. anethi, carv. aa ℥ss. M.

Hartmannus in Praxi commendat magnetem umbilico impositum ad flatum expellendos, sed Excellentissimo Præfidi experienti eventus non respondit, alii unum vel alterum granum Zebethi cum bombacæ umbilico imponunt, sed hic cautela opus est.

Cum verò teste Galeno de Theriaca ad Pamphilianum, nullum tam validum in Medicina sit remedium, quod ex se ortum auxilium inducere possit, si resistatur ab iis, quæ circa diætam sunt aut ab his non adjuvetur, non immeritò ejus ratio habenda, in quo puncto prudens Medicus facile noverit, quæ suarum erant partium. *Job. Michael, in Praxi Clinica speciali.*

FLUOR ALBUS.

De eò videri poterit Clariss. Ettmullerus sub titulo *Mulierum Morbi*, Sed hic jam ad alios transimus.

Curatio

Curatio Fluoris albi ex Clariss. Theod. de Mayerne.

Vix à solo utero procedit tantæ colluviei serosæ effluxus, sed liquidum istud excretum secedit à toto venoso genere. Idem siccandi, absorbendi & divertendi ichoris, maxima & continua est habenda ratio.

Hoc symptoma, quemadmodum gonorrhœam, præsertim virulentam, potius detergendo, quam adstringendo, averruncare soleo; & sane tutior est via, ne præsidio inclusus hostis deinceps ferociat & ulcus faciat in renibus, vesica, utero, in quo sæpe cancer hæc de causâ generatur.

Ad peccantis materiæ evacuationem & diversionem facit, (1) vomitus sæpius provocatus; aliquando, raro tamen, per validiora Emerica, ut sunt Antimonialia. Vitriolum album astringitione roborat, & villos ventriculi firmat, neque inpetuose movet per inferiora, ut sæpius Antimonio contingit. (2) Sudoris provocatio per diaphoretica potens est revulsivum. (3) Per via urinæ evacuatio electiva peccantis materiæ maximi est ad derivationem momenti. (4) Cauteria etsi laudentur à plurimis, tamen non sunt adeo insignis effectus, nisi manifestè fiat à capite defluxio: tunc applicentur collo, humeris, brachiis. Vel ruentis in Uterum ichoris quaratur diverticulum & declivè emissarium: Et tunc internis coxis quatuor digitis supra genua inurantur. (5) Purgatio etiam hic locum habet, per quam ducatur satis potenter tenuis humor, idque sæpius repetitis vicibus.

Quod ad medicamentorum stadium decurrendum attingit, convenientissimus erit ordo sequens.

Quemadmodum morborum fere omnium longissimum primus est focus in ventriculo, sic primum illud est in eorum curatione, ut universo corpori prospiciens culina primò evertatur, & superfluitatum collectio quotidiana pene inevitabilis diligentissime præcaveatur; facile vomentium fors scilicet est, quippe per istam evacuationem antecedentium causarum incrementum antevertitur, earumque in conjunctas impeditur transitus.

Sequatur Vomitus purgatio, quæ absolute necessaria est (etiam sæpius repetita) antequam ad detergentia & sudorifica fiat transitus, quæ immediate Catharticis debent succedere.

Purgantium formulæ.

℞. Terebinth. Venet. aq. rosar. ad albed. lot. ℥ii. pulv. rad. petrosel. glycyrrhiz. & rhabarb. ana. ℥i. camphor. gr. iii. m. f. bolus sumend. è coch. cum syr. violar. hor. 4. ante prandium quatuor maturinis consequentibus.

℞. Mass. pilul. coch. min. ℥i. pulver. calomel. gr. xv. ol. anisi gutt. ii. M. f. dosis sumend. post bolos dict. Pilul. hæc sæpius reperantur prout vires ferant.

Hydragoga fluori huic convenient: viz Mechoacan. Jalap. ejusque resina, Scammonii resina; Elaterium aliis catharticis, ut pilul. aggregativis, permixtum ad granum unum & alterum; Iris Florent. ad ℥i. cum resin. Jalap. vii. ad x. sur resinæ scammon. gr. v. Semen Eboli, Gambogia, &c. Observando semper ut die purgationis circa horam somni cardiacum aliquod ex confectioe alkerm. lap. bezoar, magister. perl. & corall. exhibeatur.

Nota dignum est in hoc affectu tantam haberi debere feri rationem (quippe cujus copia in venoso

genere fluctuans, morbum fovet) ut ei evacuando strenue sit incumbendum.

Corpore probe per sedem purgato, utilissimæ sunt ad everrendum & roborandum aquæ Minerale ferri & vitrioli virtutibus turgentis, quales sunt Tunbrigenes; quæ si desint, licebit ejusmodi arte parare. In corpore pituitoso, ubi magis siccandum, aquæ Thermales sulphureæ bibantur.

Diureticorum hic locus est, quæ sint hujusmodi.

℞. Raphan. per taleolas sect. ℥ij. sacchar. cand. ℥iv. crystal. mineral. ℥ij. Misceantur in paropside argentea. & excipiantur liquor ad usum.

N. B. Hic liquor valdè tætet, præsertim cum nitro, nè nauseam moveat.

℞. Rad. spii recent. ℥iiij. rad. petrosel. taraxac. asari ana ℥ii. alkekeng. ceras. ℥j. Infund. loco tepido per hor. 24. in ℥iij. feri lactis recenter clarif. deinde f. ebullitio ad f. consumption. Colatura f. per manicam, in qua dissolve liquoris prædicti ex raphano ℥iiij. M. pro 4. dos. sumend. bis in die, superambulando, per ostium. Vel satius forte fuerit mane tantum istud diureticum exhibere in majori quantitate, ne si paulo post vel inter pastus detur, coctionem præcipitet, & cruditatibus venas oppleat. Tunc ℥iij. sit pro duabus dosibus, & addantur tantum ℥ij. liquoris ex raphano.

Dum diuretica exhibentur, injiciatur Clyster nisi fluat alvus per se, quod vix fiet, alio diverso sero.

Nota, cum hoc malo sæpius complicari Gonorrhœam vel simplicem, vel virulentam; utraque tractanda erit juxta proprias indicationes detergendo strenue & indefinenter, sed gradatim quoad gradum virtutis remedium, & tandem sistendo & astringendo sive assumptis sive injectis.

Detergentibus succedant sudorifica, quibus utatur ægro pro *depositis* modo, per septem vel plures dies.

℞. Antimon. diaphoret. Hartman. gr. xij. lap. bezoar. gr. vij. conf. flor. veronic. ℥j. diascord. ℥j. M. f. bolus sum. mane superhausto seq. liquore.

℞. Aq. stillatit. card. bened. & Mariæ scabios. ulmar. ana syr. veronic. ℥j. syr. veronic. ℥vj. M. f. dosis cum guttis sex sp. Vitriol. Provocetur in lecto sudor superpositis stragulis atque (ni aliis satis manaverit) ad pedes appositis lagenis aqua calida plenis.

Interim victus sit parcior, & nisi rite fluat alvus, provocetur clystere.

Cerevisia medicata diaphoretica talis sit.

℞. Sarsæ ℥ij. rad. chin. ℥iij. rad. guaiaci ℥i. sassafras ℥vi. vodorum abietis resinof. ℥x. rad. pimpinell. & tormentill. ana ℥iiij. sem. bardan. ℥iiij. sem. coriand. præp. ℥v. veronic. mar. & sanic. sicc. ana m. j. Omnia contusa & concisa crassiuscule, dividantur singulis lagenis lapideis ℥iij. capacibus, affudendo cerevis. & bene obturando vasa. Post infusionem sufficientem bibatur cerevis. pro potu ordinari. in partibus & extra partibus.

Vel. ℞. Sarsæ ℥xvi. rad. chin. ℥viiij. rad. helle. form. ℥xii. rad. asparag. fenicul. rusci ana ℥xv. santal. alb. & rubr. ana ℥iiij. rad. symphyt. maj. ℥vi. rasur. ebor. C. C. dentis equi marin. ana ℥iij. summit. Archangel. alb. cum flor. sophiæ, herniariæ, lysimach. purpur. ana m. iij. pilosel. auricul. mur. ana m. iij. agrimon. ceterach. cuscute meliss. ana m. ij. nuc. moschat. ℥ij. squamæ ferri quater in vino Hispan. extinct. & in prophyr. lavigat. ℥xv. Sicca omnia, concisa & contusa includantur sacculo è tela

è tela rara, qui pendeat in Alae generos. galon. decem, sinatur fieri fermentatio ad perfectam uique d'parationem. Liquor limpidus includatur lagenis lapideis, quæ aptissime clausæ seruentur loco subterraneo.

Vel loco diætæ decoctiones vniuersales & siccantes mane sumantur.

℞. Rad. chin. ʒij. fol. veronic. maris, alchymill. buglæ, prunellæ, pilosell. nullefol. agimoon. ana m. j. ros. rubr. p. ij. santal. citrii ʒij. lign. Rhod. ʒb. f. decoctio n. f. q. aq. font. chalybeat. Colaturam clarificatam leui coctura resige ad bibi. pro 4. dof. marin. Delcoretur pauco saccharo. Continuetur huius usus per 20. dies.

Quoad victum. Cibi sint boni facti & cocti faciles, carnes allatæ potius quam elixæ, panis bene coctus, bene fermentatus, sale modico conditus, additis feminibus paucis anisi & coriandri, posttridis coctio-nis saltem comedendas. Vitentur lacticia, fortio-nes multæ, potus largus, fructuum abu-sus præcipuè opiar. Vitentur etiam pinguis, mellita, saccharata, pisces mucilaginei & molles; si quos appetat, sumantur durioris carnis, siue mari-ni siue faxstiles. Abstineat etiam ab acetariis, sal-sis, piperatis.

Violenta ne sint exercitia, quæ lumbos præfer-riam fatigent. Pessima animi pathemata, ira & aco-ror. cane pejus & angue fugiantur.

Quoad silentia, videndum ut tempore idoneo exhibeantur, id est ultimo, metus enim est ne à refluxu materiæ in viscera, grauius incommodum suboriat. Hocque incommodi habent astringentia, quodd obstructions augent, vel generant, & aluum astringunt.

In Silentium causa primas tenent succinam, ra-dix symphyt. maj. tormentillæ, flor. lysimach. pur-pur. santalum album, camphora tenuitate ualde pe-netrans, & sereâ atque igneâ vi inigenter sicca, & agens in partes generationi dicatas, in quibus odore solo semen consumere perhibetur.

℞. Conf. ros. rubr. ʒiij. conf. flor. Nenuphar. utri-usque, Lysimach. purpur. buglois. ana ʒi. myrobal. condit. cortic. citr. condit. ana ʒvj. magister. perl. & coral. ana ʒb. rasur. C. C. ʒv. succin. alb. præp. ʒiij. off. de corde Cervi ʒvj. spodii C. C. ad al-bed. usli ana ʒij. croci Martis aperient. ʒij. Mf. & cum syr. cort. citr. f. Elect. de quo capiat æger instar jugland. mane & vesperi longe à pasto.

Vel. ℞. Conf. ros. rubr. flor. lysimach. purpur. archangel. alb. veronic. rubr. salu. ana ʒi. crystal. Martis ʒii. Mf. & cum syr. moror. rub. Idæi & lapâ cydon. f. Electuar. de quo capiat à ʒi. ad ʒii. quo-tidie mane, superhausto vini albi momento per plu-res hebdomadas.

Crystalli Martis. ℞. limat. fert. puriss. q. v. cui instilla paulatim & successive oleum sulphuris, do-nt nulla fiat ebullitio. Assundatur aqua pluvia des-tillata, f. dissolutio; hanc filtra per chartam em-poreticam, eique sp. vin. permisceto; Crystalli intra paucas horas decident ad fundum, quos in charta siccatos reponito ad usum.

Quæ absorbendo sistunt, siccitate pollent & ter-reæ sunt substantiæ, viz. bolus, terra sigillata. Lem-niæ, creta, interior pars albi & mollis concharum ostrearum, mater perlarum, testæ & chelæ cancro-rum, oculi cancri, ovorum testæ coral. alb. (præ-ferriam in fluore albo, ut rubeus in rubro) perlæ, C. C. calcinatum, ossa omnia, præferriam humana, calcinata ad summam albedinem.

Crocus Martis corallinus, qui fit ex vitriolo Mar-tis ad summam albedinem calcinato, ad summam astringens in omni fluxu.

Sistuntur etiam tenuium humorum effluvia eo-
Tem. 11.

rundem inrassatione siue congelatione, quæ pro-curatur ichthyocolla, gum. tragac. spumate ranarum (non bufonum) idoneo tempore collecto & dili-genter extectato circa aduersionem, ita ut possit in pulverem redigi; albuminis ovorum iudem desicca-to; mucilaginosos seu. psyll. cydon. præsertim au-tem nenupharis, ubi gluten est copiosum. Fit gela-tina ex lacte & ichthyocolla, additis pul-eribus sub-tilissimis, santali albi, C. C. calcinati, spodii; additur parum sacchari & concinnatur fercolum non ingratum; potest addi aliquid cinamomi. Est in fluore albo efficax, si bis in die ad uncias duas ad minus devoretur longe ab alimento.

Pilulæ hæc specificæ sunt. ℞. Succin. alb. præpar. santal. alb. ana ʒb. C. C. calcin. ocul. cancr. præp. r. coral. alb. præp. nuc. moschat. ana ʒi. gly. yr. h. z. Hispan. sicill. ʒi. gum. Anim. camphor. ana ʒi. f. omnium pulvis subtiliss. excipiendus f. q. terebinth. Venet. f. massa pilular. Sum. ad pendus ʒi. mane hor. 4. ante prandium, & in ingressu lecti horis tri-bus à levi cæca, superhausto vini rubri siue clare-ti usli cum sacchar. & cinam. momento.

Vel. ℞. Gum. guajaci, animæ ladan. colopho-niæ ana ʒi. mastich. thuris, sandarac. ana ʒiij. sac-cin. utriusque flavi & albi præpar. ana ʒiij. rad. tormentil. histort. symphyt. maj. silipendul. ana ʒb. inter ossis sepæ, mandibul. Lucii magister. perl. & coral. cum ol. sulph. præparat. ana ʒij. C. C. ad albedinem usli ʒvj. croci Mart. astringent. ʒx. camphoræ ʒij. anbr. gris. ʒij. f. omnium pulvis qui excip. f. q. terebinth. Venet. f. massa pilular. Dosis ut supra.

Haud minus sistunt tabellæ sequentes. ℞. Croci Martis optimi ʒb. coral. rubr. præp. marg. præp. vel potius salis eorundem ana ʒij. sp. hæmatit. Præp. ʒij. bol. armen. terr. sigillat. ana ʒi. sacchari albi. du-plum pondus omnium inf. & cum mucag. gum. tra-gac. in aqua Rosar. extract. f. tabell. ponderis ʒj. Capiat unam mane & vesperi.

Ista nisi profecerint, & ad Narcotica sit devenien-dum, concinnentur tales pilulæ.

℞. Gum. guajac. ʒiij. colophon. ʒb. mastich. ʒij. laudan. disenteric. nostri ʒb. cum sapa cydo-morum F. massa. Capiat ʒj. quotidie mane super hausto vini albi tantillo per 10. vel 19. dies.

N. B. Vinum exhibendum ad correctionem opii, ne videl. caput feriat & so-num conciliat.

Laudanum autem Dysentericum hoc est.

℞. Extract. opii, ʒij. extracti croci ʒi. tinctur. co-ral. ʒvj. magister. perlar. croci mart. astring. an. ʒiij. ambre gris. benzoin. an. ʒi. moschi ʒb. M. F. Massa Dof. gr. iij. vel iv.

Quoad externa, ea sunt cauteria, infusus, suffi-tus metrenchyta, & emplastra lumbis &c. ap-plicata.

De Cauteriis supra dictum est.

Infusus ex hysteriis, paucis astringentibus & vulnerariis plurius parandus est.

Suffitus siccus. ℞. mastich. sandar. an. ʒij. sty-rac. calam. benzoin. an. ʒi. lign. Rhodii, santal. citrii ana ʒij. la-dani puriss. ʒij. carbon. solic. ʒv. M. & cum mucagine gemm. tragacanth. extract. in aq. Angelicæ aviculæ Cypriæ instar digiti crassæ & oblongæ, incidendæ f. a.

Suffitus humidus, ex odoratis in seila perforata ex-ceptus etiam proderit, ut ex decocto ligni Rhodii, rasur. juniper. styrac. benzoin. in vino albo, addit. caryophyll. nuc. mosch. &c.

Metrenchyta. ℞. cortic. medii. querc. junior. ʒij. radic. to-ment. & histortæ an. ʒi. sant. citrii & rubri an. ʒv. fol. querc. renell. potentillæ, plan-tag. centinod. an. M. j. archangel. albæ M. ii. salu. rubr. M. ʒ. rosar. rubr. p. iij. Bull. omnia in

Ffff

aq.

29. fabror. ℥. vi. fiat injectio bis in die tepide, ter quaterve quavis vice. Postea utatur idoneo subligaculo.

Emplastrum applicandum lumbis & ossi sacro.

℥. Ladani pariss. ℥ij. radic. bistort. ℥i. gumm. Arab. laoid. hæmatic. battitur ferri in aceto præpar. an. ℥. sangu. drac. massich. sandar. an. ℥vi. mirtyll. ros. rubr. an. ℥ij. olei glandium, cere, an. q. s. ut f. Empl. Theodor. de Mayerne Praxios Medic. lib. 3. Curatio Clariss. Herm. Nicol. Grim.

In Fluore Mulierum. ℥. Extracti fenn. ℥i. resin. turbeh. gr. viij. res guajaci gr. vi. syr. rosar. q. s. M. F. Bolus.

In fluxu seroso. ℥. Rob. samb. ℥ij. resin. jalapp. gr. x. mercur. dulc. gr. xv. M. F. Bolus.

Vel. ℥. Extracti rhei ℥i. syr. rosar. ℥i. sal. hæmatit. gr. iij. M.

Humores crudi circa ventriculum cumulati, evacuentur per vomitoria, uti

℥. Exymel. ℥. sapæ vomitor. gutt. v. M. F. vomitorium.

Post sufficientes purgationes, ad discutendas humorum superfluum reliquias, sudorifera adhibeantur, uti

℥. Rob. sambuci ℥ij. antim. diaphor. terræ solar. an. ℥i. tinctur. antim. ℥. decoct. lign. guajaci ℥ij. est F. sudoriferum.

Vel. ℥. Bezoartici C. C. ℥i. decocti rad. chin. ℥ij. M. F. sudoriferum.

Vel. ℥. Conserv. ros. rad. symph. cand. an. ℥. coral. rubr. C. C. usli & præpar. an. ℥i. matris perlar. præpar. ℥. sang. drac. croci mart. ana ℥ij. bol. armen. ℥i. cum syr. corall. & de ros. sic. f. bolus. Dos. mane & vesperi à ℥i. ad ℥ij. Hermann. Nicol. Grimm. Compendii Medico chimici lib. 4.

Consultationes: Pro Perillustri, ac Nobilissima Fœmina Ausculana uteri fluore albo quoquo pacto flavescente affecta.

Affectus, quo nobilissima mulier detinetur, ita de se patet, ut à quoque vel medicæ facultatis ignaro cognoscatur, is etenim uteri fluxus albus existit aliqua ratione flavescens, qui sicuti omnibus quoad sensatam cognitionem, sic tantum Medicis quoad curationem meritò debetur, eorum namque est proprias causas, propriamque generationem attingere.

Circa quæ illud meo iudicio interim statuendum, hujus videlicet affectus causam unicam caloris nativi languorem existere, quod an ita se habeat, huius veneræ infectio, ejusdem occasione inunctio ex hydrargirio ad usum deducta, aliive fere innumeri in vivendi ratione errores perpetrati attestantur; quæ omnia an possint calorem nativum labefactare, proindeque diversos parere præter naturam affectus, vel ex hoc cognoscere licet, quod viscerum principalium temperamenta, ac proportionnes potissimum solent evertere, id quod perillustri nostræ patienti contingit dubio procul, hinc non mirum, si in ea sanguificatio male habeat, non tantum ob læsam hepatis facultatem, ac proportionem, verum & ob ventriculi intemperiem frigidam, ac humidam, ex qua multa pituitæ copia ibidem generatur, quæ postmodum in jecore non potenti non emendata, per venas diffusa, ad uterum demum tanquam ad omnium excrementorum in fœminis partem expurgatricem deveniens, prædictum profluvium excitar.

Cæterum, an hoc in facultatis reitricis vitium, vel in expultricem sit referendum, non

erit abs re, si distinxero; ac ut in paucis expediam, puto ego in facultatem expultricem esse referendum, quod ex eo potissimum conjicere licet, quod ea omnia adsunt hoc in casu, quæ solent facultatem expellentem ad operandum suscitare, excrementa inquam tum copia, tum qualitate peccantia, quantitas in picuitam, qualitas in sicutus ichoris biliosi portiunculam (hinc exeuntis color quoquo pacto flavescens) referri debet.

Quæ omnia cum ita se habeant, pro hujus affectus, Symptomatumque concomitantium, palloris nimirum, appetitus dejectionis, totiusque lassitudinis, & aliorum (si quæ alia patitur mulier nobilissima) remotione, Medici curantis partes erunt, in unicam excrementorum ablationem non solum incumbere, verum etiam in id totum studium dirigere, ne scilicet de novo eorumdem generatio fiat, ac propterea viscerum discrasias emendare, luum venerem propriis Alexipharmacis corrigere, calorem nativum roborare, atque uterum, qui præsertim patitur, firmare tenebitur.

Quæ ne consequatur, non parum suspicor, multa siquidem pertimescenda deterrent, calor primùm nativus rei medicæ fundamentum adeo labefactatus; causa secundò illa maximæ activitatis lues gallica quam (ubi radices altiores jecit) est impossibile dimovere. Tertiò præsentis affectus difficilis tolerantia, quam lassitudo totius luce clarius insignem ostendit; Quæ tamen obstent curationi, non propterea Medicus à medicamentorum usu desistat oportet, ætas enim è contra patientis perillustri ferè consistentiæ, ejusdem animus prudens, ac præceptis Medicis obsequens, Medicique curantis diligentia medicamenta, & auxilia medica si non absolutam sanitatem, maximum saltem fructum, ac utilitatem allatura pollicentur.

Qua bona spe concepta, ad materias præsidiorum devenio, & quod ad chirurgicam spectat, non habeo quod proponam, nisi cauterium tum in femore dextro secundum partem domesticam, tum in brachio sinistro suscitatum, item frictions primùm molles, mox asperiores, hinc ex melle probè cotto, & actu frigido, ea tamen frigiditate, quam aquæ fontis ætivo tempore sustinent, factas; Galenum præceptorem insequutus non possum non summo probare.

Quod attinet ad pharmaca, totius habeatur providentia, primùm per lenientia mel ros. & syrupum ros. solutiva, deinde per præparantia, decoctum, inquam, cicoraceorum, betonicæ, beraginis, agrimonii, senecii, capill. ven. semine melonum cum cortice, tandem per purgentia ex infuso Rhab. & agarici, adjecta manna, sed mitiora aliqua evacuantia perillustri patienti in usu sint oportet, eaque sæpe sæpius reiteranda, inter quæ ego omnibus præfero pulverem radicis mechocani ex infuso myrobalanorum citrinorum in vino nigro austero facto.

Post hæc pro evacuatione sensibili per urinas ea Diuretica probo, quæ pariter Galenus hoc in casu probavit, decoctum videlicet asari, & apii, verum cum lacte semine melonum: pro evacuatione verò insensibili per habitum nil præstantius decocto guajaci, & falsæ, adjectis sandalis rubris, cicoracis, betonica una cum diureticis frigidis, aut saltem temperatis; A quibus ad uteri roborationem duo propono, unum est aquæ infusus ex thermis aliquibus aluminosis. Alterum est pulvis qui

℥. Carabæ. drag. ii. storum spicæ odoratæ tunicarum internarum ventriculorum gallinæ an. drag. i. M. & fiat pulvis subtilis, cujus drag. i. exhibeat ex decocto extremitatum vituli, in aqua calybeata parato.

Pro

Pro ventriculo autem, & hepate roborando, nec non proportione eorundem servanda, primum ratione hujus, si exterius succus cicorii ex aceto, ac speciebus cerati sandali super propriam regionem administraretur, non improbarem, sed quod mirum in modum probò, est serum caprinum depuratum, est que chalybeatum cum succo acetosæ interius ad plures dies exhibitum. Ratione verò ventriculi intus à confectioe aromaticum rosatum dicta, sine Musco tamen, & ambra non recederem extra ceratum Masticum cum aromatis applicitum; & his non conferentibus embrocam ex oleis stomachicis juberem administrandam, quibus omnibus confido calorem nativum insignem juvamentum percepturum, & eo magis, si proba vivendi ratio conjungatur.

De qua nil habeo dicendum, nisi quòd patiens nobilissima carnes comedat vitulinas, hædinas, pullorum, & ænum in montibus degentium, usque potius assis, quàm elixis utatur, ova, ac pisces sint illi in usu, qui in aquis claris vitam degunt, circa quæ omnia illud præcipue notandum, quòd si edulis in aqua chalybeata coque en-ur, plurimè esset fructus; vinum b'bat nigum, & sosterum: quod si oportebit, aqua dilueret. Verùm eo tempore, quo guajaci decoctum assamet, eam vivendi rationem servabit quæ usui esse solet; quam etiam hic adnotarem nisi certo scirem excellentissimum curantem eam posse optimè præscribere, sicuti & omnia alia quæ ad salutem nobilissimæ patientis attinebunt, quam utinam his à me propositis præsidis Deus O. M. de morbo ad sanum statum traducat. *Julius Cæsar. Claudinus in Consultat. Medicin.*

Muliebri Profluvium.

Mulier annum ægens vigesimum tertium, temperamentum pituitosi, ducibus abhinc annis viro nupta, post aliquot menses ab inito Matrimonio in muliebri profluvium incidit, primò satis mite, temporis autem progressu magis molestim. Materia peccat tum qualitate, ut plurimum ad glaucum sive croceum colorem, & quandoque albicantem vergens, tum etiam quantitate, quia fluxio est continua; suis tamen temporibus consueti Menses apparent. Hinc mœrore & tristitia afficitur, cum filios, ut maxime optat, procreare non valeat. Multa quidem fuerunt tentata remedia, sed ea leviora omnia. Quare cum generosiora nondum experta nobis adhuc salutis spem faciant, sapientissimum consilium tuum & auxilium quærimus.

Quoniam muliebri Profluvium Senioribus familiare esse solet, quo quinquagenariæ ut plurimum corripuntur, unde mirabatur Mercenialis cum Aërio, Adolescentes, & ante ipsum Fernelius, Puellas hujusmodi affectu corripit: ideo cum huic Nob. Adolescenti contigerit, magnus inde recessus à naturali statu est inferendus: cum enim per hujusmodi affectum totum corpus, sciatens excrementis, per Uterum expurgetur, tanta excrementorum sarcina non adeo facile in juvenili, minusque adolescenti ætate congeri debet, in quibus viget calor nativus. Quare in hac Nob. Adolescente non exiguam adesse partium principalium, & forsitan principaliter intervenientium intemperiem, facile credendum; at quænam sint, ambigere cogimur: siquidem totius ejusdem intemperies pituitosa in relatione describitur, materia verò ex utero fluens, crocea ut plurimum, & quandoque albicans observatur, caliditatis indicium; unde cogimur quoque stare, frigidam quidem atque humidam

Tom. II.

in toto, sed in jecore calidam reperiri intemperiem; quibus facile addita quoque fuerit aliqua ventriculi imbecillitas, si non positiva, sed rem privativa: & forsitan cum Hipp. à capite defluens humiditas, de quibus Schedæ nulla mentio: sicut nulla de modo vivendi, qui forsitan & cruditates in ventriculo, & biliosos humores in jecore, indeque in toto congerere potest: Pro certo enim habendum quòd ad muliebri profluvium pignendum semper concurrat sanguinis impuritas, aut cum Expultricis robore, ut in Jovenibus, aut cum Retenticis venarum imbecillitate, ut in Senibus: sicque varia excrementorum copia, pro diversitate partis laborantis, & excrementum producentis. Et licet sæpe à ferostatibus procedat, nihilominus Auctor Definitionum dicebat, quòd in Profluvio muliebri colores plures contingunt, albus, rufus, ruber, niger: quod confirmabat Galenus dicens, in profluvio muliebri expurgari, quod in corpore redundat, vel rubram sanguinis saniem, vel excrementum album, ut picuita; vel pallidum, vel biliosum; unde mille coloris species observari asserbat Aretæus.

Quoniam verò Uteros humidos habentes non concipiunt, extinguuntur enim in eis genitura, vel præterlabitur ideo, Nob. Adolescens non concipit; quia continuo uterum humida materia irigatum habet, & forsitan à diuturno excrementorum transitu aliqua intemperie & imbecillitate affectum; atque ita symptoma hoc in excretis immodice fluentibus, copia & qualitate peccantibus, causa sterilitatis evadit.

Cujus Curatio impossibilis censenda non est, licet valde difficilis: altas enim & quodammodo naturales radices habet, partium nimirum intemperies continua excrementa regenerantes, quas corrigere non adeo facile fuerit.

In tribus autem consistit ejusdem Curatio, in evacuatione materiæ peccantis, tum per Dejectoria, tum per Diuretica; in correctione intemperierum partium mandantium; & in aliqua Uteri excitatione atque roboratione.

Quibus intentionibus ut satisfaciamus, iterata, sed parca, opus erit sanguinis missione ex utroque brachio. Et quamvis differat casus iste ab illo in Uxore Boethi, à Galeno descripto, nihilominus frictions quoque asperæ, ut in illo, toti corpori proficere poterunt.

Reliqua ex Pharmaceutico fonte sunt desumenda remedia; & primò, pro primarum viarum expiatione, conveniet porio ex manna clarif. cum tartaro. Pro primo Preparante sine diluto oxymel simpl. cum aqua menthæ paratum, & cinnam. atque cortic. citri aromatizatum, ad ʒ. iij. Quinque verò transactis diebus, repetatur porio eadem. ut supra, addito tamen agarico infusioni consueta.

Quæ prima peracta expurgatione, aqua Tettuciana, utpote præstantissimum remedium, quatuor aut quinque diebus cum vehiculo dejectorio propinanda erit. Mox pro secunda preparatione paratur mulla diluta, cui addantur succi depurati & per arenam trajecti, cich. borag. & agrimonie; in quorum usu quindecim diebus insistat: sed quinto quoque die assumat electuarii diaph. & de succo rosar. an. ʒ. ij. cum flore cassiæ; vel infusionem agar. rhab. & sennæ, addito syr. ros. solutivo, quibus superbibat aquæ hordeac. vel seri depur. lb. ij.

His transactis diebus, ad urinæ viras erit materia fluens Diureticis divertenda, cum Diaphoretica ab anni tempore calido non permittantur: Sic Galenus uxori Boethi præbebat cepii & alari decoctum: ego verò ejus alteratum ita parandum censeo.

Ffff 2

ʒ. Chinæ

procedant. Quartò Jecoris & sanguinis fervor contemperandus; atque tandem uteri vasa nonnihil corroboranda.

Quibus intentionibus in fine veris, aut ineunte Æstate satisfaciendum erit; & primò à fonte Chirurgico iterata erit depromenda sanguinis missio, & primò ex Jecoraria dextera, tempore intermedio à præterita & futura menstrua expurgatione aque distenti: secundò ex sphaena dextera in fine menstruæ purgationis imminute procedentis. At si primus sanguis extractus forsan niger valde atque crassus apparuerit, unico intermisso die, ex altero brachio repetatur eductio, ut facilius tota purificetur massa sanguinea, & ne ad Uterum à Natura transmissus, impedimenta adaugeat, magisque imminutas reddat menstruas purgationes, non omnia postea tertia ex sphaena educatione.

Ex pharmaceutico reliqua sunt depromenda medica auxilia. Et primò primæ viæ erunt expiandæ portione ex man. clarificata; aut syrupo ros. solutivo; aut cassia cum lenitivo. Deinde quinque diebus præparantibus utendum è Julapio acet. corticibus citri aromatizato. Quòd si abhorreat Illustriss. Patiens, substitui poterit cremor tartari ad semiunc. quotidie præbendus, in jure corticibus citri alterato dissolutus. Mox leniens supradictum erit repetendum. Et inde ad ulteriora præparantia deveniendum, quæ erunt potius succi depurati, quam syrups faccharati, illique ex cich. borrag. & pomis ad 3.ii. in decoct. cichoraceorum, additis foliis malvæ & viol. in quorum succorum usu ad xx. dies saltem pergendum erit; sed quinto quoque die biliosum humores, & tandem etiam exulsi erunt electivè educendi, prima & secunda vice exhibendo electuarium de succo rosarum ad 3.iii. flori cassiæ mistum, cui post horam superbibat, aut feri capriini, aut aquæ Noct. lb. ii. tribus verò horis ab assumpto potu prædest. Vice verò tertia & quarta, addatur quoque Extractum senæ ad 3.i. aut poly-podii, & pariter superbibat serum, aut aquam jam dictam: nec quicquam de ventriculo dubitetur.

Jam dicta peracta purgatione, utilissimas, imo necessarias existimo fore aquas acidulas, & præsertim Villenses, ut quæ valeant non solum viscerum & sanguinis calorem contemperare, verùm quodammodo & aperire: quarum tamen usus tutior fuerit, si iisdem præmittantur aliqua alia præsidia Uteri venas referantia, quæ esse poterunt interna & externa. Et interna, erit cyathus aq. stillat. capill. Ven. & artem. additis gr. x. salis ejusdem artem. vel addita uncia aq. sabinae, vel gutt. tribus aut quatuor ol. sabinae; in cujus aquæ potu insistat matrona illustrissima x. aut xii. diebus; & interim uteri regio foveatur spongia magna apposta, imbuta prius decoct. malv. puleg. orig. calamen. mercurial. radic. lil. alborum, quæ removeatur, ut altera calens admoveatur, & sic per vices ad integram horam; inungendo postea uteri regionem oleo lil. alborum.

Inde ad usum jam dictarum aquarum deveniat; & primis diebus vehiculo dejectorio, reliquis verò diuretico, ut moris est, sunt propinandæ: & tunc lactis usum per plures hebdomadas utilissimum fore cenfeo; quo eodem tempore infusions quoque in aliqua aqua uterum corroborante prodelle possent, qualis apud nos est aqua Montis Ægrotorum, vulgo de Monte Grotto dicta; & ista esse poterit aqua jam dicta Villensis, ut venæ cervicis uteri quodammodo laxatæ aliquam corroboracionem acquirere, qua forsan non indolgit uterus nuper affectus.

Jam dictis omnibus congrua victus ratio est ad
Tom. II.

denda; adeo ut à salitis, acris, calidis aperientibus alimentis abstineat: sicut ab usu aromatum & vini generosi; à nimio exercitio, & ab ira, & mororibus: ad has enim animi passiones est valde propensa. Alacriter igitur vivat, ut optatam sanitatem consequi & conservare possit, quam ego eidem Matronæ Illustrissimæ à Deo enixe precor. Idem ibidem.

Muliebri Profluvium.

Nobilissima Matrona annorum viginti novem, staturæ mediocris, temperamenti totius ad calidum & siccum vergentis, jecoris calidioris, ut ex colore florido atque interno calore cum alvi stypticitate conjici potest, capitis humidi, quia capillos gestat & multos, & oblongos, & præterea distillationibus est obnoxia, unde ventriculum quoque lædi credibile est, sicut læditur etiam à libera victus ratione; sex abhinc annis, post partum felicem & naturalem, sibi observare cepit madida pudenda cum aliqua acrimonia & urinæ ardore, quæ humiditas hucusque major semper Æstate, quam Hyeme apparuit, eaque coloris citrini ut plurimum, & quandoque aquosi; ab illo verò tempore sterilis reddita est, & successit vix perceptibilis quædam totius corporis gracilitas. Varia à Medicis Excellentissimis fuerunt administrata remedia, nimirum aquæ thermales, boli ex terebintho, serum distillatum & china decoctum necessariis præmissis purgationibus, quibus tamen quicquam non cessit effluxio, licet nonnihil à china Decocto juvari sibi visa fuerit Nob. Matrona, quoad concoctiones & nutritionem, non autem quoad fluxionem ab Utero. Dabitur fuit, num Gonorrhœa, sive seminis effusio sit, cum addatur ignavia quædam ad Venerem & à coitu averfatio; an potius inbecillitas aliqua, sive laxitas vasorum renalium, sive tandem totius corporis excrementorum ad Uterum depositio. Pro hoc effectu sedando, si non auferendo, ad usum juris Chinæ ducta fuit triginta abhinc diebus Nob. Matrona, cum aliquod juvenem sibi asserere videatur. Proximo verò Autumno ad majora devenire cogitant isti Excellentissimi Medici, nimirum, post expurgacionem universalem, ad Decoctum falsæ, ligni quercini, radicem pæoniæ cum correctivis hordei, cinnam. & coriandri, tertio quoque die idem Decoctum alterando pulpa tamasindorum, & dissoluta cassia cum crem. tartari. De quibus omnibus à me consilium petit Nobiliss. Matrona.

Molestia ab Utero fluxio materiæ serosæ, & ut plurimum citrini coloris, qua sex abhinc annis divexatur Matrona Nob. & quæ primis temporibus cum urinæ ardore & acrimonia effluebat, progressu postea remissa, inter depravatos motus à Galeno recensetur, symptoma in excretis immodice fluentibus, qualitate, quantitate, modo & tempore peccantibus, quæ si modica esset atque faisset, Uteri Rheuma, sive fluxus uterinus dici posset: verùm quoniam non adeo exigua effluit materia, eaque ut plurimum flavo ac citrino colore tincta, acque qualitate ab initio prædita, idcirco non in Utero primum ortum habere, nec ab Uteri imbecillitate, sive intemperie scaturire credendum, adeo ut fluxus uterinus tantum constituat; sed ab alio superiori loco originem ducere; Uterum verò ut aqueductum eidem inservire credo, nisi forsan adeo diuturno tempore à continuo humiditatis ad Uterum fluxu & Uterum ipsum aliquam labem contraxisse suspicemur; fluxionem tamen principaliter à partibus superioribus desuere, & muliebri profluvium appellandam statuo; quod tamen legitimum non esse, sed spurium ostendit signorum absentia, quæ non solum à

Ffff 3

Galeno

Galeno in Uxore Bæthi ad Posthumum, verum & ab Aërio, & Paulo adducuntur; nimirum cibi fastidium, difficilis respiratio, tumor pedum, abdominis, faciei, ocalorum, & tandem totius, cum virium insigni imbecillitate, quibus addit Hipp. urinam jumentorum similem. Neque confundenda est hæc affectio cum Gonorrhœa, sive seminis effusione; quoniam non adeo diuturno tempore sine insigni virium jactura & totius emaciatione perseverasset, ut in Hipp. de Grypalope legimus: neque cum imbecillitate, cui necessario non associatur materierum effluxio; præterquamquod exiguo temporis progressu urina cruenta, quinimo & propter imbecillitatem laxaris venarum orificiis sanguis ipse excretus visus fuisset. Quare constanter asserendum, idem hujus affectus esse muliebre profluvium, quod nil aliud est, quam totius corporis redundantium excrementorum per Uterum expurgatio. Horum autem partes mandantes ex ipsorum qualitate, & totius, atque partium superiorum intemperie facile dignoscantur, & ideo in casu nostro, cum Matronam Nob. in juvenili ætate constitutam totius, & jecoris temperamenti calidi & sicci, capitis verò humidioris, nec adeo firmi ventriculi esse considerem, hisque excrementorum ab utero procedentium color ut plurimum citrinus & flavus, nimirum biliosus, necnon quandoque albus & aquosus addatur, plures quoque atque diversas esse partes generantes ac mandantes certo decerno; à jecore namque citrini coloris materia, sicut à capite aquosa & pituitosa producitur, cui in ventriculum delabenti, & eundem quodammodo laxanti cruditates quoque ab eodem genere commiscantur, indeque mista materia hujusmodi ad jecur & genus venosum distribuitur; utraque verò hujusmodi materia & biliosa, & pituitosa, Naturæ molesta, pro minori malo & individui tutela ad uterum transmittitur, magisque Æstate, quam hyeme, quoniam tunc temporis tenuiores generantur humores & per ipsum expurgantur magis, non sufficientibus consuetis mensuræ evacuationibus. Ab hac verò fluxione quoniam impeditur conceptio, & sterilis reddita est nob. Matrona, ideo non per vasa cervicis, sed per interna corporis ipsius uteri effluere omnino credendum: dum enim ab hac irrigatur & humectatur uterus ipse, Genitura non retinetur, sed foras elabitur; Quæcumque enim humidus Uteros habent, non concipiunt, dicebat Hipp. à qua eadem humiditate excitamentum quoque ad coitum obtundi, & coarctationem impediti credibile est. Grottilitatem verò vix perceptibilem à causa potius hujusmodi profluvii, nempe ab intemperie partium concoquentium, quam ab ipso profluvio & excrementorum ipsorum excretionem provenire censeo; non enim utilis succus, ut esset sanguis, excernitur.

Affectus ille, præterquam quòd Mulieribus molestissimus esse solet, sterilitatem etiam inducit, & præterea temporis diuturnitate individuus quoque plura mala asserere potest; adscæta namque intemperie, partium mandantium imbecillitate, suscipientium, & viarum lubricitate: adaugetur quoque excrementorum profluvium, quod tandem bonorum succorum, imò & ipsius sanguinis portionem secum rapere & extrahere solet, unde corpus vel ad Atrophiam, vel ad Cachexiam ducitur; & idcirco omnia agenda, ut proflus auferatur; quod tamen assequi non adeo facile erit, cum non adversus solam humiditatem pugnandum sit, sed adversus quoque biliosos, & calidos humores, si que contra indicationes habeamus.

Nec illud in Curatione præcipuum à nobis est subtrahendum, quod nimirum de astrictione, vel de hujusmodi fluxionis suppressione solliciti esse non

debeamus, nisi prius excrementorum reproductionem prohibeamus, intemperies partium mandantium corrigendo, alioquin retenta excrementa, multa pejora mala Nob. Mulieri inducent.

Quare aliqua hoc anni tempore sunt agenda, ne augetur affectus; sed vera, legitima & generosa curatio in Ver futurum erit differenda: in contumacibus enim affectibus quæ purgare oportet, Vere purgandos esse dicebat Hippocr. In præsens itaque levis esset ineunda Purgatio, nisi jam à Viris Excell. Adstantibus præmissa fuisset, chinæ Decocto modo ab iisdem præscripto, de cujus usu ita decerno, quòd parum profluvio hujc processu possit, cum primis qualitatibus non valde exicare & secundis, potius laxare, quam astringere & reborare valeat; attamen quoniam nostro calori nativo China satis analogæ est, & coctionibus ideo utilis, ut propterea ejus usum nutritioni potius nobil. mulieris, quam profluvio profuisse observatum fuerit; idcirco jus ejusdem admitti posse puto. Verum ventriculi coctionis fovendæ, & ipsius fluxionis, si non sistendæ, saltem, cohibendæ vim obtinebit, si lentisci è chio & fantalorum alb. portiuncula eidem addatur, quod tamen jus ita alteratum, exacta Æstate, in Autumnum differre consultius censeo. Sed interim jecori calidiori aliquam opem feramus, matutina portione gustui non ingrata, qualis esse poterit cyathus integer aqua stillar. de succo cich. cum syr. de succo lim. & guttulis tincturæ coral. chymicæ. Quòd si hoc eodem tempore ventriculo quoque sit prospiciendum, deglutiat nob. Mulier duo aut tria grana mastich. integra statim à cœna, ita enim capiti quoque proderunt. Et ut alvus magis officiosa reddatur, in jure jam dicto chinæ quandoque dissolvi poterunt ʒ. iij. aut iv. cremoris tartari; Cassiam namque dissolutam in eodem jure, licet optimam, non propono, utpote pro haustu insuavisimam. Convenire quoque poterunt passula prima mensa comansæ, superepoto jure, comis malvarum, aut mercurialis alterato. Et hæc pauca sat erunt pro proximo autumno, hyeme autem addatur quoque usus vini medicati pro mensa iisdem ingredientibus, china nimirum, lentisco & tantalis, quæ ingredientia nullum vino saporem, aut odorem alienum inferunt.

Ad majora ante futurum vernum tempus deveniendum non esse censeo; & si de proposito Decocto loquamur, dico illud sine sudore potius nocere, quam juvare posse: siquidem omnia humores fundentia caput replere, & fluxum ejusmodi adaugere valebunt, nisi iisdem succedat sudor; eoque magis, cum illo anni tempore humores ad centrum ferantur, cum tamen ad circumferentiam moveri exposculent.

Quibus addo, hoc jam dictum anni tempus indicationibus necessaria pro intemperie calidi jecoris corrigenda opportunum non esse; quinimo neque pro Purgatione congrua præmittenda; quare jam dicta à viris excellentiss. proposita, erunt ad ver venturum differenda: tunc enim his indicationibus erit satisfaciendum; Primò primæ viæ erunt mandandæ. Secundò massa sanguinea depuranda. Tertio sputum purgandum. Quarto ventriculus roborandus. Quintò Humida capitis intemperies exiccanda. Sextò Caliditas jecoris corrigenda: ab harum enim trium partium intemperie excrementa proveniunt. Tandem pars recipiens, nimirum uterus, erit exiccandus atque roborandus.

Pro quibus explendis intentionibus remedia tunc temporis erunt à me, jubente matrona nobilissima, præscribenda, cui à Deo opt. Max perfectam incolunitatem auguror & enixe precor.

Consultatio

Quare de more comedat panem bis coctum, aniso, aut foeniculo & (si placet) etiam saccharo conditum: addantur nuclei pinei, amygdalæ quoque, & præterea passulæ ad sibiitum. Tertio quoque die concedi poterit psalumba turricola assata, aut aviculæ montanæ, quinimo & perdix una: & quandoque vel urgente siti, vel exuberante calore, prisana hordeacea concedenda, semel tamen, non bis in die. Absoluto sudore calida jecoris & renum intemperies corrigenda esset, hocque eximie præstare possent aquæ acisulæ vitriol. ut quæ non solum refrigerare, verum & renes, & vasa roborare, imo & fluxum ab utero ad urinam assatim divertere valeant. Verum quoniam tempus pro hujusmodi aquis epotandis omnino importunum erit, ideo in futuram ætatem differendus, non autem omittendus erit aquarum dictarum potus, & substituenda est potio aquæ stillat. de succo cich. & plantag. ad ʒ x. cum gutt. tincturæ coral. chymicæ, summo mane haurienda, eidem præmittendo Conservam rosar. ad ʒ j. sicque decem diebus, sicut mox aquæ de succo cich. addi poterit aqua stillat. ex tenerissimis quercus foliis, omilla illa plantaginis.

His iisdem diebus quibus jecur aquis præscriptis quodammodo refrigeratur, postremæ quoque intentioni aliquo pacto satisfacere erit tentandum, & infessionibus in aquis sulphureis & aluminosis cum tubulo, quæ ob temporis inopportunitatem administrari nequibunt, substituendæ erunt injectiones clysteribus uterinis, primis diebus aqua Tetuciana simplici parandis, quæ diebus sequentibus alteretur sol. rosar. myrti, favæ, ros. mar. orig. puleg. calam. montani, & facta colatura, addatur alumen crudum, atque tandem tantillum troch. de gallia moschata, nimirum ad ʒ. 6. libris ejusdem aquæ commisceatur, tum pro utero exiccando, tum pro ejusdem tono conservando; hæc autem injectiones repeti poterunt & mane, & vesperi, aquam industrie in utero diu detinendo. Quo eodem tempore regio quoque renum sub ingressum lecti illinienda erit balsamo saturni, quo facile parabitur, oleum saturni cum oleo myrtino commiscendo, idque tum ad eorundem renum refrigerationem, tum ad laxitatis vasorum roborationem comparandam. Jam dictis omnibus addi potest aliquod medicamentum à proprietate juvenis, à me non semel in hujusmodi casibus expertum, estque pulvis turturis ita parandus: Turur deplumatus & exenteratus, vino ablutus, granis mastiches electi impletur, consuitur, & in furno reponitur ad exiccationem usque, deinde contunditur, in pulverem redigitur, & à ʒ. i. usque ad ii. quotidie post exactas purgationes, vel in jure carminum plantag. alterato, vel aqua stillacitia ex foliis quercus per mensem exhibetur, quem Nob. Matrona quoque assumere poterit, præsertim quia tempus erit hyemale. Nec pigeat tandem in remediorum usu persistere, ita enim morbi conditio expostulat, iam confirmati, & altas radices in corporis partibus principalibus fixas habentis.

Qui idcirco congruam quoque vivendi rationem pro fundamento exigit, quo deficiente corrumpitur quoque fabrica medica: unde dicebat Aësius, quod præcipua fiducia in recta victus ratione posita est, quæ in hoc casu mediocri tum in attenuatione, tum in tenuitate esse debet. Et primò caput ab æris inclementis erit custodiendum, & præsertim ab extemporaneis aquilonibus ventis, sicut à diuturna mora prope ignem, corpusque totum toto hyemali tempore vestibus caute custodiendum. Secundo ex alimentis inter carnes vitentur concoctu difficiles & excrementosæ; quales sunt faullæ, bubulæ quoque frequens usus, agninae, volucrum aquatiliū. In-

ter pisces, damnantur palustres & nimis glutinosi, non ut tales, sed ut crudistum auctores; pariter ostreaea omnia & conchyliæ, vulgò apud nos pisces armati vocata. Inter edulia ex pasta parata damnatur tantum frequens usus. Inter lacticia, prohibetur lactis usus, sicut usus quoque casei veteris: reliqua conceduntur. Inter legumina, permittuntur hordeum, oriza & lenticula, damnantur cætera. Inter fructus, conceduntur castanæ, nonnunquam persica, & pyra decocta, & uva pensilis. Inter bellaria, amygdalæ nuclei pinei, raro pistacia. Inter olera, in ætatis concedi possunt lactuca, endivia, cichorium. Inter condimenta, prohibentur aromata, exiguo cinnam. vel pipere ruditer confuso exceptis; damnantur quoque condimenta ex allio, capis; & renuente ventriculo, etiam valde acida, ut frequens usus succi citri, limon. arantiorum. Quandoque ad concoctionem in ventriculo juvandam, duo integra grana mastich. devoret. Prandio pleno potius, & parva cœna sit contenta. Superingestiones, tanquam pestis, fugiendæ, nil enim pejus, dicebat Avic. quàm comestio supra comestionem: sicuti comotationes quoque tum vini, tum aquarum vitandæ. Potus autem consuetus sit vini non generosi, non albi, non dulcis, sed rubri subtypici potius, lentisco & santalo rubro medicati. Tertio somnus concoquit, & ideo potius diurnus & nocturnus, non autem diurnus proderit. Quarto probatur exercitium, sed in hoc affectu moderatum, ita ut lumbi & renes non defatigentur, aut in theda laxentur. Quinto alvus lubrica servanda cibus potius, quàm medicamentis, passulis scil. aut prunis Damascenis in jure decoctis, saccharo conditis, prima mensa assumendis, & iisdem jus carniū superbibendo; clysterium namque usu alvus torpescit, & non nisi auxilio aliquo excrementa reddat; quare potius cassia condita prima mensa uti poterit. Et tandem animi alterationes sunt arcendæ, & præsertim ira ac mœstitia. Hæcque omnia in salutem Nobil. Matronæ scripta sūt. *Idem Ibidem.*

Muliebre Profluvium cum Sterilitate, in Hypochondriaca.

Nob. Mulier, triginta annos nata, temperamenti calidi & humidii, plethorici habitus; cœto jam annis quadragenario Viro nupta, marem post annum feliciter enixa, cepit postea Muliebris profluvio lutei coloris vexari, cum ab ineunte ætate insigni dolore cum timore in parte dextera uteri laboraverit, quod per totum hoc temporis spatium nullis tentatum remediis perduravit, imo etiam maligna febris jam quatuor annis accessit, medicis auxillis sanata; & si quandoque siti aquæ potibus nobil. Par. indulgebat, ingentes cruciatus ad dorsum usque sese extendentes uterum invadebant. Sic se habentem unici filii obitus duobus abhinc annis tanto anxio dolore, ut in mœrorem ac timorem, aliqua melancholica symptomata incidere, quæ etiam in præsens unâ cum ipso muliebris profluvio infestant, licet menstrua suis legibus per quinque dies satis prodeant. Tacto abdomine, dolorem magnum in pyloro atque liene perferit, vomit usque insipidæ materiæ illi facilis, imo familiaris, prout alvus facillimè assumptis pharmacis solvitur; & interim infœcunda reddita est.

Inter affectus atque symptomata quibus divexatur Illustrissima juvenis, aliquis mihi propono hoc tempore consideranda atque curanda, aliqua tantummodò consideranda. Consideranda atque curanda sive saltem minuenda, est hypochondriaca affectio; præterea muliebre profluvium, atque tandem sterilitas.

ritas. Tumoris autem antiqui in uteri regione existentis modò curationem non aggrediar: altas enim & antiquas sibi jecit radices, quæ ut evellantur, opportuniori tempore & ulteriori medicatione indigebunt.

Sterilem ad tempus, non absolute, esse juvenem Illustrissimam jam pater, cum anno primo nuptiarum marem conceperit felici partu, qui usque ad annum sextum sanus vixit, & ideo sterilitatis causam mox successisse censendum, quam adhuc in Muliere Illustr. reperiri, non autem ex parte viri, credendum est; hancque fuisse humorum excrementiorum copiam, facile conjicio, tum quia olim tumorem in uteri regione contraxit, tum quia quatuor jam annis malignam febrem fuit passa, quæ à libertate, & forsitan mutatione aliqua in vivendi ratione ortum duxit: habitus enim ejus crassior redditus est; quare suspicandum menstruum sanguinem conditionem mutasse, & præterea muliebri profluvium (excrementorum indicium) non solum per venas cervicis, verum & per vasa uteri interna prodire, sicque uterum ipsum irrigando, conceptionem impedire. Hanc verò excrementorum generationem multo magis adauxit tristitia atque mæror, ob tanti filii obitum, dum turbatis in ventriculo alimentorum coctionibus à vehementi, diuturna & tristi meditatione, quotidianæ cruditates & in pyloro, & in mesenterio stabulantes, & obstructions producentes, à jecoris & circumstantium viscerum calore fervere factæ, imò adustæ redditæ, hypochondriacam affectionem excitarunt, cui facile melancholica accessit passio, ab iisdem obstructionibus sanguinis impedito motu, qui stagnans, idcirco crassior & magis exustus redditus. Spiritus inficiendo, mærorem & timorem inducit, melancholici affectus symptomata propria. Sic Galenus hujusmodi affectum describendo, dicebat credendum esse in hoc affectu plus caloris, quam deceat, adesse in illis venis quæ cibum è ventriculo excipiunt, & in iisdem sanguinem crassiorem esse redditum. Quoniam verò hypochondriaca affectione præsentè, multiplicatur excrementorum proventus, dum à minera melancholica ventriculus infestatur, & coctiones labefactantur; ideo à cruda materia in eodem quotidie genita, vomitus quoque materiam aquosam excitatur: & ab eadem ad jecur, indeque ad venas delata, muliebri profluvium fovetur atque conservatur; quod flavescens coloris ut plurimum observatur, quia à jecore fervidiori reddito, à proximis obstructionibus & à meracioris vini potu biliosa materia subministratur, quæ crudæ & pituitosæ materiæ transeunti associatur. Nolim tamen interim quòd decipiamur in imbecillitate ventriculi consideranda atque curanda, quæ à frigiditate privativa, non positiva procedit: privatur enim calore ventriculus ab exuberante calore jecoris atque hypochondriorum, eo modo quo minor flamma à majori allicitur atque extinguitur, unde & siccitas in pyloro, imò & in ventriculo ipso introducit, quæ tactu percipitur adeo, ut compressionem vel levem tolerare minime possit: quod ante oculos nobis esse debet, ut vulgarem errorem in curatione evitemus.

Aliqua igitur sunt hoc tempore agenda, ut affectiones jam dictæ imminuantur, & vere venturo facilius curari & superari possint, antequam ad incurabilem statum perveniant.

Et primò ventriculus & primæ viæ ab excrementis mundandæ. Secundò obstructions referandæ. Tertio venosum genus ab excrementis, quantum fieri potest, depurandum. Quarto jecoris calida intemperies moderanda. Quintò uterus exiccandus; atque tandem aliqua à proprietate pro conceptione in usum

ducenda.

Pro quibus explendis intentionibus, omnium primò potio ex manna clarif. præscribi poterit, ad ℥. xv. vel ad summum ℥. v. cum alvus Illustrissimæ juvenis facillimè solvatur. Mox per quinque dies summo mane assumat.

℞. Julap. acet. ℥. ii. aq. florum citri ℥. i. aq. cinnam. ℥. s. m. pro una vice, & sic pro aliis. Quinque autem transactis diebus, repetatur potio jam dicta, addito cochleari aquæ cinnam. Pro ulteriori humorum præparatione.

℞. Succi depur. cich. borag. endiviæ an. ℥. i. per arenam trajiciantur, deinde adde tart. vitriol. gr. xii. juris alterati borragine, malva, agrim. ℥. iii. m. pro una vice, & sic pro aliis septem. Hisce autem, aut sequentibus diebus, sanguis ex jecore a dextra est omnino educendus ad ℥. vii. vel ℥. viii. tempore nimirum intermedio & æque distanti à præterita & futura menstruorum expurgatione, sed interim septem jam dictis transactis diebus, aliquod leve purgans erit exhibendum, quale esse poterit potio jam dicta ad unc. iv. addita drachma rhabarb. & agar. infusioni consuetæ, & evacuatione incepra, superbibat libram aquæ hord. vel juris hordeacei. Inde ad ulteriora præparantia, aperiencia, at non valde exiccantia erit deveniendum, ut

℞. Succi depur. malv. agrim. an. unc. i. per arenam, aut manicam colentur, deinde adde salis tart. fixi gr. x. juris carniæ alterati malva borag. agrimonia unc. iv. m. pro syr. & sic pro aliis. Sequenti verò die summo mane bibat.

℞. Aquæ stillar. de succo cich. de succo agrimon. an. unc. iv. syr. de succo limon. unc. i. m. pro una vice, & sic pro aliis; cui præmittatur bolus ex ℞. i. Extracti de rhab.

Sic sequenti die reassumat sal. tart. fixum: ita alternatim procedendo usque ad dies viginti quatuor.

Interim postremis diebus se recipiat ad B-Inna montis falconis, & fiant infusions cum tubulo in aquis illis sulphureis & sa gem. oss. duodecim aut quindecim diebus, quotidie mane & vespere per semihoram, ascendendo etiam usque ad horam integram.

Posthæc Profluvium muliebri prospiciendum erit; in quem finem paratur pulvis turtoris eodem modo quo pro altera Illustrissima adolescente scriptum fuit.

Ita pro fecunditate recuperanda aliqua erunt in usum ducenda, & esse poterunt eadem, pro altera Illustr. præscripta; quibus addi potest pulvis stellaris in vino exhibendus, vel decoctio radicis imperatoris; quandoque etiam pastinacæ sylvestris.

Et victus ratio quæ fuit jam pro altera præscripta, erit observanda, cruditates arcendo, nec humiditates multiplicando, moderatis & opportunis cibis & potibus; corpus exercendo, præsertim jejuno ventriculo: & virum ejusdem Illustriss. monendo, ut decem dies ante menstruas purgationes à concubitu abstineat, & statim secus iisdem mensuris, cum uxore coeat, & penis glandem balsamo facticio peruviano ante coitum illinat.

Reliqua pro jecoris fervore contemperando, & alia ineunte futura Æstate erunt adimplenda, nisi jam dicta, à me in præsens proposita suffecerint. Idem ibidem.

Muliere Profluvium cum uteri prolapsu.

Illustrissima & Excellentissima Comes cujus ætatis & habitus sit, ignotum est, temperamenti tertiæ pariter non enarrati, hepatis tamen calidioris, capitis calidior

calidioris & humidioris, & ventricali frigidi, de cujus menſtruis purgationibus nihil relatum eſt; cum ſuperioribus annis laborioſos tulerit partus, tribus abhinc annis præcipuis rebus ſympſomatibus conſiſtenti coepit, nimirum vehementi lumborum dolore, muliebri proſtudio, & uteri proſtudio, ita referente Excellentiffimo Viro adſtanti: quo tamen ordine inſaſerint, ſeire hædenus non licuit. His accedunt quoque quandoque dentium dolores, & occaſione morbis tum corporis, tum animi, dorſi dolor cum reliquis omnibus adeo exacerbatur, ut totum corpus alteretur, & arteriarum omnium pulſatio vehemens exciteretur. Effluat autem ab utero materia heterogenea, tum cruda, tum aſſata, & facile quoque ſeroſa, adeo acris & mordax, diverſique coloris, ut mordicando, excoriationem in uteri vagina excitare videatur: cum tamen nulla fanies, minusque pus apparuerit unquam, & ideo ab omni exulceratione proſus immunis cenſeatur. Varia ſunt experta medicamenta purgantia, Decocta radicis cannæ ſylveſtris & falſæ; aquas Sancti Mauricii, verum omnia citra levamen: quinimo ex Purgantibus hystericos & colicos dolores non ſemel paſſa ſunt. Modò de agendis pro ſalute conſult.

Quòd matrona Excellentiffima quam ego in conſiſtenti ætate ſuppono, itemque mediocriſ habitus & ſecundum totum temperamentum (ut conſpicere licet) ad calidum & ſiccum vergentis, vehementi lumborum dolore crucietur, fluxione variæ materiæ diverſique coloris ab utero detineatur, & uteri proſtudioſam patitur, Excellentiffimo Medico relatori credendum. Verum num uterino fluore, an muliebri proſtudio labore, mihi deternendum eſt; & præterea ad quem gradum ex tribus uteri proſtudioſa pervenerit, ſtatuendum. Quæ ut diſtinguantur, plura in relatione deſiderantur, quantitas nimirum materiæ quæ per uterum manat, aut digito tangentiſ, num ſcilicet fundus os uteri tantum tangat, & primum; an ad vaginæ dimidium perveniat, & ita ſecundum, an verò extra pudendum tangatur & proſpiciatur, ſicque tertium gradum conſtituat. Facilius autem nobis erit muliebri proſtudioſam ab uterino fluore diſtinguere, ſi materia proſtudioſa diverſi coloris, cruda & aſſata conſideretur, quæ à ſola uteri intemperie & nativi caloris imbecillitate provenire hæud credi poteſt, eoque minus, ſi copioſa fuerit: præterquamquod & jecoris fervor, & capitis intemperie calida & humida, & ventricali frigiditas, licet privativa, multorum excrementorum heterogeneæ naturæ proventum neceſſario arguere nobis videntur: à capite namque calida & humida intemperie affecto, & per conſequens deſtillationibus obnoxio, catarrhalem materiam, eamque copioſam, non in dentes ſolum, unde dolores, ſed multo magis in ventriculum continuo deſidiſſe credendum, cujus portio craſſior facile in valis meſaraicis detenta, obſtructiones etiam reliquit, quæ arteriam ortam comprimentes, facilem à parva occaſione ejuſdem, & reliquarum omnium arteriarum pulſationem adaugent: & inde exortis hypochondriacis flatibus, dolores quoque, hypochondriaci proprius, quàm colici, quandoque excitantur; portio verò tenuior ad jecur & venas delata, & à colore ejuſdem liquata, unã cum ſanguine exuſto, acido & acris, à facultate expulſivæ ad uteri venas detruditur, & muliebri proſtudioſam excitat, quo, ut dicebat Galenus, totum corpus per uterum expurgatur: hocque fieri, nullo modo utero affecto. Verum progreſſu temporis, huiusmodi proſtudioſa perſeverante, vel uterus ipſe intemperie aliqua, vel aliquo morbo in ſoluta unitate, quinimo & in ſitu mu-

tato tandem affici ſolet; quod in caſu noſtro eveniſſe cenſendam, dum à perenni & diuturna humorum in uterum fluxione laxatis ſuperioribus ligamentis, latis nimirum, quæ deſinunt in uteri fundum, laxatus quoque à ſuis appendicibus eſt uterus ipſe, unde ejuſdem proſtudioſa ſecuta fuit, quæ adhuc major evadit, quotieſcunque partus difficultates, aut abortus accedant, adeo ut aliquando uteri fundus invertatur, & non ſolum primum, verum ſecundum & tertium proſtudioſa gradum conſtituat. Nec mirum lumborum dolores his caſibus excitari, cum jam diſta ligamenta lata, ſicut deſinunt in uteri fundum prope cornua, itò muſculis lumborum proxima ſint; Muliebri verò proſtudioſa copioſius evadere ſolet, dum menſtrua, aut imminuta procedant, aut proſus ſuppreſſa fuerint.

Affectus iſti ſunt omnes magni faciendi: Uteri namque prolapsus præterquam quòd ſterilitatem importat, præterea mulieribus turpis & moleſtiſſimus eſſe ſolet; muliebri verò proſtudioſa quandoque cachexias, nonnunquam Tabes accerſit, vel utero aliquod grave malum imprimat, ſterilitatem & illud frequentiffime indocens. Difficilis autem curationis erunt in hæc excell. Matrona, quoniam plurimum annorum, & ætas ſibi radices confirmarunt. Nihilominus ego floridam ætatem ſupponens, bonumque corporis habitum, nondum graciliorem redditum, viresque robuſtas, ſalutem non deſpero: eoque minus, cum propriis hæcuſque non fuerint adminiſtrata remedia, malorum horum omnium radices extirpantia. Utinam paſchate proxime peractò hæc ſcribere mihi datum fuiffet.

Pro ſalute igitur comparanda, medicæ intentiones erunt, primò vias mundare. Secundò obſtructiones Humectantibus & Aperientibus referare. Tertio venoſum genus totum depurare. Quarto caput expurgare, & ut mali fontem, exiccare. Quintò uterum deponere, ſi fuerit opus, ejuſque ligamenta roborare. Sextò reliquias materiæ in venoſo genere exiſtentes ab utero divertere, atque tandem calidam jecoris & venarum intemperiem corrigere.

Quibus intentionibus ut ſatiſſat, à chirurgico fonte, quamvis Gal. in curatione uxoris Boëthii nullam de ſanguine mittendo mentionem fecerit, eadem tamen in caſu noſtro opus eſſe iudico, utpote ab illo diſſimili: ſcæbat enim illa aquoſitatibus multis, quæ retentæ, & in utero collectæ, uteri hydro-pem excitaverant; quare brachii vena magis apparens, præſente Medico, erit aperienda, & ſanguis q. ſ. mittendus; cætera genera revulſionum non adeo apta ſtatim videntur ante totius repetitam minorationem: conveniunt enim proſtudioſa multo magis, quàm muliebri, & ideo nec derivatio locum habebit, niſi fortalſe menſtrua imminuta aut ſuppreſſa fuerint. Cauterium ſiniſtro brachio affixum, opportunum foret, ad materiæ catarrhalis à capite delabentis diverſionem & evacuationem, quamvis capitis exacta exiccatione ſecuta, evitari poſſit. Uterina verò præſidia topica, quoniam nonniſi toto & capite expurgatis adminiſtrari debent, cum Hipp. in uteri prolapsu curando dixerit: ventrem autem ne ſolvatis; ideo ordine executivo proponuntur.

Et interim reliqua remedia ex fonte pharmaceutico depromuntur. Pro prima explenda intentione potio magiſtr. ex manna clarif. & poſt ſex dies repetita, idoneum erit leniens, & intermediis quinque diebus julap. acet. ad ʒij. addita oxymeſ. & aqu. flor. citri unica uncia, aptum erit præparans.

Pro ſecunda intentione totum erit adhibere ſuccos depuratos & per arenam trajectos cich. borag. & agri.

agrim. ad ℥iij. additis gr. x. falis tart. fixi in jure pullæ cichorac. alterato. Præparati verò humores, octo aut decem dierum spatio, erunt expurgandi pilula de tribus ad ℥j. flori cassiæ commissa, superbibendum præbeat serum, aut aqua hordeacea.

Inde ad tertiam intentionem explendam succi pariter depur. exhiberi poterunt ex cich. agrim. & fumar. in jure pullæ cichor. melissæ, lupulo & asparago alterato, guttulas addendo spirit. tart. ter rectificati, qui sal quoque volatile continet in semetipso: humores enim præparando, ad urinæ viis quoque ducere poterit: cui syrupo, si placeat Viro Excell. adstanti, præmitti poterit oxymel dilutum, aqua agrim. paratum; in horum autem usu duodecim aut quindecim diebus erit insistentium; sed quinto quoque die electivè purgans erit exhibenda, indicationem desumendo ab extracto sanguine: namque electuarium de succo rosarum, diapnen. & confectio hamech. cum flore cassiæ, erunt purgantia eligenda, quibus semper aliquod hydragogum, exemplo Galeni, ut mech. Extractum addi poterit: quibus semper superbibendum serum, aut aqua noceriana sive hordeacea.

His peractis, pilulæ capitales pro quarta adimplenda intentione, bis aut ter quæto quoque die erunt exhibendæ, nimirum cochis, aut & aggregat. ad ℥ss. simul mistæ; diebus intermediis succos depuratos præbendo cich. agrim. & beton. in jure cichorac. & capitalibus alterato, capurque Erihmis exurgando, ex pulv. radice ireos, major. & nigellæ, aut tabaci paratis. Inde ad capitum intemperiam humidam auferendam erit deveniendum; in quem finem de decocto sudorifico præbendo omnino cogitanda, alioquin & jam à me præscripta, & præscribenda, inutilia, sicut reliqua omnia antehac administrata, prorsus evadent: hoc enim remediis genere non solum caput, pars mandans, excidabitur, uterus nempe, & cum utero univèrsus corpus. Parabitur autem ex visco querc. modica salsa, lentisco, & china quoque, si macies aliqua inceperit, in aquis stillat. de succo cich. & beton. præmittendo pulverem viper. ad gr. xv. aut xx. Decimo quoque die portionem ex manna clarif. aut syrupum ros. solut. exhibendo, & quadraginta diebus in hujus usu insistenti. Quo tempore non adeo tenuis, licet attenuans esse debeat viscus ratio; & pro potu consueto præbatur ex residuo aqua secunda, addendo in fine ebullitionis frustula cinnam. frustula citri & saccharum ad licitum, ut fiat aqua suavis vulgò cedrata.

Quinta intentio erat, uteri in situ naturali repositio, & ligamentorum roboratio; quare repositione si egeat, ut docet Aët. & Paul. Matræna illustr. supina collocata, coxis alioribus, reflexis poplitis & cruribus disparatis, pessario ex lana astringentibus imbuto, uterus sursum repellendus; deinde aut eodem pessario, aut pessario ex subere in loco conservandus, imò circulus uterinus ex eodem subere in eundem finem parandus. Matræna ipsa cum Hipp. octo aut novem dies decumbente. Interim umbilico cucurbitula apposta prodest, necnon sub mammis; odorata naribus, foetida utero commendat Aët. cum Hipp. Lumbis verò ceratum aliquod corroborans erit apponendum, quod ex mastiche, pulv. constrict. & cerato de pelle arietinis poterit reformari. Post hæc verò mirabiles experimur quotiè infeliones, primò in aquis aponitanis, humiditates excidandi & resolvendi facultatem habentibus: mox in aquis montis protri, sive agrorum, facultatem excidandi & efficaciter roborandi obtinentibus.

Sexta erit intentio reliquias humorum ab utero divertere, more Galen. qui uxorem Boëthi hydragogis, diureticis, frictionibus asperis & cibo euchy-

mo curavit atque sanavit, nunquam astringentibus usus, ut perperam reliqui Romæ Medici fecerant. Nos igitur diversionem quidem cum eodem tentabimus, at non diureticis, quoniam serofus & aquosus humor fere simplex in illa Boëthi uxore peccabat, crassiores verò humores in casu nostro, qui ideo per alvum potius erant ducendi electuario lenit. cum pil. de tribus aliquando, nonnunquam cum magist. mechac. bis aut semel in mense.

Postremæ tandem intentioni satisfacere posse videntur aquæ thermales acidulæ, & præsertim vitriolatæ, quæ aliàs non profuerunt, quoniam mali fons non in hypochondriis & hepate solum, sed multo magis in capite reperiebatur. Verum quoniam impetuose & violenter ad vias urinarias & uteri tendunt, ideo suspectis habeo, & potius aliquot diebus cyathum aq. stillat. cich. anguris, & cucurb. cum jula-pio ros. & viol. totius substitui posse credo, ut tandem ad usum lactis sinini, ut quod quàm celerrime distribuatur, nec caput feriat, ad quadraginta saltem dies, Matræna Excell. ducatur, eo fine, ut viscera naturalia contemperentur, sanguinis qualitas demulceatur & edul-coretur, totumque corpus, forsitan substantifica humectatione indigum, tenu ratur.

Hæc sunt, quæ pro vera, legitima & absoluta dictorum affectuum curatione mihi necessaria videntur: quorum administratio quoniam aptiori tempore eget; idcirco aut ea tantum ex præscriptis eligenda, quæ ab anni tempore calidiori permitti poterunt, aut prorsus tota curatio in tempus magis opportunum differenda: addita congrua vitæ ratione, propositis indicationibus proportionata. Etsi ventriculo robur aliquod addere Viro Excell. Adstanti videatur, sal absinthii statim à cibo quandoque deglutendum præcipiat, cæteraque opportune præscribat. *Idem ibidem.*

Muliebri Profluvium & infecunditas in hypochondriaca melancholica.

Illustriss. Mulier annum trigésimum agens, Viro nupta, temperamenti totius & jecoris ad calidum & siccum vergentis, capitis humidioris; jam duodecim annis concepit, & octavo mense abortivit; dum verò in utero habebat, materia modò alba & viscida, modò flava & crassa ex utero fluebat; post abortum lotia copiosa nimis & abundantia eruperunt, adeo ut ad medicæ auxilia silentia & astringentia confugere coacti fuerint assistentes, à quorum administratione menstruæ purgationes, quæ antea convenientes & abundantes prodibant, imminutæ reddi coeperunt, & ab illo tempore paulatim semper magis defecerunt, ita ut in præsens duos tantum dies anticipantes parcissime effluant. Interim de ventriculi imbecillitate conqueri coepit, quæ in dies semper invaluit, cum pyalismo, rugitibus in abdomine, copiosis flatuosis & frequentibus vomitibus materiæ crudæ, ut plurimum acidæ, ad instar succi limenium: accedentibus suffocationis sensu, cordis oppressione, capitis gravedine & perturbatione, timore & frequentibus macoribus, etiam sine causa manifesta, cum imminentis delirii suspitione & vitæ desperatione; & multis diebus, antequam menstrua erumpant, omnia se-viora redduntur, cum dolore lumborum, perseverante adhuc jam dictæ materiæ, quandoque albæ & viscidæ, ut plurimum flavæ & crassæ per uterum effluxu. Accersitus fuit Medicus pro curatione, & aquam tertucianam exhibuit, indeque alia medicamenta, ut conjectato possumus, calida, decocta nimirum & pulveres, sudorem provocando, à quibus tantum abest ut levamen reportaverit, quid potius abscessus sub ala sinistra confertim extuberaverit.

raverit, & quam citissime suppuraverit, qui à Chirurgo adaperus, copiose expurgatus fuit. Cùm autem vitam infelicem ducat, & infœcunda sit reddita, ad me pervenit, ope melica indiga: in quem finem hypochondria manibus tractavi, & obstructione non levis, valde exiccata, sub pyloro in mesenterio & utero manifestas percepi, nec ab iisdem jecoris gibbam partem immunem inveni. Quare hoc veris tempore congruo medelam infra scriptam confulo, non quidem ut ex toto ab hisce affectionibus omnibus hac sola vice vindicetur, sed ut ad multò meliorem statum redigatur.

Mensium imminutione & muliebri profluvio detinetur Illustrissima Mulier, atque ab affectu melancholico hypochondriaco conflatur: neque credendum à facultatis imbecillitate neque ab Uteri densitate, sive duritie, neque à naturali angustia vasorum primum provenire posse symptoma: siquidem ante conceptionem satis abunde statis temporibus per Uterum expurgabatur; sed ejusdem duplex assignari potest causa, nempe sanguis crassus, qui occasionis proflavii lochiorum abortum secuti, præcipitavit in Uterum, & in eodem remansit, tenuiori parte assilente, ibidemque deinde confirmatus ab adstringentium medicamentorum usu, à Medico incaute præscripto, adeo ut ab illo tempore vasorum strictio, & sanguis crassior quotidie semper redditus, imminutionis mensium semper etiam magis adductæ, pro causa concurrant. Anticipationis causa est natura irritata à prava qualitate & copia ipsius menstrui sanguinis evacuationem exigentis, qui dum paulatim accrevatur in Utero, vasa replens atque distendens, cruciatus affert pluribus diebus, antequam menstrua erumpant: improbi namque sanguinis testimonium fuit muliebri profluvium, primis annis etiam ante conceptionem apparens. Et quoniam si menstrua plura fiant, accidunt morbi, & si non fiant, ex utero morbi contingant, hinc factum fuit quod excrementorum copia, tum à fervido jecore, tum ab imbecillo ventriculo quotidie genita, nec per uterum expurgata, in venoso genere detenta, à natura partim ad cervicis Uteri venas transmissa, muliebri profluvium conservaverit: partim ad venas internas, obstructions in Utero adauxerit, sicque mensium imminutio successerit, & infœcunditas: in vasis verò hypochondriacis retenta, in iisdem stagnans atque stibulans, motu & circulatione privata, affectum hypochondriacum melancholicum procreaverit, forsan etiam sine prægresso hypochondriaco affectu, qui tamen necessario successit, tum ob ventriculi naturalem quamdam imbecillitatem, tum quia in melancholicis hypochondriacis necessario comparitur, unde cruditates, quibus & in lacteis & in mesentericis venis obstructions succedunt, & in casu nostro ad jecur quoque pervenerunt, & gibbam partem nonnihil obstruxerunt; ab his autem crasse factis & terreis redditis, exhalationes, flatuositates nempe crasse jugiter elevatæ, & tandem adducta omnia in relatione symptomata in naturali regione procedunt: hoc est rugitus ac mormura hæc & illuc per ventrem vagantia, & ventriculi perturbationes, ciborum imminutiones, & nonnunquam ad acidam corruptionem, & diaphragmatis compressiones, unde suffocationis sensus emanant: sicut à minera sanguinis melancholica, & in Utero, & in mesentericis stibulante, terri & crassi vapores ad cor & in caput efferrantur, qui spiritus obtenebrantes, timores insolitos & sine causa mœrores inducunt, imò Patientem Illustrissimam ad futuri delirii suspensionem, & ad propriæ vitæ desperationem deducunt; de quibus & Hipp. dicebat, quod Sanguis in Utero retentus, præ multitudine resilit in cor & septum un-

de cor farvum fit: à fatuitate verò sequitur torpedio, & à torpedine delirium apprehendit: & ideo mortem, ut bonum, vel saltem ut minus malum, amant. Ad quæ omnia mala inducenda regeri non potest, olim adhibita medicamenta, jecoris, hypochondriorum & sanguis fervorem, & a stum adaugentia, non parum conspirasse; Utero itaque malè affecto existente, totius sanguinis impuritate cedita, quid mirum, si mox à conceptione destiterit, & Mulier ipsa Illustrissima infœcunda reddita fuerit, cum sanguis menstruus, ut tertium generationis principium, ad conceptionem concurrat, & nisi satis presluant menstrua, Uterus genitale sem en arripere non potest.

Sicut status hujusce Illustrissimæ Patientis Medicis eget auxilium, ita ab iisdem non adeo curo optatum levamen reportaturam esse credo: antiquæ enim & confirmatæ in ea sunt omnes jam dictæ affectiones, & quod pejus est, melancholica, & quæ magna industria atque diligentia ex parte Medici egeat, sicut ex parte Patientis non minori obedientia, quam præstare eidem operæ pretium est, cum sit juvenis, & ideo de longa vita feliciter traducenda agatur.

Curationem itaque alacri animo aggredietur, primò primas vias expiando atque mundando. Secundò obstructions in mesenterio stibulantes removendo, aut saltem hæc prima vice imminuendo. Tertio massam sanguineam depurando. Quarto, Uteri vias, quoad fieri poterit, aperiendo; atque tandem jecoris atque hypochondriorum calorem conterperando.

Propositis autem intentionibus, satisfaciendum remediis Chirurgicis, Pharmaceuticis & Dieteticis.

Et inter Chirurgica, omnium maxime convenit sanguinis missio, quia substantia, qualitate & metu peccat ipse sanguis, nec pinchari potest à gracilitate, quæ in hac Illustriss. non adeo evidens & insignis est: multi enim graciles, dicebat Gal. sanguine abundant, alii crassi parum habent: & subdebat: ob id ego mulierculæ, cui sem cetero menses menstrua defecerant, licet extenuatissima foret, primo die sanguinis sequestram detraxi, secundo libram, tertio semilibras; at nos minori quantitate contenti erimus. Educatur itaque decem à purgatione saltem diebus, ex vena jecoris brachii cœxtri, usque ad ʒvi. cujus color si in meliorem mutetur, exire permittatur usque ad ʒvi. cujus color, si in meliorem mutetur, exire permittatur usque ad ʒviii. si verò niger usque ad ʒvi. totus sequestris supprimatur, & tertia die repetatur vena scētio brachii sinistri, sanguinem pariter ad ʒvi. educendo. Et quamvis ex pede quoque, ratione motus, sanguinis missio conferre possit, erit tamen in finem curationis differenda, & facienda statim à secuta menstrualis purgatione, adhuc hiantibus orificiis vasorum Uteri, ad ʒv. aut ad ʒvi. ad summum: sicut parum antequam erumpant menses conferre potest cucurbitula sicca, & pube & inguinibus affixa, eodem que tempore fomenta, spongia magna uterinis partibus admota & repetita, prius imbuta, & expressa decoctione malv. Mercur. didami cretici, sabinæ, calam. montani, radic. althææ, & lil. alborum mane & vespere per heram; qua remota, fiat inunctio oleo lil. alb. cum aromatis. Interim toto curationis tempore abdomen illuminatur unguento malvino, oleo amygdal. reformato.

Ex Pharmaceuticis desumenda sunt primò Lenientia.

Syr. ros. solut. clarif. ʒiv. pot. ex man. clarif. ʒiij. aq. florum citri parum, m. f. potio, cui, tribus transfactis horis, superbibat jus hordeo vel malva aliteratum, & hora una ab assumpto jure prandeat. Sex sequentibus diebus assumat summo mane tale præparans:

ʒ. Julap.

℞ Julap. acet. ℥ij. aq. tot. citri ℥j. aq. cinnam. ℥ss. m. pro syr. & sic pro aliis, à quibus subsequatur expurgatio.

Ita ℞ Syr. ros. solut. de polypod. an. ℥iij. aq. flor. citri, parum, m. f. potio, & tribus horis ab assumpta portione superbibat seri capr. depur. aut aquæ nocer. ℥j. s. duabus verò horis ab assumpta aqua prandeat. Sequenti verò die assumat tale præparans.

℞ Succo depur. & per arenam trajecti, cich. horag. intybian ℥j. decoct. in jure pullæ paratæ malvæ viol. melissæ, fench. ℥. v. pro syrupo. Sequenti mane assumat bolos ita parandos.

℞ Floris cass. rec. extractæ ℥. ij. Tart. vitriol. gr. x. m. f. boli, & post horam superbibat jus alteratum foliis cich. horag. endiv. malvæ, viol. agrim. & tribus horis ab assumpto jure prandeat. Tertio verò die repetat succos in jure alterato, ut supra; & quarto repetat bolos, ut supra, ita perseverando ad xv. dies; quibus terminatis talis præbeatur potio.

℞ Rhabar. opt. ℥. j. fol. senæ rec. mund. polypod. an. ℥. ij. cinnamomi integri ℥. j. aqua f. m. f. inf. per hor. xj. deinde f. expressio, & adde expressioni syrupo ros. solut. ℥. v. m. f. potio, & tribus horis ab assumpta portione præbeatur serum capr. depur. ad ℥. ij. duabus verò ab assumpto sero prandeat. Inde ad ulteriora deobstruentia erit deveniendum, sic

℞ Succo depur. & per arenam trajecti cich. agrim. pom. dulc. an. ℥. j. decoct. in jure paratæ horag. malvæ, agrim. capil. Ven. cuscute ℥. v. spirit. tart. ter redif. gutt. vi. m. pro syrupo. Sequenti verò die assumat bolos ita parandos.

℞ Flor. cass. rec. extr. ℥. ii. rhabarb. opt. ℥. ℥. m. f. boli, & post horam superbibat.

℞ Seri capr. destill. ℥. j. syr. de succo limon. unc. j. tribus verò horis ab assumpto sero prandeat. Tertia die repetat succos, ut supra; quarta bolos, & ita alternatim perseveret ad xv. dies, quibus absolutis, assumat portionem hujusmodi.

℞ Pot. ex man. clarif. unc. vi. addendo infusioni consueta rhabarb. opt. ℥. i. cui, tribus transfactis horis, superbibat serum depur. ad ℥. ii. & duabus horis ab assumpto sero prandeat.

Ita, referatis quoque pacto & mesenterii, & jecoris obstructionibus, & massa sanguinea quodammodo purificata, ad uteri venas aperiendas deveniri poterit; in quem finem paretur Julapium hystericum tali pacto. Macerentur folia sabinae, dictami cretici, artemissæ, calamenthi in aceto & aqua capill. ven. per hor. 12. deinde facta expressione, addatur ad ignem sacchari q. s. ut fiat julapium dilutum & longum, deinde

℞ Hujus julapii ℥j. aq. malv. capill. ven. artemissæ an. ℥ij. sals. artemissæ gran. ℥. m. pro potu matutino, decem aut duodecim diebus exhibendo; quo eodem tempore apponatur utero spongia decoctione supra proposita imbuta, & expressa, modo quo supra inunctionem subdendo, amota spongia, ut scriptum fuit.

His peractis, absoluta quoque erit curatio, sive totius & partium expurgatio, quibus duo sunt addenda alia remedia præstantissima, nullo modo omitienda, ad obstructionum reliquias delendas, & jecoris, hypochondriorum & totius sanguinis calorem contemperandum, ac ad totum corpus substantiæ humectandum & nutriendum, quorum alterum internum erit, alterum externum; primum erit lac aluminum per quadraginta vel quinquaginta dies, mane

Tom. I I.

de more quinque horis ante prandium assumendum, incipiendo ab ℥v. cum semicochleari albi, & ascendendo usque ad ℥x. cum integro ejusdem sacchari cochleari; sed assumatur nuperrime multum cum suo naturali calore, neque eidem super dormiendum. Alterum externum est balneum aquæ dulcis, tepidum & ad frigidum potius inclinans; alteretur autem aqua foliis malv. viol. mercur. fench. in quo moretur ad semihoram, vel paulo plus, horis vespertinis circa 22. horam & in hujus usu perseveret ad 30. dies. Interim non omitendo hactenus usum suum mane, & in eodem, etiam terminato balneo, perseverando.

Dum lac assumit, decimo saltem quoque die sumat cassiam ita parandam.

℞ Floris cass. rec. extr. ℥v. crem. tart. ℥ij. m. f. boli, cujus in fine augeatur parumper dosis usque ad ℥j. Et quoniam, repurgato corpore massaque sanguinea purificata, & quod magis est, referatis uteri obstructionibus, & in integrum redacti menstrua purgatione, muliebri quoque profluvium cessurum esse jure credendum sit, ideo à supprimendis & alirigenibus hac vice abstinere utile fore puto, ne rursus obstructiones & in visceribus, & in utero adaugeantur.

Quare jam dictis omnibus sat sit, congruam vivendi rationem addere. Et primò incolat aërem, qui non sit crassus, paludosus, vitetrepuscula & quacunque aëris inclementiam. Secundò victus sit potius refrigerans & humectans. Inter carnes vitentur suillæ, bubulæ, aves lacustres. Inter pisces, vitentur palustres cœnosi, ut tinca, anguilla, & hujusmodi, testaces & ostreacei, & in sartagine fixi. Edulia ex pasta parata prohibentur, exceptis vermiculis Apuliensibus. Inter lactaria, damnatur caseus, præsertim antiquus. Inter legumina, permittuntur tantum oriza & hordeum. Inter fructus, prohibentur acidi, & nimis dulces, ut pruna omnis generis, cerasa acida & ficus, reliqui concedantur: uva tamen sit pensilis & alba. Inter olera damnatur brassica. Condimenta prohibentur ex aromatibus, cinnamomo & pipere ruditer confuso exceptis, pariter prohibentur ex alio & cœpis; acida item omnia. Vinum sit quidem album, sed non dulce, non austerum, mediocriter generosum: & interdicatur potare inter prandium & cœnam. Somnus sit diurnus, sed nocturnus: & si consuetus diurnus, sit brevis. Exercitium confert, sed ante cibum, nempe mane & postremis horis vespertinis. Alvus lubrica fervetur passulis, vel prunis decoctis, jusculis quoque carnum superbibitis: quibus non sufficientibus, exigua sufficiat portio floris cassiæ ad ℥ij. vel iij. sub cibo sumenda. Animi passiones arceantur, consocietates procurentur, & solitudines evitentur, alacrique & confidenti animo sustineatur, & credat se iteratis purgationibus, non tamen adeo diuturnis & operosis, optatam sanitatem consecuturam. *Iam ibidem.*

Muliebri profluvium cum sterilitate in hypochondriaca.

Nobilissima Juvenis vigesimum quartum annum agens, temperamenti calidi & sicci, mediocris habitus, & muliebri profluvio multis abhinc annis divexata, elapso proximè anno adolescenti Viro nupta, sex abhinc mensibus

G g g g

timore

bus timore ac mœrore sine causa cum alvi stypticitate affligi coepit, ipsaque menstrua quæ stans temporibus per octo dies, licet cum aliquo dolore fluebant, imminui & quinque diebus absolvi. Mesenterium in parte dextera obstructionibus implicatum est, prout uterus in sinistra. Coitu parum delectatur, & tarde admodum semen emittit. Modò & inveterati profluvii; & aliorum malorum auxilium colligit, ut conceptioni quoque idonea reddatur.

Ex tribus affectibus de quibus conqueritur Illustrissima Adolefcent, duo proprium individuum, tertius speciem & propagationem respicit. Individuum, melancholia hypochondriaca & muliebri profluvium: speciem sterilitas ipsa. Et quoniam postremum à primis duobus pendere cenfeo, ideo primi duo considerandi & curandi, demum tertius.

Postquam igitur Nobiliss. Nupta Viro juncta est, relictis propriis parentibus & familiaribus, ob hujusmodi status mutationem, aliquam animi apprehensionem pati coepit, cui addita quoque victus mutatione & ciborum superinfectionibus, ventriculi coctiones deteriores reddi coeperunt, uade cruditates genitæ & in mesenterio firmatæ, in eodemque à calore circumstantium viscerum, & jecoris potissimum exiccatae, terræque redditæ, melancholicam naturam contraxerunt, & circulanti sanguini viam interceperunt, qui diutius inibi stabulans, & ipse crassitatem à calore adeptus, hypochondriacæ & flatuosæ affectioni melancholicam quoque addidit: eoque facilius, cum sanguinis à toto pars crassior ad uterum transmissa, & in ejusdem venis retenta, reliquo sanguini transitum impediat, & menstrua consueta diminuta reddat: unde affectio melancholica non à solo mesenterio & epigastrica parte, verum & ab utero atque hypogastrica originem ducat. Verum quoniam antehac liberæ vivendi rationi indulgit, viscerum quoque, ventriculi nimirum & jecoris aliqua semper læsio emerfit, atque ideo excrementorum quoque proventus necessarid Nobilissimam Pat. molestavit, & potissimum cruditates in ventriculo, private potius, quam positive affecto genitæ, quæ à jecoris calore fuscæ atque liquatæ, ad venas transmissæ, inde per arterias ad uterum delatæ, per eundem ut plurimum aquosæ & pituitosæ, quandoque etiam, sed raro, bili mixtæ excernuntur, & muliebri profluvium constituunt, quod uterum humiditate irrigando, feminis retentionem impediendo, sensum exquisitum ipsius uteri obtundendo, facile sterilitatis quoque causa evadit, cum Vir ejus sanitate fruatur, nec in toto Nobilem & pulchram Adolefcentem, ætate, atque colore florentem, adeo pravam dispositionem habere conjiciam, quæ sterilitatem inducere possit.

Quare ut eidem medicam opem præstemus, expiatis primis viis, obstructiones primùm mesenterii, tandem & ipsius uteri referandæ. Secundò Massa sanguinea ab excrementis depuranda. Tertio ventriculo robur addendum, & jecoris intemperies corrigenda, ut tandem uterus ab humiditatibus liberetur, & nonnullis quoque à proprietate juvantibus conceptio procuratur.

Quæ jam dicta omnia hoc anni tempore absolute exequi non poterunt, & ideo nec nostrum finem assequi; aliqua tamen sunt agenda, ut ipsius affectus diminuantur, & Vere venturo facilius eadat eorundem eradicatio.

Interim repetita sanguinis missio ex Chirurgia deprecanda, primo ex venis superioribus; tempore æque distanti ab utraque menstrua purgatione; secunda vice ab inferioribus, desinentibus isdem mensuris, hoc est, hianibus adhuc uteri vasibus.

Ex Pharmacia verò pro prima intentione.

℞. Pot. manna clarif. ℥vi. aq. florum citri parum, m. pro potu. Inde per quinque dies assumat summo mane.

℞. Crem. tart. ℥ß. dissolvatur in jure corticibus citri alterato, sicque quotidie. Inde repetatur potio jam dicta. Mox incunda præparatio hæc.

℞. Tart. vitriol. gran. xii. & dissolvantur in jure alterato cichorio, boragine, endivia, malva & agrimonia, & ita per septem dies. Quibus transactis,

℞. Pot. ex man. clarif. ℥v. addendo infusioni consuetæ rhabarb. opt. ℥ß. rad. mechoac. ℥j. cinnam. integri ℥ß. aq. florum citri parum, m. f. potio, & incepta evacuatione superbibat seri capr. depur. aut aq. nocer. ℥ij. & duabus horis ab assumpto sero prandeat. Post hæc ulteriores obstructiones aperienda ita.

Ita ℞. Aquæ stillat. capil. ven. malvarum an. ℥iv. spirit. tart. rectif. ℥j. m. pro una vice, & sic pro aliis; quod præparans alternis diebus est exhibendum: diebus verò intermediis.

℞. Flor. cass. rec. extr. ℥ß. rhabarb. ℥j. m. f. boli, quos assumat summo mane; & hora transacta superbibat jus malva & endivia alteratum: sicque alternatim, viginti quatuor dierum spatio sanat & spiritum tartari, & rhabarb. modo jam dicto. Quibus transactis, sumat potionem.

℞. Pot. ex menna clarif. ℥v. addendo infusioni consuetæ rhabarb. opt. ℥j. spicæ gr. x. florum citri parum, m. f. potio, cui pariter, ut supra, superbibat aut serum, aut aquam nocerianam.

Interim quindecim hisce postremis diebus se conferat ad balnea Montis Falconis, sedeat in semicupio, & per tubulum recipiat aquas sulphureas illas & salgemmosas, quotidie bis in die, saltem ad semihoram.

Tandem aliqua ad profluvium muliebri conferentia erunt in usum ducenda, simulque nonnulla à proprietate conceptionem juvantia. Pro profluvio coercendo, paretur pulvis ex turture & massiche; hoc pacto. Turtur à plumis denudetur, exenteretur, vino nigro abluatur, granis massich. impleatur, & acu consuatur, in furno reponatur, & ita assetur & in pulverem redigatur: cujus pulveris dosis erit ad ℥j. singulo mane per mensem in cyatho aq. stillat. è tenerimis quercus foliis.

Pro conceptione obtinenda, paretur pulvis ex matrice leporis, vino prius abluta, & pariter in fumo exiccata: cujus pulveris assumatur semidrach. in vino albo, parum ante coenam. Pariter conduci pulvis seminum erucæ ad ℥j. eodem modo & tempore. Item sal satyrionis à ℥ß. usque ad ℥j. in vino albo generoso.

Familiaris sit inunctio partium ad uterum adjacentium, ex oleo lil. alb. cum aromat. in quo dissolvatur exigua portio coaguli leporini.

Quibus omnibus congrua vivendi ratio erit addenda potissimum in cibo & potu: cruditates enim & ferositates sunt arcendæ: & ideo prandio

prandio & coena Nobiliss. Adolescens sit contenta, nec de more extra tempus bibat, vinumque sit tenuis substantiæ, nec generosum, nec dulce, nec austerum. Corpus exerceat in negotiis domesticis agendis: Scythæ namque Dominae propter otium steriles erant, sicut ancillæ, propter exercitium fecundæ. Ab Illustrissimo Viro observandum, quod ablineat à coitu octo aut decem dies ante menstrua, in quorum sine coire opportunissimum erit: facilius enim semen ab utero modice menstruato retinetur: sicut ab isdem abundantibus extingueretur. Animi passiones sunt attendendæ, & potissimum mœror & ira: quarum omnis occasio est removenda à Nobiliss. Viro suo & ab omnibus ejus Domesticis. Quæ scripta sat sint usque in venturum Ver, quo tempore ad alia transendum, si opus fuerit. *Idem ibidem.*

Muliebri profluvium; & infœcunditas in hypochondriaca.

Illustrissima mulier annorum viginti septem, temperamenti calidi & humidum, mediocri habitus; quatuor abhinc annis fluxu muliebri, materiæ modò albæ, modò flavæ, modò alterius coloris torquetur: cui symptomati multis abhinc mensibus additur melancholia insueta, cum rugitibus & stultitatibus; murmurationibus in hypochondriis, nec non cordis aliqua oppressione. His tamen non obstantibus duos peperit filios, masculum unum, & femellam alterum. Sexdecim tamen abhinc mensibus infœcunda reddita est, mensuris purgationibus bene fluentibus. Quare de agendis consultit.

Duplici affectu, melancholia scilicet & muliebri profluvio detineri mulierem Illustrissimam ab exacta & erudita relatione intelligo, quibus tertius, nimirum infœcunditas, superadditur. Pro quibus expugnandis meum exigitur consilium. Et si melancholiam consideremus, hanc hypochondriacam invenimus, ex rugitibus, copiosis stultitatibus, septem comprimantibus. ut propterea flatuosus affectus à Galeno dictus fuerit; qui licet solus sine melancholia dari possit, facile tamen & ut plurimum in melancholiam migrat, dum à clausuris in lacteis & mesentericis venis existentibus, caloris illarum partium ventilatione impedita, phlogosis introducitur, crassificato nimirum & arefacto ab eodem adaucto calore sanguine ipso, qui stagnans in illis venis, nec amplius circulans, vaporibus atris ab eodem elevatis spiritus inficit, qui tum in corde, tum in cerebro tenebrosiores redditi, timores atque mœrores sine causa manifesta incutiunt, melancholiam characteres proprii, neque à toto venoso genere melancholiam consensum habere puto, cum temperamentum calidum & humidum & habitus totius corporis mulieris Illustrissimæ carnosus & floridi facile coloris observetur. A toto tamen muliebri profluvium provenire minime dubito, quod etiam urina jumentorum similis, ab Hippocrat. asinina vocata, confirmare solet, ad differentiam uterini fluoris, qui non adeo copiosus esse solet, & præterea quoniam mulier Illustriss. jam concepit, viro gestavit, feliciter peperit, signa evidentia, quod vitium in toto, non in utero reperitur: profluvium enim muliebri est illud, in quo per uterum totum corpus expurgatur: hocque mulieribus frequens & familiare esse solet, & ideo muliebri profluvium dicitur: rarissimus autem

Tom. II.

fluor uterinus, quem ideo dari posse negarunt & Massaria, & Altmarus. A toto itaque effluunt humores diversi coloris & albi, & flavo, modò consistentis substantiæ, modò fluxibilioris, quæ diversitas plures quoque; ac diversas esse partes affectas, tales humores jugiter reproducentes, nobis significat, & istæ sunt concoctionibus destinatæ: à ventriculo namque Bradypepsiæ & imminutæ primæ coctiones, indeque cruditates procedunt: sicuti à jecore fervidiori reddito flava & biliosa materia; quandoque ab eodem calore nimis crassifecta, quandoque fusa atque liquata nimis, progignitur, qui humores utpote in massa sanguinea redundantes, copia & qualitate peccantes, & naturæ molesti à facultate expultrice irritata ad uterum extruduntur, & non per magna vasa in uteri corpore existentia; non enim concepisset, neque in utero gestasset: quæcunque enim uteros humidos habent, non concipiunt; sed per vasa cervicis, ubi quoque molestum percipit Illustrissima Mulier pruritum. Et quamvis modò infœcunda reddita sit, non in uterum, sed in improbum redditum sanguinem culpam referendam esse censeo: purus enim debet esse sanguis menstruus pro conceptione, cum tanquam tertium generationem ipsam concurrat.

Medica providentia eget status Illustrissimæ mulieris, non solum quia melancholico affectu præsentem infelicem vitam ducit, verum etiam quia, si muliebri profluvium augmentum suscipiendo ulterius progrediatur, color totius vitiat, & cachexia, aut atrophia postea succedunt. Verum tamen est, quod non adeò facile erit utrumque debellare affectum; & licet uno eodemque tempore, iisdemque remediis utrique providebimus, melancholiam tamen incumbere est nostra potissima intentio, cum in ordine affectus melancholicus prior sit curandus, ut sine quo non alter affectus, nimirum muliebri profluvium tolli possit, quibus sublatis, infœcunditas quoque recedet. Quare primæ viæ expiandæ. Secundò obstructions mesenterii aperandæ. Tertio eadem reliquorum viscerum referandæ. Quarto massa sanguinea ab humoribus excrementitiis vindicanda. Quinto fervor jecoris & renum temperandus, non neglecta aliqua Ventriculi & uteri tutela.

Et ex Chirurgico fonte sanguinis missio non unica tantum est depromenda ex utroque brachio, & potius parciore: quamvis enim de hac Galenus in hoc affectu curando nullam mentionem fecerit, unde & Boëthi citra ullam sanguinis missionem curaverit, eandem tamen omisit, quoniam muliebri profluvium omnino serosum fuit, sicut frequenter esse solet: in nostro verò casu biliosum ut plurimum, & à pituita forsitan etiam falsa, unde pruritus; quorum ratione & jecoris fervor, & humoris calor, & acrimonia missione sanguinis eget, quam & ætas, temperamentum totius, habitus corporis, & anni tempus permittunt.

Ex Pharmaceutico fonte pro primarum viarum expiatione aptissime & optime administrata fuere lenientia ex manna clarif. & syr. ros. sol. vel ex cass. lenit. & tartaro. Pariet præparati fuerunt humores julapio acet. addito poline crem. tart. aq. florum citri dissoluto, repetitumque fuit alterutrum ex lenientibus propositis, ut inde ad primi gradus deobstruentia deveniri posset; quæ exsiccatis obstructionibus humectantia esse debent, & ideo succi depur.

Gggg 2

& pet

& per arenam trajecti conveniunt cich. borag. sonchi ad ℥iij. in decoct. jure pullæ parata cichorac. addita malva & violis, in qua dissolvantur gr. x. tart. vitriolati. Septem autem aut octo transactis diebus, præparati humoris purgandi potione ex manna clarif. addendo infus. consuetæ rhab. opt. ℥ij. tribus verò horis ab assumpta potione superbibendum serum depur. ad ℔ij. & duabus horis ab assumpto sero prandeat. Inde ad ulteriora aperiencia progrediendum, quæ tamen in activis qualitatibus sint moderata, & humectantia in passivis; præbeantur itaque succi, ut supra, depur. cichor. malv. ad ℥iij. addendo ℔b. salis tartari fixi, in decoct. malv. viol. agrim. lupul. asparag. jure pullæ parata. Sequenti verò die parentur boli ita:

℞. Flor. cass. rec. extr. ℥ij. rhab. opt. ℔j. m. f. boli, quibus post horam superbibat feri capr. destillati libram, vel saltem ℥x. tribus verò horis ab assumpto sero prandeat. Tertia verò die rursus assumat succos, ut supra, & quarta bolos cum sero: sicque alternatim perseveret ad xx. usque diem; quo tempore assumat:

℞. Decoct. epith. Mel. syr. ros. solut. an. ℥. iij. aq. flor. citri parum, m. f. potio, tribus horis ab assumpta potione superbibat fer. capr. depur. ℔. ij. & duabus horis ab assumpto sero prandeat. Quòd si sanguis jam extractus apparuerit valde impurus, repetenda erit duabus aliis vicibus eadem potio, eodemque modo, alioquin omitenda. Et pro reliquis intentionibus explendis alicujus aquæ chalybeatæ usus erit instituendus, cujusmodi esse poterunt Villenses, vel si præstò non fuerint, saltem nostræ Aponitanæ BV. tribus primis diebus cum vehiculo dejectorio præbendæ, reliquis verò quindecim cum diuretico, diligentissime facta observatione, ut ex toto transeant; in quem finem vehiculum diureticum tale esse poterit:

℞. Aq. stillat. asparag. capill. Ven. malv. an ℔b. spiritus tart. ter rectif. ℥b. m. & summo mane præbeatur hæc potio, statim superbibendo cyathum aquæ mineralis; transacta verò hora, reliquam aquam potare incipiat usque ad ℔ vij. circiter, in cujus primis duobus cyathis exprimat unius lim. succus; dosis verò ipsius aqua paulatim adaugeatur, usque ad x. vel xij. libras; retrocedendo usque ad vi. sed semper præmittendo vehiculum diureticum.

Terminato aquæ usu, lac asininum nullo modo omittendum, Melancholicis enim est singulare remedium, tum quia obstructions sicciore & contumaciores superare valet, dum tophos quoque emollire Gal. asserat, tum quia hypochondriorum & jecoris fervorem temperare, sanguinis acrimoniam & falsedinem demulcere, sicque ejusdem vitium corrigere valet, præbeatur autem, ut moris est, suo naturali tepore, nuper multum, incipiendo ad ℥. v. cum semicochleari sacch. albi, & ascendendo usque ad ℥. x. cum integro cochleari, cui tamen non superdormiat, & perseveret usque ad quadragesimum vel quinquagesimum diem.

Interim si ventriculo aliquod robur addere sit necesse, à cibo statim deglutiat gr. ij. mastich. integra aut ℔. j. salis absynth. aut pilul. ex succo absynth. densato; ita pro Uteri excitatione & roboratione infusions à Viro Excellentissimo propositis laudo in aqua Montis Falconis, quæ ut salgemmosa & sulphurea nostræ intentioni satisfacere poterit; caute tamen infusions administrandæ, nimirum infra renes & re-

liqua viscera naturalia, in aqua sedendo cum tubulo, ne renum & hypochondriorum calor reacendatur: imo ante Balnei ingressum jam dictæ partes sunt muniendæ, in frig. Gal. ung. ros. & santalino renes; rosato verò simpl. totum abdomen illiniendo.

Neque de majori astrictione solliciti esse debemus; profluvium enim hujusmodi ex seipso supprimi solet, deficientibus in venoso genere excrementitiis humoribus, qui deficient, imtemperiebus partium remissis atque correctis; quod tamen omnino hac sola Purgatione nos consecuros vix credere possum.

Restat igitur solum, ut jam dictis omnibus conveniens addatur vivendi ratio, quæ erit ab Excellentissimo Viro adstanti exacte atque diligenter præscribenda, ut fundamentum nostrarum omnium operationum, cui reliqua quoque omnia & executioni mandanda, & si opus fuerit, etiam alteranda atque mutanda libenter committo. *Idem ibidem.*

Observationes Pro Fluore albo.

Purgato decenter corpore, mane & vesperi ante pastum per decem dies utatur hoc balneo:

℞. Fol. Lauri, organ. calamenth. pulg. menthast. Sabin. an. M. ij. attemiss. meliss. nepet. beton. majoran. an. M. iij. rad. rub. tinct. cyperi, an. ℥iij. rad. rusci, asparag. an. ℥j. sibe. nard. (exsiccat enim humiditatem) uno odori an. ℥j. sem. rutæ, dauci, anif. fenic. sccl. an. ℔b. rad. valerian. ℥ij. coquantur in aq. pro balneo. Si valde fluant humiditates albæ, ne concitior fiat fluxus, slyptica magis addantur. Si adhuc fluor non vincatur, semel in hebdomada accipiat has pilulas:

℞. Pil. mastich. agar. troch. an. ℥j. cortic. myroball. cheb. ℔j. excipiantur melle ros. ex ℥j. F. pil. vi. dentur xv. pro vice. Succini farina cum ovo sorbili detur, Hæc sunt quæ ad album fluorem profunt & præcipue hic pulvis, quo multæ matronæ, Nobiles post universalia remedia sanatae sunt.

℞. Fancium Lucii piscis, capitis caponis in furno exsiccati, an. ℥b. ossium dactylorum ℥ij. coriandr. præpar. sem. anif. torrefact. an. ℥j. rad. nymph. ℥b. sacch. ros. ℥iij. datur ℥j. cum vino rubro. *Petrus Forestus. obs. 23. lib. 28. De morbis Mulierum.*

Ad evocanda ab utero ad alias partes recrementa, tria valde profutura præsidia occurrunt, diureticorum usus, repetita ex rhabarbaro purgatio, & ligni guajac. decoctum, quod ita fit:

℞. Ligni guajac. ℥j. rad. sassaphras ℥ii. santal. om. omnium ℥i. infund. in aq. chalybeat. ℔iij. horis 12. deinde bulliant ad consumptionem tertiæ partis: sub finem ebullitionis adde fol. plantag. menth. j. matricar. artemis. fenicul. capill. ven. an. p. j. sumac. rad. petrosel. an. ℥j. colati ℥vij. vel viij. exhibe in aurora, & sudor molliuscule provocetur, idque viginti saltem diebus continuis præstandum: quo tempore cauterium cruris dextri parti interiori affixum, non possum non summopere laudare, *Jo. Zacchiuss consult. 35.*

Hujus mali maxima habenda est ratio, cum mulieres quas exercet, steriles ut plurimum reddere soleat, vel etiam gravidis abortum parere remediis usitatis peractis. Si vitium adhuc pertinaciter persistat, Electuario mihi hoc in casu sæpe felici cum successu usurpato utatur:

℞. Gummi arabic. tragacanth. corall. utriusque,

que, an. ʒij. ciner. putamin. ovor. C. C. sem.

Pro revulsionem laudo vomitum cum diafaro Fernellii ad ʒb. detur ex aqua malsa, vel

℞. Rad. asari ʒb. detur cum oxymel.

Pro derivatione materię per alvum conveniens est medicamentum julapa, in hunc modum.

℞. Julap. pulv. ʒj. cinnamom. pulv. ʒb. m. & cum jure pulli F. potio. Deinde pro præparandis humoribus sumat singulo quoque manè tria cochlear. oxymel. simpl. per v. aut vi. dies: deinde sumat ʒb. hydragog. min. Fernell. vel in bolo cum sacch. vel cum pauco vino: his ad exsicccandum corpus & roborandum ventriculū, decoctum salia parill. cum pauco ligno guajac. confectum sumat per 15. aut 20. dies, & procurat sudorem semel in die, ut materia revellatur ad cutem; id quod Galen. procurabat facere in uxore Boethii lib. de Præcognitione, fricando corpus melle cocto, & etiam linteis primò lenibus, postea asperioribus: derivetur quoque materia ad urinam, quod fecit Galen. ex decocto rad. asari & apii: venter quoque si tumet & mardet, arena calida exsiccare debet: id quod Gal. in uxore Boethii fecit victus, denique sit exsiccans, & quàm minimum bibat. *Rodericus à Fonseca. tom. 1. consult. 4.*

Nonnunquam evenit mulieribus pituitosum profluvium, cum pituita per alias partes denegetur exiit, hæc per dorsum ad uterum desluit. Siccabimus in his caput & siccabimus illam pituitam decocto guajaci & syrupo Montagnanæ. Nam sicut & suffumigis curationem recipitur, inquit *Hippoc. de morbis mulierum. Jo. Heurnius ad aphor. 56. sect. 5.*

℞. Fimi asini m. iv. macerentur aq. rosac. magna rejiciatur, & cum sacch. f. syr. cujus in hoc affectu admirabilis vis est. Paretur etiam Syrup. ex succo urticæ mollis. Pro suffitu plurimum valet rasura ebor. carbonibus injecta, commendatur hoc facile paratu. Accipitur ebur tenuissime in lapide porphyrio pulverisatum, & propinatur ex aqua chalybeata. *Guil. Ballonius, comment. ad hist. 2. lib. 2. consil.*

Nos sæpius hoc remedio hunc morbum sanavimus, nempe nucis pineæ decocto cum ligni visci quercini portione in potu administrato: mirabile remedium est huic morbo, sicuti nos pluries observavimus. *Dominic. Panarolus obs. 48. pentecost. 2.*

Fluore albo mulier quædam mediæ ætatis laborans diuturno & copioso, sic curata est.

℞. Pilul. assajaret. & foetid. an. ʒj. cum succo artemis. F. pil. v.

℞. Pulv. aromat. rosat. ʒj. ras. ebor. & C. C. an. ʒj. cortic. citri sic diamargar. calid. an. ʒb. galang. cyper. an. ʒj. ciner. spong. combust. & lota aq. pecul. rosac. ʒb. sacch. ʒj. f. pulvis. Capiat coch. j. mane ante ingressum balnei. Balneum tale ordinavi.

℞. Rad. bistort. lapath. an. ʒij. gallat. malicomi an. m. j. fl. chamæm. melil. ros. rub. fol. absynth. an. m. j. aluminis ʒij. sal. ʒj. tartar. p. j. f. decoctio pro incessione in balneo. Utatur in dies hora una in hypocausto calido & sic fuit pulchrè sanata. *Felix Platerus obs. lib. 3. pag. 781.*

His pessis sæpe usus sum in fluore uterino ad expurgationem illuviei.

℞. Fell. vaccæ ʒj. rad. asar. agar. cinnam. an. ʒj. succ. mercurial. ʒj. coq. cum melle pauco reliquisque permittis f. instar unguenti ad facculos implendos. *Felix Plat. obs. lib. 3. pag. 782.*

Conses albi præmissis universalibus quibusdam

Tens. II.

appropriatis emendantur, qualia sunt apud obfetricem gallicam. *pag. 83.* sem. cirulli, si singulis diebus numero xii. deglutiantur superbibito haustu lactis, vel

℞. Camphor. ʒb. scobis ebor. ʒj. aq. ros. nymphææ, an. ʒb. m. & repetatur sæpius pro dosi *Wolfgangus Hoeserius cap. 1. lib. 7. Hercul. med.*

Mulier quæ integro biennio fluxu albo laboraverat, accepit nucem moscatam, ejusque assatæ & divisæ partem ʒ. manè, alteram ʒ. vespere adsumpsit; sicque continuando sanata est. Hoc ipso remedio utebatur quoque Tho. Erasius in sistendis mensibus nimis & fluore albo. Ceu singulari experimento. *Hieron. Reusnerus observ. 101.*

Quædam jam aliquot annis fluxu albo consiliata hac ratione convaluit, accipiebat cineres fermentorum vitium, & aquæ injiciens pedes fomentabat vespere immediate antequam cubitum iret, primoque die deglutiebat grana juniperi tria, altero v. tertio vii. semenque præterea urticæ adsumebat. *Idem obs. 103.*

Mulier quædam quadragenaria diuturno fluore albo laborans, post multa remedia frustra tentata, pisana laxante per mensem integrum singulis diebus usurpatâ, protinus liberata est.

Pisana compositio talis fuit.

℞. Sem. muadat. ʒj. sem. coriandr. præp. liquirit. ras. an. ʒb. aq. fortis in qua tamarind. ʒij. ligni lentisemi, ʒj. bulliant cyathum unum, intendantur frigida per noctem, & colaturam capiat manè duabus horis ante passum. *Lazarus Riverius, obs. 81. cent. 3.*

Mulier quædam à septem mensibus fluxu muliebri seroso laborabat, quam curavi intra quinque septimanas, exhibendo singulis octo diebus gr. viii. resin. jalapæ: educta scilicet f. rosa illuvie, à qua pendebat affectus. Deinde recidive occasio sublata est usu sequentis opiata.

℞. Conf. ros. antiq. ʒj. conf. absynth. ʒj. pulv. elect. triasant. & aromat. rosat. an. ʒj. coral. rub. præp. ʒb. theriac. vet. ʒj. cum syr. de rosis siccis: hæc opiata: de qua sumebat ad magnitudinem avellanæ singulis diebus hora somni per longum tempus. *Simeon Jacoz. obs. 8.*

Hic Syrupus bonus est & utilis in hoc affectu.

℞. Fl. artemis. matricar. meliss. beton. saly. origin. eupator. asari, an. m. j. cumini anis. ammeos: sem. rutæ, carvi, an. m. j. enulæ siccæ m. iv. cal. aromat. galang. zedoar. cinam. an. m. b. bistort. gull. mosch. doronic. viol. citrinar. an. ʒij. liquir. ʒb. bulliant omnia in ʒss. xii. aq. usque ad mediæ consumptionem. Deinde cum forti expressione colentur, colaturæ addatur aceti ʒss. sacch. ʒss. xv. coquantur ad debitam consistentiā ut f. Syrupus: cujus dentur manè ʒij. cum aq. absinth. bet. & meliss. an. ʒj. & tardetur cibus post ipsum horis 4. *Barthol. Montagnana cons. 214.*

Puella quædam octodecim annorum fluore albo diu laborans, post multa & varia remedia quibus per annum integrum usa est, hoc uno sanata est. Sorbebat jejuno stomacho ovi vitellum recentem aq. rosacea exceptum, & intra quindecim dies sana evasit: cæterum album ovi prædicta aq. rosac. concussum, & jejuno stomacho exhibitum non solum ad album fluorem facere, sed gonorrhœam sanare, satis sumus experti. *Amatus Lusitanus curat. 12. cent. 4.*

De Puella octenni fluore albo laborante.

Puella nobilis octennis, habitus corporis gracilioris, cortiebat per tres menses fluore muliebri, f. albo mensium fluxu; (qui, referent *Hochstettero*, Augustanis puellis, etiam parvulis virginib.

G g g g 3

virginib. familiaris esse solet,) ex nimio atque continuo sacchari usu, quo à pueritia assueta erat, & somno, cui indulgit hactenus contracto, cum pallore faciei & labiorum, cephalalgia gravi, respiratione anhelosa, palpitatione cordis, lassitudine gravativa, appetitu penitus prostrato, ac metu ne malum hoc in cachexiam aut atrophiam degeneret, idque ob depravationem nutrimenti sanguinis. Parentes de salute filiolæ non parum solliciti, consilium implorabant meum. Ordinavi varia, quæ aliàs cum felici successu in hoc affectu adhiberi sciebam, obstructiones referandos, ac intemperiem corrigendam, optima tandem observata diæta, præscripsi vinum medicatum, ac postea tincturam coralliorum cum spiritu liquorum præparatam aliquoties exhibui, & ægram præter parentum opinionem divina benedictione optimæ sanitati restitui, quæ adhuc superstes atque incolumis vivit. *D. Job. Matth. Nerteri.*

De fluore albo in puella sex annorum.

Filia Civis cujusdam honesti sex annos nata, corpore erat cachectico, inquirenti in causam hujus cachexias, narratum mihi fuit emanare ex pudendis hujus filie materiam albicantem, quæ fluori muliebri simillima erat; ulcus enim adesse nulla signa denotabant; purgavi ergo illam per epicrasin infuso rhabarbari, & deinde tincturam coralliorum in liquore aliquo convenienti per aliquot dies exhibui, & sic Deo benedicente, feliciter fuit restituta. *D. Casp. Kolichen.*

De fluore muliebri croceo.

Nota mihi est Matrona Nobilis, quæ singulis mensibus ordinariò non sanguine, sed materia serosa crocea purgatur, hæc materia linteamina si tangit, nulla lotura debilis existit: cæterum bene valet, nec ullum incommodum sentit, nisi quod sterilis existat: lochia aliàs flava esse rarum non est, præsertim si puerperæ crebrius in cibis & condimentis croco utantur; exinde enim lochia sæpè flavescere observavi. *Dom. Alardi Hermannii Cummeni.*

De fluore albo curato.

Scorbuticæ matronæ, fluore mensium albo fatigatæ, cum variis ex arte præscriptis remediis non satis ex voto procederet sanitas, consilio amici electuarium præparari iussit quod ex Abbate Italo acceperat, non huic tantum malo sed stomacho roborando, ruborique faciei profuturum, me tamen prius consulto. Dissuadere usum non potui, cum, præmissis quæ ex methodo præcedere debebant, electuarium hoc ex aperientibus ventriculorumque roborantibus compositum viderem. Nonnihil tamen à me immutatum fuit, cum à manu medicarum rerum non adeo perita scriptum esset.

℞. Limaturæ chalyb. pæp. & nutritæ in aceto commun. per novem dies ℥ij. myrobalan. chebulor. indor. belliric. emblic. nucis moschatæ an. ʒv. sem. nasturt. ind. ameos herb. origani piperis oliban. zinziber. pulv. tamarind. spic. nard. squinanth. rad. ciper. an. ʒij.

Contude contundenda, tere terenda, imprimis myrobalana, contundantur cum ol. amygd. dulc. quod deinde profus abstrahatur ut sicca sint,

exinde in pulverem terantur. M. f. l. a. electuarium.

In mulso, vel vino, alternis diebus exhibendum quantitate nucis. Mucamentis præsentia probatum, non malè cessit Matronæ honestissimæ, usitatis antea medicorum experientiarum.

Aliàs non unam fluore albo afflictam restitui vino medicato ex aperientibus & uterinis, denique decocto rad. chinæ. Inter rara experimenta, & sæpenumero feliciter probat adversus albas mulierum fluxiones, hoc accepi in Italia; cremorem nempe seminis lactucæ prius maceravi in aqua extinctionis chalybis, addito pulvere eboris in tenuissimum pollinem reduct. *D. Thom. Bartholini.*

Smegma uterinum.

Catharina Frowde, post sterile conjugium, ab obitu mariti ad secundas transiens nuptias, prægnans tandem redditur circa annum ætatis prope quadragesimum, infelici eventu. Postquam enim primis gestationis mensibus causo afflictâ pænissime in rationes Libitinæ venisset, ultimo sanè mense de doloribus uteri, febre vaga, torminibus horrendis conquesta Celeb. Vir. D. D. Simonem Paulli mecum (ut quorum ante fructuosè usa fuisset consiliis) advocavit qui excretorum novitate, & gravitate symptomatum impediti serius accersitos nos ostendebamus, nec jam immedicabili malo posse occurri. Duravere parturientis dolores per plures omnino dies, omnem movente lapidem obstetrice Regia, ut infans, quem exunctum certis signis docebat, protraheretur in lucem. Sed conatus patientis succubuerat; Prodidit autem ex utero interea plurimum liquoris crassi, densique, colore ita albo, ut nivem provocaret, odore nullo. Dixisses vel Smegma Venetum albissimum modico humore subactum, vel delicatissimi generis pomatum, quod vocant. Adnovimus candellæ musitatum hoc spissamentum, quod tantum abest ut arderet, ut strepitu etiam candellam exstingueret. Tandem mors peregit mandata, & nos de crassamenti hujus natalibus ambiguos reliquit. *D. Olai Borricii Profess. Regii Hassniens.*

Lympha uterina acris salsa & subinde caustica.

Dici vix potest, quàm varius sæpe humor per inferna & naturalia foeminarum desillet, si ve colorem seu acrimoniam spectes. De colore mensium variegato res foeminas quàm Medicis notior, non enim omnia effutunt, & ne hoc faciant putant se religione prohiberi. Acrimonia verò adeò sæpe invalescit, ut infiar cauterii lentè proserpentis vicina depascatur fibrarumque carnearum, quibus ipsis magis est inimica quàm solidioribus particulis, solvat contextum, atque hoc à levibus & vix cognoscendis principis. Primum enim, quæ sanguinem fundit colliquatque acrimonia muratica salsa, nisi maturè reprimatur, auctis deinde gradibus lixivam causticamque induit naturam, & post hæmorrhagias fluore-sque versicolores texturam corripit solidi, inque tabum liquidum subinde resolvit; imprimis quando à fermento venereo naturalis acrimonia contagium accepit. Hic autem velim observent naturæ custodes

custodes, quàm huic plerunque loco acrimonia sit vernacula, & velut in fermentum seu pignus generationis concessa. Distillat nimirum ab interna uteri superficie vaginæque rugis tubulatis ros quidam nitrosus, generationis seminarius, qui junctis tandem particulis in humorem se colligat salsum muriaticum, tam copiosè aliquando fluentem, ut menstrua mentiatur alba. De hoc vidi conquærentes feminas, tamen Virgines, quòd ordinatum sæpe mensium fluxum copia exsuperet, totoque inde tempore duret, non mutato propterea sanguinis menstrui ordine, prodire autem non fluoris tantum, sed & grumorum gelatinosorum specie. Narravit mihi femina fidei probatissimæ, sibi, cum virgo esset, menstruis cum Lunâ euntibus fluorem plerunque successisse album, frustulis crassioribus & instar albuminis ovi cocti comitatum, neque ante defuisse hoc vitium (si ita vocandum est, quod sine ulla valetudinis labe corpus succulentum occupabat,) quàm cum Viro confuisset, tum enim suppresso illo fluxu menstrua sola ordine profluxisse. Illa tamen ipsa, cum aliquando rei novitatem suspiceret, ex grumulis, qui naturam atque inter femineum inquinare solebant, unum manibus oculisque exploravit, reperitque materiam albo ovi cocto planè similem, cumque curiositate ductâ digitum ori admovisset, tam perdidit acrem, ut quovis lixivio certare posset, infectumque os frigida diluere necesse haberet. Ego quoque, cum Juvenis Anatomica sequeretur experimenta, lympham ejusmodi viscosam crassitudine urticæ marinæ æmulam in vaccarum uteris, præsertim circa osculum internum & vaginam deprehendi; excussa uteri vaginæque superficie interna tubuli oculis obvii erant, qui ad cultelli flecturam humorem sudarent viscosum, non aliter ac rasæ cutis post pressionem solet. Atque illum humorem esse arbitror, qui degeneri & ferina acrimonia contextum tandem destruat solidorum, viscerumque crassim immutet. *Job, Nicol. Pechinus in observ. Physico-Medic.*

Anatomica Inspectio.

Elizabethæ Anglæ quinquagesimum jam agentis ætatis annum menstrua octennio ante fluere cessarunt, nunc inde ab anno redeuntia, sed inordinate: per tres menses eodem fluore corripitur albo, copioso, summaque cum virium debilitate, sensim arcto, adeo ut stanti ambulantiq; semper invitæ quid destillet: acrimonia humoris abditæ naturæ loci multum erodebantur, urinaque juxta supprimebatur: inde grumi sanguinis prodierunt, ingenti cum dolore, præsertim in hypochondriis; alvus per quinque continuos adstricta erat: adhibita autem incassum fuerunt à Medicis excellentiss. pharmaca: tandem supervenientibus intolerabilibus circa pubem & anum cruciatibus, & vomitu materiæ biliolæ mortua est.

Dissecto post mortem cadavere sequenti notavimus, 1. Omentum tenue, sine pinguedine. 2. Ventriculum magnum ac valde capax, bilioli humoris plenum, internè rubentem, & mulus quoque glandulis conspicuum. 3. Intestina tenuia in inguine sinistro contracta penitus, & crassa tum flatibus tum duris excrementis distenta, præterea variis in locis veluti

occlusa. 4. Pancreas cinerei coloris, durum tactu. 5. Lienem coloris nigricantis, & 6. Hepar pallidum, ad flavedinem biliosam vergens, nec sanguineo rubore tinctum: 7. Hujus vesiculæ copiosa bilis inerat: 8. Glandulæ in regione lumborum plures conglobatæ, atque alæ prope uterum, valde duræ erant, humorem crassum, sebaceum, flavescens & puri analogum ex se fundentes, quo & vasa lymphatica distenta turgabant. 9. Venarum sanguis tenuissimus fuit, sero multo dilutus. 10. Cordi polypus erat. 11. Pulmones sani; 12. Ren sinister duplici cavitate, pelvim efformante, præditus. 13. Vesica urinaria lotio adhuc turgens. 14. Uterus arcte undique partibus vicinis adhæsit, fundo ejus cum recto intestino, vesicæque urinariae juncto. 5. Circa testiculos, utroque in latere, hydatides sat magnæ consuebantur, lymphæ turgentes insipida: Ipsi testiculi purulenti & ulcerati fuerunt, nec tubarum processus rite apparuit: liquor in arteriam spermaticam injectus, omnia uteri & vaginæ vasa implevit, indeque levi compressione, cum x utero, tum è vagina manavit: uterus magnus erat, intrinsecus rubeus, exulceratus, excoriatus, pule factus, inque sinistram magis latus inclinans: ulcus extra uteri portæ, in viciniam quoque vaginam serpsit, nam ista, quasi gangrana tacta, profus nigricare visa est: vasa uteri omnia crasso turgabant. *Ex lite is à Clar. Joh. de Miralto, Tig. r. Medico & Chirurgo die 27. Augusti 1677. ad Nobil. D. J. Conradum Fejer, Medicum S. h. ph. s.*

In Anglia muliere quæ Leucorrhœa per plures annos decubuit, & tandem corrosivis matricis ulceribus misere obiit, unâ cum Clariss. Sylvio 14. Maii 1668. Lugduni Batavorum, glandulas totius corporis omnes lymphaticas, seu conglobatas, duriores siveque exiisse, & humorem crassum, sebaceum, luteum, puri analogum continuisse: vasa vetò lymphatica valde repleta & distenta fuisse deprehendimus, insuper ad testes, in tubarum extremitate hydatides utrinque magnæ aderant. *Joan. de Miralto Exercit. de Lympha & Saliva.*

Mulier 40. ann. ex partu laborioso fluore albo se laborare conquerebatur: dolorificus valde hic fluxus, nec uniformis hic semper, cum tenuis modo, viscida magis exiret materia, diversi coloris odorisque: injectiones hinc adstringentes variæ à Chirurgis variis adhibitæ, ast sine ullo successu: postquam enim per 14. septimanas misere sic vitam egit, abiit tandem exhibuitque corpus dissectanti uterum omnimodo purulentum, non uno loco materiam ex fundo ipso abdominis cavo communicantem: dissectio hæc instituta 22. Febr. 1675. *G. Blasius p. 50. observ. med. 3.*

Dec. 2. 1675. aperui cadaver mulieris 30. annorum: fluxu hæc laboraverat albo jam per 7. menses, qui ultimis temporibus gravis admodum & dolorificus, materiæ foetidissimæ. Urinam parce admodum exercebat, nec unquam sine dolore: dissectus venter vesicam urinariam offerebat mirum in modum distentam, urinæ insigni quantitate repletam, capitis humani magnitudini fere accedebat, ad umbilicalem regionem se extendens: ossium pubis margini firmiter undique adnata; incumbit hæc uteri non solum vaginæ, sed & fundo, imo pondere suo partem utramque graviter adeo comprimebat, ut non rotunda, aut saltem le-

potius sinuosa observata fuerit: fundus ipse substantiæ licet debitæ, vix à statu naturali recedens, parte antica atque postica digiti transversi laterali utraque duplicis digiti crassitiem habebat: hinc ampla valde quamvis ipsi incumbens vesica, extensio ejus tanta ut utriusque manus digitis vix tēgi valeret: vagina ab extremo pudendi usque ad orificium internum ulcere sordido affecta notabatur, scatebat hæc materia purulenta, summe foetida, cujus etiam aliqua portio ipso in ventris cavo loco eo ubi vagina dicta intestino recto cohærebat, reperiebatur, eò quòd consumpta substantiæ uteri particula materiæ illi concessus fuerit exitus, omnibus locis gravis æque hujus vaginæ exulceratio; levior quæ vicina magis orificio externo, gravis quæ interna: nec tamen ab ulcere quamvis liberæ magis pars antica vaginæ dictæ, alienæ constitutionis omnino expers reperiebatur, duritiem enim insignem hic reperiebamus, imò & crassitiem, utraque tanta ut substantia vix minimi digiti crassitiem habens naturaliter constituta, duorum pollicum crassitiem superaret, cartilaginosa fere constitutionis: atque huic substantiæ hujus cum crassitie, conjunctæ duritiæ excedenti, urinæ suppressionem, aut saltem, parciorem excretionem, hinc vesicæ urinariæ extensionem summam, unice adscribendam ducebamus, angustato scilicet ab uteri substantia dicta meatu urinario eidem continuo. In latere dextro tuba uterina, circa extremitatem eam quæ ab utero est remotior & amplior, inflammata valde, toto reliquo corpore purulenta omnino, omni cavitate destituta, purulentus itidem testiculus. In sinistro utraque pars à statu legitimo notabiliter haud recedebat: in utroque testibus vicino, cornibus uteri adhærebat vesica, quarum dextra ovi gallinacei magnitudinem habebat: liquore gelatinoso, pellucido, subflavo, repleta; sinistra vix juglandis, aquosa magis; ren uterque sero mire extendebatur, forsitan quòd urinæ excretio aliquamdiu parciore fuerit: ureteres amplius itidem, vesica fellis insignis quoque magnitudinis, bile turgida, hepar bonæ notæ, pancreas quoque lienis mira structura, numerum sive spectes figuram: ille duos exhibebat lienes intime connexos, sic ut nonnisi singulari adhibita circumspicione separari potuerint: hæc locis variis incisam substantiam, adeoque quasi in lobos quosdam parte ea quæ ventris anteriora respiciebat, divisam, imò in liene hoc, duplici ex corpore dicto modo composito, appendicula singularis etiam observabatur, quam lobum ejus vere nominare licebat: circa renem sinistrum nucis moschatae magnitudinem habens globosa occurrebat substantia, vasis mire irretita, dissecta hæc lienis substantiæ similis observabatur. Cordis ventriculum dextrum insignis admodum occupabat polypus, tenax valde, albus, fibrosus, extendebat se ad plurimum digitorum longitudinem in arteriæ pulmonalis interiora: mediastino circa pericardium utroque latere, vesiculæ variæ statu turgidæ adstabant: in inguine sinistro glandulæ, quæ aderant, naturali in statu inveniebantur, quæ in dextro duplicis juglandis similitudinem referebant exteram faciem spectantibus, licet valde essent inæquales: dissectæ plurimis ex particulis, albidissimis, facile digitis resolubilibus, singulari tunica investitis compositæ videbantur: cor, renes, partesve aliæ variæ maculas ha-

bebant, in tunicis se manifestantes, subnigras, lineas albicante circumscriptas.

Ulcus dictum uteri, hinc fluor purulentus vesiculæ circa vasa pampiniformia, glandularum in inguine intumescens, quæque alia huc facientia adduximus, quam causam habuerint, meum non est determinare, eò quòd nonnisi viribus diuturnitate afflictionis omnino destructis, adeo ut etiam vix verbum proferre valeat, in Nosocomium delata fuerit defuncta nostra, lymphæ singulari vitio, simili omnino illi quale luis veneret, præcipuam si non unicam causam, variis rationibus moti habemus, plurimum hic tribuamus multa ex dictis suadent: Hæc an correpta fuerit defuncta dicere non possumus, hoc hic monuisse satis sit, vel sanguinem suis à causis corruptum, (etiam non raro à malignis, quas inter seminum palmam ducit) lymphæ dispositioni prævaræ, ac speciatim magis coagulationi singulari, hinc circa glandulas, aliaque loca, ubi ductuum ejus motui destinatum copia collectioni, aliisque inde productis vitii occasionem præbuisse, licet nec ipse partibus aliis humoribusque pepercerit, sic ut non solum vitia alia in muliere hæc observata, verum & uteri ulcus ipsum ex sanguinis lymphæ constitutione præternat. originem duxerint, vel ex impuro congressu, semine prævi in utero detenti corrosiva vi ulcus uteri primò, hinc ex hoc sanguinis lymphæ vitia, quæque ab eis produci posse diximus, dependere. *Cerasus Blaius part. 5. Observat. medic. 9.*

Sæpius vidimus in dissectis cadaveribus puellarum seu virginum, & aliarum mulierum profluvio uteri albo, dum viverent, laborantium, quæ ob alium aliquem morbum gravem extinctæ fuerant, in utero enim earum humorem limpidissimum invenimus, qui è cavitate ejusdem guttatum stillabat per verum collum in sinum pudoris, in quo candorem tantum acquirebat, ut cretam aut calcem dissolutam in aqua dixisses, & ejusdem mixtionis crassitiem quoque, in aliis majorem: an verò id fiat, id est, ista albedo & inspissatio humoris antea tenuis & limpidissimi, acquiratur coctione aliqua, vel aëris externi appulsi: frigidi potius ut videtur, aliis judicandum proponimus. *Severinus Pinus de Notis virginitatis lib. 1. problem. 3.*

FLUXUS HEPATICUS.

DE Fluxu Hepaticò jam quidem supra capite de *Diarrhæa* aliquid attulimus, & alia videri poterunt ex Clariss. *Essmullerò*, sub titulo *Intestinarum Morbi*: verum materiam non sic exhaustimus; de eò itaq; rursus in præsentiarum quædam restant adducenda, ac primò Clariss. *MENJOTII* Medici in Galliis Regii, *Dissertationem Pathologicam de Dysenteria Hepatica*. Secundò *Excell. MARTINI CARCEI Considerationem Medicam super Hepaticò Fluxu*; &c.

ANTONII MENJOTII Dissertatio Pathologica de Dysenteria Hepatica.

In genere quælibet cruoris per sedem excretio, dysenteria nomine insignitur, ac Galenus quadruplicem ejus speciem commemorat, videlicet intestinalem, sanguineam, melancholicam & hepaticam.

Primò dysenteria intestinalis quæ verè & propriè talis est, ideoque dysenteria sine ad-

juncto

haud ab organico, sed à simili morbo per se oblectitur. Cruenta ista ventris proluvia (signum hepatitidos pathognomicum) καίλις περιπλοισίσι (Erythros ab Hippocrate dicitur, forsitanque legendum παρὰδρσι cum prærubra non sit, sed subrubra, nec tam sanguis, quam sanguinolentus ichor effundatur.

Subiectum huiusce affectus est partim parenchyma hepatis, præcipua videlicet huius pars, cui actio sanguificandi fuit demandata; partim venulæ per jecoris substantiam numerosâ sobole disseminatæ, quarum usus est cremorem in ventriculo confectum ad consummatam usque conversionem amplecti. Quia autem propagines origini suæ condolefcunt, hinc fit ut illa virtutis retentricis κατὰδρσι universo generi venoso interdum communicetur, nec sanguis modò per alvum, sed etiam per nares, os, uterum, urinas hæmorrhoidas, adeoque cutem ipsam specie sudoris elabatur, præcipue cum facile propter tenuitatem, vel tunicas vasorum permeet, vel ipsorum orificia recludat.

Inde etiam ratio petenda est, cur aqua hydropicorum ventre pariter non effluat, aut saltem id non sit de essentia hydropis, sed ἢδὲ φανέρησον, licet in hydrope gravius ostendatur vis αἰματωποιητικῆ, quàm in hepatitide, illique mera aqua, hic sanguis saltem ἀκροουπῆ leviter & quasi in superficie coctus scaturiat: causa enim est quòd in hydrope incolumis persistet virtus contentrix quæ in hepatico fluxu collapsa est, maximè in cavis hepatis quæ sunt ejus portæ. Neque enim credendum inelaboratum sanguinem infra deponi quòd sit simpliciter dissentaneus atque ἀδρσι, cum magis gratiofus sit, quàm aqua hydropicorum; nec etiam quòd propter viarum obstracula imperfectè distribuatur, ita ut vitium istud mixtum sit, partim ἢδὲ, partim ἢδὲ. Nam hydropicorum vitæra magis impedita sunt quàm hepaticorum, ac ἢδὲ ἢδὲ non in obstructione jecoris, sed in ejus ἀδρσι suam habet ἢδὲ. Quinimo si naturam ἀδρσι ἢδὲ ἢδὲ attentius consideremus, videtur potius pendere à casu virtutis retentricis in hepate quàm coctricis; siquidem fieri potest ut hæc ex accidenti atque secundariò solummodò deficiat, nempe quòd chylus in hepate, sicut cibus in ventriculo ob everfam retentricem lenterico, non satis diu detineatur, nec tempus ἢδὲ ἢδὲ æquale sit tempori ἢδὲ. At vis jecoris κατὰδρσι ex se ac primariò semper corrui in hepatico fluore; hæc namque salvâ, qualifunque sit lapsus virtutis concoctricis αἰμα ἢδὲ sanguis quidem aquosus ac perliquidus procreabitur, sed is alvo non excidet, uti nec serosa ἢδὲ colluvies. Hancque veritatem evidenter demonstrat hepatici morbi medela, quæ præsidus non tam coctioni per se opitulantis, quàm astrigentibus ac præsertim corallò vim retentricem firmante, perficitur.

Dicet aliquis, si ob imbecillioem coctionem sanguis in hepaticis gignitur ichorosus: ergo in sanis consimilem quoque sanguinem necessariò creari, antequàm complementum suum ille attigerit, cum omnis coctio gradatim fiat. An infirmatâ per hepatis morbos hæmatosi, fabricatur sanguis non solum præstantiæ gradu, sed suâ quoque naturâ à legitimo sanguine discrepans, sicuti se habet pituitæ coctio in ordine ad sanguinem? An

verò hepaticorum sanorumque sanguis formaliter idem est? sed in his ulteriore coctione accidentaliter perficitur, in illis incoctus & crasse adumbratus permanet, propter hepatis impotentiam partes suas perperam agentis: haud secus ac fructus priusquam integrè maturefcant, propriâ ac substantiali formâ vestiuntur: quid enim obest in valentibus similiter ac in ægris crudum generari sanguinem? in illis quidem insensibiliter & ad tempus exiguum, in his autem sensibiliter & cum perseverantiâ ob hepatis ἀδρσι.

Tonus propriè dicuntur nervi, & quemadmodum per metaphoram nervus pro robore usurpâri solet, sic Medicis tonus partium, est earum vis, quomodo Galenus scripsit senibus imbecillum esse ζωτικὸν πένον, & πνευματικὰ medicamenta vocantur quæ vulgò corroborantia. Eademque licentiâ Hippocrates Cratevam radicifecum jubet ut remedia ad Democriti curationem mittat in fistilibus novis rite obturatis inclusa, ne perdant τὸν πένον ἢδὲ φαρμακτικὴ ἀσπὲρ ἀπὸ ψυχροδύτου: imo πένον ad animum aliquando etiam tranfcitur, agnovitque Chrysippus facultatem quamdam animæ à rationali diversam, quam tonum nominavit, & quæ esset ἢδὲ ψυχῆς ἢδὲ, ἢδὲ, ἀπὸ τῆς quæ quis à proposito cum ratione suscepto non facile dimovetur. Tonus autem membrorum atque soliditas opponitur debilitati, laxitati, flacciditati, ac mollietati: resultat enim ex qualitatibus etiam secundis, quas alii modos substantiæ appellant certâ mediocritate inter se commixtis; cumque qualitates secundæ sint primarum progenies; idèd toni solutio sequitur intemperiam; eamque prægrandem admodum ac intensam. Et quòd maximè observandum, ab immoderatione qualitatum elementarium sanguis quidem producit vel putridus, vel intemperatus, vel impurus, putâ pituita, bile aut melancholiâ conspurcatus pro qualitatibus ἢδὲ; ac minime ἢδὲ qui vix sanguinis essentiam possidet, sed quodammodo ambigit inter serum & sanguinem, atque ad illud magis quàm ad hunc vergere videtur. Itaque excellens hepatis intemperies non asciscit sibi fluxum hepaticum, nisi quatenus hepatis calidum insium vel exstinguit ut potus aquæ glaciæ, vel discutit ut phlegmone hepatica, febresque diutinæ; eodem pacto quo ambientis caliditas potentialem vini calorem dissolvit: quin etiam ob immodicas evacuationes calorem ac spiritum, non turbatâ primarum qualitatum harmoniâ, exhaustientes, hepar non raro ἀδρσι; unde Galenus virtutem partis à temperie merito distinxit, quòd illa in calido innato, hæc in commoderatione primarum qualitatum consistat.

Si ἀδρσι hepatis proximè penderet ab exuberantiâ primarum qualitatum, non esset expositu difficile, cur inter virtutes hepatis, sanguifica ac retentrix pessum eant, stante tractrice atque expultrice, videlicet ob naturam intemperiei quæ huic potius quàm illi potentiaæ adversatur: Ut enim diversæ facultates, diversis gaudent temperamentis, sic à variis quoque labefactantur intemperaturis: Sed quia in jecoris ἀδρσι diximus immixtum calidum ejus ἢδὲ quod est commune instrumentum omnium facultatum, harumque quasi primus motor, quæritur cur omnes hepatis vires eadem ruinâ non involvantur. Pro dubii solutione duo notanda sunt, primò coctionem inter actiones naturales esse validissimam, utpote quæ objecti sui naturam plane immutat: secundò retentionem esse functionem multò diuturniorem quàm sit attractio atque expulsio,

pulsio, cum hæc duæ operationes, potissimum expulsiō breviter peragantur, quemadmodum, inquit Galenus, idem homo qui sufficit deieciendo oneri, gestare id totâ die non valet, sic internis organis extrudere quod contristat, quam res amicas diu continere facilius est. Hoc posito dicimus, ad coquendum atque retinendum exigi pleniorē calidi mlii copiam quam ad trahendum atque expellendum, ideoque in hujus indigentia coctionem atque retentionem primùm ac maxime languere; sicut motus animalis paucâ spirituum animalium irradiatione intercidit, tactu incolam, quod ad motum quam ad sensum liberatiore opus sit cerebri influxu.

Morbum hunc hepaticum in jacturâ calidi primigenii positum, sympathicâ advenire potest non est, sed necessariô idiopathicus existit, licet interdum deuteropathicus: nam cum partes omnes alvo contentæ, exceptis membris genitalibus gratiâ hepatis constructæ sint, eique famuleantur; illis a-grotantibus, hepar prompte trahitur in consortium, hinc dysenteria hepatica intestinalem quandoque consequitur.

Fluxus iste, si dicere liceat, aqueo-sanguineus aut simplex est, aut ex chyloso, purulento, bilioso, tuitoso, vel melancholico compositus juxta aliarum affectionum complicationem ac variam hepatis intemperiem.

Titubante dictis de causis sanguificatione *ὀμαματωδία* hepatis rejectanea frequenter nec accervantur, verum per plures dies alvo funduntur, citra ullum visceris vel tumorem vel dolorem, aliamve quamvis querelam, nisi ex eventu consocietur; puta jecore gravato, aut flatibus distento levis molestiæ sensus protendatur ad mendas costas. Non autem totus sanguis ventre fugit, secus homo non viveret, sed elaboratur quædam ejus portio in venis superest, quanquam ea quoque sit *ἀδηνή*, ut loquitur Hippocrates, id est imbecille nutrens instar vini *ἐλάτου καὶ ἐλιγυφίτου*, quo etiam sensu diæta *ἀδηνή* dicitur Hippocrati paucum exhibens nutrimentum: cumque sanguis non modò sit *παντων τροφή*, sed etiam *παντων θεμελιὸν καὶ παντων χροῖν*, ut ait Aræteus, nil mirum si partes hæc solum alimento cassæ intabescant, aut cachecticæ evadant, sed algescant insuper ac decolorentur, nec non quoque citra bilis suffusionem flavescant more plantarum sole diutius everberatarum, succoque nutritio defraudatarum, aut ad instar vini ob perditos spiritus enervati, quod citrino colore tingitur, ac ut ita dicam *ἰσχυρῆται*. Interdum autem post excretionem serosam paucò tinctam crure, venâ aliquâ à sero corrosâ, sanguis coloratior dimittitur; atque etiam Galeno autore, limus sanguinis crassi refunditur in confinio bilis atræ positus; isque vel à colliquatâ hepatis substantiâ, vel à diurniore sanguinis, in intestinorum mæandris intercepti, commoratione: quandoque enim duorum aut trium dierum spatio sistitur evacuatio, deinde excrementa rursus revertuntur prioribus multò pejora; vel quod *vis καχικὴ* conflagrascens primò tenuem sanguinem atque *ὕδαρ* (quippe qui arctiorem, ut retineatur, postulet circumplexionem) deinde ubi magis concidit, etiam crassum sanguinem effugere permittat; vel denique quod morbo excrecente introducat propter obstructionem & negatam ventilationem contraria intemperies calida sanguinem superaffans. Sicut autem inchoante hepatis *ἀψασία*, sanguis *ἔξ ὀσφραγῶν* quasi primam delineationem adeptus alvo ducitur, ita eadem adauctâ corrumpitur in hepate materia sanguinis, & nedum di-

minuitur, at depravatur hæmatosis, unde non amplius rudimenta sanguinis, verum deterioris qualitatis excrementa, eaque multiformia infernè & quandoque etiam supernè emittuntur: quo pacto in cœliaca passione alimenta *ἐμπλή* primùm exeunt per solam coctionis abstantiam, tandemque graveolentia ac in peregrinum habitum mutata propter putredinem cruditati copulatam. Demum ab hocce morbo febris abest nisi aliquâ cunctans chyli portione aliive humoribus temporis progressu computrescentibus, lenta accendatur, tuncque destruitur appetitus, qui ad oblata huc usque belle se habuerat.

Distinguitur dysenteria hepatica à verâ atque ulcerosâ intestinorum dysenteria cum plurimis signis notissimis, tum præsertim quod in hæc deiectiones pauciores sint, dolorificæ ac frequentissimæ, ita ut corrumpat somni tempora: in illâ copiosiores, indolentes nec creberrimæ, & tamen eò minus raræ, quò retentrix magis languida fuerit. Quæres cur hepaticam dysenteriam nullus comitetur dolor cum serum falsum sit atque pungens, ac teste Galeno, ichores sicut ex mixture elementis aquei & ignei. Respondemus cum Aristotele serum dupliciter generari aut quod *sanguis non sit perfecte coctus, aut quod post coctionem corruptus sit*. Cum itaque serum hepaticorum à cruditate fiat, non à corruptione vel liquefactione sanguinis, ideo mite est, non acre atque mordax: adde quod à permixtu sanguinis benignitate demulceatur.

Ardua est *ἡπαρίδωσις* hepatis *ἐκ τῶν κατὰ φύσιν* è normâ proprii temperamenti atque complexionis procul egressi, præsertimque in senibus hic affectus *μακροῦ καὶ δυνατοῦ* longissimus & ægre sanabilis existit. Etenim si *φύσις ἐστὶν ἐκείνη*, quæ salutis spes affulget depopulato calido radicali membri principis? Nec modò hepatis calamitosa est magnitudine causæ, partisque *ἀλλεία* nobilitate, sed subductione quoque materie ad alimoniam necessariæ, viriumque perenni inanitione: fluxus enim iste naturalem hepatis calorem in dies magis detrit, ac symptoma morbum fovet parentemque suum quasi *νόμος ἀντιπαλαρῆς* hoc est lege ciconiata sustentat; quod si incautè compescatur, vel cutanea vitia efflorescunt, comportatâ in corporis habitum serosâ plenitudine; vel febres succenduntur ab humoris suppressi corruptelâ; vel mille alia tædia emergunt. Meteorismus hypochondrii cum rugitu à congesto spiritu flatuoso, intermorientem calorem nativum denotat, sicut empycus, aliisque quàmnullis chronico morbo decedentibus contingit; nam cessantibus penè facultatis naturalis officiis, crudi humoris & flatuum abundantia jecoris *ζύμασι* supervenit; pedes quoque trahente morbo flatibus tument; sed tantò morus infauftò omine, quantò pedes longius abstant à vitæ principio quàm hypochondria.

Atque hæc de dysenteria hepaticâ dicta sunt juxta Hippocratis & Galeni doctrinam. Quod si quis ab eorum placitis ad Juniorum opinionem de vasis chylodochis, de sanguificâ cordis facultate, & sanguinis circulatione deficiat; ille crimina hepatis hic imputata adscribat cordi, notatasque venarum mæsaricarum affectiones transeat in arterias quæ mesenterium alluunt. *Hæcenus MENJOTIUS.*

MARTINI CARCEI Cumano-Hungari, *Consideratio Medica super Hepaticò Fluxu, Lugduni Batavorum Anno 1672. intenta ac viritate, eruditione, experientia, Nobilissimo, Excellentissimo, Clarissimoque Viro D. D. Carolo Drelincourtio Philof. & Medic. Dilecti, antebac in Gallis Co-ficiatio*

ario & Medico Regio ordinario, nunc Lugduni Batavor. Professoꝝ Practico & Anatomico, Præceptoꝝ publicæ & privativæ, de suggestu, & in Theatro Anatomico, sanare & secare monstranti, cum Sueda & Apolline dicenti & docenti, subtiliter curioso, & solide Docto, Promotoꝝ Magni, de studiis suis bene merito, & idcirco plus ex præcepto Dei, quam juramento Hippocratis suscipiendo: Oblata, Dicata, Consecrata.

Adeo neglectus est, quod ad cognitionem & curam Fluxus Hepaticus, ut clanculum Medicorum aulea subintret; calcitransque ægrotantium sordibus foedet, & tamen quasi larvatus foret non cognoscatur. Ita Siculus ille Medicus, de quo Galenus v. de locis affectis cap. ultimo, mentionem habet, cum ignoto sibi hoc hoste pugnabat; nec eum prius agnovit, quam à Galeno larvâ ei detractâ. Idque hâc occasione: Glaucos Philosophus, Vir insignis, compellat Galenum hunc in modum: Quoniam heri & Gorgias & Apelas mihi nunciaverunt notiones, præfagique edidisse te, quæ ad Divinationem potius, quam ad Medicinam pertinere videbantur, cupio equidem periculum facere, non adeo, ut tuam experiar doctrinam, quam ut sciam: num tantæ sit in Arte Medica, tum cognoscendi, tum prædicendi facultas? &c. Sicque ad clinicum Medicum deducit. Fatum felix! Contigit Galeno primo ingressu videre illuviem alvi saniosam, unde animo erectior factus spondam accedit, decumbentis arteriam ad carpum tangit, morbum detegit. Et dum forte fortunâ lumina ad fenestras converteret, hyssopum ex aquâ mulsâ decoctum considerat, ac de erronæ opinionione circa morbum pronunciat. Dii boni! quantum se Medicum probat? Medicis & Philosopho admirabilem, Arti Medicæ gloriosum.

Utinam sagacitas Galeni bonis medicis imitanda animis omnium insideret! Utinam Siculus Medicus solus, hostem hunc larvatum non cognovisset! Non doleremus inscitiam juniorum quatuor Medicorum Parisiis commorantium, è quibus commensalis unus suum morbum nec cognovit, nec in principio magnificet; supremum nihilominus fati diem cum oculis, (ob fluxum hepaticum clausi) loci interim ejus, ferius cum Phrygiis, sapientes, & in mortis causas inquirentes, ab oraculo Galeni quod consultum est, certiores de morbi naturâ redditi sunt. Nulli quidem cæcitas aliena visum restituit; aliena tamen pericula quosdam cautos reddunt, ex quorum numero ut sim, nec vitia excretorum contemplari Medico indignum putem, ac officiorum aph. 2. Sect. 1. præscriptorum memorem me præstem, monitoria hæc schediasmata erunt.

Fluxus hepaticus est dejectio indolens, humoris cruenti ichorosi, hostiarum recens macatarum ablutioni similis, & foetidi, ab hepatis corruptione ortum ducens. Quâ consistati, appetitu sunt prostrato, carnes oderunt, vino delectantur, febriculam aut febrem quandoque patiuntur, sibi nonnunquam urgentur, sanguinolenta aliquando per os, nares, uterum, hæmorrhoides, aut poros emittunt, cachexiâ, pruritu, hydropè abdominis aut tumore pedum ferose, infestantur.

Fluxus, à fluidorum in corpore nostro motu, denominationes variæ medicâ civitate donantur. Hinc *ῥέσις*, fluxio, id est, ipsi fluendi actio: *ῥέσις*, fluxus: *ῥέσις* fluxio fluxus, *ῥέσις* defluxus, defluxio: *ῥέσις*, defluxus, defluxivum, humor effluens: *ῥέσις* influxio, influ-

xus. *ῥέσις*, fluxus, fluentum, alvi fluor, profluvium. Sanguis ipse effluxu suo variis nominibus occasionem dedit: *ῥέσις* sanguinis profluvium, *ῥέσις* sanguinis eruptio è, naribus, *ῥέσις* ex ani vasis, *ῥέσις* cruenta alvi dejectio cum dolore & ventis torminibus. Cùm vero fluxus hepaticus indolens sit, *ῥέσις* dici nequit.

Hepaticum dicitur hoc fluentum, à parte affectâ, seu scaturigine unde manat. Hepatici enim dicuntur in genere, quicumque morbo aliquo hepar obsidente laborant; in specie veteribus, quibuscum loquitur Fernellius, qui hepaticus, hoc est, jecoris inflammatione tentatur; neotericis vero hepatici, jecinosi, & jecorici cluent, quorum hepar vitium, & imbecille evasit, citra alium morbum, unde affectus noster, *ῥέσις ἰκτερίκη*, hepatis imbecillitas apud multos audit. At hepar malè affectum esse ex sanguinis effluentis qualem notavimus, colore, notat Galenus, v. de locis affectis. Assumat Forellus, non tantum cruenta & aquosa, sed ipsam quasi hepatis substantiam dejecisses coqui ex hoc affectu morentur lib. 21. Obs. 22. in scholis. Id comprobatur experientia, conjecturis & ratiociniis potentior, cui refragari nulli nisi qui peponem loco cerebri habuerit, licet. Contigit enim Viro Excellentissimo, Anatomico curiosissimo, Practico etiam ad minima attendenti, Præceptori in Anatomicis & Praxi fido, in sui admirationem, quoties loquitur, merenti D. Carolo Drelincurtio, (quem disseverentem de hæc materiâ, publicè anno 1671. dieb. 20. 22. 23. Octobris, & privativam circa initium Martii anni currentis audiivi] fluxu hepatico denotatos aliquot aperuisse, quorum jecur ad instar pomi putris corruptum, contrectantibus digitorum apicibus, cessit & ad contactum levem diffluxit. Haud me fugit, nequaquam me assensum eorum cogere posse, (quod etiam non contendo) qui nomen hepatici fluxus ex præjudicio notum dicitant, & hepate nequaquam morbo similis fluxum aliunde ortum habere posse judicant. At longum orium disputandi de possibilibus, relinquo iis qui in utramlibet partem disputare parati sunt; bombos tamen verborum experientie stabello discutit, veritatis, aurâ distanti spectatorem me exhibeo. Notat Platerus tract. 3. lib. 2. de vitis excretorum cap. 11. Fluxum cruentum, dilutum, copiosum Dysentericæ aliquando supervenientem, sed idem in causis tinctura à fluxu hepatico eundem distinguit.

Corruptio hepatis. Hepar malè affici dicitur est, sed modorum doctrina accessu difficilis, hæc quoque acclivis habet, præpicuè quod formæ substantialis vices compleat. Corruptionem nominavi, quam Philosophi mutationem ab esse, ad non esse dicunt. At non ad non esse simpliciter, materia enim in materiam mutatur, unde ab annihilatione distinguitur, verum ab esse hepatis, ad non esse hepatis, quod fit sola modorum variatione. Tollitur quies partium & particularum juxta partes, partiumque particulas, hoc est, textum arteriarum, venarum cavæ, portarum, lymphaticorum vasorum, pororum biliariorum, nervulorum. Retexitur majori defraudatione partium, quam procorum Penelope telæ, hujus divinis textoris ope contextæ, stamen & subtegmen. Mutatur locus glandulorum acinorum, & sit *ῥέσις* seu *ῥέσις*, id est, defluxivum acinorum *ῥέσις* vera, id est, incontinentia. Figura variationem subit. Motus ei congruens

congruens ligamentorum ope, aut fibrarum in vasis existentium, per hepatis substantiam sparsorum eluditur, undè vera *ἀπρία* & *ἀδυναμία*. Magnitudo si non increfcit, quid mirum? Pomum enim putre rarò (nisi *ζέμωσις* accedat,) incorrupto tumidius fit. Decrefcere autem si pergat, rationi consentaneum; quia profluit aliquid ejus substantiæ, præcipuè ubi mali labes dantiùs serpsit. Pori vitiantur, evertuntur, undè naturalis sanguinis *ἐπίστασις* impeditur, *ἐχθροὶα* depravatur, & *καχεξία* accedit. Quid dicam de humore vegetativo, & calore vitali à quibus vita *νίκησις* adest, & *σφαιλιώσις* partem habet, hoc est mortificatio & morticinium partis est, non ergò his magis opus, quàm mortuo dapibus opimis.

Causæ corruptentes internæ quatenus in ipsum hepar agunt. Sed, quia nihil à se corrumpitur, nec tamen quicquam extra spheram activitatis suæ agit, causæ proximæ in ipso hepate perquirendæ. Alluit verò hepar sanguis arteriosus, qui arteriæ coeliacæ ramum dextrum affluit; aliundè verò, uti venæ portarum sarculi concava jecoris irrigant, ita venæ cavæ radices ejus convexa perreptant. Accedunt spiritus animales, quos si succum nervosum vocas, non litigo, per nervulos à plexu costalium singulares; sanguis hic filtratur & transcolatur ad truncum cavæ ascendentem. Bilis deriyatur per poros bilarios, ductus hepaticos, & confluit in intestinum. Lympha in receptaculum commune pellitur. Fluxus verò hic, quoniam per gyros intestinorum fit, viarum ad intestina per viarum ductum sequitur, sanguis serosior solito laxat poros vasorum, aut etiam capillaribus paululum dilatatis exit in substantiam, ubi imbibitur, & infiltratur, ceu spongia liquores imbibit; ceu spiritus ammoniaci, ceu alcohol vini parti affusus per eam serpit. Postea sero sanguinis tenuiore copiosius allabente, sanguis paulò crassior filtratur quidem, tenuius verò serum in loca ulgmosa effusum cum aliqua sanguinis portione, dum poros, sanguini transcolando aliàs pervios, impervios offendit. Bilis motum ad poros bilarios sequitur, sicque fluxum hepaticum constituit. Ast quoniam pars infiltrata, non exprimitur (vel compressione partium vicinarum, puta diaphragmatis motu, superne deorsum, vel contentarum in abdomine inferne sursum; vel constrictione illa, quæ sit partim per nervulos, partim per fibras textum hepatis constituentes, partim etiam per membranam hepatis, non tantum ejus externa, sed & intima pervadentem, ac vasa comitantem) ulgine vitata diluit acinulos, & cohesionem illorum disuadet, sicque à communi vita separat. Uti videmus carnes etiam recentes, in aquam purissimam & nulla ratione vitiatam immisissas sensim corrumpi, & quidem æstate citius, quàm hyeme. Ita motu partium naturali sublato, acinuli decidunt, *κακίωσις* ruina seu casus fit; quam partis morticinium consequitur, seu jecoris *διὰφραξις*.

Qui magis inclinant ad hunc affectum, rarò hunc affectum etiam oculatissimi Medici observant, undè qui sint ad hunc affectum procliviores, quod ab experientia dependet, non facillè determinatur; tamen rationi consentaneum videtur, tales in quibus copiosum serum, pori bilarii patentiores, pori in vasis adducentibus laxiores, in abducentibus exiliores, & angusti huic affectui magis obnoxios.

Res hunc affectum inducere valentes; aër

Tom. II.

frigidus, quia interiora calefacit, & sanguinem fluidiorem reddit, ut Hippocrates dicit, ventres hyeme calidissimi aph. 15. sect. 1. Exteriora vero frigore constringit, affluenti sanguini copiosiori occasionem dat, transiuro eidem ac percolando obicem ponit. Vasorum advehentium poros laxando, avehentium arctando fluxum producit, & reliqua parte acinorum corpusculis infiltrata corruptionem ingenerat. Transpiratio enim impedita rectè inter causas putredinis recentetur. Calidus, sanguinem liquat & fudit, calorem ejus vitalem turbat, non tamen prorsus incendit: spiritus consumit à quibus robar hepatis. Hæc est ratio, cur homines ardente syrio ad laborem segniores deprehendantur. Humidus aër, poros corporis penetrat, salem liquat, qui liquefactus defluxiones adjuvat. Alimenta admodum refrigerantia, ut sunt olera frigida, potus glacialis importune haustus, ventriculo immissa, suam circa portas vim exerunt, frigore penetrante. Quod minus mirabitur, quicumque expenderit ad auram frigidam, totum corpus calore exastuans subito rescit: ad medicamentorum testiculis aut plantis pedum admotorum vim, astuantem febrium fervorem, resingui: ad halituum & vaporum motum horrores, rigores, excitari. Rigore etiam afficitur mesenterium, in quo venæ portarum variæ propagines, quæ sanguinem à frigore male alteratum in jecur infundunt. Et quicquid chyli per venas lacteas, aut lymphæ per vasa lymphatica in receptaculum commune convehitur, ab indole nativa degenerat. Mutatur etiam chylus & lympa, in ipso ductu thoracico, undè ratio patet, cur astuantes potum frigidum hauriendo, in ipso potandi actu resciantur, alterationem quippè subit sanguis ipse descendens. Sic varias mutationes, à quibus abhorret natura, dum patitur sanguis, illius filtratio vitiose peragitur. Opiatorum & relaxantium abusus motum tollit, extra quem nulla actio. Motus corporis nimis, motum humorum versus intestina festinat. Evacuatio sanguinis in congerendo sero, plurimum valet, feminis verò crebrior exhaurit. Decubitus in plumeis culcitris sanguinem calefaciens, proclivorem reddit, ut in intestina corrivetur. Ira Humores movet. Mœror meatus obstruit. Et sic plurima, quæ aliàs innoxia, in hujus visceris perniciem conjurant.

Morbi qui hunc producent. Succedit hoc malum aliquando febribus colliquantibus, in quibus non tantum pinguedo, à bile sanguinem ad nutritionem ineptum reddente, liquefit; sed corrupto priùs nutrimento, ipsa pars, succi nutritivi indolem sequitur. Quod facilius in hepate, quàm aliis partibus contingere potest, eò quod situm & colatorium sit bilis. Idem contingit nonnunquam in febribus malignis, pestilentialibus, & peste ipsa; in quibus sal acre malignum, & volatile, malignitatis suæ stigma profundè inurit, & vitus per ductum communem in intestina evomit. Idem in morbillis & variolis, ubi sunt adeò vehementes, ut non tantum sevant in exteriora, sed etiam viscera occupent & corrumpant. Ita perfectè Vener. Præc. Mens plurimas variolas vidit, quæ suppurantes intus & extra fluxum hepaticum invexerunt, illumque perpetuò intra paucos dies lethalem.

Indolens, Contrecta, ure, seca manum illam, quæ hinc ab anno tormenti bellici vo-

Hhh

lante

lante globo abrepta est, atque curiositatis gratia apud Chirursum asservatur, nec molestiam ullam manco facies, nec tristem ullam sensationem eidem excitabis. Quid enim cadaveri cum viro? Cadaver esse corruptum, Hepar, h. e. vitâ sensuque destitutum supra dictum: neminem itaque mirari subeat si tale hepar nullo afficiatur dolore. Non autem putandum est hepar per comminutam sui partem toti conjunctam sensu destitui, id quippe luculenter refutat experientia eorum, qui heparidem h. e. inflammationem hepatis perpetuunt. Negari tamen nequit eos qui hoc fluxu corripuntur aliquando torminibus vexari; vel propter lumbricos in intestinis catullentes, vel ob medicamenta aut acriora aut etiam adstringentia, sed præpostere exhibita, ab his enim humor in cavernis hepatis moram facit, & acrimoniam acquirit, dumque per intestina devolvitur dolorem invehit.

Cruenti, & hostiarum recens macularum ablutio similis, sic e. g. videmus, & in artificiosa parenchymatis hepatici separatione: & in spongiæ sanguine infectæ ac aquis immersæ secundâ aut tertâ compressione, sanguinem aquosum exprimi: atque demum in ipso sanguinis venæ-sectione emissi feri, quod ubi vel leviuscule cremorem, & caseum ejusdem moveris, illico plus minusve rubescit. Ichorosi, *ἰχρῶς* græcis dicitur sanies serosa & tenuis, qualis prodit vel ab ulceribus capitis manantibus, vel à capitis furfuribus violentius abrasis, vel demum ex cadaveribus diutius quàm par est inhumatis, dum solaris æstus in illa agit. Aristoteli *ἰχρῶς* ille sanguis est crudus, qui vel nondum coctus vel in serum versus est. Allusti proculdubio vir magnus ad sanguificationem in hepate, quam medicina prisca docuit: sanguinem verò in serum converti, si benigne exponimus, profitebimur à sanguine lympham separari, quam si quis saniem nuncupat forte vapulabit: saniem quoque græci vocant *πύμα*, & *πύμα* quod albicat: undè sanguineus ichor commodius quàm sanies dicitur. Fit nonnunquam ut sedimentum crassum, vel fæces vini rubri, vel amurcam repræsentans dejiciatur, quod à substantiæ colliquatione fieri solet, ubi subtiliore liquore effluente crassius sedimentum in jecoris cavernulis seu lacunis stagnat. Tale quid in collegio Anatomici Clariss. D. Drelincurt. videre mihi contigit, in liene tabido ex lienoso extracto, qui juxta caput permagnam cavitatem lutulenta, cœnosa & limosa materia refertam; parte verò reliqua scirrhosam duritiem habebat. Lien autem substantiæ similitudine ab hepate non multum abhorret. Idem igitur in jecore concipio ac hisce oculis in illo liene deprehendi.

Fœtidi; fœtorem adesse in omnium corruptione ubi aliquid partium volatilium effluvia emittentium adest, ipsa docet experientia, cujus subiectum aliquid sulphurei esse, probat solutio sulphuris lixivio calcis vivæ facta, & aceto non fœtido præcipitata, fœtorem abominandum excitans. Ita sulphur accensum, & candelæ recenter extinctæ fumus pinguis & sulphureus fœtet. Ita omnia suffitibus & suffumigiis materiam præbentia, quantum quidem novi, ignem concipiunt, aut concipere apta sunt, sicque gratum odorem, quem fragrantiam nominant, aut ingratum & tetrum, quem fœtorem vocant, ex se mittunt. At oleum sanguini in-

est, qui copiosus per hepar à partibus infernis remeat, & dum corrumpitur, fœtidissimus evadit; uti etiam destillatione oleum summe fœtens ex sanguine prolicuit.

Appetitus prosteritur; halitus teter, & exoranda mephitis janitoris ostia transit & penuraturæ, ventriculum scilicet subit: ubi *ζύμωσις* corrumpit. Hac autem corruptâ stimulus ad alturam animalium datus, appetitus nempe, hebescit, idque partim, quia spiritu acido non imprægnatur lymphâ salivâ, quæ fermento originem suppeditat; partim verò quia deglutita non potest manere incorrupta, verum succo peregrino imbutur atque diluitur.

Carnes oderunt; suppetit ergo ratio cur hi carnem vehementissime oderint & averferentur. Ascendit enim ad ventriculum continuus ex hoc lacu vapor, qui condensatus in superiori ventriculi orificio ad nervos stomachicos fami præfectos penetrat, & averferationem carniarum producit. Hujusmodi exempla passim prostant. Sic dantur, qui supplicia spectant dum lato securi subdere collam cogitur & aciem adeps sequitur, spectaculi dant pœnas pinguium averferatione. Sic ex improvise offendentes cadaver vermicibus luxurians, exindè caseos veteres vermiculis scatentes abominantur. At hic abeminationis causa continue adest, perpetuò enim renovatur, ut *ἔσχα* vultus infernalis immortale scilicet Titii jecur.

Vino delectantur; at quantum hi à carne abhorrent; tantum vino delectantur, delicia enim quas vinam habet in sui amorem hecicos imò & istericos pelliciunt. Documentum dedit hujus rei mercator Anglus prædives per biennium istericus, qui toto morbi decursu vini summo desiderio tenebatur. Is valetudinis recuperandæ causa ad excellentissimum doctorem D. Carolum Drelincurtium, in hanc urbem transfretaverat: sed post aliquot dies, itineris tædium, & salutis spem, cum morte commutavit, cujus jecur scirrhosum anatome docuit. Sapit vinum, quatenus glandulæ *σπυλοκοκοί*, sporades, basillares, hypoglottides, proglottides, uvulares, palatinæ, cacochymo sanguine irriguæ, subtili ejus spiritu reficiuntur. Ventriculus ipse, ab ingrata illuvie, quæ illum subit, liberatur; venæ lacteæ irrorantur, & spiritibus animalibus in cerebro secernendis materia subministratur. Sed ohe malum! illecebris hisce blanditur hostis infensissimus, & sui amantissimis clam jugulum petit, inquit Fernel. Path. lib. vi. cap. vi. de substantiæ hepatis corruptela. Fundit enim sanguinem, calefaciendo intestina & mesenterium, in quibus radices portarum, uti rami in ipso hepate calorem vitalem æstu peregrino inficit, sanguini motum concitatorem conciliat, fluxum & corruptionem ipsam auget.

Febris aliquando adest; quòd si fluente sanguineo rivulorum, venæ portarum & cavæ, inquinamentum tenuius & parcius paludis cœnosæ hepaticæ, ad mare microcosmi abripitur, febris fit occulta, qualem Forestus lib. cit. obs. 23. in dysenteria hepatica, ex intemperie frigida notat. Si copiosius, tunc se magis patefaciet, accedente præcipue notabili diætæ vitio. Quòd si frustum terræ corruptelæ adducatur frequenter, non tamen continuo, insequetur animi languor & defectio, ac tandem cum sudore frigido, mortis prænuncia, Syncope.

Sitis

Sitis urget. Calori febrili comes ut plurimum solet esse sitis, quia fauces ab halitibus ascendentibus ardescunt. Accedit altera causa, scilicet sanguinis effluviū, unde sanguinis circulatio tardior, eisdemque ad glandulas oris, salivam eructantes, allapsus parior. Sic sanguis vitæ thesaurus vehiculo ex parte destitutus, linguam, & os universum rore suo defraudat.

Sanguinolenta excretio per nares, os, uterum, hæmorrhoidas, corporis poros; naturam providam quæ à nemine doctâ, conservationi totius intenta, noxia fugit, seculum hoc compellere non sinit. Sanguis ergo cordis contractione in partes pellitur, & in statu naturali reperit poros ad mensuram suæ magnitudinis accommodatos, qui præter naturam constringuntur aut dilatantur. Imò his illæsis, si sanguis tenuior existat, subtiliores etiam meatus, quam naturaliter habet, pererrat, ostiola horum cutanea, propter recursum naturalem impeditum, & continue influentis sanguinis impetum, effringit, ut

Unda impellitur unda,

Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem.

Quidni enim, si

Gutta cavat lapidem non vi, sed sæpè cadendo.

Sanguis copia suo tenuem cuticulam distendens, & noviter pulsus, novis ictibus arctans, eandem perumpet.

Impudenter cohibito, cachexia, pruritus, hydrops, pedum tumor serosus succedit. Naturam bene agentem spectata, adjuvare, & imitari decet Medicum. At scire, quantum? quam? &c. bene agat? hoc opus, hic labor est. Et non abs re fluxuum cura, Cos ingenii Medici & iudicii ac prudentiæ practicæ lydius lapis audit. Ruenti cum impetu aquæ ostia opposito, murmur habebit, & frustra prohibente obice exundabit. Ita dum imperitorum error, molimen naturæ eludit, & quod prodire sciendum erat, sistit, operam perdit. Tunc enim immutato cursu, in varias partes ruit. Suffundantur hoc ichore aciore glandularum subcutanearum myriades, aderit pruritus; perfundantur interstitia subcutanea, & cuticula à cute plurimis in locis sejungatur, fiet scabies. Rumpantur vasa lymphatica, & serum sudet in abdomen, exorietur hydrops, in Pede tumor serosus. Si verò hoc serum per corporis poros eat atque redeat, variam pro sui varietate introducit cachexiam.

Prognosis 1. Exitus. Salutis, non illico desperandum hepatico fluxu constitatis, si in principio peritum Medicum nacti sint: non etiam ubi malum aliquandiu duravit sanis procedens, & lento gressu, nisi præveniatur ad exitum deducens: potest enim docta manus hoc malum debellare, Morbis. At ubi partus est febrium malignarum, pestis, variolarum, morbillorum, & sanguis fluens fulens est & splendidus cum foetore intolerabili, tum docta plus valet arte malum. 2. Durationis. Nec multum durare novit, ubi perniciosus & acutus affectus successit, aut eodem comitatus est: diu tamen aliquando fraudulenter hospitat. Idque vitio patientium, qui parum de hoc malo conqueruntur, eo quòd indolenter degant, sicque malum ceu latentem anguem sub herba relinquunt: aut etiam vitio delicatiorum Medicorum, quibus hoc unicum natum, *fluit mihi aivus*, sufficit,

Tom. II.

& vitium excretorum examinare dedignantur. 3. Modi eventus & mutationis, ubi verò æger sui exactam rationem habere cupit, & Medicus diligentem & arti congruam adhibet medelam, sanat sæpè, at paulatim. Interdum verò morti ægrum eripere non potest, sed mors patientem ab amicis subito aut lente divellit.

Diagnosis; suo hic munere rectè fungetur Medicus ubi 1. sanguinis serum copiosum diminuendo, justam sanguini consistentiam conciliavit. 2. Hepar nondum corruptum roboraverit. 3. Idem à corruptione præservaverit, & cadaver hepaticum condierit. 4. Naturam in regeneratione corrupti juverit. 5. Patientem convenienter cibaverit.

Purgantia; indicationi primæ satisfaciunt sabbabarum, myrobalani citrinæ, aloes; non quasi hæc hydragoga forent, sed quia cholagoga, & per poros bilarios evacuant, qui sanguini seroso ad intestina fluenti, canaliculi existunt: & quia parti eidem, teste experientia opitulari deprehenduntur: tum etiam quia duo priora, vim adstringendi, huic affectui convenientem habent; tertium verò, inter ea quæ corruptionem arceant, optimè audit. Exhiberi verò hoc modo possunt.

Accipe Rhabbarbari tostii. Drach. ʒ. Nucis Moschat. tostæ. Mastiches ana. Scrup. j. Sacchari clarificati Drach. j. F. Pulvis. Aut Accipe Myrobalanorum Citrinarum conditarum, Drach. ij. vel accipe Aloes, succo absint. min. & Centaurii nutritæ. Scrup. ij. olei Myrrhæ per deliquium. Drach. ʒ. conservæ absinthii, Drach. ʒ. M. F. bolus. Hæc Serum educent, sanguinem magis consistentem reddent, hepar roborabunt, & Poros aperient.

Treatment; Altera Indicatio complebitur extractis, Absinthii, Cardui bened. Aristolochiæ rotundæ, centaurii minoris; conservis Rosarum rubrarum, acetosæ, trifolii acetosi conditis. Enulæ campanæ, cydoniorum, nucis juglandis.

Condientibus. Balsamica virtus requiritur ad tertiam indicationem, quam, quia celebrat Bernardus Penotus à Portu, in balsamo præclaro ad cadavera inungenda, & à corruptione præservanda, quo Veteres in senio sublevando usus dicit: habe.

Ex descriptione Petri Aponensis Conciliatoris.

℞. Myrrhæ, aloes hepaticæ, spicæ nardi sanguinis draconis, thuris, Mumie, opopanax, bdelli, carpobalsami, ammoniaci, sarcocollæ, croci, Mastices, gummi arabici, straciliquidæ ana ʒij. labdani electi, ucci castorei ana ʒʒ. Musci ʒʒ. Terebinthinæ ad pondus omnium, pulverizanda pulverizentur & cum terebinthina probe misceantur: pone totum in alembicum & ingeniose destilla, liquorem destillatum accipe, & in vas vitreum reconde. Dosis guttæ iii. extrinsece verò hoc ipso, at aqua rosarum temperato, regio hepatis inungatur. Felicem successum ex hujus balsami usu sperare licet.

Hepar regenerantibus; fortè hoc absurdum videbitur posse hepar regenerari; quod concessero ubi totum corruptum est; ubi verò, pars ejus duntaxat, nequaquam. Rarum in hanc rem exemplum & oculis charius habeo excellentissimi

Hhhh 2

pro-

promotoris D. Caroli Drelincurtii observationibus & curationibus verè heroicis, & Regio Medico dignum. Historiam fidus narrabo. Anglus quidam Lutetia Parisiorum conquerebatur de gravitate hypochondrii, decubitu molesto, respiratione difficili; pars affecta mollis deprehendebatur, maturantia juverunt, signa puris apparuerunt, apostemate aperto pus cruentum copiose per dies octo prodiit, pronuncians D. Drelincurtio: pus à partibus internis manare; chirurgus risit; at digiti immisi in ipsum jecur penetrabant, quod in ambitu vulneris costis adhæserat, ita ut nihil in abdomen delaberetur. Sicque Enunciati veritatem non tantum chirurgo, verum aliis cum Thoma incredulis digiti immisi firmiter probarunt. Adhibitis vulnerariis, Dei & artis ope restitutus est. Ergo idem contingere posse in fluxu hepatico, imò sæpè contingere, concludere quid vetat? Vulneraria ergo hic convenient, uti sunt radices symphyti, angelicæ, aristolochiæ rotundæ, imperatoriæ, bistortæ, caryophyllatæ; herbæ & folia equiseti, centaurii minoris, Plantaginis, millefolii, pentaphylli, hyperici, verbenæ; Cortices & lanugo florum salicis, &c. Sanguis draconis, sarcocolla, & hæmatites. Hæc s. a. administrata, ita sanguinem depurant, ut ex eo, quod perditum est, reponi possit; hæc tenuem ichora carnis generationi nocentem remouent, & naturæ subsidium ferunt. Observandum etiam, corruptis & defluentibus acinis glandulosis, non illico vasa corrumpi; nam separatione glandularum facta, vaforum divagationes integræ servantur.

Ultima indicatio. Diæta duabus vocibus enunciari solita, Cave, Cape, absolvi potest. Abstinentum ergo ab iis, quæ supra notavimus huic morbo occasionem præbere. Usurpanda verò ea, quæ juvant. Ut sunt alimenta morbo decrementum, ægrò virium augmentum adferentia. Amygdalata & hordeata consistentiæ spissioris quam Emulsiones. Pasta regia analeptica ex carne Testudinum nemoralium, cancrorum fluviatilium, caponis, perdicis, cochlearum, ex hepate Luporum, Perdicum, Gallinarum, Anserum. Thyrsuli asparagorum teneriores decocti, capita cardui altissimi, acetosa ritè preparata, aceto & butyro condita. Oulus ex Seride seu intybo multos restituisse dicitur. Passulæ magnis laudibus extolluntur. Cerasa, pyra, mespila decocta magis quam cruda, sorba benè matura. Observandum tamen: Nec simpliciter aperientibus, nec etiam solis adstringentibus utendum esse; ne illis sanguinem copiosius proliciamus, his sero copioso viam præcludamus. Intervals ergo circumstantiæ docebunt. Potio fiat, ex decoctis & destillatis herbarum hepar roborantium. Chalybeata sua laude non carent.

Non libet ad causas eas, quas ex affectuum numero citavimus, ut febres malignas, pestem, variolas, & morbillos excurrere: uti etiam symptomata omnia, hæmorrhagias, cachexiam, scabiem, &c. pertractare. Sublatâ enim corruptione effectus tolluntur, & causis venturis præcautione nullum commodius remedium. Atque sic considerationibus nostris de hepatico fluxu, cum fucis, cum apibus, & cum araneis concinnatis, non sine numine, quod venerandum in secula, finem imponimus.

Hactenus præmemoratas considerationes Medicam attulimus, Jam ad alia transimus.

Serosum fluxum & hepaticum dictum, qui viderint, pauci sunt: Curandum autem sibi persuadent per antidysenterica admista cum hepaticis; quæ scilicet roborent, & calefaciant. Hepati lupi plerique magnam vim in hoc affectu tribuunt, illudque variè præparatum exhibent. Sunt qui aquam ex illo cum aliis simplicibus commistis per alembicum eliciant: alii electuarium, alii pulverem. At aromata quocumque modo exhibeantur, optima erunt: cinnamomum, galanga, piper, zinziber, caryophylli, cubebæ, horumque essentia, spiritus, aquæ. Vinum absinthites, aliudve, è ligno guaiacô, cinnamomô, & pipere conditum: conditura & electuaria è baccis lauri, uvis passis, nucce odorata, cæterisque etiam proficient. Hydrotica moderatè sumpta à nonnullis commendantur ad superabundantis feri evacuationem. Tutiora verò videntur diuretica, & sudorifica, quæque alkali plurimo constant. Vitanda autem sunt humectantia, cathartica valentiora, acida, pingua, oleosa. Narcotica, si moderata fuerint, & cum roborantibus mista, pro rata suâ quoque proderunt. *Lucæ Tozzi Medicin. Pract. lib. 2.*

Consultationes.

Fluxum hepaticum legitimum.

Juvenis præstantissimi Senatoris œconomus, 30. annos natus, temperamentis jecoris & cordis, calidi & sicci, habitus gracilioris, vinis meracioribus semper delectatus, & nive refrigeratis, motibus corporis & animi continuo agitur, & diarrhœis biliosis frequenter obnoxius, tandem declinante æstate diarrhœa biliosa correptus, eam neglexit, consueta vivendi ratione semper usus, ea opinione quod præteritarum more hæc duobus vel tribus diebus cum levamine suppressenda foret. Spes tamen illum frustrata est, plures enim dies perduravit, cum siti vehementi, & tandem ciborum fastidio, excrementis, quæ primis diebus biliosa erant, in rubida, & quandoque tenui sanie cruenta mista mutatis. Nihil tamen abrasionis Medicus domesticus observavit, sed pinguem potius & oleosam substantiam innatantem, postremo verò bilem crassam, graveolentem, valde coloratam, & quandoque veluti vini facem. Hujusmodi autem evacuationes duobus aliquando, vel tribus diebus intermittunt, adeò ut pat. melius habere videatur, sed mox deterioris conditionis recrudescunt. Accedit quoque febricula, vespertinis horis invalescens. Quoniam autem Senatori excell. Juvenis hujus sanitas admodum cordi est, idè illius jussu, ad te, tanquam ad artis medicæ fontem confugimus, ut quamprimum scriptis agenda committas, exactissime à nobis administranda.

Quoniam diarrhœis, vel crudis vel biliosis totum venosum genus nonnunquam expurgatur, idè homines à quamplurimis malis præservare solent, undè observabat Gal. quod accidunt aliquando certis temporum intervallis, dum omnis corporum redundantia per ipsas educitur, prout commodum juveni isti contigit superioribus annis, quibus à copioso & consueto vini meracioris potu, necnon ab animi corporisque vehementibus motibus, valida cordis & jecoris naturali intemperie magis magis

que

que adaucta, copiosa bilis coacervata est, à valida tamen venarum expultrice ad intestina detrusa, & per alvum evacuatam tritum aut quatuor dierum spatio, non sine patientis levamine. Verùm, quoniam tum ratione ætatis, tum copiosioris meri potus, necnon invalescentibus corporis moribus, atque animi curis, ob domestica negotia jecoris potissimum intemperies eò provecta est, ut bilis à vehementi calore crassifacitæ copiosus proventus, non amplius ab expultrice deturbari potuerit, hæc proinde in jecoris venis subsistens tantum æstum in hoc viscere accendit, ut (accedente quinetiam consueto gelido potu) ejusdem tono labefactato, sanguificatrix facultas debilitari cæperit, undè ab initio sitis vehemens cum ciborum fastidio, intemperiei calidæ indicio, indè crassæ bilis graveolentis & valde coloratæ excretionis observatæ, necnon postremo innatantes pinguedines, colliquationis soboles quæ omnia fervidissima jecoris intemperiem produunt (prout frigidam demonstrant assiduæ excretiones, nec multæ, nec graveolentes, sed veluti limus & niger sanguis) hepaticum fluxum imminet prænucciantes, qui postea luculentius se exerunt, rubida proluvie apparente, quam, ingravescente malo, tenuis sanguinis sanies secuta est, & nonnunquam veluti vini fex, semper tamen sine erolione, quorum evacuatio duos aut tres dies aliquando intermittit, mox deterius recrudescit. Quoniam autem sanguis in ipso viscere corrupti cæpit, febris quoque accessit, quandoque medicis impetibus ignota. Omnia equidem symptomata fluxum hepaticum legitimum, ex sanguificatricis facultatis scilicet læsione atque imbecillitate, à calida intemperie proveniente manifestissime significanti, ait enim Galen. quod à quilibet octo intemperierum sanguificatrix facultas noxam pati potest, undè hepaticos appellavit illos, quibus citra manifestum in hepate vitium, in propriis actionibus illud debilitatur.

Ut igitur huic patienti opem feramus, biliosi atque corrupti humores sunt evacuandi. Secundò calida jecoris intemperies corrigenda. Tertio tonus ejusdem pristino statui restituendus. Ac tandem jecur ipsam propriis adstringentibus roborandum.

Et licet non adeò facile sit sanitatem consequi, cum affectus firmis innatur radicibus, calidæ nimirum jecoris & cordis naturali intemperiei, erroribus in vivendi ratione magnopere adauctæ, cujus ratione jecoris robur exolvi perniciosissimum est, nihilominus, quoniam juvenis præceptis medicis obtemperans, & ab initio propria à viro excellentiss. opportune administrata fuerit remedia, idè spem salutis concipimus, remediis à tribus fontibus desumendis & administrandis.

Et primò quidem in chirurgico, peropportune fuit ab initio sanguis ex jecoraria vena detractus, post imminutam & medicamentis evacuatam bilis copiam, ad contemperandum jecoris & sanguinis fervorem, quod remedii genus in progressu non adeò facile admitti potest, ob ejusdem visceris imbecillitatem, biliosique humoris redundantiam. Hepatis regioni refrigerantia & subadstringentia apposita fuisse suppono, epithemata scilicet ex succo cich. Spec. Trionfant. & aceto, parata: sicut & illius ex Ung. Ros. mel. cui, sub finem morbi, tanta-

lum quoque addendam fuerit.

Ex pharmaceutico promo desumenda bilem imminuentia atque excernentia: quæ, quoniam jam à viro excellentiss. prudentia iterum atque iterum præscripta & administrata fuerit, idè repetita cassia, cum thab. Seroque assino depur. superhausto, ad secundam explendam intentionem deveniri poterit, in quem finem, succus cich. depur. sicut & intybi, sonci commendari solent. Verùm nobis experientia comperit aquas thermales & Villenses potissimum egregie huic morbo mederi: facultate enim polent, ratione ferri & aluminis, quibus constat, & jecur refrigerandi & subadstrictione roborandi, præterquam quòd, in diurno hujusmodi fluxu, diureticorum usus magnopere conferre solet. Præbeantur itaque primis diebus dejectionis, reliquis autem diureticæ, primò scilicet præmisso syr. ros. sol. cum decoct. pulpæ tamarind. postea succo lim. vel spiritu vitrioli, qui præter diureticam vim, substantiam jecoris densare & cogere, necnon sanguinem quoddammodo sistere poterit: in quorum usu ad 15. indè 20. dies pergendum fuerit.

His peractis eadem intentio continuanda, siquidem ex Gal. habemus, quòd, scopus curationis præcipuus est intemperiei contrarietas. Hinc Aetius & Trall. uno ore prodiderunt, quòd, primus curationis scopus est, ut intemperiem ad contrariam deducamus, & non, ut vulgares medici, qui nihil solliciti de intemperie, statim ad adstringentia & hepatica deveniunt. Quare eadem intentione adhiberi poterit vel succus cich. & sonci in decoct. End. acet. Plantag. Porul. & hepaticæ, vel bibatur quotidie, summo mane, cyathus ex aqua stillantia de succo cich. End. & plantag. addito lan. succo.

Interim tertia quoque intentio expleri poterit, exhibita hora una ante prandium & cœnam, tinct. Corall. chymica, ad gutt. v. aut vi. in semicyatho aqua Plantag. vel auro potabili, in aqua destill. ex tenerissimis Quercu foliis.

Tandem à proprietate juvare, & prærogativam obtinere hepar Lupinum Gal. asseruit, cujus dosis apud ipsum fuit ad ʒij. quod ab ipso Aetius quoque desumpsit. Reformetur igitur pulvis ejusdem Lupini hepatis, cum conf. Rosarum, & summo mane exhibeatur, cui succedat haustus ejusdem aquæ plantag. aut quercus, vel præbeatur cum Gal. Eupatorio mistum, hoc enim insigni jecoris roborandi facultate præditum est. Hoc etiam tempore, una cum carnibus in aqua, de more bulliat lignum cydonii, à Schenckio magnopere commendatum.

His addimus, quòd si cruentus alvi fluxus contumax fuerit, ut præstantissimum remedium à Galen. proponitur phil. Roman. iterum, vel etiam tertio per intervalla exhibendum, licet ipse eodem semel tantum exhibito hepaticam intemperiem se sanasse profiteatur.

Victus ratio jam à viro excell. præscripta diligenter servanda, cui addimus, quòd materia alimentorum sit hepatis substantiæ similis, qualis proinde erit jecur omnium animalium, potius verò sit aqua nocetæ, utpote refrigerans & quoddammodo adstringens, cum terram saniam ejus alvæ commeat. Quando verò vino uti fuerit, sit album, tenue & subaustum. Quæ omnia confirmant ea, quæ à viro doctissimo, tum administrata, tum administran-

da, pro pat. salute proposita fuere. *Raym. Job. Fortis Consult. & Resp. Medic. T. j. cent. 3.*

Fluxus hepaticus spurius.

Excell. Marchio 30. annorum, temperamentum calidi & humidi, habitus ad obesum vergentis, vitam otiosam ducens, & cibus, potibus atque veneri magnopere indulgens, frequentibus diarrhoeis superioribus annis obnoxius, anno tamen abhinc suppressis, ventris doloribus correptus est, simulque ephemeris febribus, à quibus evacuatione à Medico sollicitata sæpe liberatus est, licet de quodam ponderis sensu in abdomine conquestus fuerit semper, tamen neglecto. Tandem 40. abhinc diebus, alvus, præter consuetudinem, iterum, ac tertio quolibet die, cruda & liquida, potius quam solida egerere cepit, non sine aliqua macie, & totius corporis lassitudine ac virium lapsu. Quibus deterritus pat. Excell. me domesticum Medicum accivit, qui præter hæc omnia mihi relata, evacuationes non semel inspexit, easque liquidas, ut plurimum, quandoque etiam compactas, sed & chylosas potius observavi. Decolor insuper patiens reddatus est, atque consueto gracilior, & Mesenterium obstructionibus, prout tactu deprehendi, oclusum habet. Ideo curatione illi maxime est opus, quam quoniam lenienti medicamento inchoare decreveram, juvenis excell. illud renuens, respondit, se nolle currenti addere calcar equo, simulque iussit statim sui status historiam tibi præstantissimo viro transmitti, ut de hujus affectus natura certiores nos facias, & pro Marchionis excell. salute agenda proponas.

Quod alvi fluxu 40. abhinc diebus Marchionem excell. excrucians, maciem totius inducat, viresque atterat, quid mirum? cum chylosus observetur, ac proinde quotidianum corporis alimentum, vel omnino, vel saltem magna parte subducatur. Consideratione autem dignum, & cognitu necessarium, quænam sit pars in hoc fluxu principaliter læsa, & num ventriculus, an potius mesenterium, vel jecur ipsum, vel intestina sint incusanda, ut scilicet & affectus idea, & illius causa innotescant. Et primò quidem ventriculus excludendus nobis videtur, quòd ejusdem male affecti nulla quærela præcesserit, & licet frequentes cruditates superioribus animis in eodem generitæ fuerint, unde frequentes pariter diarrhoeæ, & ab iisdem suppressis, ephemeræ quoque febres, quæ earundem excretionem solvabantur, id tamen non ventriculi vitio, sed potius improportionatis objectis, quantitate & qualitate peccantibus imputandum fuit, quo etiam obstructiones mesenterii referendas censemus, ventriculo autem secluso, ipsa lienteria proinde ableganda, & quidem potissimum cum desit celer ciborum non mutatorum transitus. Neque intestina hic locum habere credimus, quoniam licet chylosa observetur excretio, non tamen qualitas ciborum impermutata discernitur, præterquam quòd tempore ab assumpto cibo valde distanti alvus moveretur, & chylosa materia excernitur, cujus effluxus, læsis intestinis, non adeò cunctatur, quare de cœliaca passione non est cogitandum. Superest igitur, ut mesenterium, vel jecur, vel utrumque afficiantur. Atque sicut de mesenterio dubitari non potest, cum sit obstructionibus infarctum, tactu à viro excell.

& ab excell. Pat. gravitatis sensu perceptis, ita de jecore dubium esse potest, licet nobis pars affirmativa præferenda videatur, siquidem à promiscua assumptorum qualitate jecur ipsum imbecillitatem contraxisse suspicandum, accedente præsertim immoderato veneris usu, necnon vita otiosa, intermissio enim corporis motu, alimenta diutius in visceribus hærent, & tardius distribuantur, undè calor nativus agendo repatitur, & à diuturna mora gravatur, atque in suis operationibus debilitatur. Quoniam verò calidum & humidum ipsius jecoris temperamentum non adeò facile alteratricis, sive sanguificatricis facultatis læsionem admittere potuit, idè attracticem lædi non adeò difficile fuerit, cujus noxa facilius intemperiem humidam sequitur, prout sanguificatricis calidam. Quamobrem ob mesenterium obstructum, chyli transfusu intercepto ad hepar, ob ejusdem verò attracticis imbecillitatem, eodem non attracto, duplici nomine in mesenterio tandiu moratur, donec corrumpatur, corruptusque, varia specie coloris & consistentiæ, per alvum excernatur, undè hepaticus fluxus illegitimus constituitur, quem perperam Fernel. pro cœliaca passione usurpavit.

Ut autem auferatur, ventriculus primò expiandus. Secundò obstructiones in mesenterio, & forsitan in cava jecoris aperiendæ. Tertio jecur adstringentibus & à proprietate juvantibus roborandum.

Hoc autem assequi non adeò facile existimamus, cum obstructiones auferre arduum sit. Nihilominus si pat. Excell. Medico obtemperaverit, cum obstructiones exsiccatæ non sint, optatæ salutis, tunc & citò consequentiæ illi spem facimus, multò namque facilius est attracticem jecoris facultatem, quam sanguificatricem læsam corrigere.

Ex Chirurgico itaque fonte primò consideratur sanguinis missio, quam quidem affectus ipse non exigit, tum quia nullum jecori robur addere potest, tum quia venæsectio non expurgat obstructiones, sed id faciunt incisiones & detersiones, idè vel omittenda, vel in aliud tempus differenda, dum conjiciamus ab aliquo jecoris calore coindicari. Quare remedia sunt à fonte Pharmaceutico petenda.

Et primò quidem ventriculi expiatio cast. cum tart. vel syr. ros. sol. perficienda, ut inde ad mesenterii obstructiones aperiendas statim deveniamus, levioribus primò, mox validioribus. Paretur igitur oxymel. ex quatuor radicibus aperientibus, in aq. agrim. & aceto maceratis, ut addito melle Hispanico, & frustulo integri cinnam. fiat oxymel. suave, sed dilutum, cujus quolibet mane tres uncie præbeantur, epoto ab iis jure tenui cich. borrag. mellissa, pentaph. & agrim. alterato. Sex verò præteritis diebus assumat flor. cass. & lenit an. ʒi. Deinde repetantur deobstruentia validiora, additis præscripto juri alterato tart. viriol. gr. xij. & exhibito alternis diebus rhab. non torrefacto, ex Avic. & Hipp. in ventris fluxionibus, quoniam in præsens non agitur de retentis imbecillitate. Præbeatur itaque ad semidrachmam, rusciter pulveriz. & cum flore cass. resor. ut fiant bol. ij. aut iij.

ʒ. Extr. rhab. ʒj. tart. viriol. ʒi. m. His autem superhibat Excell. Pat. decoctionem præscriptam, & ita alternatim procedat assumendo oxymel.

oxymel. cum decoct. & tart. vitriol. altera verò die rhab. jam præscriptum, cum eadem decoctione. Quod si 15. dierum spatio obstructiones magna parte non oblituerint, ad validiora pergendum. crocum scil. Martis aperitivum, cum acido sulphuris paratum, ut

℞. Croci martis aperit. gr. iij. Succi Eupar. condens. ℥j. m. f. b. & aur. à quo bibat. aq. agrim. ℥vj. plures dies, sed quarto quoque sumat. ℥i. pil. de trib. cum ℥i. Elect. lenit.

Ablatis, aut magna parte obstructionibus imminutis, aquæ tetuccianæ locum habebant quatuor aut quinque diebus assumendæ, cum mell. ros. & syr. ros. sol. ad perficiendam primarum viarum ablutioem ac deterfionem.

Deinde tertiæ explendæ intentioni, mirificè conducet absint. ut quod & jecur roborare, & ejusdem meatus expedire possit, nitrosa enim & amara, cum subadstrictione, id præstant. Nonnulla quoque addenda à proprietate juvantia, in quibus troch. ex aniso, amygd. amar. & oxymel. proponit Galenus, ut & alios hujusmodi.

℞. Amygd. amar. ℥i. anis. ℥ij. absinth. sem. apii ℥ij. cumini ℥ij. vini albi generosi. q. s. m. f. pastilli, quorum unus cum ex guo vino absinth. assumatur. Nos autem libenter aliis compositionibus utimur, ut

℞. Pulv. hep. succi absinth. condens. Succi agrim. condens. succi cich. condens. an. ℥j. m. & cum vino albo aromatico refor. b. vi. quorum unus præbeat, superhaulto cyatho aq. agrim. & cich. chalybeatæ. Vel paretur tale elect.

℞. Passul. mund. vino lotar. & per setac. iranissil. lb. j. rhab. elect. ℥ij. sacch. opt. ℥ij. m. ad ignem, sub finem adde pulv. caryoph. ℥j. s. m. refor. elect. cujus dosis erit ad ℥j. epoto ab hoc haustu vini absinth. Tandem jecori & visceribus omnibus robur conciliare poterit theriaca antiqua, sequentibus tamen mensibus hyemalibus usurpanda.

His addatur congrua victus ratio. Parcius, sed optimis alimentis vescatur, & moderate bibat. Corpus exerceat. Venerem hoc tempore ableget, & alacriter vivat. Quibus ut D. O. M. aspiret, enixè obsecro. *Idem ibidem.*

Dysenteria Hepatica.

Vir Juvenis 22. annorum, Joh. Dan. Strupp. pius à B. Inhausen, Ann. superiori 1620. sub initium Martii, consilii causa me visitat, de cruentis dejectionibus quotidianis, carnis loturam ut plurimum representantibus, absque dolore, conqueritur: adest etiam suis frequenter urgens, urina subaurea tenuis, appetitus dejectus, & nausea à carne.

Quamvis Dysenteria vocabulum propriè tantum illas alvi dejectiones cruentas includat, quæ cum intestinorum exulceratione dolorifica sunt, abusive tamen, juxta Hippocr. & Galen. interdum etiam pro aliis dejectionibus cruentis sumitur, qua ratione dysenteria quædam hepatica dicitur, ubi intestinis illæsis, propter jecoris imbecillitatem cruenta sit dejectio. Talis affectus etiam in hoc ægro proponitur, ubi cruentæ sunt dejectiones, non dolorificæ cum pure permixtæ,

quales hactenus in dysenteria propriè dicta descripsimus, nec etiam puri sanguinis, quod vena quadam rupta vel aperta fieri solet; quotidiana, per intervalla scilicet, non tanta crebri- tate, sicut in dysenteria propriè dicta fieri solet; accidentes, carnis loturam, ut plurimum repræ- sentantes, quatenus jecur imbecillius sanguinem, nondum perfecte elaboratum, sibi non retinet, sed per meseraicas ad alium transmittit, undè dejectiones ejusmodi similes aquæ redduntur in qua nuper mactatæ carnes animalium abluuntur; absque dolore, tali scilicet, qui dysen- tericis aliàs accidere solet, ob intestina p. n. affecta. Non enim negandum, quin hic etiam gravativus dolor, ob jecoris imbecillitatem, levi de causa sæpius observari soleat. Adest suis fre- quenter urgens, tam propter absorptionem hu- mida substantia, respectu fluxionis præter na- turam, quam quod etiam hepar ad intemperiem calidam inclinet, quod urina suboret, tenuis, cum appetitu dejecto nauseaque carnis magis con- firmabant.

Est verò propterea, quod primis mensibus non admodum affligat hoc malum, ægrotantes interdum non admodum solliciti sint, nihilomi- nus affectus hic periculo non caret, cum pars afflcta princeps sit, tonque singularis horis prospice- re debeat, undè negligentia patientis facillimè cachexiam, hydropem, totius consumptionem, &c. producere potest.

Quocirca, cum affectus in hoc ægrotante ad- huc in principio esse videretur, ante omnia 1. Jecoris intemperiam calidam, obstructioni mini- marum venarum occasionem præbentem, corri- pendam. 2. Eius robur dissolutum convenien- tibus adstringentibus reducendum. 3. Primam coctionem corroborandam esse statuendam.

Quoad primam indicationem optimè conve- niebat conserva radic. cichor. modicè refrige- rans & aperiens, respectu jecoris, cui juxta secundam indicationem aliquid adstringentium ad- miscuimus, ut sunt conserv. rosar. antiq. cum appropriatâ jecori carne, vel pulpa passularum co- rinthicarum, & aliis hoc modo.

℞. Conf. rad. cichor. ℥j. rasur. antiq. ℥ss. pulp. passul. corinth. ℥vj. linat. chaly. pr. ℥j. coral. rubr. ppt. C. C. usti ppt. ana ℥ss. syr. de endivia s. q. s. F. Electuar. mole; cui adde sp. vitr. ex marte ppt. ℥ss. M. Hujus electuarii usus ℥ss. frequens sit vacuo stomacho; quotidie bis, tribus horis ante cibum, cujus loco, variationis gratia, sumantur etiam interdum rotule, quæ.

℞. Specier. diarrhod. abbat. ℥ss. diatrion. fan- talon. ℥j. conf. rad. cichor. ℥ss. semis. melon. ℥ij. sacch. in aq. ros. & endiv. solut. ℥vj. F. confectio in rotulis.

Porro majoris corroborationis gratia, juxta secundum canonem, interdum etiam vinum rha- barbari parumper tosti concessimus, quantitate ℥ss. cum pulpa passularum minor. permixtum, haustu vini medicati superaddito, quod

℞. Rad. cichor. ℥j. herbar. agrimon. marrub. alb. ana m. s. absinth. m. s. sem. fenic. ℥ss. ma- cis, nucis mosch. ana ℥i. incis. & coacta in- fund. in lb. vi. vini Rhen. tenuioris, de quo tempore prandii quoque, corroborationis ergo, primus haustus bibatur.

Exterius inunctionem ordinavimus mane vespe-

℞. Olei absint. cydon. amygdal. amar. ana ℥iſſ. flor. chamæmel. ſumm. abſinth. agrimon. ana p. i. maſſich. nucis moſch. caryophyll. ana, ℥j. aq. abſinth. aceti ſambuc. ana q. ſ. F. Decoctio & coletur pro linimento.

Præter dicta, quod tertium ſcopum attinet, victum facilis coctionis, modice refrigerantem & adſtringentem ordinavimus, imprimisque crapulam angue pejus fugiendam eſſe diximus, quibus monitis, ad verum uſque tempus ſervatis, priſtinæ ſanitati patiens viciffim reſtitutus fuit, ita ut æſtivis menſibus militiæ cauſa ad Bohemos abiret. *Gregor. Horſium Obſerv. & Epistol. Medicin. lib. 4.*

Hepaticus fluxus cum febre.

A diarrhæa contumaci in lientericum, colicam & Dyſentericum fluxum non infrequens tranſitus, & ab Hippocrate pluries notatus, ſed in Hepaticum fluorem inſolens planè aut ſaltem rariffima metaſtaſis. Rarius etiam quod ſcribis hepaticæ colliquationi ſociam aſſeſſe febrem conſpicuam. Utrumque tamen in nobiliſſ. Domino Vuillet morbi genus agnoſcis, & proprio caractere ſuiſque coloribus ita graphice depingis, ut nullus ſuperſeſſe videatur dubitationi locus; ſed ut clarius cauſarum, quæ tantæ calamitatis parentes ſunt, æquivocatio detegatur & innoſceat, nonne propius vaſorum meſentericorum atoniam & imbecillitatem à nimio & diuturno fluxu oriundam, quàm ipſum hepatis tonum laxatum accuſare liceat? An fortaliſſ præceſſit occultus licèt phlegmonodes meſenterii dolorum incapaciſ, abſceſſus, quo invaleſcente febris & diarrhœa fuerint ſuſcitæ, eodem rupto & expurante febris remiſſio & dejectiones ſubcruentæ contigerint? In hepatico fluxu ſincera ſolent eſſe alvi rejectionea & loturis carniſum ſanguine adhuc madentium ſimillima; at in hocce fluxu non ſunt impermixtæ dejectiones, ſed ex hepaticis, ſtomachicis inſteſtinalibus, imò ex toto corporis habitu deciduæ & conſociatæ, ut tu ipſemet obſervavi. Sed ulterius quaſo attendi an quid purulenti vel puriformis admixtum habeant? Quod ſi deſit, nec ulæ præceſſerint de meſenterio quærelæ, tunc vel hepatis vel ſaltem venarum atonia, ſuccorumque helleborina & deleteria malignitate impugnantorum cacochymia multiplex inculandæ venient; Ex quibus tanti mali dubium, imò fanſtum eventum ominari licebit, eo præſertim nomine quòd nullis cedat præſidiis, licèt technicè & ex methodo præſcriptis. Ego verò quid addam vix video, cum aſtringentia & roborantia incaſſum jam & pluries uſurpata fuerint, ut & narcotica quibus ſuppreſſa per aliquot horas eſſlavii copia, majori poſtmodum fluxus ubertate compenſatur. At tamen ut aliquid etiam è mea ſupelleſtile conferam, illud imprimis aſſero, omni fluxui hepatico & viſceris vaſorumque atoniæ ac præſertim illi diarrhœæ *πυλωρρῆσι καὶ πυλωρρίδι* abſceſſu vel corruptela oriundæ nihil eſſe conducibilis lacte bubulo uſtulado vel ſufficienter evaporato (etiam reclamanti febre) cum julepo alexandrino dulcorato; illud pro ratione opportunitatis & ægri idioſyncraſia ac Euphoria propinari poterit, bis terve in die, aut ſi bene fiat, pro omni potu offerendum; julepo alexandrino interdum admifceri poterit ſemuncia ſyrupi papaverini, ut diutius morari & vim ſuam exerere valeat; ſi tamen peculiariſſis quædam cacochy-

mia adhuc luxuriare ac fermentari videatur, eliminanda erit confectione univerſali quadruplicato rheo, vel pilulis ex mechocanna rheo & confectione hyacinthina, vel ex tinctura rhei & roſarum rubrarum vitriolata ac ſaccharata; hic etiam locum habent clyſmi nutrienteſ ſtringenteſ, & roboranteſ, Gelatina è ſolo cornu cervi, mirobalani conditi, tragæa granorum aſeſ Quercetani pulvis è ſpongis cynoſhati, inſteſtinorum levitati maximè conducibilis; & ſi ulcus ſubelleſſe conjicias, alkool ſaturni crudi ad ℥j. alimenta omnia cichoreo alterentur, ac tandem ſi horum præſidiorum vim eludat *διυλεῖσθαι* affectus, diaphoretica & hydrotica in ſubſidium vocentur, puta cornu cervi, terra ſigillata, tormentilla, biſſorta, pentaphyll. filipendul. & bezoard. Nec deeſſe debet ſuus diureticiſ loeus, ut ſerum ſuperfluum ab inſteſtinis ad vaſa urinaria deriveetur, & ſicceſcant alvini ductus; conſerva cynorrhodi & fruſtum ejus decoctum pro potu eſſetatur, ac tandem ad lac humanum velut ad ſacram anchoram, cæteriſ penè devictiſ, conſugiendum; vulgata aſtingentia & corroborantia hic non tranſcribo, ne actum agere videar. Non negligenda topica interim moneo, tum ſotus, tum cataplaſmaticiſ, tum emplaſtri forma, ea præſertim quos ex ſantalo, menta, & cichoreiſ, maſſiche, terra ſigillata, cydoniſ, parari conſueverunt. Longè plura conſcriberem ſi magis proficua arbitrarer. E thermis Aquenſibus 4. Kal. Septemb. 1666. *Ex literis Manuſcriptiſ Domini de Villefranchi D. M. ad D. Serpoulier Medicum Cambraiſenſem.*

Observationes.

Cuidam Fluxu Hepatico laboranti.

Omniſum primo dedimus inſuſum rhei, myrobalan. citrin. & chebul. Poſtea hoc decoctum propinavimus.

℞. Marrub. abſinth. rom. flor. roſ. rub. menth. ſicc. & rubr. an. Mi. ſem. ſanguinar. plantag. coriandr. præp. an. ℥j. myrobal. citrin. ℥ſſ. rhab. el. ℥iſſ. ſchannanth. ℥ſſ. rad. cichor. apii. petroſel. an. ℥ſſ. cal. aromat. inciſ. ſanta. rubr. an. ℥j. coq. in aq. chalyb. ad ℥ij. in colat. adde ſyr. de menth. de cichor. cum theo an. ℥ſſ. M. pro quatuor doſibus.

Deinde dedi ſemel ℥ſſ. rhei pulv. in modum pilul. cum ſyr. de roſiſ ſicciſ; poſtmodum imperavi, ut bis in die ex hoc condito ſumeret ad magnitudinem caſſanæ.

℞. Conf. roſ. antiq. ℥ij. ſpec. aromat. roſat. ſine moſcho. ℥iſſ. myrobal. citrin. parum aſſat. & pulv. maſſich. an. ℥j. cum ſyr. myrtillo. F. conditum. Cum fluxus nondum ceſſaret, & jam ultra quatuor meſes duraret, & valdè æger debilitaretur, ſequens apoſoma præſcriptum eſt.

℞. Marrub. abſinth. rom. menth. ſic. ſ. roſ. rub. an. Mi. ſem. myrtil. plantag. an. ℥ſſ. cinnam. el. ſantal. rubr. cal. arom. an. ℥j. coq. in vino rubro ſtyptico, aq. equiſet. & meliſſ. ad ℥ij. colat. adde ſyr. de menth. myrtil. cotoneor. an. ℥ij. M. ſumebat bis in die: quiſ circa ſtomachum dolebat, ceratum ſtomachicum appoſui, & hepatis regionem inuaxi unguen-

tg

to fantulino & ol. absinth. Postea cum neque his adhuc fluxus remitteretur, omni mane per tres dies hunc pulverem dedimus cum ovo sorbilli, qui multum juvabat.

℞. Sem. plantag. nucis mosch. mastich. pulv. C. C. utri. an. ℞. cinnam. el. gr. v. F. pulvis subtilissimus; sed cum fluxus in totum non cessaret myrobal. cheb. parum tostos, cum rheo tosto ad ℞. cum aq. plantag. & syr. de ros. rub. sicc. propinavi & omni mane capiebat ad magnitudinem castaneæ ex elect. sequenti.

℞. Conf. ros. antiq. diacidon. sine speciebus, an. ℞. nuc. mosch. mastich. an. ℞. troch. de Carabe, de spodio, an. ℞. C. C. utri. pulv. fl. ros. rub. cortic. granat. balust. an. ℞. corall. rubr. gr. ij. seric. combust. gr. ij. cum syr. myrull. menth. an. q. s. F. elect. moderatè liquidum, cujus usû fluxus coepit cessare. Petrus Forestus obs. 21. lib. 22. De Profluvio alvi.

Vir quidam consistentis ætatis, temperamenti sanguineo-cholerici, capillis rufis, crispisque præditus, gracilis, stitulosus & negotiosus, ad iram promptus, nuptiarum & conviviorum creber allecla, biliosis dejectionibus, & ventris rossonibus plurimum afflictus, ante hos decem annos inflammatione hepatis correptus est cum febrili horrore & calore circa vesperam in dies invalescente, cum tussicula sicca, colore lurido, vel citrino, respiratione difficili & quasi intercepta vel singultuosa, cum dolore & nonnulla intumescencia lateris dextri, nausea virumque summa debilitate; sed tum ab hoc periculoso morbi genere convenientibus medicamentis menstruo, & quod excurrit, spatio, per Dei gratiam fuit liberatus. Paulò verò post in eisdem diætæ errores delapsus, iterùm ejusmodi rossonibus ventris, & dejectionibus biliosis experitur, præsertim à somno & prandio cum nonnulla cardialgia, urinae acrimonia, siti, appetituque ferè nullo, quin & fluxus hic quandoque per triduum quiescit, sed postea largus fertur, cum flatibus, rugitibus & tenesmo. Excrementa modò crassiora sunt & grumosa, sæpiùs autem liquida, dilutè rubea instar loturæ carnis, modò cinerea sine febrè, sine dolore, cum lassitudine spontanea; omnium rerum adest tædium & somnolentia plurima. Cum autem malum hoc sæpius inducias daret, à variis quoque Medicis, variisque medicamentis adstringentibus pariter, & corroborantibus & topicis, e. g. hepate lupi, mastiche, theriac. tinct. corall. rhabarb. diu multumque per aliquot annos fatigatus parum levaminis inde sentiret, tandem tamen præter omnium spem crebro agrimonie vulgaris Dioscoridis usu, cum prædictis aliisque exhibitis plenariè restitutus est, sumptio in pulv. conserv. mixtura, decoctione, infusis & hisce rotulis.

℞. Pulveris agrimon. per setaceum transmissi ℞ij. rhab. hepat. lupi præp. an. ℞j. cass. lign. veræ ℞j. confection. alkerm. compl. ℞j. cum sacch. in aq. agrim. sol. q. s. f. rotulæ inspergendæ oleo cinnam.

Cujus simplicis virtutes in ulceribus vesicæ consolidandis Forest. lib. 7. obs. Chirurg. 3. ac in involuntaria urinae emissionè Horstius l. 1. p. 2. de morb. mulier. obs. 1. præ cæteris felici cum effectu comprobant. D. Job. Michælis Febr. Academ. Natur. Curios. Præsidis.

Anatomica Inspectiones.

Vide supra Capite de Dysenteria.

F O E T U S.

DE Fœtû curiosa multa tradimus in Bibliothecâ nostrâ Chirurgicâ.

De eo item, ut & de Parturitionis termino alii-que multis vide capite de partû. Hic tantùm verbulum de dentibus fœtibus jam inexistentibus contra vulgarem opinionem, ex peramicâ communicatione D. Guist D. M. ac rursus propter materiæ affinitatem de serotinis dentibus aliisque circa dentes ex eadem communicatione. Sic itaque ille.

Dentes per aliquot menses in infantibus latent secus ac in animantibus brutis sit, nam statim ac vitali aura fruuntur, dentibus instructos esse in vulgus quoque notissimum est. Dum autem in pueris per tempus adhuc in mandibulis ita conclusi manent, non idcirco tum demum, quando jam natus est infans, rudimenta illorum poni credendum est, hoc enim qui sibi persuadent, magnum cum Anatomes imperito vulgò errant errorem; nam utero contentis fœtibus illos adesse avorsus docet. Vidi ipse sæpiùs antehac & haud ita pridem plurimos curiose servatos embryonum dentes apud Clariss. D. Car. Drelincurtium, ubi simul etiam notabam parvula isthæc ossicula in superna potissimum parte sua non carere duritie, & in primis colore suaviter albicante jam tum posse distingui à radiculis suis quæ instar extremitatum in unguibus nostris, visui se offerebant. Numerantur autem ut plurimum septem menses antequam fiant conspicui, prout jam olim Hippocrates, Aristoteles, Plinius, Galenus, aliique annotarunt. Inter rarissima enim meritò numeramus, quòd Plinius Laurentium & cum illis etiam alii testantur, se nonnullos haud infimæ fortis mox ab ipso ortu dentibus instructos vidisse.

Serotinos dentes in sexagenario latuisse, viro autem quadragenario erupisse.

Dentes circa septimum ætatis annum si non omnes plerique tamen in conspectum veniunt. Ultimo loco tandem genuini protruduntur, qui vulgò dentes sapientiæ, serotini, Græcè σαφεινότες ut. εὐφρονι & κραιότες dicuntur. Hoc anno vigesimo viris pariter atque feminis prodire Aristot. scribit. Sed apud eundem, ut & Plinium legere est, aliis octuagesimo demum anno erupisse. Nonnulli decimo octavo, vigesimo sexto, vigesimo octavo, vigesimo demum anno provehire statunt. Et sic nec Autores ipsi hæc de re inter se conveniunt, nec unus solus experientiam habet sibi suffragantem. Ut enim reliqui dentes, ita & hi huc citus illi serius obtingunt. Reperi eosdem adhuc intra gingivas latitantes in sexagenari cadavere, quod publicè cum admiratione omnium dissecuit Excellentissimus D. Promotor meus; Qui ipse aliquando medicinam faciens Caspico-Parisiensi, (quadragenario majori quem ἀδολογία dementabat)

bat) observavit omnibus incassum adhibitis remediis, tandem sapientiæ dentem dextrum superiorem produisse.

Idem 1675. De dentium ordine multiplici.

Mirum est, quod Plinius c. 37. lib. 11. narrat, Timarchum Nicælis filium Paphii duos habuisse maxillarium dentium ordines, quod etiam de Mithridatis filia idem affirmat; imò Herculem triplici Dentium serie, ut & Pœbum, Realdi Columbi filium, necnon Ludovicum. XIII. Galliarum Regem, annotante Bartholino, eadem ornatos dicam an deformatos fuisse, legimus. Sic nuper, Clariss. Promotor meus, infantis cadaver publicis oculis subiecit, è cujus maxillis integram dentium seriem, scapelli cuspidè, revulsit, altera adhuc dum intra maxillas latitante: sed illam gingivis nudatam & expositam omnium oculis pari methodo sigillatim decussit.

Idem 1675. In odontalgia rabida arteriolam antitrangi urendam esse.

In atroci dolore solent etiam aliquando arteriotomiam instituere inque illis locis ubi usus obtinet feliciter sæpè administratur, constat mihi per sæpius laudatum Dn. Promotorem meum defurculo carotidis exterioris perrepiante auris antitrangum, quem sæpius (dum apud Principem de Turenna Castrensiu Medicorum comes esset) à Principis sui Chirurgus vidit caustico actuali (ad eos usus crescentis luna in modum affabre facto) felicissimo cum successu deuri.

FOETOR.

De Foetore narium vid. in Narium Affectibus: de Foetore oris, in Oris Affectibus: de Foetore pedum in pedum Affectibus &c. Hæcque omnia præcipuè in Bibliothecâ nostrâ Chirurgicâ.

FRACTURA.

Vid. in Bibliothecâ Chirurgicâ.

FULMINE ICTI.

Vid. COMBUSTIO in Bibliothecâ Chirurgicâ.

FUNGUS.

Vid. in Bibliothecâ Chirurgicâ.

FURFURES.

Vid. PILORUM VITIA in Bibliothecâ Chirurg.

FUROR UTERINUS.

De Furore Uterinò, hæc habet Clariss. Antonius Menjotius.

Plato duas manie species celebrat, unam *αὐτὴν ἀνεπιεικῆ* ab humanis morbis;

alteram *αὐτὴν θείαν ἐξαισθητὴν* à divina alienatione; hujus iterum quatuor constituit partes, quibus totidem Deos præponit; ac *μαρτυρὰν ἱερατικῆν* tribuit Apollini, *πλεσικῆν* Dionysio, *ποιητικῆν* Musis, *ἔρωτικῆν* Veneri & Amori, hancque omnium optimam esse docet.

De furorè Venereo seu Amatorio, non Platonicè, sed Medicè hic differimus, quatenus morbi foetura est. Ejusmodi furor à membro principaliter affecto, scilicet utero, uterinus, Græcis *μησεμανία* dicitur. Sunt qui *νεφρομανίαν* vocitant, sed improptie, quod cyræca illa pudendi muliebris epiphysis quam *νύμφη* & *τὸ μίτρον* appellant, verum non sit hujus passionis subiectum: attamen Nymphomanie vocabulum admitti potest, eo sensu quo veteres Anatomici clitoridem Nymphæ nomine donabant; clitoris enim, veneris aculeus, in hoc affectu manifestè tumet atque incalescit.

Definitur Delirium ferinum sine febre, effrænem ac inexpletam veneris appetentiam inducens. Cum mania convenit conturbatæ mentis savitie, & *ἀσυνεχία*: sed ab illâ sejungitur, quod non ab atâ bile, sed à feminis ferventioris plethorâ ducat originem; quodque desipientia pro balituum è semine evectuum ac imaginationem pulsantium conditione, circa rem veneream peculiariter versetur, ita ut petulcæ ægrotantes nihil aliud vel loquantur, vel cogitent.

Causa proxima non est putridum semen ut in hysterico pathemate, sed genituræ incorruptæ quidem, at uberioris & actioris, in vasibus uterinis orgasmus; hinc enim uterus, partesque ipsi annexæ cum internæ tum externæ, & præcipuè clitoris *φλέγμων* concipiunt, ac cerebro per medios vapores in *εντιμωρία* tracto, foemina dementatur, & furiosarum libidinum astu percellitur.

Cur sola mulier hocce furore crucietur, virque ab illo immunis vivat, quanquam semine præditus multo ætiovore, duplex est ratio: prior ex parte *ἰσχυρισμῶ*, id est causæ suscipientis, quod vir-tui potentior sit; foemina verò, iudice Hippocrate, sit *ἀδυναστὴρ ἔδωλαστὴρ*, pusilli demissique animi: posterior ac præcipua ex parte *ἰσχυρισμῶ*, hoc est efficiens causæ, quod virile semen in vesiculis seminariis ac prostaticis glandulosis ad utriculi urinarii cervicem sitis, tanquam in penu ac promptuario asservatum, indè ad caput non commodè vaporet, nec istis particulis res sit cum cerebro: Mulieres autem ejusmodi vesiculis ac prostaticis destituantur, quarum quippè vascula ejaculatoria non ad vesicæ collum tendant, ut in maribus, sed ad vulvam cujus præsigne est confortium cum cerebro. Quemadmodum fons secundum trabis ductum procul & rectâ excurrit, ac fumus juxta pali erecti longitudinem alte effertur; sic per continuitatem spinalis medullæ, cui uterus robustis connectitur ligaminibus, expedita est fuliginum ex arvis muliebribus ad cerebrum *ἀλυσί-ρροια*.

Hippocrates, si vulgò credatur, hunc morbum oriri ait à sanguine menstruo, qui in virginibus viro maturis effluvio carens, ad cor & diaphragma præ multitudine regurgitat: undè cor primùm infatuatur, indeque torpor, & ex torpore dementia invadit. Satiùs tamen videtur textum istum de matricis strangulatu vel de melancholico delirio, vel de utriusque affectus *συμμελῶ* interpretari, quàm de insaniam uterina; ut reverà Hippocrates timoris à caligine nati

eo loci meminit, qui melancholiam non furorem testatur.

Arbitrantur nonnulli in mania hysterica, Veneris thyrso mentem percipi, ob errorem externum, à nimia videlicet objecti vehementia, ut sit in ira, amore, cæterisque animi passionibus; quo pacto etiam animantes quibus toto anni cursu in Veneris conflictum prorumpere negatum est, accedente statâ jugandi tempestate, maximâ feminis ebullientis plenitudine turgent, quæ ipsas furari solet: proindeque nullas anathymias è feminis minerâ ad *μερὸς Ἀφροδιτικῶν* importari autumant; sed appetitum veneris naturalem qui in utero positus est, ubi à spermatis copiosi atque præservidi stimulo ultra modum pungitur, appetitum animale in cerebro tantopere commovere, ut hic immoderatio factus, excusso rationis à qua compesci deberet, dominio, eam secum abripiat.

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Indeque in pudicis foeminis luctam fieri observant appetitus sensitivi & rationalis, qui illius procellas pacare nititur, ac mulieres nimium coeundi desiderium præ pudore aliquandiu occultare, donec tandem ratione subversa, propudiosa evadant.

Aliquis etiam opinari posset, ipsummet animale veneris appetitum non cerebro inhabitare, sed utero, quem ideo Plato *ζῶν ἐπιθυμητικὸν* vocavit, haud secus ac animalis cibi potusque appetentia in superiore ventriculi orificio collocata est; aded ut metromania respondeat bulimiae, vel siti immoderate, à quibus delirationem longè abesse constat.

Verumtamen in hoc affectu *τὸ φανταστικὸν ἢ τὸν ἔλλημονικόν* perturbari ex cogitationum, dictorum factorumque absurditate liquidò colligitur; Nec idcirco furor uterinus, sed simplex lascivia, fami caninae meretur comparari. Certum est etiam istas facultates teneri desipientiâ propriè sic nuncupatâ; potius quàm ob errorem externum solummodò depravari; secus vix ullum unquam dabitur deliramentum, ipsaque mania nihil aliud erit quàm prægrandis incandescencia rationem inundans. Igitur in furore uterino ægrotatio imaginatricis ac ratiocinatricis potentiae causa est effrænati appetitus animalis, non è contrario; aliterque se res habet, quàm in effusis animi pathematis; hæc enim licet mentem extra quadrum, ut loquantur, promoveant; per se tamen & proxime non insunt *τῶ λογικῶ*, sed *τῶ ἀλόγῳ* animæ, neque ided cadunt in Virum sapientem quem Philosophia moralis appetitus sensitivi violentiam refrænare docuit; cum morbosa deliria ne fortissimis quidem, Stoicisque hominibus parcant, quoniam à cerebri valetudine dependent, quæ rationis imperio non subijcitur; hancque ob causam in animi passionibus sentiunt homines se vitiose agere, nec in foro civili, ac multò minùs in foro conscientiae excusatione digni sunt: delirantes verd, ac speciatim foeminae ex utero insanientes se transversas raptari ignorant, insontesque merito habentur.

Domicilium appetitus veneris quod attinet, an illud in cerebro, an in membris procreationi dicatis assignari debeat, controversia est Physiologica, non Pathologica, nec proinde hujus arenæ.

Causa interna caloris & acrimoniae in semine

gemina est, partium feminis fabricationi destinatarum, testium nempe & vasorum spermaticorum exuperans caliditas; ac sanguinis, è quo semen conficitur, fervor immodicus vel per se, vel propter mordacium, salforumque humorum mixturam. Menstrua quoque non ex voto irumpentia ad hancce insaniam conferunt; ab his enim præsertim si calidiora fuerint, uterus unâ cum suis vasis ac semine in ipsis contento effervescit: quamobrem appetente fluore menstruali, mulieres magis subant, ob voluptuosum prurium ex plenioris sanguinis ac spirituum adventu.

Causæ procatarticae furoris hysterici multiplices sunt *ἐν τῷ Ἀφροδιτικῶ* live sex rebus non naturalibus mutanda. Primò cælum ætiosum atque squalidum, ut *κοινοκαίμων* tempore, cum ingenti Sirius æstu terras adurit: Nam sicuti, autore Philosopho, viri æstate minus quàm hyeme ruunt in venerem, quoddam intensus eorum calor dissolvatur à caliditate ambientis: ita ex adverso mulieres per æstatem magis quàm per hyemem ad clinopalen instigantur, quia frigidius ac ignavius illarum semen ab æstivo calore redditur ætiosum, ac per compensationem contrariae qualitatis refovetur; idedque Ægyptiacas foeminas, veneris in tantum famelicis esse narrat Herodotus, ut cum hircis rem habeant: produnt quoque historiarum Indicarum Scriptores Americum Vesputium ad quandam novi Orbis oram appulisse, ubi mulieres libidini aded erant devinctæ, ut Bacchantum more in nautas furerent.

Sed potissimum victus ratio est *ἀφροδιτικῆ*; universim quidem dapes saliales & opiparæ, daphiles ac Sybariticae mensæ, fercula ganata juxta Arcestrati opsoedali, vel Apicii, quem Plinius nepotum omnium altissimum gurgitem appellat, artem culinariam parata: mirumque philtre tam graviter interdici, dum interim coquis permittitur, inquit Plutarchus, alimenta *μαργαρίων ἔφαρμάτων*. Privatim verd inter irritamenta veneris languentis & acres divitis urticas numerantur, aromata omnia, embammata, pulpamenta, tortiva jura quibus succulentæ ac polytrophæ carnes infriantur; galorum cristæ atque testiculi; ova recentia ac tremula; præterea panes azymi (si Didymo credendum) *ἐπιρρηκτικῶν* *εἰς τὴν τὴν ἀφροδιτικῆ* efficacissima sunt veneris incitabula; item asparagorum turiones; echinatae scolymorum pinæ, eorumque thyruli; nuclei pistaciorum; pinei strobili, boleti; tubera, ac pleraque legumina, ut pisa, fabæ, cicera admiffariae equis exhiberi olim consueta. In genere quodcumque cupediarum genus, omnisque ventris saturitas, seminarium est veneris amoris: Nihil sic inflammat corpora ac tiullat genitalia membra, sicut indigestus cibus, ructusque convulsus, inquit B. Hieronymus. Venter etiam melaco præsertimque dentato ac *καυσικῶ* exæstivans citò despumat in libidines: Non *Ἀἰναι* ignes, ait idem Hieronymus, non Vulcania tellus, non Vesuvus & Olympus tantis ardoribus æstuant, ut juveniles medullæ vino plenæ & dapiibus inflammatae: nec immeritò lascivæ jumentum franis inediae subjugandum esse alibi suadet. Quædam mulieres in *ἰκσαν* uterinam illapsæ sunt propter uum vini Hippocratici, cui aliquid boracis fuerat dissolutum.

An inter venerea illectamenta sal veniat re-

cen-

centendus ambigitur. Non pauci contendunt, ut à ruà atque menthâ, sic à sale ope caloris atque siccitatis genitalem succum consumi:

Urunt res falsa visum, semenque minorant.

Ita Abimelech Sichemorum urbem expugnatam soloque adæquatam consperfit sale, in perpetuæ infœcunditatis notam: ad cuius forsam exemplum hodierni Magistratus reorum læsæ Majestatis ædes demolitas sale aspergunt. Aliis placet quemadmodum sal adesto sanguine per se emaciat; sed per accidens pinguefacit, alimentum ad partes devchendo (nam Apollonius, Herophili discipulus, macros ægros ac inuberes cibariis salitis recorporabat, ac Hippia tri equos impinguant, paucio sale escæ admixto) sic moderatam salis usuram esse prolificam, quatenus sanguinem ad feminis officinam deducit. Nonnulli denique à sale semen quidem incendi; sed ejus copiam detrahi existimant.

Nos plurimis documentis nixi, veneris ardorem sale proritari, virtutemque fœcundam ei inesse judicamus, ita ut Grammatici vocem salax à sale non inepte derivasse videantur. Nam lymphæ minerales sale imprægnatæ à sterosi vindicant: aqua Nilotica quæ nitrosa est, multarum fœmibarum viscera longiore præclusa sterilitate, ad conceptum relaxavit: vena spermatica sinistra ab emulgente exoritur, ut feminis materia, saluginis feri redderetur particeps, ac illi salaciores sunt, quibus utraque spermatica ab emulgentibus emergit: naves sale onustæ sunt murium feraces; imò non desunt Physiographi, qui mures absque masculi opera solo salis linctu impleri affirmant: dato sale, canes ad generationem inertes catuliunt: oves aquam falsam bibentes maturius coeunt ex Aristotele: ac Sacerdotes Memphitici libidinem fugaturi à sale abstinebant, autore Plutarcho: populosissima est piscium salum incolentium Respublica: nec sine ratione Martini apud Ethnicos Dii omnium petulantissimi fingebantur, & Venus dicebatur ἀλιγγίη saligena: stripibus quoque propagandis sal conducit; hinc ἄλασιν ὕδρι apud Græcos dici solum de summa fertilitate, ac plantæ maritimæ præ cæteris luxuriant: aquæ quoque ἀσπραταία & κερωνία, quia nitro imbutæ, irrigandis plantis sunt magis accommodatæ, docente Plutarcho; & Hippocrates ὕδρι θορυπητῆρ commendat: notum est in Livonia succensarum sylvarum cineres solere tritico conferri, lætasque meti messes: nix suo nitro terris benefacit: agri stercoreati fœcunditas sali quo nimis scatet, accepta fertur: Elisæus fontem Jericonis sale fœcundavit: & Virgilius;

*Semina vidi equidem multos medicare se-
rentes,*

Et nitro prius & nigrâ perfundere terrâ.

Denique totis corporibus nihil est utilius, inquit Plinius, sole & sale: quasi ad humanam procreationem, simul cum sole & homine, sal tanquam tertius collega deberet admitti. Sed nimum à littore recessimus, reducuntur vela.

Præter aërem & alimenta, veneris illicium præbent somnus longior: supinus decubitus in culcitra plumbea renas calefaciens, quod etiam præstant arctiora lumborum cingula: otium corporis & animi: ἑθιμασία, familiaritas cum ado-

lescentibus: unde B. Hieronymus: Cinnamulos pueros & calamistratos, & peregrini muris olentes pelliculas vocat pestes ac venena pudicitiae, obscena etiam spectacula ac Fescennini versus, sunt Veneris popysmata, sopitamque amoris flammam ventilant: uno verbo vitata mollicula, deses ac luxuriosa: Venus tandem præcox & immatura, quæ nondum confirmato iudicio cupiditati habenas laxavit; qua de causa, ut ex Aristotele colligitur, puellæ temporis viro copulatæ vitam degunt incontinentierem: quædam etiam hoc malo tactæ fuerunt ex concubitu cum viris qui majorem illaturi voluptatem; oleis calidioribus ac suaveolentibus veterum inunxerant.

His omnibus addi debet fœmibarum ἀσπείρις ac primo quidem temperies non sanguinea quæ semen copiosum, sed qualitibus moderatum coacervat; multò minùs pituitosa, sed vel melancholica, vel biliosa: Mulieres namque melancholicæ & serosæ sunt & statosæ, undè seminalis humor à salsedine feri acuitur, & à flatibus turgescit: biliosis autem et si ratione siccitatis, illiberalior insit feminis abundantia, bilis tamen flammescens geniales igniculos accendit; undè Poëtæ Marti Venerem conjunxerunt ob arascendi & concupiscendi germanas vires, & quod Martiales viri plerumque simul Veneri sint. Moderatam autem caliditatem siccitatemque intelligimus: secus si qualitates istæ plurimum exuperent, urinam genitalem, ut cum Plinio loquar, depopulantur. Ita leo quia calidissimus atque siccissimus, minimè libidinosus est; cumque feminis & medullæ assimilis sit materia; ille quoque tenuem & exiguum habet, & quidem in paucis offibus medullam, ac pleraque ejus ossa non solum corneola sunt, verùm etiam adeò dura, ut ex iis collisis quasi è silice ignis elidatur, autore Aristotele.

Secundo habitus considerandus est: nam ut carnosæ pinguibus, sic graciles carnosis magis uruntur.

Tertio statura; in proceris siquidem minus quam in parvis bulliant libidinum incendia, quoniam in his & calor unius vegetior est, & propter parciorum nutritum plus restat sanguinis in semen abituri: ita claudæ libidini magis indulgent, quod ad membrorum debiliam ac decurtatorum nutritionem paucus sanguis sufficiat; narrantque Amazonas solitas fuisse infantes masculos ex articulare, non modo ut claudi nequirent insidiari; sed etiam ut in venere magis valerent. Idem dicendum de gibberosis quæ camelis idcirco comparantur coitum toto die exercentibus, referente Aristotele.

Quarto colorem cutis, & pilorum maximè in partibus pudendis cruribusque luxuriam oportet attendere: In illis enim quæ ex albo flavescunt, aut propter sanguinis aduersionem nigricant, ac pilosiores sunt, scintillant magis ignes cupidinei quam in lacteis atque depilibus.

Tandem aphrodisia lymphatione sæpius tentantur puellæ viripotentes ἀσπείρις, ut ait Hippocrates, ἀσπείρις γὰρ μόνον ἀσπείρις quibus inflat nubendi tempus, cum mammæ fororiari, pecten iulis sive tenera lanugine vestiri, mensesque primùm erumpere incipiunt; quapropter Aristoteles adolescentulas eo tempore diligenter custodiendas esse monet: attamen juvenibus, ut ut plenis annis nobiles sint, hac infania frequentius vexantur maritæ ἀσπείρις, dummodo nihil aliud adjunctum sit, quod veneres proclivitati

namque multitudine vaporum compresso, istius compressionis idea, imaginationi morbidæ jugiter oblata, hanc ad fauces recte constringendas latentem impellit: quædam verò in fluxus pureosve desiliæ vise sunt, aquæ perfrigerium exoptantes; hæc non ita pridem Lugdunenses mulieres tam atrox, tamque absurda incessit animi perturbatio, ut in flumina gregatim sese pronas dejecerint: quomodo olim in decantatissimâ illâ peste Atticâ, ægri
*In fluxus partim gelidos ardentis morbo
 Membra dabant, nudum jacentes corpus in undas:
 Multi præcipites lymphis putealibus alte
 Inciderunt, ipso venientes ore patente.*

Aliæ tot ærumnarum mole oppressæ, quasque tandem rædet cœli convexa tueri, diverso spontaneæ necis genere percunt. Ac profectò hunc affectum valde horrendum esse necesse est, quandoquidem Melampus, referente Herodoto, ob restinctum Argivarum mulierum furorem, pacta prius cum Argivis mercede, majorem regni eorum portionem, sibi & fratri suo Biantî obtinuerit. *Antonius Menjotius Dissertation. Pathologica. pag. 1.*

Curationes.

Curatio Clariss. Lazari Riverii.

Phlebotomia sæpius, prout vires ferre poterunt, celebranda est; ut tota humorum massa, & ipse uterus refrigerentur, & sanguis fervidus ab uteri venis revellatur. Postmodum purgatio instituenda est benignioribus composita, bilem aut melancholiam educentibus, prout alteruter humor redundaverit. Purgationi succedent julepi præparantes humorem peccantem, refrigerantes scilicet & leviter aperientes, per triduum usurpandi. Mox purgans validius exhibendum erit ad humores illos penitus infixos evellendos, cui usui conferre poterunt illa medicamenta purgantia, quæ in manie curatione fuerit descripta, quæ per intervalla erunt repetenda.

Iteratâ purgatione ad uterum, & universum corpus refrigerandum, humorisque fervorem temperandum, sequens balneum erit utilissimum, idque pluries in morbi decursu erit repetendum.

℞. Fol. lactuc. salic. nymphæ, vitis, portulac. umbilic. ven. an. falcj. fl. viol. nymphæ & ros. an. M. j. coq. omnia pro balneo, quod ingrediatur tepidè, sine sudore, bis in die longè à pastu.

Ad ulteriorem corporis refrigerationem serum lactis per multos dies exhibeatur. Proprietate specificâ semen extinguunt sequentia.

℞. Fol. nymph. salic. viticis, an. M. vi. fol. lactuc. portulac. umbil. vener. an. M. j. sem. quatuor frig. maj. lactuc. & papav. alb. an. ℞. aneth. ℞. fl. nymph. & viol. an. M. j. contunde omnia recentia, & irrorentur succo limon. & destillentur in B. M. ac singulis aquæ libris adde camphoræ ℞. Capiat ℞. frequenter. Vel ex prædictis simplicibus fiat decoctio, & saccharo dulcoretur ad plures doses, addendo camphoræ parùm, vel fiat emulsiō ex sem. frig. maj. lactuc. & papav. alb. extracta cum aqua nymph. lactuc. & salicis, cum syrupo violaceo. Opiata in hunc modum præscribi poterit.

℞. Conserv. fl. nymph. viol. & viticis, an. ℞. conserv. ros. ℞. caulium lactuc. condit. ℞. corall. & smaragd. præp. an. ℞. cum syr. viol. & nymph. ℞. Opiata.

In summâ delirii vehementiâ somnum conciliantia utilissima sunt, tam interna, quàm externa. In toto morbi decursu clysteres refrigerantes & blandè purgantes usurpandi sunt, cavendo ab acrioribus & vehementer purgantibus.

Injectiones etiam fieri possunt in uterum ex decoctis herbarum pro balneo aliisque remediis præscriptarum, quibus utiliter Sal Saturni addi poterit. Clysteres frequentes ex oxycrato ad hoc quoque confecti poterunt. Exteriùs linimenta refrigerantia, lumbis, pubi & perinæo admoveenda sunt, ex ol. nymph. unguento rosac. vel albo refrigerante, cum succis solani, hyoscyami, nymphæe dissolutis, addendo parùm camphoræ; tum lamina plumbea perforata supra renes continuò gestanda. Ratione causæ hujusmodi virgines viro juveni ac valido jungantur. *Lazarus Riverius præx. medic. lib. 15. pag. 5.*

Curatio Clariss. Joh. Michaelis.

Curatio furoris uterini absolvitur primò venæ sectione, si sanguis abundet; secundò purgatione, si humores adulti calidi permisceantur; ubi imprimis profunt alterantia, quæ vim habent serum simul educendi.

℞. Mass. pilul. de fumar. ℞. scammon. sulphur. gr. vi. sacch. saturni gr. iiii. M. F. pilulæ pro una dosi.

℞. Aq. nymph. ℞. syr. de nymph. ℞. pulv. cathol. purg. ℞. M. pro una dosi.

℞. Syr. cichor. cum thabarib. ℞. aq. nymph. ℞. scammon. sulphur. ros. gr. viii. M. pro una dosi. Tertio alterantia refrigerantia, ut sunt lactuca, portulaca; & occulta qualitate gentia, v. g. ruta, vitex, cannabis, camphora, cituta, quæ in moribus potius usurpanda.

℞. Aq. castitat. ℞. syr. de nymph. ℞. sacch. saturn. chrystall. ℞. M. Decis 2. vel 3. cochlearia.

℞. Sem. cannab. ℞. lactuc. portulac. ana. ℞. cum f. q. aq. nymph. f. e. a. emulsiō: edulcoretur cum syr. de nymph.

℞. Essent. castitat. ℞. uratur ad guttas.

℞. Olei nymph. ℞. ruta ℞. sacch. saturn. ℞. M. F. litus, quo inungantur renes & partes genitales.

℞. Emplast. de cicuta q. s. malaxetur cum oleo de nymph. inducatur super slutam, & obducatur syndone rubra in formâ usitatâ emplastri uterini. *Joh. Michael. Præxos Clinic. general. part. 1.*

Observationes.

Illustris Comitissa sterilis, certis temporibus per mensem unum atque alterum incidit in delirium sine febrî, cum audaciâ & risu: sermo multus & frequens uni objecto diutius inhaerens frequentissimè de rebus veneris adest; oculos habet vagabundos huc illuc nutantes; dolor nullus, nisi quoddam remittente furore tormina ventris infimi sentiantur; sæpius ligamentis, quibus continetur, seipsam strangulare conatur. Tandem mentis vicissim compos reddita, sæpius annuo spatio, plus minus, à miserabili hoc affectu libera vivit, cujus tamen recidivam expectare cogitur.

Casum hunc sub finem ann. 1613. Vir reverend. & clariss. Joh. Weberus, Sacrosanctæ Theologiæ Doctor, & Ecclesiastes illustris Aulæ Gleichenis, ad mandatum Illustris sui, per literas proponebat meumque consilium expetebat, nimirum ut primò determinem, quid de morbo sentiam; dein quâ ratione curari, vel saltem mitigari queat.

Ad utrumque temporis ratione breviter hoc modo respondi,

Mor-

Morbum quod attinet, cum propriè melancholiam vocari non posse, siue primaria, siue hypochondriaca intelligatur; idque propterea quod omnis melancholia sit mentis desipientia sine febris cum metu, tristitia & odio hominum, ita ut agrotantes non admodum furiosi sint, & potius solitudinem quam hominum conversationem expectant. Hinc Hippocr. 6. Aph. 23. Si timor & tristitia diu perseverant, ex eo atra bilis significatur. Ergo potius iis subscribendum esse iudico, qui statuunt affectionem Illustris Comitissæ speciem quandam esse furoris, cum sit infania sine febris, cum quadam audaciâ, timore & mœstitiâ minimè præsentibus.

Furorem hunc non per *πρωτογενειαν* cerebro accidere, sed potius per contentum, inde colligo, quod suas intermissiones habeat, nec etiam tempore paroxysmi semper eodem modo delirium intentum sit. Quæ autem pars læsa ad ejusmodi furorem facere possit, inquirendum.

Potissimum ad uterum respiciendum esse iudico, cum certior factus sim, conjugium Illustris Comitissæ esse sterile, quam ob causam corruptionem feminalem materiam fortassis adesse suspicor, unâ cum intemperie uteri calida & plurimum excedente & exurente, quam præcedere solent procatartice tales, ad iram scilicet prompta inclinatio, terror ac facilis confusio, amoris affectus vehementior, menstruum inordinata effervescencia, tempus anni calidius, &c. Vocatur autem ejusmodi morbus *furores uterini*, & cognoscitur non solum ex iis quæ sunt de essentia morbi, sicut nimirum ex delirio sine febris absque timore, cum quadam audaciâ, sed præterea ex subsequentibus etiam, sermo videlicet multus adest; imprimis de rebus Veneris, quas vehementius appetunt hujusmodi patientes: Oculi vagabundi, hæc illuc nutantes conspiciuntur, quod aliis etiam us convenit, qui Veneris habenas remissius tractant, & affectu amoris diutius cruciantur. Hinc manus quoque non raro naturalibus applicare solent, præsertim dum cogitatio veneris diutius protenditur. De dolore tempore feroris nullo conqueruntur: qui enim dolent & dolorem non sentiunt, iis juxta Hipp. mens laborare dicitur: in remissione tamen, potissimum ante furoris exacerbati initium, non raro ab infimi ventris dolore & gravitate conquestæ sunt. Accidit quoddam familiare quoque hic sit agrotantibus, ut intentionem sese strangulandi frequenter habeant, quem admodum experientia notum est, forte quoddam uteri strangulatus facillimè incidere possit, quam ob causam suffocationis species frequentius phantasie perturbatæ sese offert; sic enim quod Hipp. de morb. Virg. innuit, circa cor & diaphragma propter compressionem strangulationes oriuntur, ut loquor mortem, veluti bonum quoddam expectant.

Sit hoc modo determinata morbi species, cum suis causis atque signis: ad curationem progredimur, hoc primum prognostici loco notato; morbum hunc eo curatu difficiliorum esse, quod magis est inveteratus.

In curatione tam ad causas antecedentes, quam conjunctas respiciendum est, idèque juxta subsequentes indicationes operationes Medicæ dirigendæ veniunt.

I. Uteri intemperies calida & sicca istis excedens, refrigerantia & humectantia requirit. II. feminalem materiam ut & sanguis adustus; circa regionem uteri collectus ablationem sui indicat. III. sanguis venosus in toto calidior & sicciore effervescencia sua paroxysmum facillimè producens, prope lævâ quod una cum eodem malignitas citius ad ca-

Tom. II.

put evaporet, ante mensium commotionem alterandus ac temperandus est. IV. Halitus corrupti cerebri petentes discutendi, & aliò, ad partes ignobiliores ducendi sunt, ubi potissimum cauteria non obtinenda. V. Inflammatio seu fervor spirituum in cerebro refrigerandum & humectandum esse indicat. VI. Vehementia delirii sæpius topicorum usum requiritur, ubi, ab inordinario curationis processu quietere cogimur.

Pro excipiendis his indicationibus triplex auxiliorum materia consideranda venit, nimirum Chirurgia, Pharmaceutica, & Diætica. Quoad Chirurgiam venæ sectio primum locum habet, qua sola sæpius Empirici maniacos & furore percitos curare conantur, ut videre licet apud Plater. lib. 1. observationum; quæ pro alteratione totius in brachio adhibetur, mediana vel cephalica incisa, sed hæc cautione, ne circa tempus menstruum hoc accidat, quia convenientius est paulò antequàm fluxus mensis expectatur, ut saphæna pedis incidatur, quo promptius sanguis deorsum moveatur. Scarificationes quoque in consuetis non improbantur, modò hoc ipsum fiat instantibus mensibus, ac tantum in cruribus, non in superiore corpore, ne magis ad caput materia deriveretur. Cauteriorum usus etiam hic pertinet, nimirum ut primò cauteria fiant in cruribus, quo corrupta materia, potissimumque malignæ evaporationes caput afficientes deorsum vergant. Post alluente materiâ revulsâ ad partem oppositam, optimè verò attrahentibus pedum fonticulis commodè quoque eæ viciniam setaceam applicaretur, remedium omni ex parte tutissimum, & in gravissimis capitis affectibus præsentissimum, de cuius vero usu legatur *Guil. Fabricius Hildanus Cent. 1. observ. Chir.*

Quoad Pharmaceutica juvenia, citius in hoc casu medicamenta præscribuntur quam adhibentur, propterea quod agrotantes discretionem destituunt. Eligenda tamen alterantia, & corroborantia.

Quoad alterantia, conveniunt interius Symplicium Acetosus citri, de succo granatorum, seditis his, quæ uterum peculiariter respiciunt, ut sunt Symplicium de Artemisiâ, aqua melissæ, castoreum & similia quæ ratione indicantium commiscuntur, & manè vesperique tribus cochlearibus exhibentur.

℞. Syrup. de s. acetosæ. Endiviæ, ana ℥iij. Granat. duc. ℥ii. Artemis. ℥b. aquam Melissæ ℥i. m.

Hæc etiam pertinent condita quæ ex conferva rosar. violar. Borriginis; pauxillo pulveris castorei addito, cum syrupo pomorum dolc. conficiuntur: his enim, uti prioribus quoque, vis modicè refrigerandi, humectandi que merito tribuitur. Exteriusque inunctionem pubis & infimi ventris commodè fieri posse, statimus, cum unguento Santalino, Infrigidante Galeni, admisso s. q. olei violarum, Nepharis & similibus. Imò & balnea aque dulcis (mineralis & sulphureæ thermæ modis hic conveniunt) post evacuationem conceduntur, infusus videlicet in decocto herbarum refrigerantium, ut sunt violar. sol. salicis, lactucæ, endiviæ & similes, quibus commodè flores chamæmeli medicosri quantitate miscentur.

Quoad evacuantia, frequenter lenientia exhibentur, imprimis hic serum caprinum infusionis folior. Sente commendari posset. Lenientibus præmissis peccans materia digeratur per syrupum de prunis dulcibus, de Artemisiâ, cremore tartari, spiritu salis & similibus, subsequente mox evacuatione magis appropriata, siue forma portonis, vel aliter hoc fiat, ubi plurimum per Magisterium Tartari

l.iii. 2

(quod

(quod ex spiritu vitrioli & oleo tartari conficitur) Medicam præstare possit, non dubito.

Nec tantum universalia purgantia sufficiunt, sed opus est ut ad appropriata quoque pergamus, respectu particularium evacuationum, ubi deliberandum de injectionibus seu clysteribus, ac pessis uterinis. Varand. de morb. Mulier. l. 1. cap. 5. hujusmodi laborantibus extra conjugium constitutis maturè prospiciendum esse jubet, ut viro eoque valido jungantur, quia saciatio sic utero & vacuata materia & effusa, quæ in vasis illis continetur, aliquando eas sanari contingat. Imò & illa quæ per habitum corporis evacuant, ut sunt sudorifera medicamenta, suum locum habere possunt, si præmissis universalibus adhibeantur; cum non tantum vim habeant attenuandi resolvendique respectu latitantis corruptæ materiæ, sed simul quoque malignas evaporationes ad cerebrum ascendentes dissipent, ut per poros cutis evaporent.

Quoad corroborantia, potissimum caput respiciendum, aliaque membra principalia cum utero, quam ob causam tunc præscribuntur rotulæ capitales ex margaritis præparat. Smaragdus præp. cum ol. nucis moschatæ, saccharo in aq. Lavendulæ soluto, quantum sufficit, addito. Item citri conditum, Confectio Diarrhod. Abbatis, sine saccharo Rosar. novellæ, Diamarg. p. gid. Elestuar. lactificantis Almarforis, ex quibus cum conservis appropriatis Elestuaris corroborantia, vel cum saccharo in aq. meliss. & Rosar. dissoluto, morsuli confici possunt.

Tandem in summâ delirii vehementiâ, pro leniendo symptomate totis viribus ed laborandum est, ut ægrotanti quietum somnum procuremus: Hinc potus loco decoctum hordei & cap. papaveris, vel aqua lactac. cum syrupo papav. permixta præscribitur, & externè capiti Epithamata somnifera ex aquâ Rosar. Lactucæ, solani, Nymphææ, verbenæ, & similibus applicantur, factâ simul inunctione per unguentum populeonis, cum parte quâdam olei Nymphææ ac Rosar. psuxillo opii atque croci commixtum, imò ad laudani opiati usum interdum quoque, sed cum cautione accedendum.

Quoad dietam, aer ambiens frigidiusculus sit, vel arte, vel mutatione soli: Victus nec nimis sit tenuis nec plenus, sed mediocris, ideòque iusecula sicut hordeacea cum amygdalis dulcibus & sem. papav. permixta: Caro sit hædina, vitulina, avium montanarum, perdicum, pisces saxatiles, petcæ, lucii, auratæ, &c. Ova quoque forbilia non improbantur: ex oleribus Asparagi, Endiv. Spinachia, lactuca, beta &c. commendantur.

Exercitationes corporis sint moderatæ, conjugali congressu frequentiori non excluso, cum ad corruptæ materiæ seminalis evacuationem servire queat. Hæc sunt, quæ absens ad casum hunc propositum respondere potui, cætera præsentibus Medicis relinquens. *Gregorius Horstius Oper. Medicor. T. 11.*

Virgo nobilis 30. annum agens, boni habitus, carnosæ, sanguinea, rosei coloris, formæ elegantis, alioquin verecundissima, & potius Musicis quam Venereis oblectationibus dedita, deliciisque cibi & potus meracioris indulgens, singulo mense benè expurgata, duobus abhinc mensibus taciturna primò & tristis fieri cœpit, librisque venereis oblectari, mox viriles potius quam femineos congressus appetere, & de re aliquâ venereâ factâ mentione, rubore faciei statim suffandi, suspiria edere, dein lascivam, inconstantem, modò garrulam, modò iracundam

se ipsam exhibere, modò in stetum, modò in ritum solvi, tandem tumultuosa reddita, exuto pudore, de rebus venereis in virorum potissimum consortio, cum gaudio & voluptate verba facit, & quod pejus eisdem sollicitat, atque invitat, quibus & se ipsam huc usque prostituisse, nisi afflicti parentes eam custodissent, erenim ab accersito Medico juvene clam manum optavit, ut illam ad propria pudenda admooveret. Quærit autem Medicus, cum parentibus, quid opus sit factò.

Nobiliss. Virgo, spontaneæ castitati cum se ipsam dicasset, res venereas semper abhoruit & animum impollutum conservavit, quousque ætatis progressu acriori, fervidiori ac copiosiori sanguine producto, semen quoque copiosius & acre progenit, quod tandem veluti turgens & naturam ad sui expulsionem stimulans, Venere appetitum, primò naturalem excitavit, qui per medullam spinalem cerebro communicatus, animale quoque corrumpens, turbans atque immoderatus, imaginationem circa illud objectum, imò & rationem ipsam depravatam reddidit, undè à turgentia, concitata incontinentia, depravata imaginatio omnia venere licere sibi persuader, ac pudendi contumelias & concubitum ipsum honestam Virginem expetere, citrà pudorem cogit, quod non adeò facile contigisset absque uteri calidâ intemperie, nec solius quidem clitoridis, in quo venere cœstrum, sed reliquarum etiam partium in quibus semen generatur, testium scilicet ac vasorum spermaticorum, quam intemperiem uteri sanguinis ac seminis, facillè in corpore plethorico induxerunt cibi calidiores, vina meraciora, vita antehac otiosa, deliciis ac voluptatibus dedita, auxerunt verò lectio de rebus venereis & cum viris quæsitæ conversatio. Hunc autem excessum præmonstravit ab initio taciturnitas atque tristitia illa, cum præ pudore inselens illud venere desiderium prodere non ausa est misera patiens, quæ tandem omnia patrefacere cœpit est subverta ratione, victoque pudore, & morbo venere appetitu percita, qui definitur ab Aetio, quod sit uteri calida intemperies, cerebrum in consensum trahens, ad quam rabiosum delirium consequitur. Sed forsitan melior fuerit ejusdem descriptio, quod scilicet sit venere immoderatus appetitus, feminas in insaniam sine febre ducens, à seminis copia & acrimonia non sine uteri calidâ intemperie ortum habens. Differt autem à salacitate, in quâ intrâ limites honestatis sese continent mulieres. Pariter à fervore uteri, in quo dolor aliquis ac displicentia in utero percipitur, cum aliquâ horripilatione. Ab uteri quoque pruritu, quia iste datur etiam sine libidine, ut contingit Semiramidi & Messaliræ, quæ uteri pruritus & libidinem, satyriasi in viris similem, pariebantur, sine delirio tamen ac furore.

Turpis iste affectus qui totam familiam maculâ & labe aspergere potest, durissima namque prælia castitatis, & ubi quotidiana pugna rarissima victoria, ut ait D. Augustinus. In principio tamen non adeò difficulter tollitur, ac si negligatur, in Maniam degenerare poterit. Itaque curatio aggredienda. Et primò quidem sanguis calidus contemperandus. Secundò uterus refrigerandus. Tertio humores acres evacuandi. Quarto semen aut educendum, aut extinguendum. Quintò tandem caput præservandum.

In Chirurgico fonte, nullum præstantius proficit remedium, repetita sanguinis missione, ut ejusdem copia minuatur & acrimonia contemperetur. Secundum locum tener balneum aquæ dulcis, alteratum foliis lactucæ, salicis, vitis, nymphææ, viol. portul. rosar. cum aliis externis, de quibus infra.

Ex Phar-

Ex Pharmaceutico & diætético fonte reliqua defumenda auxilia. Sic primò præbeatur leniens, potu.

℞. Syr. ros. fol. unc. xv. decoct. pulpæ tamarind. q. s. m. f. p. vel bol.

℞. Floris cass. rec. extr. unc. i. extracti mechoacan. gr. x. m. f. bol. quibus superbibat serum asin. aut caprin. depur. ad lib. s. s. Quòd si ob mentis oberrationem medicamenta respuat, præbeatur extractum mechoac. ad serup. s. & ref. pil. Præparatio ita fiat.

℞. Quatuor sem. frig. an. unc. s. papaver. drach. s. as. nymphææ, lib. i. m. fiat emuls. & præbeatur. Hanc si adveseretur, offeratur seri asinini destill. lib. s. tincturæ corall. chymicæ gutt. vi. m. pro syr. & sic pro aliis, matutino tempore exhibendis. Purgentur deindè humores hoc modo.

℞. Elect. de succo rosar. drach. ss. diagrydii extracti mechoac. an. gr. v. m. f. bol. quibus transacta hora superbibat seri asinini aut capr. depur. lib. ss.

His peractis facilè meliùs habuerit ipsa virgo, tunc verò utatur xv. aut xx. diebus tali portione.

℞. Succu endiviæ depur. unc. iiii. decoct. lactucæ portulacæ, nymphææ, agni casti. unc. v. m. pro una, & sic pro aliis. Et interim dùm hæc præbentur, descendat in balneum herbis præscriptis alteratum.

Capiti pariter prospiciatur oxyrhod. ex succ. lactucæ, al. ros. & viol. ac succo citri parato, & futuræ coronali applicito.

Seminis interim in hoc casu, non emissio, sed extinctio procuranda decoct. rutæ, ane-hi, corisandri: viticis mentham commendat Plinius, sed camphora præ aliis potentissimè venereos ardores extinguit, hæc enim ter potu sumpta quendam luxuria tentatum penitus liberavit, ut narrat Avic. cujus dosin præponit Rhafis ad serup. iv. sed detur à serup. i. ad drach. s. Extrinsecus quoque renes illinantur infigid. Gal. cum camphorâ reformato.

Amuleta quoque à quibusdam proponuntur, & peculiariter smaragdus gestatus venereum actum impedire, imò & in coitu frangi dicunt: corallis quoque collaudant, tanquam eximium remedium.

Proponuntur item folia cicuræ ruditer contusa, & utero accommodata, hæc enim testibus applicata utebatur B. Basilius, ad venerem arcedendam.

Vitæ rationem quod attinet, sobria sit, nec nimis nutriens. Vitet aromata, salsa, flatulenta, acris, vina meraciora. Diætæ usus optimus. Acetaria in cœnâ, ex foliis lactucæ, portulacæ, menthæ. Aquæ frigidæ potus communis venereum extinguit, prout à proprietate vinum, potu consueto, in quo multus piscis extinctus fuerit. Vitæ orium, namque

Otia si tollas, perièrè arcus amoris.

Somnus sit parcior, nisi adsint vigilie, & delirium imminet. Meditationes opportune erunt. Sic Religiosa colloquia. Virorum verò conversatio vitanda. Sed jam diètis omnibus non conferentibus, marito juveni atque robusto ejus cura committatur. *Raymundus Johannes Ferris, libro de morbis Mulierum.*

Virgo Gallica, nobilis jamque nubilis, vitam otiosam ducens, calida diætæ utens, postquam amorem clandestinum cum ignobili quodam con-

Tom. II.

traxerat, cui tamen annuere recusabant Parentes, insomniis fatigatur; jam aliquot dies incipit vociferari, locum qui nos ab altero sexu distinguit ostendere, lasciva cantare, torvum tueri, & Bacchæ bacchanti si velit quis adversari, ex insanâ insaniorem reddit. Imò nisi à robustissimis vinculis & duobus imò tribus viris in lecto retineatur, totis artibus ignem concipit, nuda profilit, & si quis masculus ipsi obviam factus, in illum ferociter ruit, utque veneri sacra faciat, lasciva petat; perpetuò semè vigilat.

Scintillant oculi, mala mens, oratio blanda.

Facies in totum ignescit & tumet: humor mucosus, acris, viscidus, lutea serè corrodens, per finem pudoris; per inordinata temporis intervalla effluit:

Et ceter se se halitus atris

Fanibus effundens nares contingit odore.

Pulsos præterea vehementer, Lingua exsucca, Macies in corpore toto. Medicus vocatus virginem hanc in carnificinam Gallico-Medicam inducit, ubi post iteratam trigesimam, intrâ sextum diem, Venæsectionem cum sanguine simul insanam Mentem, vesanoræ amorem, charam vitam, caramque simul & fere divinam virginis pulchritudinem exhaurit, cadaver verò Anatomicis subiectum manibus quàm stupenda exhibuerit, Coronis nostræ Disputationis inferet.

Morbus, qui ægram affligit, est intemperies acris calida, Cerebri, uteri, ac partium generationi dicatarum, cum delirio, audacia & immoderato Veneris appetitu; oritur à sanguinis & spirituum animalium propter vehementiorem animi impressionem organo, atque ferocia quasi ignea, acrimoniam irritativam conjunctam habente. Vocatur vulgò Nymphomania, item Furor uterinus, uteri deliramentum, ex anili Famulâ uterum cum Platone tanquam Animal furibundum concipiente, à Gallis vocatur *la Fureur de la matrice*. Belgis *Mutter-Wahnwitz*. Germ. *Mutter-Wahnwitz*. Estque is morbus, quo Virgines affectæ leguntur Milesiæ, de quibus Plutarchus, quæ se suspendunt, quòd improbæ Veneri non offerre possent sacra; & Lugdunenses Fœminæ ex alio se se precipitarunt in fluvios, ex nimio cocundi delirio. Datur quoque Lacus in Bœoriâ Fortalis, quo si quis biberit, ardore libidinis exardescit & in Furorem agitur.

Differet verò hic morbus ab aliis delirii generibus, quia Nymphomania tota in venere versatur, & nihil aliud affectæ imaginantur aut loquuntur, quàm *exuvie*, corporeisque deliciis. A suffocatione uteri, quòd morbo terratæ sint gartula, iracunda & inquietæ, in suffocatione verò uteri mulieres manent attonitæ sine motu & loquela, ac cum exigua respiratione.

Pars affecta est cerebrum, cum quo per consensum afficiuntur partes generationi vacantes. Cerebrum verò affici patet ex functionum principum læsione; uterum, ex humore acris à sinu pudoris affluente. Afficitur quoque totum corpus, quod ex macie aliisque phenomenis patet.

Causa Procacitica morbi est calida diætæ, quæ impræ usâ est, i. e. Cibis multo sale volatili & Sulphore scatentibus, qui tantam effervescentiam in corpore effecerunt, ut particulas quassiam in corpore effecerunt, ut particulas quassiam crassiusculas & nonnihil viscosas pori arteriarum transmiserint, quæ aliis non fuissentgressæ. Possunt enim pori arteriarum peccare, (1) eòdè nimis paruli sunt, ita ut crassiores (2) eòdè solebant particule extravasentur, quæ in partibus hærendo producant obstructions, postea dolores, denique Inflammationes. (2) Cùm

pori contorsione aliam figuram acquirunt, ita ut partes acres à se dimittant, quæ suâ acredine dolores excitant. (3) Etiam pori peccare possunt nimia angustia, ita ut non transmittant particulas, quas admittere debebant, hinc si sistantur particule illæ acres, lancinando quaquaversum dolores insignes pariunt. Videmus jam nostro in casu poros Cerebri & uteri peccasse, primo & secundo modo. Primo dum crassiores viscosæ in cerebro particule extravasatæ fuerunt, quæ obstructionem, postea inflammationem produxerunt, & antecedentem hujus morbi causam præbuerunt. Secundo dum pori aliam figuram nacti particulas acres salinas à se dimiserunt, quæ in partibus venereis actionibus dicatis hærendo, suâque acredine vellicando pruritus, titillationem, denique dolorem pepererunt.

Causa antecedens est dispositio indè enata sanguinis & spirituum animalium fervida, seu ignea sulphureo-salina atris, quæ ad Cerebrum dehinc ad uterum delata, atque utrinque in orgasmum acta, proxima ac immediata Affectus nostri causa facta est. Hic verò ad concipiendum clariùs modum, quo Cerebrum & uterus in dicto casu afficitur, de Cerebro & utero nonnulla inferenda erunt.

Cerebrum itaque concipio, tanquam contextum innumerabilium fibrillarum tenuissimarum, sibi mutuò intertextarum, plùs minùsve rotundarum, non quidem Mathematicæ, cum natura tantà *arbitraria* opera sua non exsequatur, sed utcunque teretium & multis in locis figurarum irregularium. Quapropter ob figuram hanc non tam arctè sibi incumbere possunt, quin aliquos ductus relinquunt intermedios, non secùs ac inter aliquot cylindros sibi mutuò impositos, remanere videmus per totum decorsum spatium aliquod triangulare. Et hæc spatia ferè referunt figuram talem, qualis ex contactu trium pluriumve circulorum oritur, sed inordinatius figuratam, adeò ut in quibusdam locis vix ullum tale intermedium spatium relinquatur. Istos autem canales exiguos secundum fibrarum longitudinem extensos cujuscunque figuræ vocabimus tubulos.

Uterus contextus est innumerabilium vasculorum tam Venosorum quàm arteriosorum, imò Lymphaticorum quoque & nerveorum, id quod videre licet in uteri vasculis cera repletis, qualem philiatorum oculis publicè Lugd. Batav. exhibuit Dn. Nuckius Anatomicus Arausionensis Principis, in quò minima etiam vascula quæ aliàs visum fugiunt, & non nisi armatis oculis cerni possunt, ad instar minimorum ramusculorum arborum, cera rubra, viridi, & Mercurio suo preparato subtilissimo repleta, in conspectum venire. Textura autem illa remota non potuit non tam arctè sibi incumbere, ut non relinqueret spatiosa, quæ pororum intro foras & foris intro nomine veniant.

Nunc in viam redeamus, cum extrà oleas hic migraverimus, statuimus, particulas crassas viscidas, in jam dictos Cerebri tubulos adactas, vel totaliter illos obstruxisse, vel partialiter. Totaliter, quando corpus obstruens ejusdem figuræ fuit cum obstructis poris, e. gr. si porus fuerit triangularis & particula obstruens etiam triangularis. Partialiter verò, quando corpus obstruens non fuit ejusdem figuræ cum obstructis poris, adeoque necessariò reliquæ quædam pororum remanserunt. Ut cum pori rotundi obstruantur à corporibus triangularibus aliisque angulosis, qui itaque non totaliter obstruantur, sed reliquæ quædam pororum reman-

ent, per quos non nisi Materia Primi Elementi Cartesii, sive subtilissimus (qui æther primus ille motor nostri corporis, ut & aliarum omnium rerum in macrocosmo existentium est, teste Cartesii. Tom. 1. Ep. 45. 48.) fluere potest, ob parvitatem indefinitam, (cum vacuum in rerum naturâ non detur) multum istius igneæ materiæ indefinenter illac fluere cogitur, quæ materia ex suâ naturâ celerrimo motu per hæc angustias, cum determinatione quâdam magis versùs hanc quàm illam partem Cerebri, torrentis imò fulminis instar ruat, prout nempe illi pori aliter atque aliter sunt dispositi, atque æquilibrium spirituum animalium in Cerebro tollunt. Nam cum spiritus in statu naturali in æquilibrio positi sint, minima vis superaddens hoc æquilibrium tollere valet; quare non mirum est quòd Materia Primi Elementi ab unâ parte magis quàm ab aliâ mota, hoc æquilibrium tollat; æquilibrium jam sublato non placidè & æquis viribus ut antè per Nervos in corpus distribuuntur, sed inordinatis motibus huc atque illuc dicurrentes per Cerebrum, & ejus vestigia, Delirium producant.

Nunc ordo jubet, ut ex causis prædictis, inflammatione nempe, & ignea ferocia, tum acrimonia sanguinis & spirituum propter calidam diætam contracta Phenomena in casu nostro proposita deducam. Et quidem lasciva est memorata Virgo, ut locum scilicet ostenderet, qui nos ab altero sexu distinguit, lasciva cantaret, nuda profleret, in viros obviam factos rueret, linguam micantem intrâ labia aliorum vesana vibraret; non aliundè verò hæc oriebantur, quàm quod per vitam otiosam & contractam cum ignobili Juvene amorem, sanguinis & spirituum, tum in Cerebro, tum in partibus generationi destinatis, excitatus fuerit orgasmus, hincque nulla alia Cerebro impressa fuerint vestigia, quàm de incundo conjugio, celebrandaque lascivis istis gestibus Venere. Nam quovescunque talia vestigia representantur menti, oritur etiam cogitatio de eisdem objectis, spiritus enim animales dum motu feruntur immodico, neque Anima amplius in eos obtinet imperium, Phaëtonis ad instar solares equos flectere impotentis, in illa vestigia irruunt, quæ cum nihil nisi lascivi continent, nihil nisi lasciva quoque menti representant, adeò ut Mens, quatenus in cogitatione consistat, minimè deliret, (æquè namque sana est in stultissimis quàm in sapientissimis) sed in eo tantum vitium sit, quod non distinguat bene objecta simul sibi oblata, quæ cum in agrâ nostrâ nulla alia sint, quàm lasciva, oriuntur miræ illæ compositiones & sermones huic agræ nostræ familiares. In hoc igitur errat mens, dum putat ideas excitari in sese à causâ externâ præsentis, cum excitentur reverà tantum à vestigijs Cerebro impressis. Sic etiam præter rationem moribundi dicuntur ratione destituti, eò quòd nesciant cogitationes suas preferre, ad interrogata appositè respondere, undè non est, quòd mulierculæ tantoperè clamitent, eorumque misereantur, quasi omnem rationem perdidissent, cum tamen illis in casibus, Mens tanquam suo ergastulo soluta, multò felicidus agat & longè diviniora spectetur. Interea otiosam vitam, quæ prægressa est in nostrâ agrâ, implevisse talibus vestigijs quoque Cerebrum, Ovidius Amoris ille Proto Notarius jam olim testatus est:

Otia si tollas, periire Cupidinis arcus,
Contemptæque jacent, & sine Luce faces
Quam Platanus rivo gaudet, quam populus unda.
Tam Venus otia amat, finem qui quæris An ori.
Cedit

Cedit amor rebus, res age tutus eris.

Accedit, quod Virgo fuerit, nam

Fœmineo magis est usu Venus effera sexu.
Mitior illa Viris.

Imò nubilis, juxta Ovidium enim

Prima cupidineis ætas manet apra triumphis.
Non gaudet veteri sanguine mollis Amor.

Porrò etiam natale solum ad hunc Affectum quicquam contulisse dici posset, est enim Virgo Gallica.

Pronumque genus regionibus illis.

In Venerem est, flagrat vitio gentisque suoque.

Imò quod lasciva nimis fuerit ante hunc affectum, ex gestibus facile colligere erat, præprimis ab abominando, dum micantem linguam intra labia aliorum vibraverit, qui mos Gallis, Italis, Hispanisque frequentissimus, attamen periculosissimus. (Galli vocant *baïser à la Florentine*, eò quòd maxime sint consueta hæc oscula Florentinis fœminis.) Dn. D. *Joh. Mauritius Hoffmannus* quondam mihi retulit, sibi Patavii notum fuisse Baronem Suevicum, qui ex osculis à fœminâ Lue Venereâ infectâ, labiis impressis, & saliva per linguam communicata, uvulam suam amiserit. Idem quoque Amico meo contigit, qui cum Gallinas magis quam Gallos Lutetiae quæssivisset, ex osculo tali Lue Venereâ correptus, miserè animulam suam expiravit. Tales jam lascivæ impressiones in Cerebro factæ cum spirituum ope Animæ represententur, lege conjunctionis Mentis cum corpore, (quæ consistit in eo solo, quòd Mentis cogitationes certas sequantur certi motus in corpore, & quòd certos motus in corpore, sequantur certæ perceptiones & cogitationes in Mente;) sic mox quoque in dictâ aegrâ indecoros corporis motus introduxerunt, atque effecerunt, hinc ut vociferaretur lasciva, cantaret:

Non peccare putans quod sæpius oscula jungat.

Quemadmodum vice versâ quando partes genitales pruriunt, ab acris sanguinis particulis, ita ut particulæ nervæ vellicentur, & periculum incurrant ruptionis, tunc in Animâ oritur idea titillationis Venereæ & influxus sit spirituum; Jam verò cum spiritus inordinatis motibus hinc illinc discurrant & justò copiosiores influant, facile patet, cur agra nostra interdum à tribus viris, & fortissimis vinculis in Lecto retineri nequiverit.

Vigiliæ perpetuæ in aegrâ dein notabantur, excitatæ propter spirituum animalium motum nimium, ex imaginatione impressisque phantasie vestigiis subsecutum.

Facies in totum ignescit & tumet, quia Materia Primi Elementi seu æther subtilissimus copiosius per humores & sanguinem propè partem inflammatam cum transluat, hinc omnes humores cum sanguine movet & rarefacit, undè Tumor oritur & inflatio faciei ejusque rubor, undè etiam dependet Pulsus vehemens.

Lingua exsuffata est, ob duplicem rationem, aut (1) quia dum serum & partes aqueæ sanguinis habitum corporis, vel per alias vias magna copia extrâ corpus protruduntur, Lympha vix aliqua pro necessariâ humectatione fluit ad os, linguam & gulam, quod aliàs tunc sensum ariditatis in nobis, & tunc sicim efficit, quæ sicis poru saderi potest, cum tantum proveniat à defectu humidi; aut (2) glandulæ salivales sunt obstructæ, ut nihil vel parùm salivæ secretæ ad es mittatur, & hinc à dictâ causâ, si æterotquin fiat si-

tis, poru, licet immodico, non tollitur, sed ventriculi coctio & appetitus destruitur; quare potius opera danda erit, ut gargarismatis & internis Medicamentis obstructio referatur.

Adhæc Spiritus acres magno impetu in aegrâ dictâ dum ad arvum feminale, quippe salacitatis partem, propulsi, acrimonia sua titillant & convellunt quasi vaginam Uterinam, glandulis undique & undique repletam, ad modum mali Citrii compressi liquorem exhibentis, vel spongiæ aqua repletæ, manūque fortiter compressæ, indè pariter Liquorem profuere faciunt, aded acrem, ut linæa corrodatur, prurium pudendorum inducat, terribilissimum quoque de se spargat odorem. Eadem demum acrimonia spirituum horumque celerrimus motus, in causâ est, quòd macies sit in corpore toto. Cum enim pinguedo nihil aliud sit, quam racemini minimi substantiæ oleosæ minimis vesiculis contentæ, à quibus ductus peculiare primum prodire Malpighius observavit, qui similem succum oleosum venis advehunt, (uti id graphice demonstravit in *Curso Anatomico* Dn. du Verney, Anatomicus Regius Parisius) ut acrimoniam sanguine temperet, quia particulæ verò illæ pingues, ob sanguinis acrimoniam hic nimium sunt abrasæ, nihil aliud sequi potest, quam ut sanguis indies deficientibus hisce oleolis particulis, acrior reddatur, particulæ nutriente abradantur, & macies sic inducatur.

En Phœnomenorum hoc in Casu occurrentium origines, nunc ad Prognosin accedamus. Miserabilis igitur hic Affectus turpisque, & macula honestioribus familiis, uti lente tantum & sensim curari, ita denique in Maniam consummatam degenerare potest.

Curacionem quod attinet, ante omnia illa inchoanda est à regimine rerum non naturalium, adedque aer est eligendus temperatus, quòd si enim frigidus corpus nostrum intrat aut ambit, poros constringit Cutaneos, constringendo claudit, obstructionibusque ansam præbet. Calidus verò nimiam in corpore effervescentiam auget, particulæ crassas extrudendo inflammationi materiam præbet. Alimenta usurpanda sunt tenuia, aquæ, insipida, cavendum à salis, calidioribus multo sale volatili & sulphure constantibus, cum ad Venerem stimulandum maxime sal conducatur, ut hinc non aded insana & vana sit Poëtarum fabula, Venerem ex Saturni testibus in mare projectis & ipsius spuma salina ortam, siccitans, hinc Ausonius cecinit:

*Orta salo, suscepta solo, patre edita calo.
Æneadum genitrix-Venus.*

Vinum si concedi debeat, sit oligophorum; Cerevisia tenuis, aquosa, præsertim hordeacea, particulis suis mollibus particulis pungentibus acres vaginalium instar recondenibus. Somnus procurandus, quiesque imperanda, imò hypnoticis concilianda, à nimia tamen dosi cavendum: nam ubi aegri à nimis vigiliis sunt defatigati, si semel dormiant, vix iterum expergeant, id quod ante aliquot septimanas observare licuit Furthi in Patriâ meâ, in obstetrice, quæ ex parvâ tincturæ opii dosi, vigiliis antea defatigata, fatis cessit. Excretiones quantum possibile promoveantur; Ocium vitetur, (monente Ovidio:

Fac monitis fugies oria prima meis,

Hæc ut ames faciunt,)

& laboribus continuis exerceatur. Exhorretur semper talis agra ad honestatem, & opprobrium ei proponatur nisi respiscat, sic Milesias virgines curatas legimus Lege promulgata;

ut quæcunque sese, hoc affectu percitæ, necarent, per foram nudæ traherentur. Venere licent cui thura sunt, nam & in maritatis interdum hic Affectus, præsertim illis, quarum mariti ferendis talibus oneribus impares obvenit.

In non maritatis his nihil proficientibus, triplici indicatione curatio instituitur. (1.) Sanguinis nimius motus imminuatur; (2.) Obstructiones referentur; (3.) Acrimonia sanguinis corrigatur. Incipimus itaque juxta primam indicationem à Venæsectione tanquam sacra anchora quæ bis vel ter eodem die erit modicè reiteranda, ut vas sanguineis notabiliter depletis, & non ita distentis, pori illorum magis coarctentur & subsidant, undè tanta copia spirituum in Cerebro deponi non potest, & omnia in corpore sunt tranquilliora. Locum quod attinet Rodericus à Castro Saphanam confituit; nobis sufficit quavis patentior Vena, cum propter sanguinis circulationem in Medicam artem nostram introductam, omnes illæ veterum controversiæ de Venis eligendis, corrumpant. Unam tamen admittimus distinctionem, nempe si sanguis subtilis uti in hoc casu peccet, Venæsectio in brachio, si crassus terrestris in pede est instituenda; & quidem in Affectibus illis ubi sanguis magnus imperus est, & vires adhuc constantes, melius est assatum illum extrahere, ad levissimum Animi deliquium; in reliquis Casibus ut in morbis frigidis; non tunc nos tam liberales esse possumus, quam Veteres fuerunt in illa administranda, eò quod homo facilius in Lypothomiam deturbari quam inde revocari queat.

Rodericus à Castro Cucurbitulas commendat, sed quid quæso illæ præstare possunt? nonne sanæ rationi, & circulo sanguinis repugnat hoc dolorificum remedii genus? Videamus quomodo illæ apponentur, & quem usum præbeant. Candelam certam primùm ipsam supponunt, undè aer intra eas rarefit, hoc factò, eas cuti apponunt & aer rarefactus iterùm condensatur, ac minorem locum replet, undè fit ut cutis attollatur intra cucurbitulas, ad locum ab aère relicto replendum. Has uno atque altero momento temporis ita applicatas, & in quiete relictas, remouent à cute, illamque ab aère illo sublata & attractam (uti loquuntur) incidunt lancetta, sic iterùm candelam accensam illis supponunt, & tenuiorem ex lætis vas capillaribus sanguinem extrahunt, obstructionesque in viciniam aliquo modo tollunt, sed successus non semper eorum votis respondet, quia sæpè accidit, ut humores ita sint indurati, ut quavis tubuli majores sint facti, isti propter viscositatem non possint egredi. Imò subtiliori sanguine per cucurbitulas extracto, crassæ remanent, & terrestres particule, in corpore, tanquam instrumenta novas obstructiones producentia, (quæ jam in nostro Affectu sunt,) an igitur hoc in casu conducant cucurbitulæ, considerandum illis relinquere, quibus,

De meliori luto finxit præcordia Titan.

Veteres Autores curationem absolvere student frigidis, sed nunquam innuunt, quid sint frigida. Et quidem frigida sunt, quæ particulis crassis & immobilibus constant, hæc obstructiones in corpore facere apta nata sunt, jam verò nonne in nostro casu accusavimus obstructiones sanè redderent pertinaciores. Præsent tamen ex frigidis nitrata, quæ ex salium sunt natura, quibus deobstruunt potius, quam obstruunt, nullum sal volatile in corpus ingerunt, imò denique parùm Materiæ subtilissimæ secum vehunt, accidit enim idem cum nitro quod cum marmore aut glacie, quibus si manus imponatur, friget: nimirum cum

calor aliàs in nostro corpore sentiat, quòd cetera ætheris copia fluat per ejus poros, undè Tremor inducatur in texturam ejus fibrarum, jam si extrinsecus ponatur impedimentum, quo minus solita illa ætheris copia affluere possit, statim ille Tremoris gradus, qui erat in fibrillis, minuitur, atque inde sentitur frigus. Sic e. g. Glacies, marmore, poros habet, per quos parùm materiæ P. E. fluit, jam si manus imponatur, impeditur æther, quo minus solita copia in illam partem irruere queat, atque hinc celeris oritur imminutio seu frigus. Fiat itaque pulvis refrigerans talis.

℞. Lap. Prunell. gr. xv. J. Di. Camph. Sacch. Saturn. an. gr. iii. iv. Laud. op. gr. i. M. F. Pulvis. Camphora enim & Laud. op. leniter incrassando faciunt, ut sua spicula sulina acia non adeò exferere possit Massa sanguinea.

Confert potissimum serum lactis, præcipue si chalybs in eo sit extinctus, nam volatile in sanguine aliquatenus remouetur, ob metallicam gravitatem. Nitrum in aqua dissolutum (vel ejus loco Sal prunell.) propinatum, summe quoque prodest in omnibus morbis, ubi sanguis nimius peccat astus, & is nimis volatilis est, ut & sp. nitri qui aperit, & coagulando motum sanguinis retardat, & denique diuiscule in sanguine hæret.

Præsent quoque omnia, quæ sanguinis motum compescunt, ut oc. cancr. Corall. Terra sigill. omnia misitata Sol. aur. & luræ, sed hæc omnia subtilissimè debent teri, ne tibi aliàs spernent, nunc potius obstructionem pariant.

Inter externa sequens Oxyrhodinum (ut levis formus excitetur) conducit.

℞. Ol. Rutar. ℥i. Succ. pertulac. Læue. Solan. an. ℥i. aq. papav. Rosar. an. ℥i. Aceti rosacei ℥i. M. F. Oxyrhodinum cum lin. eis duplici us. ca. uti repide applicandum. Possent vero etiam insuper ad astum sanguinis cõducendum maxime nubi commendatæ emunctoriorum unctioes nitræ, & sinapismi umbilicales: hic insignis usus esse.

Accedimus ad secundam & tertiam indicationem, quæ consistit in obstructionum referatione & acrimonia sanguinis temperanda; ad quas obstructiones in cerebro & meningibus referandas conducit potens sudoriferum, si vires confiterint, particule enim sudoriferi, particulas acres secum attollunt, easque volatiles reddendo, extra corpus protrudunt.

℞. Sal. Carduib. gr. xviii. Bezoard. miner. gr. vii. Camph. gr. ii. Laud. op. gr. i. sp. vitriol. gr. vi. aq. Carduib. ℥ii. Syr. papav. ℥iii. M. F. Potio.

Viva animalia dissecta & capiti applicata porò profunt, quia calor & vapor blandus, qui ex iis exhalat, maxime amicus est nostris poris, & conveniens aliquo modo ad obstructiones referandas in iis.

Pedes quoque contineantur in balneo tepido, in quo cocta fuerunt Capia papav. & Fl. Chamomill. & reliquæ herbæ emollientes, ut vapores placidè ad caput ascendant, quæ minorem motum sanguinis conciliant, & particulis suis molliibus instar lance. hastas aculeque pungentes, i. e. particulas acres involvunt, & sic quietem inducunt.

Confert quoque ob particulas molles, acres, temperantes, sequens Emulsiõ.

℞. Amygd. dulc. excorticat. ℥i. contunde in mortario, adde aq. decoct. hord. ℥vi. i. Sem. rv. frigid. maj. an. ℥ii. papav. ℥ii. Sacch. alb. ℥i. Syrup. de papav. ℥i. M. F. Emulsiõ.

Omnia præterea lenientia profunt, ut Gelaring C. C.

C. C. hordeata, amyllum, & omnia gummata, quia particulae eorum molles, & ductiles, acrimoniam sanguinis involvunt, & sanguinis motum nimium inhibent.

His omnibus nihil conducentibus, matrimonium, si possibile est, fiat, idque cum Juvene, aut viro robusto, & qui strenuum in hoc ludo atletam agere possit.

Nunc promissis meis memôr, quàm infelicissimè res gesta sit cum hac nostrâ aegrâ, paululum annexere lubet. Accersitus quippe Medicus, vix explorato morbo, instituit intra sex dies triginta per V. S. revulsionibus & derivationibus, injecto quidem primo clystere acri, cum tamen sanguis acrimonia peccaret, posteaque exhibitâ purgatione, ad putrefactum semen evacuandum, (juxta methodum Gallicam, quam ad oculum delineavit Medicorum Gallicorum Momus, Dn. Moliere, in ludo scenico, inscripto: *Le malade imaginaire*: scilicet clysterium donare, postea seignare, ensuite purgare) in ultimâ institutâ phlebotomiâ, quæ erat trigesima, ita curavit scilicet aegrâ, ut cum sanguine impurum simul spiritum efflaverit, incasto illi amatori nupturum, quem immundissimum vocare solent spiritum, dum ultimus adhuc de rebus venereis halitus increbuisse, nam casta Venus cygnis vehitur, Venus improba Corvis.

Postquam vero jussu parentum in viscera defunctæ inquirere licuerat, præter clitoridem mirâ magnitudine prominentem, ulterius postquam curiosas manus admovimus, ovarium sive testes muliebres deprehendimus, maximæ magnitudinis, ovulaque inspersa pisum, si non superantia, certè adæquantia; obstupimus horum aspectu, cum vix credam tale quid annotatum fuisse in libris Practicorum, excepto Cl. *Blancardo in Hollandischen Tiden Jahrs-Register Ann. 35.* qui simile exemplum recensuit; sed quænam Phænomeni hujus admirandi causa? ex superioribus jam constat insignem adfuisse sanguinis & spirituum orgasmum, quid mirum igitur similem in humore ovulorum factum, ipsa in tantam magnitudinem distendisse? *Job. Michaelis in Praxi Clinica speciali.*

Furor uterinus in puellâ.

Puella 15. annos nata, quæ cum menstrua nondum passa esset, illa verò instabant, ob motum ejus fluxus sequiori sexui familiaris, impedire furor uterinus & convulsionibus per intervalla miserè torquebatur; Saphenam ergo dextri pedis incidendam curavi, ex quâ cum sanguis liberaliter fluxisset, paulò remissiora fuerunt symptomata. Præscriptis insuper pilulis menagogis, & cæteris non neglectis quæ sana ratio & experientia ad profliganda symptomata suadebant, promotus fuit sanguinis ille fluxus, & cum eo, Deo benedicente, fuit restituta. *D. Caspari Collichen.*

Ex Pleuritide nota Furor uterinus.

Virgo nobilis ex pleuritide spuria decumbebat; quæsitum a venæsectione & carminantibus aliisque remedium. Et bene se habebant omnia cum intervenit juvenis parentem virgunculae invisens; in quem illa fixos conjiciens oculos, ita è vestigio immutata est, ut mali pleuriticæ oblita, in cantiones & gestus amatorios affectum suum profundere. Desit itaque malam primum, sed recruduit ita violenter secundum, ut in delirium acta, de nullâ re vel cogitaret vel loqueretur, nisi de nuptiis & fescenninis, certa in gremium juvenis irruere quoties rediret,

non sine insigni pudore honestissimæ, undè orta erat, familia. Neque aliter obviam iri potuit in majorem quotidie flammam erumpenti desiderio, quam removendo ex oculis ejus objectum illud amoris. Tandem allato in hanc rem sicco nuncio, mortem juvenis denunciante, illa post deploratam satis diu orbitatem suam, helleboro per vices expurgata ad sanam mentem rediit. *D. Olai Borrichii.*

Convulsiones & Furor uterinus in Nobili Muliere ex mariti anaphrodisiâ.

Furore uterini subjectum non tantum reperire est in virginibus sanguine vegetiori præditis ac bene habitis, vel in viduis junioribus ac ætate florentibus; sed etiam in nuptis iisque modestioribus, quarum mariti impotentia ad venerem efficiuntur. Sic non ita pridem consulebar pro muliere nobili ac formosa, 30. ad summum annos nata, quæ cum jam à sex annis conjugis sui amplexibus minime frueretur, propterea quod ignavior in hac palastrâ, seu potius inutilis athleta, factus esset, manibusque interea sapiens ab ipso, unâ cum illâ cubante, in vulvâ pruriente atrectaretur, in furorem deducebatur cum motibus convulsivis, ac frequentibus animi deliquis, funestum quid in dies minitantibus. Cui auctor fui ut præter specificas, turgescientiam seminis compescerit, abstinentiam à mariti lecto in sui medellam adhiberet, seorsimque ab ipso cubaret; undè sanè bene habet.

Quia scilicet cum nondum morbus ad summum suæ exaltationis gradum evehctus esset, ratioque, ac minus pudor ab eò pellendati, vires suas ultra partem aliquam generis nervosi non exerebat, idque tantum occasione datâ, scilicet cum maritus imprudens, propriæ debilitatis oblitus, atrectationibus in motus esteros ciebat spiritus, quos ratio ac pudor aliàs compescere noverat. Quæritur hic à quibusdam cur sola mulier hoc crucietur furore, virque ab illò immunis vivat? Cui quæstioni responsurus celeberrimus Menjotius, duplicem rationem adfert. Primum quidem quod vir sui potentior sit; secundo quod non tam facile sit virilis seminis ac muliebris cum cerebro commercium. Verum ne in ejusmodi rationum futilitate reteregeudâ immerer; quis nescit pyripisum seu satyriam, quâ colliguntur viri, sui generis furorem esse, quo ratio sæpè ita proculcatur, ut non tantum in obvias incurrant scæminas, sed etiam in sui sexus homines, ipsaque etiam animalia bruta, ut scilicet reverâ brutam suam expleant aviditatem. Iud ad cuiusvis mulieris aspectum, membrum morbosum, aut saltem in quod præcipuum impetum facit humorum ac spirituum orgasmus, evelvant, illudque sub omnium adpectu tractando semen pluries de die effundant. Talem prorsus hic habemus virum, qui non sic tamen minus ad octogesimum tertium, & quod excurret, ætatis annum, devenit, quique etiamnum hodie in hac provectiori ætate, tot pollutionibus ac amplexibus minime fractus, plenâ fruitur sanitate. Itâ non contigit mulieri viduæ, quæ cum novissimè in furorem hunc incidisset, affectaque etiam durius imaginatione, se diabolo nuptam crederet, nihil obscenum omirebar, sed indè brevi eneata est. Utinam corpus aperire datum fuisset.

Anatomica Inspecciones.

Virgo furore uterino tacta, tantâ mania fuit correpta.

Corrupta, ut catenis vinciri deberet. Interim ex improvise obiit.

Aperto cadavere, ovarium dextrum pugni magnitudinem æquabat, succique plenum erat. *Stephanus Blancardus in Anatomia Practica.*

Furor uterinus, excitatus à semine in sinistro testiculo incluso, viâque id ad uterum deferente occlusa.

Virgo claustralis, quæ sæpius diversisque temporibus in Furorem uterinum inciderat, tandem tam violento ejusmodi manie paroxysmo corripitur, ut catenis, cohibendæ enormis & effrenatæ libidinis causa, vincienda fuerit: dum conatus autem varios, quibus ab iis se expediret, adhibet, suffocata derepente interiit.

Aperto cadavere deprehensum, eam nunquam Lucinæ expertam esse labores, Testiculus autem sinister pugni magnitudinem propemodum adæquabat, crasso spermate turgidus: vas autem à testiculo ad uterum protensum (quod, ex Anatomicorum sententiâ, ejaculationi seminis destinatum non est, quia manifesta cavitas illi desit) non modò mediâ parte vase dextri testis majus erat, sed præterea durissimum & callosum: cæteræ autem partes conformationem naturalem adeptæ erant. *D. le Duc observ. 7. Zodiaci med. Gall. anni 1.*

Feralis melancholia uterina causa. Ex clariss. Michaele Friderico Lochnero. Ephemer. Germanic. Centur. 7. & 8.

Quod de Milesis virginibus libidinis æstro percitis, exindeque ob denegatum venereum congressum, violentam sibi morte inferentibus, prodidit veteres, proh! dolor hodie recrudescit malum, eò certe execrabilibus, quòd à Christianis patretur illud crimen, pagani ipsi olim detestatum & abominatum.

Horret animus meminisse aliquot juvenularum, quæ melancholia hysterica eò adactæ fuere, ut puteis profundissimis se immerferint ad flammam illas infelices extinguendas, utinam æternò gehennæ igne non luendas! Jussum illustr. Magistratus aperta cadavera ob impregnationis non levem suspicionem, eandem ostenderunt tragediæ feralem causam. Ovaria nempe turgidissima, ruptionem, si possibile foret, minabantur; quibus dissectis in oculos statim incurrebant ovula, vix aliâ conspicua, ex libidinoso orgasmo in tantum distenta, ut magnitudinem mediocriam pisorum æquarent. Id quod in juvenula hysteromaniaca, ob commissam e vicæ tædiò homicidium capitis supplicio affecta, & Altdorffii cultro Anatomico subjecta, obrigisse pariter recorder. Firmant hæc thema meum inauguralis quondam disputationis de virgine Gallicâ Nymphomaniacâ, & quæ in simili casu & causâ retulit Cl. Blancardus in Collectaneis Medico-Physicis.

Stupenda & detestanda Puella cujusdam salacitas. Ex clariss. Sigismundo Schmiedero Ephemer. Germanic. centur. 3. & 4.

Puella nondum trium annorum spatium emensa, in terram & pavementum sæpius se pronam non tantum conjiciens, sed & stans, sedens, sellis, earumque partibus imprimis acutis innitens, totum corpus movet & agitat, ad modum viri cum uxore consuetis. Parentes hoc videntes, non statim quid sibi hæc filiolæ agitationes velint, intelligunt, habent autem pro gestulationibus infantis lusoriis; mox tamen non sine gravi animi commotione, filiolæ cu-

piditatem pravam percipiunt. Quò igitur huic malo in tempore remedium inveniant, sedulo operam dant, ut pravam hanc delectant consuetudinem. Hinc cum multis modis, blandis nunc verbis, eam nunc dehortando, nunc increpando, nunc castigando & & in pudorem eam conjiciendo, corrigere, affectumque pessimum eradicare laborant, verum irritò semper successu. Adolescente enim filia, malum quoque adolebat, & quidem ad eò, ut, quàm sapissimè, mensæ accumbens, in aliorum consortio vivens, in templo sedens, gratumque objectum videns, non sine parentum mœrore & pudore, ex improvise, gestulationes hæc obscenas & lascivas, cum notabili ex genitalibus tunc temporis liquoris stillantis copia, inciperet, aliaque, adultior facta, ad vesanam libidinem exercendam explendamque media atque instrumenta quæreret. Ad parentum, amicorumque quæsitâ, quidnam tempore hoc paroxysmi venerei cogitaret &c. vel nihil responderet, vel dum effari quædam incipit, media in voce resistit, & vox faucibus hæret, quasi jam muta facta sit. Aliis interdum sponte suâ refert, incredibili se perfundi voluptate eo tempore, ad eò ut, ferè & visus & auditus ipsi quasi effugere viderentur. Ob continuas equidem parentum increpationes, & comminationes, aliquo modo ab hoc malo in istorum præsentia, præsertim cum ambo intenti in eam essent, non tamen sine faciei & nativi coloris mutatione, desistere visa est; cæterum autem solitudinem anxie quæsitâ, ibique cupiditatibus hisce pravis & insatiabilibus ita indulsit, ut sæpissimè maximè defatigata, somnoque correpta fuerit inventa. Cum itaque nullo modo insanæ libidinis stimulus extingui & eradicari potuerit, in auxilium Medicus fuit vocatus, sed irritò quoque semper successu. Tandem operam navarunt parentes & cognati, ut filia decimum sextum nunc ingressa annum, cuidam elocaretur, num fortè conjugium hanc libidinem sit extincturum. Contrahitur cum quodam (fortè simplici) matrimonio; virum patitur, concipit, & gravida fit, remanente nihilominus antiquo vesanæ libidinis affectu, & perpetuò absque satietate ullâ cum virò congregiendi (maxima licet cum utrorumque virium prostratione) desiderio, ut de istâ commodè idem dici queat, quod *Juvenal. Satyr. 6. de Messalinâ scribit:*

Et lassata (viris), virò nondum satiata recessit.

Tandem primipara, partu difficili extincta fuit; inque ejus pudendis Clitoris *Kλαιοεισε*, *Hesychio*, *βίσησε*, *ἀφροδιτιῶν ὑπόπτωσι*, *ἰγκραυσι* dicta, insigni magnitudine prædita fuit inventa, & tanta quidem, ut ferè virum fuerit mentita *prodigiosa venus*. Notabile est, quòd tempore vernali ad festum usque *Joh. Baptistæ*, maxima hæc fuerit salacitas, & quòd hoc tempore omnium cum nausæa Hircum oluerit, urinamque serum lactis, imò faciem lactis exhibentem emiserit. Casum hunc mihi bonâ fide non tantum mulier honestæ conditionis jam vidua, & demortuæ hujus noverca detexit, sed & alii simul mihi retulerunt; Parentes ejus ad eò fuisse salaces, ut irruente in eos Paroxysmò venereò, in hortò, horreò, hypocaustò, verbo, iisdem in locis, ubi tunc temporis steterint, vel sederint, statim congressum celebraverint. Undè clarè satis patet, salacitatem hanc stupendam fuisse hereditariam. Si Theologicè jam hunc considerare vellemus casum, amplissimum hic expatiandi haberemus campum, quem laborem verò, cum jam tempus nobis haud suppetat, Theologis relinquemus.

Furor uterinus, ex inflammatione uteri. Ex clariss.
Josepho Lanzoni. Miscellan. Curios. Decur. 3.
ann. 5. & 6.

Mihi nuper narravit Medicus quidam Mantuanus, virginem quandam jam nubilem, vitam otiosam ducentem, postquam amorem clandestinum cum nobili quodam contraxisset, contra Parentum suorum voluntatem, in fomus fatigatam esse, & die clamasse, multa incompta atque lasciva pronunciasse, ita ut insana videretur, & quando masculos videbat, illi- cō in eos ruisse, ac petiisse venereos amplexus, ac oscula, & vigilabat perpetuò, nec comedens nec potum assumens; Febre accedente continuâ, multa facta fuere remedia, tam Chirurgica, quam Pharmaceutica, ast omnia incassum; decimâ enim quartâ morbi die periit: aperto cadavere omnia viscera sana apparere, præter uterum, qui inflammatus observatus est; quæ inflammatio etiam ad tubas & ovaria pertinebat.

Scholium.

Utrum inflammatio hæc furorem uterinum induxerit, vel illa productum hujus extiterit, disquiri possit; prout etiam alias uteri constitutiones præternaturales hoc pacto in morbo isto sese habere credibile est; quas sanguinis, lymphæ, atque liquoris partium genitalium orgasmus, & succedentes hinc

eorum stagnationes inducere valent. Sic in virgine claustrali hysteromaniâ defunctâ, testiculum sinistrum pugni magnitudinem circiter æquantem, & crasso humore turgentem, tubam etiam Fallopiam julto majorem, durissimam & callosam fuisse inventam, in Nicolai de Blegny Zodiac. Gall. Med. Ann. 1. M. Januar. Obs. 6. refertur: dextrum verò testiculum pugni itidem magnitudine, in aliâ comparentem producit D. Stephanus Blancardus, Collect. Med. Phys. part. 1. Obs. 28. & Anatom. pract. ration. Centur. 2. Obs. 99. eumque succi plenum fuisse, in cit. Anat. addit; a quis autem dubio procul à recentis ovulis, atque semine virili non secundaris abundasse, in Collect. Germ. edit. subjungitur. Utrumque verò ovarium, sive testes in virgine simili morbo defunctâ, præter Clitoridem maximæ magnitudinis, ovulaque in hærentia pisum si non superantia, certè adæquantia fuisse deprehensa, in Operum Medicorum Chirurg. Joh. Michaelis Noriberge Ann. 1688. editurum praxi clinica speciali, c. 22. legitur; qui ipse casus nostrum Curiosum Periandrum, Nob. D. Mich. Frid. Lochnerum autorem agnoscit, quem Ann. 1684. Altdorfii Noric. loco thesium inauguralium medd. publicæ disquisitioni exhibuit. (Dn. D. L. Schröck.)

FURUNCULUS.

Vid. in Biblioth. Chirurgicâ.

Finis Libri Sexti.

JOH. JAC.